# CATALOGUS CODICUM LATINORUM BIBLIOTHECAE MEDICEAE...

Biblioteca Medicea Laurenziana

Digitized by Google

17
1

17—1

Digitized by Google

# CATALOGVS
## CODICVM LATINORVM
## BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE
*TOMVS TERTIVS.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# C A T A L O G V S

## C O D I C V M L A T I N O R V M

## BIBLIOTHECAE MEDICEAE LAVRENTIANAE

S V B A V S P I C I I S

# PETRI LEOPOLDI

REG. PRINC. HVNG. ET BOIOH. ARCH. AVSTR. M. E. D.

ANG. MAR. BANDINIVS I. V. D.

REG. BIBLIOTHECARIVS RECENSVIT ILLVSTRAVIT EDIDIT

## T O M V S III.

*In Quo Medici, Chirurgici, Philoſophi, Politici, Nomici, Tam Veteris, Quam Recentioris Aevi Accuratiſſime Recenſentur, Operum Singulorum Notitia Datur, Plura Nondum Vulgata Indicantur, Aut Proferuntur, Edita Supplentur Et Emendantur.*

A C C E D V N T

CODICES LATINI OMNES BIBLIOTHECAE GADDIANAE, NVNC MEDICEAE.

FLORENTIAE ANNO CIↃ. IↃ. CC. LXXVI.

P R A E S I D I B V S A D N V E N T I B V S.

Digitized by Google

# AEQVO ET BENEVOLO LECTORI

## ANGELVS MARIA BANDINIVS.

ABſoluta Graecorum Codicum MEDICEAE LAVRENTIANAE Bibliothecae Manuſcriptorum recenſione, tribus in fol. Voluminibus iam typis vulgata, publica perſuaſit utilitas, ut ad exemplar Graecae, Latinam quoque ſupellectilem, nulla interpoſita mora, patefacerem & illuſtrarem. Bonarum ſiquidem litterarum cultoribus rem perquam gratam & utilem faciunt inſigniorum Bibliothecarum Praefecti, qui earumdem Catalogos, numeris omnibus abſolutos adornari, & imprimi curant, ut theſauri, quibus ſervandis praeponuntur litterarium Orbem amplius non lateant, utque ab iis, quorum ius eſt penes paucos, cultae quaeque nationes, quoad fieri poſſit, uberrimum fructum conſequantur. Quapropter in hoc improbo ſane, & numquam intermiſſo labore viginti ferme annos inſumpſi; ac licet progreſſu temporis variis iactatus caſibus, & viribus ferme fractus, ac taedio conſumptus fuerim, numquam tamen e tabula manum ſuſtuli; quin etiam, ubi ad Latinos deveni, ut ex duobus ſuperioribus Voluminibus videre per ſe quiſque poterit, non animi repreſſi impetum, ardoremque reſtinxi, ſed Codicem unumquemque, etiamſi difficillimis, & compendiariis notis, ſive aevi diuturnitate evaneſcentibus, aut detritis litteris exaratum, ita evolvere, recenſere, ac deſcribere potiſſimum laboravi, ut ipſemet Codex, omni difficultate remota, ſub ipſis legentium oculis ſiſti videatur. Hinc factum eſt, ut praeter ampliſſimam veterum Scriptorum notitiam, anecdota bene multa ad omnigenam eruditionem, ac praecipue ad litterariam Italiae praeſertim hiſtoriam, magis magiſque illuſtrandam pertinentia, e ruderibus ocioſae, deſpectaeque vetuſtatis eruta, veluti telluris incognitae detector, ne quid huic inſtructiſſimo ſcientiarum omnium domicilio ſplendoris deeſſet, & ornamenti, reſeratis totius Bibliothecae forulis, publicam in lucem emiſerim. In ſpeciminibus

autem ineditorum Operum, quae paſſim, & in hoc praecipue tertio Volumine profero, quamplura exoleta renovavi, ſubſultantia reſecavi, confuſa in ordinem redegi, praepoſtera ſuo loco reddidi, truncata, & neceſſariis membris orbata priſtinae integritati reſtitui. Maximam, fateor, curam impendi, ut meis hiſce vigiliis, omnis labor & faſtidium ipſos Codices conſulentibus tolleretur, atque ut omnia ita complanarentur, laevigarentur, & expolirentur, ut ne minima quidem ſtudioſis aſperitas relinquatur. Quod quantum effecerim, aliorum ſit iudicium. Scio certe id me magis voluiſſe, quam praeſtitiſſe; neque enim omnia, quae volumus, nobis aliquando conſequi datum eſt. Codices ipſos (quod alibi animadverti) per linguas tantum, prout exſtant in Pluteis, non per materias digerere ſtudui, ne antiqua turbaretur diſpoſitio, quam anteceſſores mei, prudenti minus conſilio conſtituerunt, quaeque in antiquis omnibus huiuſce Bibliothecae Catalogis conſtanter ſervatur. Id tantum curae mihi ſemper fuit, ut aliquis in ipſis linguis ordo appareret, ac propterea poſt Codices Hebraica, Syriaca, aliiſque exoticis linguis exaratos, Graeci ſequerentur, pone Graecos Latini, Latinos exciperent Italici; quorum poſtremi, totius Operis mei complementum imponent.

Ad meos hoſce conatus in tot, ac tam vetuſtis membranis ſedulo perpendendis & illuſtrandis continuandos addebat in dies ſtimulos eruditorum omnium utilitas, ac Principum virorum, ut in incepto perſiſterem, ardentiſſimum deſiderium atque conſilium; omnem denique, ſi quis fuiſſet, obicem dirimebant, de Graeco Indice iudicia, perquam comiter & benigne prolata ab iis omnibus, qui Rempublicam litterariam ſalvam volunt. Sufficiat pro cunctis illud adferre perhonorificum, quod de eodem pronunciavit CLEMENS XIV. Pontifex ſummus, qui divino prorſus numine, inſtantibus undequaque procellis ad D. PETRI Cathedram evectus, diſciſſam ac labantem Eccleſiam compoſuit, quique brevi regni ſui intervallo, multis magnificiſque rebus geſtis ad rem praecipue litterariam altius promovendam, aeternum ſibi nomen promeruit. Eſt autem quod ſequitur: „ CLEMENS PP. XIV. „ Dilecte Fili Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Vna

„ cum

Digitized by Google

„ cum litteris tuis tria Graecorum Codicum Catalogi a Te
„ editi Volumina perlibenter accepimus, Dilecte Fili, tam-
„ quam praeclarum tuae non minus erga Nos, ac Apoſtoli-
„ cam hanc Sedem obſervantiſſimae voluntatis, quam doctri-
„ nae ſtudiorumque teſtimonium. Neque enim luculentio-
„ ribus indiciis tuum de Noſtro Pontificatu gaudium ſignifi-
„ care Nobis potuiſti, quam eiuſmodi rebus, quae ad bona-
„ rum artium cultum ac incrementum converſam eſſe inge-
„ nii tui operam atque induſtriam declarant. Eam a Te
„ potiſſimum probatum iri polliceris in Eccleſiaſticis Scripto-
„ ribus tam Graecis, quam Latinis, qui vel adhuc in tene-
„ bris latent, vel mutili, ac mendoſi per manus hominum
„ circumferuntur, aut primum in lucem proferendis, aut ab
„ inducto ſqualore vindicandis; idque Te non fruſtra polliceri
„ abunde Nobis fidem faciunt hactenus collati plurimi tui in
„ rem litterariam labores, ac iſtius celeberrimae Mediceae Bi-
„ bliothecae merito tuae curae fideique commiſſae oppor-
„ tunitas. Haud umquam a Te Nobis quidquam accidere
„ poterit iucundius; nam veriſſime de Nobis ſentis, quod
„ de Noſtro in litteras amore praedicas. Curabimus Nos cer-
„ te, ut hoc iudicium tuum confirmemus magis in dies
„ egregio Noſtro in litteratos viros ſtudio, ac plurimorum
„ ingenia ad capeſſendas, colendaſque optimas diſciplinas fa-
„ vore ac patrocinio Noſtro excitemus. Ex quo etiam intel-
„ ligere potes, Dilecte Fili, qua in Te ſimus pro huiuſmodi
„ tuis meritis voluntate, quamque, ut eius amplificandae
„ uberiores ſemper cauſſas extituras non ambigimus, ita &
„ reipſa Tibi declarandae locum Nobis dari cupiamus. Ac
„ in Paternae benevolentiae pignus Apoſtolicam Benedictio-
„ nem Tibi, Dilecte Fili, peramanter impertimur. Datum
„ Romae apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſca-
„ toris die XXVIII. Iulii MDCCLXX. Pontificatus Noſtri Anno
„ ſecundo.

„ *Benedictus Stay.*

Nec alia mihi, eademque acria, defuerunt incitamenta. Nam & annis ſuperioribus, dum priora Catalogi adornarem Volumina, Principes aliquot potentiſſimi, MEDICEAM hanc toto orbe celeberrimam Bibliothecam praeſentia ſua nobilitantes,

tes, de quibus egi in Praefatione tertio Graecorum Codicum Volumini praemiſſa, inſtitutum meum multis efferre laudibus non ſunt dedignati; & poſteaquam ad Latinos a me tranſitum eſt, alii item docti Principes huc advenientes me ad Opus alacriter explendum gloriae ſtimulis concitarunt. Qui quidem quales, quantaeque auctoritatis ſint, paucis accipe, benevole Lector.

Inprimis mihi cum laude commemorandus occurrit GVILIELMVS HENRICVS, REGIVS GLOCESTRIAE DVX, POTENTISSIMI ANGLORVM REGIS SVAVISSIMVS FRATER, qui die XXVIII. Novembris A. MDCCLXX. hoc Muſarum ſacrarium inviſit; inde vero die XI. Maii MDCCLXXII. huc quoque acceſſit SERENISSIMVS PRINCEPS ERNESTVS ALOYSIVS, DVX GOTHANVS; ac tandem die XXIII. eiuſdem menſis MARIA ANTONIA BAVARA, FRIDERICI CHRISTIANI SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS VIDVA, liberalibus diſciplinis mirifice exculta; cui quidem tot naturae arridentis dona caelitus collata ſunt, ut & hiſce, & iucundiſſimo virtutum omnium concurſu haud dubie felix poſſit exiſtimari. Tanta autem Italicae litteraturae, ac Poëſeos potiſſimum, dulcedine capta eſt, ut mira ediderit ingenii ſui ſpecimina, quae Romanis typis impreſſa prodierunt.

Anno proxime elapſo, die videlicet VI. Ianuarii MDCCLXXV. Regiam hanc Bibliothecam praeſentia ſua magnus hoſpes implevit, SERENISSIMVS CAROLVS THEODORVS ELECTOR PALATINVS, qui quum nihil habeat antiquius, quam ut litterarum, bonarumque artium ſtudioſos ſumptuoſis ſane, ac magnificis impenſis alat, & praeſtantes virtute viros ſtipendiis liberaliter invitatos ad aulam ſuam alliciat, & incredibili clementia complectatur, Opus meum hilari vultu Clementiſſimus Princeps excepit. Ille enim Graece, & Latine doctus, ad excitandos ad virtutem animos, Muſis, ac Genio ſuo nobiliſſimo lectiſſimam Bibliothecam dedicavit, eique Muſeum antiquis numiſmatibus, ac cuiuſvis naturae & artis operibus inſigne addidit; praeterea Academiam ad rem litterariam amplificandam, & ad Germanorum linguam potiſſimum expoliendam inſtituit, adeo ut nulla ſit tam ſurda, tam ingrata futura poſteritas, quae tam effuſum de litteris benemerendi ſtudium,

tam-

Digitized by Google

tamque propenſam in humanum genus pietatem ſummis ad caelum laudibus non extollat.

Haec eadem ſacra Muſarum penetralia paucis poſt diebus, die ſcilicet XXII. eiuſdem menſis, ingreſſus eſt SERENISSIMVS CAROLVS EVGENIVS WITTEMBERGENSIVM DVX magnificus, qui optimis litteris, generoſiſque moribus ab ineunte aetate animum ſuum pariter & corpus excoluit. Itinera ille ad cultas Europae nationes, & in Italiam potiſſimum, ſtudiorum omnium atque artium altricem (ubi etiam antea per aliquod tempus ſubſtiterat) eo conſilio ſuſcepit, ut politioris Italicae litteraturae genium in florentiſſimas ſuas ditiones transferret. Vnde factum eſt, ut maximarum rerum negociis & ſtudiis praealtam & incomparabilem mentem ſibi efformaverit; nihilque praeterea ſit vel elegantioris doctrinae, vel ſollertis induſtriae, vel reconditae artis, quod vividum eius ingenium & maxime efficax ſubterfugiat. Eſt autem celeri captu, expedita ratione, tenacique memoria mirabilis, ut in omni congreſſu & diſputatione ſummus bello & pace conſultor appareat. Viros autem ſibi coniunctos habet, non optimorum modo ſtudiorum, ſed nobiliorum etiam artium laude praeſtantes, quorum conſuetudine legendo & diſputando mirum in modum oblectatur. Quidquid inſuper otii e graviſſimis occupationibus ſuffurari poteſt, id totum in Bibliotheca, quam ſibi, & publicae utilitati refertiſſimam comparavit, & in evolvendis antiquis ſcriptoribus multus impendit. Collegium quoque Militare inſtituit ampliſſimum, ſuamque in Vniverſitatem Stutgardienſem non vulgaribus ſtipendiis diſciplinarum omnium Profeſſores evocavit. Sed quamvis magna, totique poſteritati celebranda fecerit, parva tamen prae illis ſunt, quae divino concepta animo, ad mortalium utilitatem molitur in poſterum.

Neque in his ſubſtitit magnorum Principum ad hoc MEDICEVM ſacrarium acceſſus. Excepi enim ad diem XII. Auguſti eiuſdem Anni MDCCLXXV. MAXIMILIANVM ARCHIDVCEM AVSTRIAE, qui peragratis cultiſſimis Europae Regnis, apud SERENISSIMVM MAGNVM DVCEM NOSTRVM PETRVM LEOPOLDVM, eius amantiſſimum Fratrem divertit, cum eoque per plures menſes eſt commoratus. Hic in primo aetatis ſuae flo-

re

Digitized by Google

re, AVI, PATRISQVE, ET AVGVSTAE MATRIS virtutes, quas omnes in eo, veluti in ſpeculo expreſſas, conſpeximus, praeſeferens, me ad hunc laborem laeto animo perſequendum excitavit, confirmavitque, exemplarque editi huc uſque a me Operis ſecum deferre Princeps Clementiſſimus non recuſavit. Quod ſi ipſum aliquando Regio in ſolio populis iura dantem intueri datum erit, Auſtriacorum certe Heroum, non tantum animi magnitudine, pacis, bellique uſu, quantum litterarum cura & amore, memoriam cumulatiſſime renovabit. In eum ſiquidem, praeter animi robur, eximiam quoque perſonae dignitatem, efficacis prudentiae, divinique iudicii vim, decorum adſpectum, omniſque elegantiae, comitatis, & munificentiae dona, quae provida elargiri poterat natura contulit.

Paucis denique elapſis menſibus, die videlicet XXII. Ianuarii vertentis anni REGIO SAXONIAE PRINCIPI ALBERTO CASIMIRO TESCHINAE DVCI magnanimo, in luſtranda hac MEDICEA Bibliotheca operam meam fidelem & accuratam praeſtiti. Huc enim ſe contulit litteratiſſimus, & humaniſſimus Princeps, una cum Auguſta Coniuge MARIA CHRISTINA AVSTRIACA, quam pulcrioremne Charites, an doctiorem Pallas effinxerit, adfirmare non auſim. Et quamvis eſſet ſumma hiems, tempeſtas perſrigida, & imber maximus, per unam tamen & amplius horam in verſandis & obſervandis rarioribus Codicibus moram ſumma cum voluptate protraxerunt. Ecquid admirabilius, quid ſublimius inſtitutione Filiorum THERESIAE AVGVSTAE, heroinae noſtrorum temporum incomparabilis, qua eos, rariſſimo in monumentis priſci etiam aevi exemplo, Latinis primum imbui litteris, Gallicis, & Italicis, tum liberalibus artibus, ac ſcientiis omnibus, quibus Principes, qui populis regundis praeeſſe debent, informari ſolent, incredibili animi ſollicitudine excoli voluit? Per quatuor ferme menſes Florentiae, ampliſſima Muſarum artiumque omnium officina, conſederunt Regii Coniuges; quumque ALBERTVS DVX, magnitudine animi, ac mirifico virtutum omnium comitatu, nec non multifaria doctrina excellat, & veterum ſcriptorum lectione magno & exercitato ingenio ſit, nihil ei fuit iucundius, quam tempus in Bibliothecis, Muſeis, publicis privatiſque

ma-

Digitized by Google

magnificis aedificiis, Pictorum & Sculptorum inſignioribus Operibus, quibus Civitas noſtra ſupra reliquas Italiae eminet, luſtrandis, & contemplandis inſumere.

Tantorum igitur concurſu Principum mirifice recreatus, & animo erectus, ad Opus meum celerius conficiendum totis adeo viribus incubui, ut praeterita aeſtate in ſtomachi languorem inciderim, quo nondum levatus ſum. Abſoluta ſiquidem MEDICEORVM Codicum, qui in LXXXVIII. Pluteis continentur recenſione, nulla interpoſita mora, ad eos, qui in novo Conclavi repoſiti ſunt, me converti, GADDIANOS nimirum, BISCIONIANOS, & S. CRVCIS, omnes ſimul mille quadringentos & amplius Codices, quos omnes incredibili celeritate, ſed improbo ſane conatu recenſui atque deſcripſi. Accedunt & alii, qui in armario quodam, tamquam ſuſpectae religionis, antiquitus detinebantur, ab iis, qui me praeceſſerunt, nulla materiarum habita ratione, cum GADDIANIS confuſi, quos tamen adpoſita epigraphe quadam eſſe cenſui diſtinguendos.

Habes igitur, amice Lector, in hoc Volumine reliquos primum MEDICEAE Bibliothecae Codices, qui ad Medicinam, Chirurgiam, Philoſophiam, & Politicam pertinent; GADDIANOS deinde bene multos, & perquam raros, (praeter aliquot BISCIONIANOS) quos Anno MDCCLV. die XXIV. Aprilis FRANCISCVS IMP. ſemper Auguſtus in LAVRENTIANAM transferri iuſſit. Ipſorum Codicum hiſtoriam, & virorum GADDIANAE Familiae illuſtrium, qui eos per tria ferme ſaecula congeſſerunt, Deo dante, ſequenti Volumini praemittemus. Pone ſequuntur membranacei Codices XIV. optimae notae ex Bibliotheca Fratrum Ordinis D. FRANCISCI de Monte Politiano, huc iuſſu eiuſdem FRANCISCI CAESARIS inlati menſe Auguſto A. MDCCLVIII. & tandem celeberrimum exemplar Pandectarum ab ANGELO POLITIANO conlatum, quod veluti deperditum a viris doctiſſimis huc uſque conclamatum eſt, a me repertum, & huic Bibliothecae feliciter reſtitutum, & illuſtratum. His autem Operi meo finem impoſuiſſem, niſi decem ante annis, die ſcilicet XVI. Octobris A. MDCCLXVI. acceſſiſſent etiam manuſcripti Codices ſexcenti, & amplius antiquiſſimae Bibliothecae SANCTAE CRVCIS, Ordinis Minorum, quos

omnes

Digitized by Google

omnes inſequens Tomus VII. excipiet. De huius quoque celeberrimae litterariae ſupellectilis auctoribus, eodem in loco ediſſeram; quominus enim id in praeſens ea, qua par eſt diligentia exſequar, huiuſce Voluminis magnitudo, quae nimium iam excrevit, impedimento eſt. Quod ſupereſt, te enixe deprecor, amice Lector, ut ſiquid in tanta rerum varietate ac difficultate a me vel omiſſum, vel erratum fuiſſe deprehenderis, ne id meae diligentiae vitio vertas, ſed imbecillitati potius humanae tribuas naturae, a qua perfectum nihil, & numeris omnibus abſolutum proficiſci poteſt. Vtere feliciter meis hiſce laboribus, quos diurna nocturnaque manu ſedulo volutaſſe minime poenitebit; theſaurum enim opulentiſſimum cognitionum continent, ubi doctorum hominum vel integra Opuſcula, vel eorum uberrima ſpecimina, partim ſoluta, partim ligata oratione proferens, id praecipue mihi propoſui, ut recenſitorum nominum & titulorum ſterilitatem & faſtidium ſummopere levarem, & crebris memorandarum rerum notitiis legentes cum voluptate detinerem. Vale. Dabam Florentiae Kal. Auguſti CIↃ. IↃ. CC. LXXVI.






Digitized by Google

# BIBLIOTHECAE
## MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS
## PLVTEVS LXXI.

CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XIV. EDITVM I.

PRAETER ALIOS XIX. GRAECOS, QVORVM RECENSIONEM DEDIMVS TOM. III. CATALOGI MSS. GRAECORVM.

### C O D E X IV.

### BOETHII DE DEFINITIONE.

Adde etiam

*Eiuſdem in Ciceronis Topica, & Alani in Libros ad Herennium Comment.*

I. pag. 1. Codex eſt anepigraphus, ſed continet Severini Boëthii Librum de Definitione. Inc. *Dicendi ac diſputandi prima ſemper oratio eſt*. Deſ. *ſatis eſſe duxi*, ut in editione eius Operum Baſileenſi apud Henric. Petrum MDXLVI. fol. a pag. 648. ad pag. 661. Occurrit etiam ſupra pag. 507. §. IV. ſed in fine mutilus.

II. pag. 6. Alani (1) Commentarius in Libros IV. Rhetoricorum Ciceronis ad Herennium. Prooemium inc. *Omnium artium doctrinam duplicem eſſe, ſecundum praeceptum, ſententiamque Varronis, Victorino teſte didicimus, unde & artis Rhetoricae doctrinam, quam exponendam pro facultate noſtra ſumimus, dupliciter tradendam eſſe volumus, intrinſecus ſcilicet, & extrinſecus*. Deſ. *Philoſophiae namque tres ſunt partes, Ethica, Speculativa, Rationalis, ideſt Logica; ſed Rhetorica ad nullam harum partium Philoſophiae ſpectat, quare non eſt de Philoſophia; & notandum, quod in libro iſto, ut nobis videtur, non eſt inquirenda materia, ſicut nec in ceteris libris; materiae quippe non ſunt librorum, ſed artium tantum. Amplius his de cauſſis operis textus diligentius inſpiciendus eſt* (2). Commentarius inc. *Etſi negotiis &c. Tractaturus Tullius doctrinam Rhetoricae artis integram atque perfectam, Prooemium praemittit, quod recte Praefatio dicitur; nam Praefationes proprie dicuntur illa Prooemia, in quibus auctor praefatur*. Deſ. *conſequemur diligentia exercitationis, ideſt diligenti exercitatione, diligenter nos exercendo in eis: Deo gratias*. Non legitur in libro, cui titulus: *In omnes de Arte Rhetorica M. Tullii Ciceronis Libros, doctiſſimorum virorum Commentaria &c. Baſileae ex Officina Rob. Winter MDXLI. menſe Martio* fol.

III. pag. 70. Severini Boëthii Commentarius in Topica Ciceronis ad Trebatium. Prologus Patritio Rhetori inc. *Exhortatione tua, Patriti Rhetorum peritiſſime*. Deſ. *tempus eſt ad id quod inſtituimus accedere*. Liber incipit poſt adlata Ciceronis verba: *Omne Prooemium, quod ad componendum intendit auditorem*. Deſ. *quae concurrentia fidem facerent proditionis, talis etiam fortuitarum rerum converſio* (3) *eſt*. In cit. edit. Commentarior. Part. II. a pag. 1. ad pag. 124. & inter Boëthii Opera cit. edit. a p. 757. ad p. 852. ubi habetur Ciceronis textus per extenſum relatus, & in varias ſectiones diviſus.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, & bene ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 108.

### BOETHII SEVERINI COMMENTARIA IN LIBROS PRAEDICAMENTORVM, ET DE INTERPRETATIONE ARISTOTELIS.

I. pag. 1. BOëthii Severini doctiſſimi ſuper Praedicamenta Ariſtote- *Cod. VI.*
lis, ſeu in Porphyrium a ſe translatum Libri V. Primus inc. *Secundus hic arreptae expoſitionis labor noſtrae ſeriem translationis ex-*



(1) Id eruitur ex notula poſita ad ultima verba Prooemii, & in calce Libri primi, ſecundi, & tertii, quod non animadvertit Montfauc.

(2) Ad haec verba notatur in margine: *Vide, Alane, quid dicas; nonne apud Ariſtotelem legiſti Rhetoricam eſſe aſſecutivam Dialecticae, vel aliam Dialecticam?*

(3) In edit. *concurſio*.

*pediet*. Vltimus deſ. *hic terminum longo ſtatuimus operi continenti rerum diſputationem, & ad Praedicamenta ſervanti*. In cit. edit. Boëthii a pag. 46. ad pag. 111.

II. pag. 35. *b* Eiuſdem Commentarius in Categorias Ariſtotelis in Libros V. diſtributus. Primus inc. *Expoſitis his, quae ad Praedicamenta Ariſtotelis. Porphyrii inſtitutione digeſta ſunt, hos quoque Commentarios in Praedicamenta perſcribens, mediocris ſtyli ſeriem perſequutus, nihil de altiorum quaeſtionum tractatione permiſcui*. Vltimus deſ. *quod ſub ſe aliquas partes, ſpecieſque contineat*. Ibid. a pag. 112. ad pag. 214. ubi Ariſtotelis textus eſt intermixtus.

III. pag. 86. Eiuſdem ſuper Perihermeneias, ſeu de Interpretatione Libri VI. Primus inc. *Alexander in Commentariis ſuis*. Vltimus deſ. *& ſi non oportebit, obloquitur*. Ibid. a pag. 289. ad pag. 468. ubi haec dicitur *Editio ſecunda*.

Codex membranac. Ms. in fol. Sec. XV. ſupra quam dici poſſit elegantiſſimus, cum initialibus Librorum mirifice illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una titulum aureis & caeruleis litteris exaratum, & quatuor emblematibus exornatum, altera Mediceum ſtemma, cum aliis ornamentis exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 182.

## ARISTOTELIS LOGICA IOANNE ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. VII. I. pag. 1. PORphyrii de quinque Vocibus Liber, quem Ioannes Argyropylus Byzantius (1) cauſſa magnifici viri Petri Medicis Florentini traduxit. Praecedit Epiſtola nuncupatoria ad eumdem praeſtantiſſimum virum Petrum Medicem, quae inc. *Memini me iamdudum, magnificentiſſime Petre, Librum Ariſtotelis de Interpretatione, & Priorum eam primam partem, qua ratiocinationis ortus exprimitur, tua cauſſa traduxiſſe, tibique quaſi lucubrationum noſtrarum degustationem, ſtudiorumque primitias obtuliſſe*. Deſ. *Vale felix, & tibi perſuade, mihi te chariorem neminem eſſe. Iterum vale*. Liber inc. *Quum neceſſarium, ſit Chryſaori, ad Ariſtotelis Praedicamentorum doctrinam, quidnam ſit genus cognoſcere*. Deſ. *verum & haec ad ipſorum diſtinctionem, convenientiamque demoſtrandam ſufficiunt*.

II. pag. 18. *b*. Ariſtotelis Liber Praedicamentorum, quem & ipſum idem Ioannes Argyropylus Byzantius gratia magnifici viri Petri Medicis Florentini traduxit. Inc. *Aequivoca dicuntur ea, quorum nomen ſolum commune eſt*. Deſ. *ſed qui dici ſolent omnes fere nunc ſime a nobis enuntiati*.

III. pag. 43. Eiuſdem Perihermeneias Liber, quem Ioannes Argyropylus Byzantius, cauſſa magnifici viri Petri Medicis Florentini traduxit. Inc. *Primo definire oportet, quidnam ſit nomen, & quid verbum*. Deſ. *fieri enim non poteſt, ut eidem contraria ſimul inſint*.

IV. pag. 61. Eiuſdem Liber Priorum Analyticorum, quem Ioannes Argyropylus Byzantius cauſſa magnifici viri Petri Medicis Florentini traduxit. Inc. *Primum dicere oportet, circa quid, & cuiuſnam ſit haec praeſens conſideratio*. Deſ. *& inter ſeſe, quae ſunt ex diverſis figuris*.

V. p. 84. Eiuſdem Poſteriorum Libri II. quos Ioannes Argyropylus Byzantius cauſſa magnifici viri Coſmae Medicis Florentini traduxit. Praecurrit Dedicatio ad magnificum virum Coſmam Medicem, cuius initium eſt; *Vt tibi ſemel promiſi, ita facio, magnifice Coſma, atque neque munus docendi, neque calamitas generis, neque cura rei familiaris exſtinctae, ſtudium erga te meum diminuere poteſt, tantum apud me tua virtus, ac auctoritas poteſt. Poſt Librum igitur Ariſtotelis eum, quem Naturalem Auditum appellant, & Librum de Anima tuo nomine, tuaque traductos cauſſa, Librum nunc eiuſdem Poſteriorum Reſolutivorum eadem ratione traduxi*. Deſ. *quantum ipſe modus atque materia poſcit. Vale perpetuo felix atque beatus*. Liber primus inc. *Omnis doctrina, omniſque diſciplina intellectiva, ex antecedenti cognitione fieri ſolet*. Liber ſecundus deſ. *ſcientia autem ad rem omnem ſeſe habet ſimiliter. Sit nomen Domini benedictum. Ariſtotelis Poſteriorum Liber ſecundus & ultimus explicit*. Tum ſcriptoris nomen: *G. Ilſranus*.

Codex membranac. Ms. in 4 maiori Saec. XV. admirandae pulcritudinis & elegantiae; nam, praeter initiales tum Librorum, tum Capitum litteras aureas, & illuminata, duplici etiam pictura in principio eſt exornatus, quarum una operum ſingulorum titulos, aureis & caeruleis litteris exaratos, altera auctoris, Graecorum Ariſtotelicae ſectae propagatorum, Imperatorum, Coſmi. & Petri Mediceorum icones in totidem numiſmatibus ad vivum expreſſas exhibet, quae etiam in aliis operum frontibus adferuntur cum aliis ornamentis, ut nihil elegantius, ac pulcrius videri poſſit. Conſtat foliis ſcriptis 157.

## HADRIANVS CARDINALIS DE SERMONE LATINO.

HAdrianus tit. S. Chryſogoni S. R. E. Cod. IX.
Presb. Card. Batonien. de Sermone Latino, & modis Latine loquendi, cum Epiſtola nuncupatoria ad Carolum Principem Hiſpaniarum. In fine legitur: *Impreſſit Romae Marcellus Silber anno Salutis MDXV. menſe Octobris regnante Leone X. Pont. Max.* Tum ſequitur privilegium Leonis Papae, ut nul-

(1) Plures Ariſtotelicorum Operum verſiones, quae ſub nomine Io. Argyropyli in Codicibus Mediceis infra recenſendis leguntur, memorat Chriſtian. Frid. Boernerus in Libro de Doctis Hominibus Graecis Lipſiae per Io. Frid. Gleditſchium MDCCL. 8. pag. 148. qui etiam iudicium a viris doctis de ipſis prolatum verſionibus adfert. Vid. etiam Fabric. Biblioth. Graec. Tom. II pag. 109. ſeqq. & Tom. X p. 426. ſeqq. Iſtae vero pleraeque inter Opera D. Thomae Aquinatis edit. Venet. A. MDXCIV. Tomis XVIII. fol., una cum antiqua verſione, & Commentariis eiuſdem D. Thomae prodiere.

Digitized by Google

nulli in Vrbe, & aliis Italiae locis hoc opus intra decennium proxime futurum, per te, vel alium imprimere liceat, cui ſe ſubſcribit *Ia. Sadoletus*. Hanc rariſſimam editionem in hac Bibliotheca deliteſcentem memorat Cl. Hieronymus Ferrius in Commentario de rebus geſtis, & ſcriptis Hadriani Card. Faventiae per Ioſ. Ant. Archium MDCCLXXI. 8. pag. LXXI. & CIX.

Codex chartac. impreſſus in fol. ut ſupra. Conſtat foliis 106.

## ARISTOTELIS PRAEDICAMENTA.

Cod. XIV. I. pag. 1. Ariſtotelis Praedicamenta, interprete Anonymo. Inc. *Aequivoca dicuntur, quorum nomen ſolum commune eſt, nomen vero ſubſtantiae ratio diverſa* (ſic). Deſ. *ſed qui conſueverunt dici paene omnes enunciati ſunt*. Tum ſubditur: *Expliciunt Praedicamenta*.

II. pag. 15. *b* Liber de Interpretatione ſex Principiorum Inc. *Primum oportet conſtituere, quid ſit nomen, & quid ſit verbum*. Deſ. *eſt autem quod ineſt, ſed naturam moveri furſum, ut ignis*. Tum ſubiicitur: *Explicit Liber ſex Principiorum*.

III. pag. 32. *b*. Liber Diviſionum. Inc. *Quam magnos ſtudioſis afferat fructus ſcientia dividendi &c.* Deſ. *quantum introductionis brevitas patiebatur, diligenter expreſſimus*. *Explicit Liber Diviſionum*.

IV. pag. 44. Porphyrii Introductio in quinque Voces, interprete Anonymo. Inc. *Quum ſit neceſſarium, Chryſaori, ad eam, quae eſt apud Ariſtotelem Praedicamentorum doctrinam &c.* Deſ. *ſed ſufficiunt haec, & ad diſcretionis, & ad deſcriptionis eorum communitatiſque traditionem*.

V. pag. 57. Quaeſtiones quaedam, & ſolutiones de rebus ad Logicam ſpectantibus, manu diverſa exaratae. Inc. *Vt habetur ab Ariſtotele III. de Anima, duplex eſt cognitio, ſcilicet, ſenſitiva, & intellectiva*. Deſ. *& ſic patet quod genus non poteſt ſalvari cum unica ſpecie*. Adſunt in margine ſcholia, & gloſſae interlineares.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. charactere valde perplexo, & per compendia exarato, in quo propter bibliopegi incuriam in ipſo religando, magna Operum confuſio contigit; ſed numeris paginarum rite collocatis, omnia in ſuam ſedem reſtituta ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 54.

## ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. XVIII. I. pag. 1. Ariſtotelis Peripatetici de Interpretatione, ſeu de Enunciatione Liber, interprete Argyropylo, ut ſupra pag. 3. Cod. VII. §. III. Heic tamen praecurrit Praefatio ad Petrum Medicem, quae inc. *Inſtitui, nobiliſſime atque doctiſſime Petre, nonnullos Ariſtotelis Libros elegantius in Latinam linguam traducere = Oratorum enim quorumdam libellos in Latinam vertere linguam, atque illos tibi largiri, quamquam id quidem haud deſpiciendum munus videtur, non tamen meam erga te benivolentiam, egregiumque amorem, quantus eſt, potuiſſet umquam oſtendere, nec utriuſque noſtrum, ut arbitror, umquam dignitatem ſervaſſet &c.* Deſ. *ſed contemplativam etiam, illam, inquam, altiorem, complectitur vitam. Vale perpetuo felix atque beatus*.

II. pag. 30. Eiuſdem Reſolutivorum Priorum primus, interprete Anonymo. Inc. *Primum dicere oportet circa quid, cuiuſque noſtra conſideratio eſt*. Deſ. *ad modos alterius comparantur*. Diverſa eſt haec verſio ab illa, quae habebatur in Cod. VII. huius Plutei ſupra pag. 4. §. IV. auctore Argyropylo. In fine legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. F.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum titulis, initialibus, & mathematicis figuris auro elegantiſſime delineatis, pictura in principio, quae auctoris effigiem ad vivum exprimit, & ſtemmate Mediceo. Conſtat foliis ſcriptis 50.

## BOETHII EXPOSITIO IN LIBRVM PERIHERMENEIAS ARISTOTELIS.

ANicii Mallii Severini Boëthii viri clariſſimi & Illuſtris, Exconſulib. (*ſic*) Aurelii Patricii editio ſecunda in Librum Ariſtotelis Perihermeneias, ut in Codice VI. huius Plutei ſupra pag. 3. §. III. Cod. XXI.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. optime ſervatus, cum Graecis verbis maiori littera ſuis in locis allatis. Conſtat foliis ſcriptis 96.

## POSTERIORVM RESOLVTIVORVM ARISTOTELIS ARGYROPYLO INTERPRETE.

ARiſtotelis Poſteriorum Reſolutivorum Libri II. quos Ioannes Argyropylus Byzantius cauſſa magnifici viri Coſmae Medicis Florentini traduxit, cum Praefatione, ut in Cod. VII. huius Plutei ſupra pag. 4. §. V. Cod. XXII.

Codex membranac. Ms. in 4. maior. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus, cum initialibus mirifice illuminatis, titulo aureo, & Mediceo ſtemmate in principio. Conſtat foliis ſcriptis 71.

## COMPENDIVM LOGICAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

*Auctore Hieronymo Savonarola*.

I. pag. 1. HIeronymi Savonarolae Compendium Logicale Libris XI. Cod. XXIV.
Liber I. inc. *De vocibus ſimplicibus, & propoſitio-*

*ſitionibus, quae ſunt principia ſoloeciſmorum. Primum principium. Vox eſt ſonus animalis cauſſatus ab anima.* Liber ultimus deſ. *ſed non erunt inutilia tranſeuntibus ad eam. Regi ergo ſaeculorum immortali inviſibili ſoli Deo honor &c.* Tum ſubiicitur: *Explicit Logicale Compendium perutile a Fratre Hieronymo Savonarola de Ferraria Ordinis Praedicatorum editum feliciter 1484. Flor. in Monaſt. S. Marci tunc legenti.* Exſtat inter Savonarolae Opuſcula edita Venetiis apud Iuntas MDXLII. 8. a pag. 3. ad pag. 223. ubi finis eſt diverſus, eo quod in Codice poſt Librum X. qui ita clauditur: *ſic enim faciliorem habebunt tranſitum ad Philoſophiam & Theologiam, ad quam hoc opus ordinamus ad honorem Dei, qui eſt benedictus in ſaecula ſaeculorum &c.* additur pag. 64. *b.* Liber XI. qui inſcribitur *De ſubtilioribus quaeſtionibus Logicalibus*, & in centum dividitur Problemata, quique deſideratur in edit. Primum Problema inc. *Vtrum Logica ſit homini naturalis, vel non? Reſpondeo, quod aliquid eſt naturale alicui dupliciter &c.* Vltimum deſ. *quando fiat pro conſervanda fide & defendenda a fallaciis haereticorum & infidelium. Finis.* Tandem pag. 84. clauditur totum Opus adloquutione quadam ad Fratres, quae ita ſe habet: *Haec ſunt, Patres, & Fratres optimi, quae de Syllogiſmis pro introductione incipientium expreſſi; nullus autem perturbetur, ſi undecimus Liber inordinatus, & ad alios Libros impertinens videatur, & ſi quaſdam contineat quaeſtiones, quae ad Philoſophum pertinent, & non ad Logicum, quia revera totus Tractatus decem Libris perficitur; undecimum autem iſtum adiunxi, ut mentes incipientium ad altiora elevarem, ut per hoc haberent faciliorem tranſitum & ad Libros Logicae aliorum doctorum, & ad Philoſophiam. Ordinem autem ſequutus ſum Librorum praecedentium, declarando quae mihi videbantur & difficiliora & utiliora; propter Praedicamenta autem, quae etiam tangunt ſubtiliter ceteri Logici, multa oportuit ponere, quae ad Philoſophiam pertinent, ſed non erunt &c.* ut ſupra.

II. pag. 85. Eiuſdem Compendium Philoſophiae Naturalis ad Ariſtotelis & S. Thomae mentem ſtylo prorſus iucundo Libris XV. Libri primi Cap. I. *De ente in communi, & de his, quae ipſum ſequuntur*, inc. *Omnes homines natura ſcire deſiderant &c. Omnes enim homines, ſicut & aliae res.* Vltimi Libri Caput ultimum inſcriptum: *Ex ira procedit delectatio, fervor, impedimentum rationis, & taciturnitas*, deſ. *reliquum eſt ergo, ut ad moralia deſcendamus. Explicit Liber XV. de Voluntate, & hic terminatur Philoſophia Naturalis.* In cit. edit. a pag. 3. ad pag. 396.

III. pag. 201. Anonymi, ſed forte eiuſdem (1), Compendium Dialecticae, Phyſicae, & Ethices. Inc. *Quum Logice tradat artem modumque diſſerendi.* Deſ. *& ſic ſufficiant quae dixi.*

IV. pag 207. Anonymi, ſed forte eiuſdem, Compendium Tractatus de Actibus Humanis. Inc. *Omiſſa conſcientia, quam doctorum ſententiae magis ad cognitivam partem ſe tenere &c.* Deſ. *hoc ſentit Divus Bonaventura de ſynderesi.* Inter memorata Opuſcula habes Tractatum integrum de Actibus Humanis pag. 416. ſeqq. & eſt pars Operis inſcripti *Compendium Philoſophiae Moralis Libris X.*

V. pag. 210. Anonymi, forte eiuſdem, Compendium Metaphyſices. Inc. *Vt ſummatim ea, quae Ariſtoteles philoſophorum princeps &c.* Deſ. *& ſic abſolvitur duodecimus & ultimus Metaphyſicae Liber.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 215.

## BVRLAEI EXPOSITIO SVPER QVINQVE VOCES PORPHYRII.

I. pag. 1. COmmentum venerabilis Magiſtri Wilhelmi (2) Burlaei Anglici ſuper Vniverſalia Porphyrii. Inc. *Quia de dictis in Loica intendo quoddam compendium compilare.* Deſ. *ſecundum magis, & minus* (3); *& ſic finitur brevis ſententia huius Libri edita ab venerabili Magiſtro Burlaeo, ſcripta per me Fratrem Ioannem de Alamania Ordinis Fratrum Servorum S. Mariae Dominicam* (ſic) *ſtudentem Paduae in Artibus &c.* Cod. XXV.

II. p. 22 Eiuſdem fulgentiſſima inter ſententias ſententia Libri Praedicamentorum Ariſtotelis. Inc. *Circa Librum Praedicamentorum eſt ſciendum, quod ſubiectum convenuvum &c.* Deſ. *a quolibet modo praedicto* (4), *ut ſatis liquet omni intuenti, & ſic eſt finis huius operis. Amen.* Tum ſubiicitur ab eadem manu: *Explicit fulgentiſſima inter ſententias ſententia Libri Praedicamentorum ſecundum Burlaeum famoſiſſimum in Artibus Medicinaeque Doctorem, cuius odore fulget mundus eloquioque congaudent ſcholares, cui inhaerere poſſimus per infinita ſaeculorum ſaecula. Amen. Scriptus autem per me Fratrem Ioannem de Erfordia Ordinis Fratrum Servorum Sanctae Mariae* .... (5) *Sancti Auguſtini.*

*Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat.*

*Qui ſcripſit ſcripta, ſua dextera ſit benedicta.*

*Detur pro penna ſcriptori pulcra puella. Anno Domini MCCCCXXVII. X. die menſis Februarii.* Sequuntur deinde pagina 73. Philoſophica quaedam nullius momenti.

III. pag.

(1) Haec Compendia, quae in Codice leguntur ſunt forte vel ipſius Savonarolae, vel alicuius ex eius auditoribus; nullam certe de iis mentionem facit diligentiſſimus Quetiſius in Hiſt. Script. Ord. Praedic. T. I. pag. 890.

(2) Hoc nomine nuncupatur in calce Codicis; Gualterum tamen, non Willelmum Burlaeum, e diſcipulo Scoti, Scotiſtarum adverſarium celebrem anno circiter MCCCXXXVII. nominat Fabricius, eiuſque Opera recenſet Biblioth. med. & inf. Lat. Tom. I. pag. 306.

(3) Ita deſinit editio Veneta per Ioannem Perſan Dauuome A. MCCCCLXXXIII. fol.

(4) In his verbis terminatur in citata editione hic Tractatus.

(5) Corroſum eſt folium hoc loco.

III. pag. 74. Eiuſdem Commentarius in ſex Principia Gilberti Porretani (1). Inc. *Forma eſt compoſitioni contingens &c. Intentio auctoris in hoc libello eſt diffuſius tractare de ſex Principiis reſpectivis*. Deſ. *infallibiliter perſcrutari, gratiaſque Deo & meis doctoribus in ſaecula ſaeculorum. Amen. Explicit Opus ſuper ſex Principia compoſitum in Oxonia a venerabili viro ac magiſtro in Artibus Wilhelmo Burley, ſcriptum autem per me Fratrem Iodocum de Germersheim, dum eram ſtudens artium Paduae.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. ineuntis, diverſis manibus, binis columnis peſſime exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 105.

## EXPOSITIO IN LIBRVM POSTERIORVM ARISTOTELIS INCERTO AVCTORE.

*Cod. XXVI.* I. pag. 1. ANonymi Commentarius in Poſteriora Analytica Ariſtotelis, cum brevi Prologo, cuius initium eſt: *O magne conditor orbis ſtellati*. Deſ. *concede feliciter attingere complementum*. Commentarius inc. *Intendebat magnus magiſter in hoc libro declarare viam perducentem ad ſcire*. Deſinit imperfecte in verbis: *huic dubitationi reſpondetur* . . . . . . . .

II. pag. 29. Anonymi Quaeſtiones quaedam de Motu cum ſuis ſolutionibus. Inc. *Quaeritur, utrum conveniat omnem motum alteri in velocitate & tarditate proportionari*. Deſ. *quorum proportionem volueris indagare*.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, peſſimae & intricatiſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 69.

## S. THOMAE DE AQVINO EXPOSITIO IN PERIHERMENEIAS ARISTOTELIS.

Corrige

*In Librum Poſteriorum Ariſtotelis.*

*Cod. XXVII.* SCriptum ſuper Librum Poſteriorum Ariſtotelis (2) ſecundum Fratrem Thomam de Aquino. Inc. *Sicut dicit Ariſtoteles in primo Metaphyſicae, humanum genus arte & rationibus vivit*. Deſ. *intellectus ad principium ſcientiae. Et in hoc terminatur ſcientia Libri Poſteriorum*. Tum ſubiicitur: *Sit laus Trino & Uni Deo. Amen. Expliciunt rationes Fratris Thomae de Aquino Ordinis Praedicatorum ſuper Libro Poſteriorum Ariſtotelis ſcriptae a Iacobo Ricamo*. Exſtat inter Opera D. Thomae editionis Venetae MDXCIV. fol. Tom. I. a pag. 16. *b.* ad pag. 73. *b.* Alii tres verſus ſequebantur in Codice, qui poſtea omnino eraſi fuerunt. In ultima tandem pagina occurrit expoſitio ad ea verba: *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, peſſimae & intricatiſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 32.

## LOGICA INCERTI AVCTORIS.

*Cod. XXVIII.* I. pag. 1. LOgica Petri Hiſpani cum Expoſitione Chellini; hic enim titulus in primo Codicis folio, manu recentiſſima praefigitur. Inc. *In principio iſtius Libri, ſicut in principiis aliorum, tria requiruntur*. Deſ. *ſed iſti ſunt illi, qui confutaverunt dici*. Tum ſubditur: *Explicit Tractatus Praedicamentorum*. Conſule Fabric. Biblioth. med. & inf. Lat. Tom. IV. pag. 45. & Tom. V. pag. 260.

II. pag. 36. *b.* Alius Tractatus de Logica, ſeu potius alia pars praecedentis Commentarii in Logicam. Inc. *Propoſitio eſt oratio affirmativa, vel negativa &c. In praecedenti auctor determinavit de quibuſdam, quae poſſunt eſſe principia ſyllogiſmi*. Deſ. *& in qualibet alia diviſione ſumantur argumenta, ſicut dictum eſt*.

III. pag. 62. *b.* Chellini de Bononia ſuper Librum S. Thomae de Fallaciis, ut in calce adnotatur, Commentarius. Inc. *Quia Loyca eſt rationalis ſcientia ad ratiocinandum inventa &c. In principio huius Libri, ſicut in principiis aliorum, tria principaliter requiruntur; primo quae & quot ſint cauſſae, ſecundo quis ſit Libri titulus, tertio cui philoſophiae* ( ſupple *parti* ) *ſupponatur* (3). Deſ. *in parte prima epilogat determinata, & dicit quod patet; quod haec fallacia provenit &c. Explicit Scriptum Fallaciarum ſecundum Reverendum Doctorem Magiſtrum Chellinum de Bononia.*

Codex chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XIV. exeuntis, ſcripturae intricatiſſimae. Conſtat foliis ſcriptis 78.

## ROBERTI ANGLICI IN PRIMVM PRIORVM RESOLVTIVORVM ARIST.

*Cod. XXIX.* MAgiſtri Roberti Anglici de Kiliurln Notulae in Libros II. Priorum Ariſtotelis. Inc. *Quum omnis ſcientia ſit veri inquiſitiva*. Deſ. *& ita in diverſis diverſimode ſit haec oſtenſio, & ita non eſt inconveniens, quod dictum eſt. Expliciunt Notulae Libri Priorum Ariſt. traditae a Magiſtro Roberto Anglico de Kiliurln.*

*Finito libro ſit laus & gratia Chriſto. Amen.*

Fabric. in Biblioth. med. & inf. Lat. Tom. VI. pag. 94. huius Roberti Anglici opus Magicum memorat, aitque reliqua eius ſcripta adhuc in tenebris latere.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 54.

LO-

(1) Contractior videtur in Codice, quam ſit in cit. edit.

(2) Montfauc. exterioris tituli errore deceptus, ita ipſum indicavit: *Scriptum, ſive rationes Fr. Thomae de Aquino Ord. Praed. ſuper libro Perihermeneias Ariſtotelis &c.*

(3) Ita incipit etiam Commentarius, quem habes paullo ante in §. I. ſed poſt paucos verſus ab illo prorſus diſcrepat, & Tractatus omnino diverſus eſt.

Digitized by Google

LOGICA MAGISTRI PETRI,

Cod. XXXIV. I. pag. 1. Dialectica Magiſtri Petri Hiſpani (1), Inç. *Dialectica eſt ars artium*. Deſ. *& haec de diſtributionibus dicta ſufficiant*.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIV. breviatae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 70.

---

# PLVTEVS LXXIII.

## CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XLI. EDITVM I.

### AC PRAETEREA ITALICOS MSS. IX. QVORVM RECENSIONEM IN TOMO CODD. ITALICORVM EXHIBEBIMVS.

---

## *CODEX I.*

### CORNELIVS CELSVS.

Ac praeterea

*Apuleii Platonici Liber de Herbis, Cleopatrae, & Vindiciani Gynaecia, & Anonymi alia.*

I. pag. 1. CORnelii Celſi Artium Lib. VI. (2) item Medicinae primus. Inc. *Ut alimenta ſanis corporibus*. Liber VIII. deſ. *noxae poſtea pateat*. Inde manu recentiori, quae totum correxit immo corrupit, Codicem, adnotatum eſt: *Correxi ego & emendavi manu propria, melius quam potui B. Marchio Palavicinus Epiſcopus Regienſis*. Tum maioribus, ſive quadratis rubris litteris ſcriptum eſt: *Celſi Liber VIII.* ( addit Pallavicinus *& ultimus* ) *explicit feliciter.*

Animadvertendum eſt, antiquiſſimum hunc & celeberrimum in tota Europa Celſi Codicem in octo Librorum titulis, auctoris nomen aliter exhibere, ac alii omnes; nuſquam enim *Aurelii* falſum praenomen prodit, quod in illis perpetuo ſcriptum eſt, librariorum oſcitantia, quibus inferioris aevi mos fraudi fuit, quum multis tunc nominibus nobiliores uterentur, non unico, ut florentis Reipublicae, ac primorum Caeſarum temporibus, adeoque & ipſius Celſi aetate conſueverant. Libro igitur primo titulus eſt, rubra grandiori littera exaratus, ut ſupra innuimus, & quidem ita: *Cornelii Celſi Artium Lib. VI item Medicinae primus*. Libro ſecundo *A. Cornelii Celſi*, itemque Libro tertio: quod quidem ſatis eſſe videatur ad riте reſtituendum *Auli* praenomen, ut iam viri docti praeſtiterunt. Quarto vero nomen omittitur, ſola inſcriptione appoſita: *Incip. Lib. IV.* Quinto: *Celſi Liber IV. explicit. Incip. Liber V. fel.* Sexto *Celſi L. V. Exp. Inc. L. VI. fel.* Septimo *A. Corn. Celſ. Lib. VI. Exp. Inc. Lib. VII. fel.* Octavo *Celſi Lib. VII. Explicit. Incipit Liber VIII.* In quibus titulis minus a veterum Romanorum conſuetudine deflexiſſe videtur vetuſtius exemplar, quodcumque illud fuit, unde noſtrum manavit; nunc ſcilicet unico *Celſi* cognomine indicato, nunc *Cornelii* nomine addito, aliaſque *Auli* quoque praenomine praepoſito, prima videlicet littera *A* ex communi conſenſu notato; eamque integram veramque fuiſſe optimi atque nitidiſſimi Romani ſcriptoris appellationem, qui Auguſti ſaeculo proximus, vel partim aequalis fuit quam apertiſſime patet. Sed & in Capitum titulis uniuſcuiuſque Libri differt hic Codex ab aliis

(1) Ioannes XXI. antea Petrus Iulianus, Vlyſſiponenſis, Papa ab A. MCCLXXVI. Sept. XIII. ad A. MCCLXXVII. Maii XXI. Hic eſt, cuius varia ſcripta ſub Petri Hiſpani nomine circumferuntur, quae videnda apud Nic. Antonium Tom. II. Biblioth. Vet. Hiſp. pag. 50. ſeq. & Fabricium Biblioth. Med. Tom. IV. p. 45. & Tom. V. pag. 260.

(2) Scilicet Pars ſexta Operis ab eo ſcripti *De Artibus*, de re Medica Libros VIII. complectens.

liis omnibus, in quibus ii tituli videntur eſſe notationes potius lectoris non adeo vetuſti, margini antiqui alicuius exemplaris adſcriptae. Alicubi enim Soranus memoratur, qui Celſo poſterior fuit, ut Libro III. eo loco, qui impreſſi reſpondet Cap. XVIII. pag. 150. verſ. 28. & in illis Codicibus, ubi notam habet quinquageſimi, haec fert rubrica: *Soranus nihil miſceri aquae, ſive oleo iubet, propter odorum noxam*. Et alibi: *Soranus his repugnat*, *& Soranus haec matutinis horis fieri iubet, quae Celſus veſpere facienda praeceperat*; & alibi quoque iudicium ſuum videtur hic adnotator interponere, ut hoc ipſo Capite de inſaniae curatione *Geſtatio omittenda*, quam ſcilicet Celſus laudaverat, & *remotis plagis omnia utilia*. Quas quidem omnes notationes & Capitum diſtinctiones in omnibus noſtris Codicibus, praeter primum, eodem ferme modo occurrentes Fontius neglexit, nova inducta partitione, noviſque titulis appoſitis, in iis Celſi exemplaribus, quae primus Florentiae edidit anno MCCCCLXXVIII. quam diviſionem inſequentes editores non immutarunt. Eas igitur, etſi ſatis veteres notationes, ſeu Capitum inſcriptiones, quum primus hic noſter Celſi Codex non agnoſcat, aliaſque, ac longe pauciores habeat, eo credibilius illud fit, quod ſaepe antea innuimus, exemplar ſcilicet, unde Codex hic deſcriptus fuit, & diverſum, & vetuſtius illo exemplari fuiſſe, unde ceteri omnes Codices manarunt qui quum inter ſe quam maxime conſentiant, a noſtro pluribus locis aliquantum diſcordant; ita ut de reſtituenda omnino Librorum Celſi nativa lectione, quod & medicinae, & latinitatis gratia permagni refert, tum demum ſpes futura ſit, quum tertium quoddam antiquius & emendatius exemplar, ſi quod alicubi latet, in apertum proferatur. Incomparabilis Antonius Cocchius, amicus, dum in vivis eſſet meus, aeternae memoriae vir, variantes lectiones totius poſtremi huius Codicis Libri, qui ad oſſa pertinet, eo cum impreſſis collato exemplaribus editionis Lindenii, vel Almeloveenii, ac praeſertim cum edito Patavii A. MDCCXXII. ſpeciminis loco ad calcem retulit Chirurgicorum Graecorum pag. 160. ſeqq. cui & quod ſupra protulimus de hoc praeſtantiſſimo Codice iudicium debemus (1). Tanti viri veſtigia terens Leonardus Targa Veronenſis, iuvenis Graece & Latine doctus, & in antiquis membranis verſandis peritiſſimus, ut omnium abſolutiſſimam Celſi editionem adornaret, per plures menſes Mediceos, Vaticanos, ſed hunc potiſſimum Codicem incredibili diligentia conſuluit. Sed ipſum in praefatione loquentem audiamus: *Haec quum ita ſint, ut Celſus priſtinae integritati, quantum fieri poteſt, reſtituatur, unde potiſſimum auxilium petendum eſt? Nimirum ab antiquis Codicibus, qui ſi emendati ſint, veram ſcripturam exhibent; ſi mendoſi, homini ſagaci interdum indicant. Hac ergo perſuaſione ductus quum ſuperioribus annis iter per Italiam inſtituiſſem, Codices Mss. conſului, qui in Vaticana ac Medicea Bibliotheca aſſervantur, eoſque cum editis ( nam hos fere omnes iampridem mihi comparaveram ) diligentiſſime contuli. Atque utinam id facere Morgagnus potuiſſet! multo ſane pauciora in Celſo haberemus, quae legentibus negotium faceſſerent. Ego enim, qui doctrina illi ſum atque ingenio adeo inferior, multo plus, quam initio ſperaveram, ex eorum collatione profeci. Nec tamen omnes ſunt eiuſdem notae. Sed hi cuiuſmodi ſint, & quae cuiuſque aetas atque auctoritas, index oſtendet, quem huic epiſtolae ſubiiciam. Illud modo affirmare poſſum, eam me Celſi editionem dare, in qua vix ullus ſit noſtris coniecturis locus. Etenim in ea nihil fere reperitur, quod ex iis Codicibus, quos ſupra dixi, aut manuſcriptis, aut editis petitum non ſit. Quoniam vero e manuſcriptis antiquiſſimus eſt Codex Mediceus primus, illud curavi, ut quae in eo ſcripta ſunt, pleraque, etiam ſi vitioſa eſſent, adnotarentur. Quid iſtuc, inquies? ſcilicet ut perſpicacior aliquis ex iis ipſis veram, ſi fieri poſſit, lectionem eliceret: quae cauſſa fuit, quamobrem ex aliis quoque Codicibus variantia excerperem &c.* Tum de Codicibus aliis Mediceis, de quibus mox a nobis agendum erit, iudicium profert, & quidem his verbis: *Codices Medicei. Hi omnes Florentiae in Bibliotheca Medicea ad D. Laurentii aſſervantur, ac ſunt numero ſeptem id eſt I. II. III. IV. V. VI. VII. Plutei LXXIII. Primus idem ille eſt Mediceus Codex, quem Rhodius, Cocchiuſque laudarunt; alter in adnotationibus ad Scribonium Largum, atque in Lexico Scriboniano; alter tum in calce Etruſcae Diſſertationis de Anatome, tum in Graecorum Chirurgorum editione, ubi maniſſae loco dedit variantes octavi Libri lectiones ex hoc Codice excerptas. Is omnium eſt antiquiſſimus, quippe ſcriptus ſaeculo XII. ineunte, eoque nomine ceteris anteferendus. Librorum in capita diviſio in eo nulla eſt: ſunt tamen tituli plures margini adſcripti. Quaedam etiam inter verſus ad corrigendum addita, ſed omnia fere prorſus inepta. Vid. adnot. 4. & 8. ad Prooemium Lib. I. & adnot. 48. ad cap. 7. lib. 2. Anno MCCCCLXV. Baptiſta Pallavicinus Regienſis Epiſcopus illum emendandum ſuſcepit, in quo tantum ſibi licere voluit, ut alium plane fecerit. Vſus eſt autem vetuſtiſſimo & corruptiſſimo, ut ipſe ait, exemplari, ex quo colligi poteſt, nonnulla illam coniiciendo immutaſſe. Ceterum id exemplar ei perquam ſimile fuiſſe videtur, unde Medicei reliqui derivantur. Secundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, & ſeptimus adeo inter ſe conſentiunt, ut ab uno eodemque exemplari profecti videantur. Scripti omnes ſunt ſaeculo XV. ſed tertius ceteris paullo eſt antiquior. In quarto gemina ſcriptura multis locis occurrit: altera a librario.*

(1) Quin immo totum contuliſſe hunc Celſi Codicem teſtis eſt mihi Io. Targionius Tozzettius Medicus Florentinus, editorum operum fama illuſtris.

*rio, cuius tantum ratio habenda eſt; ab emendatore altera, quae Codicem primum, aut Palavicini emendationem fere exprimit. Quintus, & ſextus ſcripti fuerunt Florentiae ab Antonio Marii F. anno MCCCCXXVII. & MCCCCLIII. videturque horum poſtremus ex tertio deſcriptus, quum quaedam in utroque ſint menda, quae in aliis Codicibus non apparent. Septimus ſcriptus eſt a Nicolao Nicolio; iſque alia manu appoſitas habet variantes lectiones ex Codice I.*

II. pag. 139. Anonymi Epiſtola in quatuor Capita diviſa per interrogationem, & reſponſionem, in qua agitur de Flebotomia. Caput I. *De Fleutomia* (ſic) inc. *Quid eſt Fleutomia? Venae rectae inciſio. Quomodo fleotomo operamur? Fleotomorum genera ſunt tria &c.* Caput II. eſt *De menſura ſanguinis evacuationis*. Caput III. inſcribitur: *De apto Fleotomiae tempore, vel quales venas ſunt incidendas* (ſic). Caput IV. inſcribitur: *Incip. denomina venarum quae oportet in hominibus incidere*, & deſ. *& debet ſe abſtinere a vino, niſi tantum potionem cum didimo debet uſitare uſque ad dies XL.* Notanda ſunt in hac Epiſtola loca quaedam, videlicet: *Epatica vena, hoc eſt deficado habes principatum = frigdorem & calorem = ſicut minorem digitum de manu ſiniſtra = tres brachii venae = de talo = inter digito minimo & paranimfolo = ſi v ringiu* (ſic) *eſt in capus fleotoma in collo manus, pedes, tibiae, ſpaueſcit retro aures in pollice, in cervicer, coruilias & iocinera = frueces* (vulgo *leſenici*) *ipſa vena capitanea incide in collo, vel gola, & ſanguinem trahe propter oculos, & ſeneces = vena ceſalica = cor levat in glucie quaſi cervſia = in amba brachia &c.* Pag. 141. derivationem venarum videtur ita deſcribere: *nigra colera intrat in foria. de forta exit in nervo. de nerno* (ſic) *circat corpus aſcendit in crucr. vertiginat caput fecit quaſi diabolus murmarioſos, & quorum alii dicunt diabolus eſt, & alii quod cadivus ſit, & neſcit unde procedat.*

III. pag. 141. Medicamentum, *quod*, ut in Codice titulatur, *facit ad omnia vulnera cyronia, & ad omnes inciſiones, & dicitur Aegyptias, facit & ad alia vulnera ſoldanda* (ſic), *& nervi denudati, & ad inciſuras muſculorum, & ad dolorem nervorum, & ad vertigines, & ad reuma oculorum in fronte impoſitum, facit & ad aepoſtomas, & ad morſum hominis, & ad beſtias mortiferas &c.* Memoratur in hoc emplaſtro *lepidoſtomamos*, *ideſt ferragine de aciario*.

IV. pag. ead. *b.* Medicamentum *ad ragadas & fungos, & ad tumorem ani, & ſi quid natum fuerit, & in triduo, vel quatriduo ſanum hominem reddat. maſtice cbiãt. III. argenti ſpuma ÷ IV. ceruſa ÷ III. iuſquiami hoc eſt herba ſimphoniaca ÷ II. oleo mirthino ÷ II. tere in mortario diligenter ut molliſſimum & lene fiat, & in duleolo plumbeo reconde, & quum opus fuerit utere. nihil hoc medicamine potentius.*

V. pag. ead. Nomina Auctorum Medicinae Aegyptiorum, vel Graecorum, & Latinorum, quae binis in columnis conſcripta ſunt. In prima continentur (1) *Scolapius. Podarilius, & Machaon eius filii. Aſclepius eius nepos Solapi. Ermes Trimegiſtus. Emmanetos. Necepſo. Cleopatra Regina.* In ſecunda columna poſt titulum maiuſculis litteris ita expreſſum: *Item qui Graeca lingua ſcripſerunt*, recenſentur *Chiron Teſſalus. Ipocras Heraclidis filius Chous. Soranus Gallienus. Dioſcorides. Muſa. Euſuranus. Aſclepiades. Menemachus. Siroxenus. Crito. Nicer. Apollonius Pergaminus. Herodotus. Diocles Arcidami filius. Cariſtius. Nicander. Theofraſtus. Andreas Theſſalus. Ypocrates filius Chous. Eras Capadox. Andromacus. Theoneltus. Themiſon Teſalus. Menegrates Eliſantides. Muſcio. Eudemus. Soſtradus. Eron. Elolorus. Apollonius. Epifanes. Chriſippus Erini filius Chnidius. Liſias. Laurentius. Philippus Chous. Democedes Calliſontes filius Crodonienſis. Dracon. Hippocrates filius Chous. Praxagoras Nicanarci filius. Heroſilus Calcedonius. Heraſiſtratus Cleobroti filius* (2) *rius. Xenophron Alexandrinus. Dionifius Cuſtos* (3). *Scomaclus Bitinius. Aſclepiades Andreae filius. Eraclidis. Menodorus. Arcibius. Pithagorax. Emoodedes. Democritus. Criſippus. Sepion. Claucias. Pliſtonicus. Caſſius. Cleſantes. Paſſius Antiocus. Filonis Catenſis* (4). *Lupus Pelobi. Hippoſthadas. Antillus. Arcigenis. Marcellus. Licius. Lucius. Attalus. Nigeratos. Tharteus Theſſalus ex Necepſo.*

VI. pag. 142. *b.* Apuleii Platonici Liber de Herbis (5), ſive de nominibus & virtutibus

(1) Nos eamdem orthographiam, qua in Codice haec ſcripta ſunt nomina, ſervandam duximus

(2) Vid. Plinium Lib VII. Cap. 37. & Lib. XXIX. Cap. 1. Primo loco Plinius habet Cleombrotum, altero Eraſiſtratum, eamdem hiſtoriam narrans. Harduinus Cleombrotum cognomen Eraſiſtrati eſſe putavit. Ex hoc Codice patet, nomen patris fuiſſe.

(3) Dionyſius Cyrtus. vel Curtos, cuius meminit Stephanus V. Κύρτος, urbs Aegypti, ex qua Medicus hic celebris

(4) Forte eſt *Philonides Catinenſis*.

(5) Codex adſervatur in Bibliotheca Collegii Etruſcorum Cortonae cum rubricis & figuris, ſcriptus peregrina manu. Angla fortaſſe, vel Germana, ſatis tamen eleganter, ſaeculo, ut videtur XI. in quo continetur:

*Apuleii Platonici Herbarium.*

*Fragmentum Sexti Placiti de Medicinis ex animalibus.*

*Anthimii Epiſtola de obſervatione ciborum*, cuius initium eſt: *Incipit Epiſtola Anthimii viri Illuſtriſſimi Comitis ad glorioſum Regem Francorum Theodericum de obſervatione ciborum. Ratio obſervationis veſtrae pietatis ſecundum praecepta auctorum* (ſ auctorum) *medicinalium, ut potui, vobis exponere profutura generaliter procuravi &c.*

*De pane. de carnibus varii generis, & piſcibus, de oleribus, fructibus, lacte, aqua.*

In fine quaedam aſſuta videntur *de clyſteribus*, & medicinae aliquot ex animalibus, nec non formulae remediorum, Confectiones ipſi dictae. Opus ineditum eſt, ni fallor: in eo voces aliquot occurrunt novae. De hoc Anthimio nullam memini ſibi mentionem in vulgatis medicorum libris, nec apud Fabricium in Elencho Medicorum veterum alias cit.

Digitized by Google

bus Herbarum, qui ita indicatur: *Incipiunt Capitula LXXVII.* (1) *Apulei Platonici*. Primum eſt *ad capitis fracturam*. Vltimum *ad luxum*. Tum litteris rubris maioribus: *Explicitunt Capitula. Incipit Liber Apulei Platonici. Traditum a Cicerone Centauro Magiſtro Achillis & ad* (ſic) *Eſculapio*. Prologus inc. *Odit ſtupiditatem verboſam profeſſionis quod dicimus*. Deſ. *noſtra litteralis ſcientia invitis etiam medicis profuiſſe videatur. Explicit Prologus*. Cap. I. inc. *Herba Vittonica contuſa & ſuper capitis ictum impoſita &c.* Caput ultimum deſ. *& lilii folia tunſa & impoſita efficaciter ſanat* (ſic). *Explicit Liber Apulei*. Sub Apuleii Platonici nomine cum Antonii Muſae Libello de Betonica ad Marcum Agrippam vulgatus eſt Baſileae MDXXVIII. fol. ad calcem Plinii Valeriani ex recenſione Albani Torini, & A. MDXXXVII. 4. Tiguri cum Commentario Gabrielis Humelbergii, ut alias editiones omittam. Forte ex Apuleii Platonici Medicinalibus, quorum Priſcianus Lib. VI. meminit, & aliis auctoribus collectus, contractuſque eſt, etſi Humelbergius ab Apuleio ipſo ita ſcriptum eſſe non ambigit, niſi quod fatetur, Codices maxime depravatos, ac pluribus locis mire varios ad nos perveniſſe. Plura de hoc Libro ſcripſit Fabricius in Centuria Plagiariorum num. 58. qui etiam tradit Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 26. in Bibliotheca Iſaaci Voſſii fuiſſe Apuleii Codicem de Herbis ante annos mille ducentos ſcriptum litteris uncialibus, & cum figuris elegantiſſimis. Exſtat etiam hic Apuleii Liber ſine Commentariis inter Medicos antiquos Venetiis apud Aldum MDXLVII. pag. 211. *b.* ſub titulo: *De Herbarum virtutibus hiſtoria, quam Chironi Centauro & Aeſculapio acceptam retulit*, ſed a Codicis noſtri lectione omnino diſcrepans.

VII. pag. 148. *b.* Cleopatrae de morbis muliebribus, & eorum (2) curationibus cum Prologo, qui inc. *Deſideranti tibi, filia chariſſima, & habere volenti commentarium curationis mulierum, facere laboravi*. Deſ. *in matrice humores multi ſunt. Explicit Prologus in O* (ſic) *ſigna*. Conſtat Capitibus XLIII. (3) Caput I. *De humoroſa matrice* inc. *Haec ſigna erunt, oculi eorum dolebunt*. Caput ultimum per errorem numero notatum XLII. deſ. *& facies cerotum & uteris. Explicit Genecia a Cleopatra facta a Sorano Lib. IIII.* Pauca habet de Cleopatra Fabricius Bibl. Gr. Tom. XIII. pag. 122. in Elencho Medicorum veterum.

VIII. pag. 154. Opus Medicum in ſex Libros diviſum, quorum primus inſcriptus *Liber Geneciae ad Soteris obſetrix* (ſic) in forma dialogi, in quo Soteris dicit, Soranus reſpondet, inc. *Theodorae pante Medica reginarum Cleopatrae, & Tarſenoe*. Deſ. *nutrix autem aquoſum bibat. Expl. Lib. I. Geneciae*. Pag. 156. *b.* ſecundus, cuius eſt titulus: *De cauſſas* (ſic) *matricis, ideſt de duritia, & de abſtinentia menſtruale, & de conceptu; item liber expoſitus de vitiis quae mulieri proveniunt*, inc. *Seoreus* (4) *partibus quae communia ſunt nobis*. Deſ. *& exinde foveatur. Expl. Lib. II. de cauſſa matricis*. Pag. 160. Liber III. *De fluore ſanguinis, & de vulneribus* inc. *Licet propoſueram ordinem tibi cuncta diſcurre valetudines omnes &c.* Deſ. *ſanguis per verenda exit cum dolore nimio. Explicit Lib. III.* Pag. 162. Liber IV. *De diligentia fetus ſive vivis, ſive mortuis* inc. *Quoniam oportet omnia exponere*. Deſ. *duobus libris omnia expoſui. Expl. Liber quartus*. Pag. 163. *b.* Liber V. *De peſſariis & potionibus, & de terapeutica, ideſt de medicamina licice ad Teudoten medicos, & eumeticos* inc. *Deſideranti tibi, filia cariſſima, commentarios curationum muliebrium eligere laboravi*. Deſ. *quouſque patibulo erit, & caris viri ardore. Explicit peſſaria & cauſſas vulvae*. Pag. 16⁊. *b.* Liber VI. *De conceptione & cauſſas profluvii* inc. *Hircocas & mali odoris mulieres emendas*. Deſ. *& adiuvante Domino mirifice ſanabitur. Explicit Liber VI. de conceptione & cauſſas profluvii*. Exſtant & hi Libri ſub Cleopatrae nomine in ſupra memoratis Gynaeciis, ſed non parum diſcrepat Codex ab editione.

IX. pag. 175. Anonymi plura Capita de mulierum morbis, eorumque curationibus. Primum *De ſignis matricis, quando in loco ſuo non eſt* inc. *Dolor ſiniſtri lateris*. Vltimum: *Si humor frigidus nimie manaverit*, deſ. *oleo cocl. III.* Prae reliquis notanda ſunt Capita quaedam, ſcilicet I. pag. 176. *Ad mamillarum dolorem & tumorem*, II. pag. ead. *Vt mammae puellae parvae ſint*, III. pag. ead. *b. Emplaſtrum ad menſtrua provocanda, & ad matricis indignationem mitigandam*, IV. pag. ead. *Vt capilli mulierum longi & formoſi ſint &c.*

X. pag. 186. *b.* Tituli Muſcionis auctoris CLXXXII. quorum multi aevi diuturnitate evanuerunt, quibus ſtatim ſubiiciuntur Gynaecia Vindiciani (5). Inc. *Quibus oſſibus, vel quibus compaginibus, vel quibus venis homines continentur*. Deſ. *decimo menſe puer de tenebris ad lucem exiet. Expliciunt Genecia Vindiciani auctoris* (6).

XI. pag. 189. *b.* Gynaecia Muſcionis au-



(1) In tabula quidem numerantur Capita LXXVII. ſed in ipſo Opere ad LXXIX. uſque pertingunt; inter iſta notandum Caput LXXII. *Ad pecus extrahendum*, ubi fetum appellat *pecus*.

(2) Exſtant inter Gynaecia ex diverſis collecta a Gaſpare Wolphio Medico Tigurino Baſileae per Th. Guarinum MDLXVI 4. & alibi.

(3) Notandum eſt Caput IX. *De dolore, aut punctione, aut prurigine matricis*, ubi remedia quaedam tam viduis quam virginibus praeſcribuntur.

(4) Haec prima vox quum evanuiſſet, alia manus ſuperſcripſit *Seoreus*.

(5) Vindicianus, vir ſagax, medicae artis peritiſſimus, idemque nobiliſſimus, qui Auguſtinum a genethliaca ſuperſtitione revocavit, ut ipſe refert Lib. IV. 5. & VII. 6. Confeſſion. Vid. Fabric. loc. cit. Tom. XIII. pag. 445. qui tamen, itemque Lindenius de Scriptis Medicis, & Mangetus loc. cit. nullum de his Gynaeciis verbum faciunt. Floruit anno Chriſti circiter CCCLXX.

(6) Heic quoque ubi de fetu fit mentio legitur pag. 189. *b. tertio menſe formatum invenitur pecus; nono menſe maturum erit pecus*.

ſtoris. Praecedit Prologus, qui inc. *Quum frequentius nobis*. Deſ. *cognoſcere poſſit*, ubi notanda ſunt verba: *ſicut in optalmico & gyrurgimeno ſiliatro etiam teorematico legimus* (1). Tum ſequuntur Gynaecia CLXXX. Capitibus diſtincta, quae notantur in margine. Primum inc. *Quid eſt obſetrix? Femina omnium mulierum cauſſarum docta*. Deſ. *ab antiquis diligenter ſcripta ſunt. Explicit Genecia Muſcionis auctoris. Lege feliciter*. Myſtionis Smyrnaei Gynaecia Mss. Capitibus MLXXII. quorum in Catalogo apud Labbeum pag. 172. Biblioth. Novae Mss. meminit Scipio Tettius, ad hunc Muſcionem, vel Mictonem pertinere putat Harduinus in Plinium. Inter Gynaecia ſupra citata nuncupatur *Moſchion*, ibique reperitur haec antiqua verſio Latina eiuſdem operis, quae aliquanto amplior eſt, & magnopere ad exemplaris correctionem confert. Vide Ioannem Aſtruc in Tract. de Morbis Mulier. Ven. per Nic. Pezzana MDCCLXIII. 4. Tom. I. pag. 305.

XII. pag. 214. *b*. Theodori (Priſciani) auctoris (2) Genaecia (ſcilicet Liber III.) Praecurrit Prologus (ad Salvinam), cuius initium eſt: *Intellexiſſe te non minus a nobis arbitror Savina* (ſic). Deſ. *adhibe medicina* (ſic). Sequuntur deinde Gynaecia X. comprehenſa Capitibus. Primum inſcriptum *De mamillis dolentibus poſt partum* inc. *Mamillae autem cum tenſione*. Vltimum *De conorrea, id-eſt ſpermatis effuſione* deſ. *quae pertinent ad ſalutem mulierum*. Concordant cum editione inter Antiquos Medicos Venetiis apud Aldum MDXLVII. fol. a pag. 308. *b*. ad pag. 310. ubi totum Priſciani Opus hoc ordine recenſetur: *Liber, qui Logicus dicitur ad Timotheum fratrem. Liber II. De Oxyorit, ſive acutis paſſionibus ad eumdem. Liber III. ad Victoriam, Gynaecia, ſeu de Mulierum paſſionibus. Liber IV. ad Euſebium filium de Phyſica ſcientia*.

XIII. pag. 219. De Peſſis Cleopatrae. Inc. *Quemadmodum Peſſaria fiant*. Deſ. *medullae cervinae* ÷ II. *croco* ÷ I. *Explicit de Peſſis Cleopatrae*.

XIV. pag. 220. Sequitur alia manu, ſed antiqua, *remedium*, ut heic inſcribitur, *Apoſtolicon, qui* (ſic) *facit ad omnes cauſſas, & ad omnia vulnera &c.* In fine poſt verbum *Explicit* nomen erat additum, nunc omnino deletum; forte quis divinando legat *Ganubium*.

In ultima tandem pagina duo verſus maioribus litteris ſcripti erant, & hi poſtea abraſi; ex litterarum tamen veſtigiis legi poſſe coniecimus: *Liber Eccleſiae Sancti Ambroſii Mediolanenſis*. Tum alia manu recentiori notantur nomina tantum Auctorum, quorum opera in hoc Codice continentur, videlicet, *Cornel. Celſus, Apuleius Platonicus, Soranus, Soteris Obſtetrix Cleopatrae, Muſſio, Theodorus*.

In prima pagina legitur, primo: *Contuli MDCCXXVIII. A. Cocchius, Flor.* ſecundo: *Contuli cum Patavina An. MDCCL. editione. Opus abſolvi VI. Id. Quint. An. MDCCLIX. Leonardus Targa Veronenſis; eique operam meam contuli ego Ang. M. Bandinius Mediceae Biblioth. Regius Praefectus*. In averſa eadem pagina haec alia notata ſunt: *Adiuro te, quicumque hos Cornelii Celſi deſcripſeris libros per D. N. I. C. & glor. eius adventum, in quo venies indicare vivos & mortuos, ut conferas quod ſcripſeris, & emendes ad exemplaria ea, de quibus ſcripſeris diligenter, & hoc adiurationis genus ſimiliter tranſcribas & transferas in eum Codicem quem deſcripſeris* (3). Inferius vero ſequens Epiſtola autographa: *Baptiſta Marchio Palavicinus Epiſcopus Regien. immeritus magno & excellenti ingenio viro Alberto Pariſio ſplendidiſſimae R. P. Bononienſis Cancellario ſalutem & ſincerae dilectionis affectum. Liber hic Cornelii Celſi, quem a tua praeſtantia ſuperioribus diebus exegi, etſi priſcam plurimamque in figuris litterarum antiquitatem redoleat, mendis tamen oppletus erat, & mancus. Senties quod verum eſt, quum illum in manibus acceperis, & dices, maius tibi a me repenſum beneficium, quam tu mihi erogaveris: quum videris qua fide & diligentia, quaeque etiam minima proſequutus ſim, effecerimque, ut iam poſſit plenas ſententias excerpere ex libro illo, qui prius lectione ſua confuſus erat, & inſipidus, cuique Apolline magis, quam lectore opus erat. Vnum tantum te oro, ut poſteaquam virtus tua charum te mihi fecit, tu ipſe annotes ſi quas putaveris ex meis notulis corrigendas. Ita enim magis mihi perſuadebo, reliquas tibi placere, ſi quaſdam diſplicere cognovero. Vltimus autem liber in meo Codice pariter, ut in tuo, fragmentatus eſt. Vale in Chriſto Ieſu Domino Noſtro, & me quaeſo ama mutuo, qui te auditum, numquam viſum ardere, ne amare dicam, poſſum. Regii Kal. Decembr. MCCCCLXV. Idem B. Epiſc. manu propria* (4).

Huius celeberrimi Codicis hiſtoriam Cl. Laur. Mehus in Praefat. ad Ambroſii Camald. Epiſtolas ita perſequitur pag. XLIV. *Hi vero Celſi Libri exſcripti a Nicolao fuere ex vetuſtiſſimo Celſi Codice membranaceo, qui nunc adſervatur in eadem Bibliotheca Mediceo-Lau-*

(1) Nota quod Democrates ſcripſit Librum, cui titulus *Philiatros* (Galenus Tom. II. pag. 281.) & Eliodorus alterum inſcriptum *Chirurgumenon*, & citatur in ſcholio Chirurgicorum a Cl. Cocchio.

(2) Pauca habet de hoc Theodoro Priſciano Fabricius in Elencho Medicor. Veter. Bibl. Graec. Tom. XIII. & Bibl. Lat. Tom. II. pag. 593. Vide Gynaecia a Wolphio edita ſuperius memorata, inter quae etiam illa huius Theodori Priſciani adferuntur. Ioannes Aſtruc in Opere ſupra cit. pag. 305. VIII. vel IX. ſaeculo vixiſſe hunc Theodorum Priſcianum arbitratur, eiuſque opus prodiiſſe Baſileae apud Frobenium A. MDXXXII.

teſtatur.

(3) Euſebius Hiſtor. Eccleſ. Lib. V. Cap. XX huiuſmodi obteſtationem Irenaeum addidiſſe refert ſuo de Ogdoade libro, ipſeque Euſebius in Chronicon ſuum tranſtulit, vertitque Hieronymus; ſimilem etiam praefixit Rufinus Origenis Libris a ſe verſis περὶ ἀρχῶν. Vide Cleric. Art. Critic. Tom. II. pag. 242. & 422.

(4) Philippus Labbeus in Nova Bibliotheca Mss. Librorum Pariſiis apud Io. Henault MDCLIII. 4. pag. 12. adfirmat exſtare in Codice Regio 2025. huius *Baptiſtae Marchionis Palavicini Epiſcopi Regienſis Hiſtoriam Crucis Domini*.

Digitized by Google

*Laurentiana. Hunc enim, antequam Mediceae Bibliothecae dicatus eſſet, poſſidebat Vir Cl. Albertus Pariſius Reipublicae Bononienſis Cancellarius, Niccolique aetate illuſtris, qui Codicem ſuum Florentiam miſit Nicolao Niccolo. Is vero non ſolum exemplum, de quo diximus, ex eo ſibi peperit, verum etiam ſex circiter paginas, quae illi deerant, diligentiſſime ſupplevit. Poſt Niccoli obitum hic ipſe Codex tranſmiſſus ab Alberto fuit Marchioni Baptiſtae Palavicino Epiſcopo Regienſi recenſendus, corrigenduſque. Hinc eſt, quod vetuſtiſſimo Codici praefigitur Epiſtola eiuſdem Epiſcopi Regienſis, & quidem autographa. Poſt Alberti Pariſii obitum pervenit vetuſtus is Celſi Codex ad Stephanum Mediolanenſem, qui Bononiae medendi artem magna cum laude agitabat. Is autem anno MCCCCXC. manuſcriptum veterem Florentiam miſit celeberrimo Angelo Politiano, qui Codicem tradidit Petro Matthaeo Vberto familiari ſuo conferendum cum nupera illa editione, quam collatis in unum vetuſtis exemplaribus Saxetti ( Franciſci nempe ) ſui, ut ait, opera, e Gallia conquiſitis curaverat, atque in antiquum ferme ſtatum opinione ſua redegerat Barptolemaeus Fontius. Haec autem Fontiana, ut ita dixerim, editio Petro Matthaeo Vberto Florentino cum vetuſto Celſi Codice collata exſtat in Bibliotheca Marchionum Riccardiorum, quam variantibus ubique lectionibus, iiſque uberrimis Matthaeus locupletavit. Ea vero in Codice conferendo uſus eſt fide, ac diligentia, ut ſupplementa etiam Nicolai Niccoli, & animadverſiones exſcripſerit, etſi doctiſſimi viri manum non ſenſerit, ſed nunc paginas novas* (1), *nunc novum exemplar* (2), *nunc novas litteras* (3), *nunc adnotationem novam* (4) *illas nuncupet. Eo tamen valuit Vberti collatio, ut oſtenderet, Fontii editionem non ex Codicibus Gallicanis, ſed e Bononienſi, nunc Mediceo-Laurentiano recenſitam fuiſſe. Et quidem ad illa verba Praefationis Fontianae*: vetuſtis exemplaribus e Gallia conquiſitis, *notat Vbertus in margine* al Bononia, *quaſi vero Fontius non ex Gallicano, ut iactabat, manuſcripto, ſed ex Bononienſi Pariſii Codice editionem ſuam recenſuerit. Sed proferenda ſunt illa, quae ad calcem editionis manu ſua Vbertus adnotavit*: Contuli ego Petrus Matthaeus Vbertus Florentinus Politiani familiaris librum hunc cum vetuſto Codice, quem Bononia miſerat ad illum Stephanus Mediolanenſis excellens Medicus. Erat autem is ipſe liber, quem Fontius olim habuerat, cuius exemplo imprimenda haec exemplaria curavit, quamvis falſo dicat in Epiſtola, exemplaria quaedam in Gallia Saxetti opera habuiſſe. Ceterum antiquus is liber, cum quo hunc Politiani contuli, emendatus & ipſe fuerat, ſeu certe collatus cum Codice altero vetuſtiſſimo, ut Epiſtola indicat Baptiſtae Marchionis Palavicini Epiſcopi Regienſis ad Albertum Pariſium Bononienſem Cancellarium. Ego itaque ex praeſcripto Politiani hoc obſervavi, ut quidquid erat novae emendationis, ex antiquo tamen, ut apparet, Codice, ſubdita virgula notarem, quaſique plane ad exemplar, quod vetus habebam, redigerem, ne mutatis quidem, quae liquido falſa apparebant, ut liberum Politiano iudicium relinquerem. Florentiae die quarta Februarii paullo poſt tertiam noctis horam MCCCCLXXXX. *Haec Matthaeus Vbertus. Ego vero vix induci poſſum, ut credam Fontianam editionem ad Codicem Bononienſem, nunc Mediceum fuiſſe recenſitam. Nam, ut alia omittam, variantes ipſae lectiones ab eodem Matthaeo Vberto erutae oſtendunt, quantum ab illo diverſa ſit. Praeterea, quinam fieri potuit, ut Fontius Pariſii Codicem uſurpaverit? Nondum enim natus erat Fontius, quum Codex ille Florentino Nicolai Niccoli hoſpitio utebatur. Editionem vero iam perfecerat, quum idem ille Codex Florentiam denuo in Angeli Politiani ſinum perrexit. Sed haec referenda ſunt odio illi Vatiniano, quod inter Barptolemaeum Fontium, atque Angelum Politianum, eiuſque familiares malo Reipublicae Litterariae ea aetate exarſit. Sunt, qui putent, Vberti verba bene cum Fontianis convenire poſſe, ſi dicamus, vetuſtum Celſi Codicem unum eſſe ex Gallicanis illis manuſcriptis, quos a ſe adhibitos narrat Fontius. Haec autem opinio ineptiſſima omnium eſt, quum Celſi Codex a Nicolao Niccolo, ut ſupra diximus, ſuppletus ſit, ab homine ſcilicet, qui diem obiit ſupremum, antequam Saxettus, non dicam Gallias perveſtigaverat, ſed ne eas quidem cogitare poterat. Acceptum vero referre debemus Angelo Politiano, quod vetuſtiſſimus ille manuſcriptus in Bibliotheca Mediceo Laurentiana in praeſentiarum adſervetur. Is enim fuit qui Codicem obtulit Laurentio illi Mediceo, qui Magnifici cognomen rebus magnifice geſtis quaeſitum accepit &c.*

Cod. membr. Ms. in 4. quadrato Saec. XII. ineuntis, vere inſignis, binis columnis diligenter exaratus, cum titulis Librorum, & Capitum maiuſculis, & rubrica plerumque conſcriptis, & ſummariis in margine ab imperito bibliopego in religando Codice ſemireciſis, duobus in locis manu Nicolai Niccoli ſuppletus in papyro, videlicet a pag. 59. ad pag. 62. incluſive, & a pag. 80. ad pag. 84. Conſtat foliis ſcriptis 220. In Cat. Montf. ſub num. XV.

## CORNELIVS CELSVS.

ARtium Aurelii Cornelii Celſi Liber VI. *Quae ratio Medicinae potiſſima ſit, & quemadmodum ſanos agere conveniat Liber I.* (5) ut in Codice praecedenti. Praecurrit Libris ſingulis index Capitum, & ad Graeca verba excipienda ſpatia, ut plurimum vacua relicta *Cod. II.*



(1) Lib. IV. Cap. 13.
(2) Lib. V. Cap. 27.
(3) Lib. VIII. Cap. 9.
(4) Lib. VIII. Cap. 11.
(5) Titulus Libris ſingulis maiuſcula littera repetitur.

ſta ſunt. In quarto Libro §. CX. (1) contra illa verba: *ſi maligna purgatio eſt, ſubiicienda ſunt*, nota legitur in margine: *Deſunt in vetuſtiſſimo exemplari duo folia*, ac propterea illa quae immediate ſequuntur, *coëuntia. Id faciunt etiam albae olivae &c.* uſque ad verba, *donec id vitium, cui per haec opitulamur conquieſcat*, incluſive, in pagellis, quae idcirco vacuae ab antiquo librario relictae fuerant, ſuppleta ſunt manu recentiore. In Libro VII. (2) habetur *qua ſtrageſima plaga eſt*. In Codice autem I. legebatur *quareſima* ( correctum manu Palav. *qua ſtrictior ima* ) *plaga eſt*; ex quo coniicitur, reſtituendum eſſe locum *qua reſima plaga eſt* (3).

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum litteris coloratis, titulis ac ſummariis in margine rubricatis, in cuius prima pagina legitur: *Contuli M. Septembri LX. I. Th. Coberus*. Conſtat foliis ſcriptis 207. In Cat. Montf. ſub num. XIII.

## CORNELIVS CELSVS.

Cod. III. ARtium Cornelii Aurelii Celſi Liber VI. *Quae ratio &c.* Praecurrit ſingulis Libris index Capitum. Vltima pagina ab alia manu reſtaurata eſt. In quarto Libro (4) poſt verba: *at ſi exulceratio ſtomachum infeſtat, eadem fere facienda ſunt quae in faucibus exulceratis praecepta ſunt, exercitatio &c.* in margine adnotatum eſt: *deſunt in vetuſtiſſimo exemplari quatuor folia*, & progreditur ſupplementum per quinque circiter folia, videlicet a verbis: *frictio inferiorum partium adhibenda*, uſque ad verba (5) *adeo ut lacti quoque recte contritum allium adiiciatur. Procedente &c.* Item poſt verba (6) *ſubiicienda ſunt* alia occurrebat lacuna, & in margine legebatur: *deſunt in vetuſtiſſimo exemplari duo folia*, relictis circiter duabus paginis vacuis uſque ad verba: *coxis proxima genua &c.* Sed quum poſtea defectus iſte ſuppletus fuerit, nota illa marginalis eraſa eſt. Interim notandum, Graeca verba ſuis locis maiuſcula littera adferri.

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, nitidiſſimus, cum litteris Librorum initialibus inauratis & coloratis, Capitum titulis rubricatis, & epigraphe in principio *Contuli M. Sept. CIϽIϽCCLX. I. T. Coberus*. In prima pagina ſtemma erat poſſeſſoris, nunc omnino eraſum. Conſtat foliis ſcriptis 157. In Cat. Montf. ſub num. XIV.

## CORNELIVS CELSVS.

Cod. IV. AVrelii Cornelii Celſi de Medicina Libri VIII. quibus praecurrit tabula in principio omnium ſimul Librorum. In loco illo Libri IV. *ſi maligna purgatio eſt, ſubiicienda ſunt coëuntia. Id faciunt etiam albae olivae &c.* nullum exſtat antiquioris lacunae ſignum; in loco vero Libri VII. *qua ſtrictior ima plaga eſt* raſura apparet. Adſunt praeterea in margine ſummaria, & correctiones quaedam, & variantes lectiones; Graeca verba cinnabari plerumque adferuntur.

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XV. cum initialibus Librorum deauratis, & titulis rubricatis, pictura in principio, ſtemmate familiae cuiuſdam, poſtea eraſo, & auctoris effigie in littera initiali. Heic quoque legitur in principio: *Contuli M. Sept. LX. I. Th. Coberus*. Conſtat foliis ſcriptis 246. In Cat. Montf. ſub num. XVII.

## C E L S V S.

Cod. V. ARtium Aurelii Cornelii Celſi Lib. VI. cum indice Libris ſingulis praemiſſo, rubrica elegantiſſime exarato. In fine haec ſcriptoris nota appoſita eſt: *Antonius Marii Florentinus Civis abſolvit Florentiae VIII. Idus Iulii MCCCCXXVII. Valeas qui legis feliciter*. In Libro IV. ad ea verba: *ſi maligna purgatio eſt, ſubiicienda ſunt coëuntia &c.* nullum reiictae lacunae ſignum apparet. Libri VII. locus ille, in quo de lapidis ſectione agitur, ita habet: *ea parte qua ſtrageſima plaga eſt*. Poſtea legitur: *Cura de calculis feminarum*.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum auro, variiſque coloribus depictis, & titulis Capitum rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 200. In Cat. Montf. ſub num. XVI.

## C E L S V S.

Cod. VI. ARtium Cornelii Celſi Liber VI. *Quae ratio &c.* Praecurrit Libris ſingulis index Capitum. Graeca verba grandiori adferuntur littera. Ad locum Libri IV. poſt verba *vel album ex ovo* abſolvitur pagina 76. *b.* & inſequens incipit a verbis: *coëuntia. Id faciunt etiam albae olivae &c.* Nos vero ſignis appoſitis, quo ſit recurrendum monſtramus. Locus autem Libri VII. heic legitur: *ea parte qua ſtrages ima plaga eſt &c.* Tum Caput inſcriptum: *Cura de calcibus feminarum*. Adſunt in margine correctiones aliquot, ſed perquam rarae. In fine litteris maiuſcu-

lis

(1) Codicis pag. 87. *b.* editionis Celſi curante Leonardo Targa pag. 214.

(2) Codicis pag. 177. editionis 455.

(3) Cl. Targa ad hunc locum pag. 455. cit. Patav. edit. *qua reſima plaga eſt, qua lunatae plagae ſinus. Ita hunc locum reſtitui ex Cod. Mediceo I. praeeunte Cocchio in Additamentis ad Diſſertationem de Anatome. Vide etiam Morgagnum Epiſt. VII. In vulgatis libris legitur:* qua ſtrictior ima plaga eſt; *ut eſt in Codice a Palavicino correcto. Alii Codices habent*, qua ſtrageſima plaga eſt.

(4) Codicis pag. 60. edit. cit. pag. 189.

(5) Codicis pag. 64. cit. edit. pag. 202.

(6) Codicis pag. 68. edit. cit. pag 214. ubi conſule ad hanc lacunam Cl. Targam not. 85.

Digitized by Google

lis legitur: *Antonius Marii filius Florentinus Civis, atque Notarius tranſcripſi Florentiae VIII. Id. Maias MCCCCLIII. Valeas longaeve qui legis*, ac paullo inferius αὐτοχειρὶ *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Cod. membr. Ms in fol. Saec. XV. mirae pulcritudinis & elegantiae, grandiori littera exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus Librorum auro variiſque coloribus eleganter illuminatis, & cum pictura in principio, quae totum exornat marginem, ubi ſtemma poſſeſſoris ferme eraſum adparet, qui ex rubri galeri veſtigiis, Cardinalis fuiſſe coniicitur. Conſtat foliis ſcriptis 175. In Cat. Montf. ſub num. LI.

## CORNELIVS CELSVS.

*Cod. VII.* ARtium Aurelii Cornelii Celſi de Medicina Liber VI. *Quae ratio Medicinae potiſſima &c.* In prima pagina haec notata ſunt: *Hic Celſi Liber exaratus eſt manu Nicolai Niccoli, viri diligentis, & eruditi, qui abundavit copia antiquorum exemplariorum* ( ic): *cuiuſque ſcripturae Angelus Politianus magnam fidem habere ſolitus erat: itaque ipſius teſtimonium ſaepe citat: quod tibi, lector, cognitum eſſe volui, ne forte, quum tu non ſatis vetuſtum librum videres, ſubito contemneres, neque ipſi aliquid auctoritatis habendum putares. Baccius Ballinus*. Heic ad locum illum Libri IV. *ſi maligna purgatio eſt ſubiiciendae ſunt &c.* in quibus deſinit pag. 74. *b.* adnotatum eſt in margine *deſunt in vetuſtiſſimo exemplari duo folia*; ac relictis tribus foliis vacuis, pagina 78. incipit a verbis immediate ſequentibus: *coëuntia. Id faciunt &c.* In illis autem paginis vacuis locus quidam exſcriptus eſt, qui pertinet ad Librum VIII. a verbis nimirum: *ideoque oſſa ſic ſe habent &c.* uſque ad illa: *atque ita deligando*. In principio vero huius fragmenti manu recentiore monetur lector in quam Codicis paginam reponendum ſit; quae nimirum eſt pag. 174. in cuius calce propterea ad ea verba Libri VIII. (1) *ad latus leniter deligandus eſt, per quae fit ut minime moveatur*, iterum in margine adſcribitur: *Hic deficiunt VI. columnae in exemplari*; unde recurrendum eſt ad pag. 75. ubi quod heic deeſt invenies. Ad locum Libri VII. ut in aliis quoque Codicibus animadverſum, legitur in hoc *qua ſtrages ima plaga eſt*. In fine maiori littera: *Aurelii. Cornelii. Celſi. Liber. VIII. Explicit. Feliciter.*

Cod. chartac. Ms. in 4. Saec. XV. cum correctionibus aliquot marginalibus eiuſdem manus, & cum notula: *Contuli M. S. LX. I. Th. Coberus*. Conſtat foliis ſcriptis 179. In Cat. Montf. ſub num. L.

## CORNELIVS CELSVS.

*Cod. VIII.* COrnelii Celſi de Medicina Libri VIII. Praecurrit tabula Capitum, ac Epiſtola ita inſcripta: *Bartholomaeus Fontius Saxetto ſuo S.* Inc. *Ex omnibus ingenii monumentis &c.* cum inventoribus litterarum, ac librorum impreſſoribus merito commendatis ita proſequitur: *Ab his ego, ut multorum utilitati conſulerem, Cornelii Celſi ſcriptoris graviſſimi, atque eloquentiſſimi de Medicina libros imprimendos curavi, in quibus tanta fide & diligentia uſus ſum, ut manet Cornelianos nobis gratiam habituros, cunctos autem Medicinae ac litterarum percupidos certe acturos exiſtimem. Nam quum eius libri pluribus eſſent in locis temporum iniuria mutilati, atque inverſi, vetuſtis exemplaribus tua opera e Gallia conquiſitis, in unum omnia ſaepius conferens, in antiquum ferme ſtatum redegi. Celſum igitur ſqualidum antea, & deformem, renovatum nunc & iam prope in ſuam faciem reſtitutum ob eam maxime cauſſam ad te mitto, ut quum particeps mecum in eo corrigendo laboris fueris, in eodem nunc meliore, comptioreque hoſpite relegendo, partem etiam capias voluptatis. Vale.* In fine legitur: *Cornelii Celſi de Medicina Liber finit, Florentiae a Nicolao impreſſus anno ſalutis MCCCCLXXVIII.* In Libro quarto nulla occurrit lacuna, & in ſeptima habetur *ſtrictior ima plaga*.

Cod. chart. impr. in 4. ut ſupra cum initialibus coloratis. Conſtat paginis 187. In Cat. Montf. ſub num. XVIII.

## GALENI QVAEDAM EVPHROSYNO BONINO INTERPRETE.

Seu potius

*Galeni Definitiones Medicae, & Medica Iſagoge Euphroſyno Bonino Florentino interprete ad Clementem VII. P. M.*

*Cod. IX.* I. pag. 1. GAleni Pergameni maximae auctoritatis Medici Definitiones Medicinales e Graeco in Latinum ſermonem converſae ab Euphroſyno Bonino Philoſopho Florentino. Operi haec praecurrunt, primo Epiſtola Euphroſyni Bonini ad Clementem VII. P. M. in Galeni Definitiones, eiuſdemque Introductorium, nec non & in Commentaria Philoponi e Graeco in Latinum converſa. Inc. *Dicatas iampridem Sanctitati tuae lucubrationes has noſtras, continuoſque labores, quibus terdenis iam menſibus inſudavimus in vertendis Definitionibus Galeni Pergameni, eiuſdemque Introductorio ad Medicam artem, nec non & Commentariis Ioannis Philoponi (ante merito ſuperatum ſummi Apoſtolatus apicem) dare decreveram, quod & non contigiſſe gaudeo; nam potiori patrocinio tuebuntur, & diutius differre idcirco nequeo = Quamobrem dum publicae utilitatis ſtudioſis conſulendum eſſe cenſeo, ne poſteri Graecarum litterarum ignari, quae priores iamdudum incommoda multa tulerunt, ulterius ferant, clementiſſima Sanctitate tua, dum Florentiae eſſe-*

(1) Edit. Targae cit. pag. 515.

Digitized by Google

*eſſemus ad hanc provinciam ſuſcipiendam, etſi arduam longe, ſuadente; quaecumque Paulli Aeginetae exſtant opera, aut Galeni Pergameni, Hippocratiſve Choi, aliorumque bonorum auctorum, quae latinitate careant hanc uſque in diem, hac ego illa donare ex illo molior. Vtque noſtrarum ſegetum parca manu primas ariſtas, Diis optimis auſpicibus, Tuae clementiſſimae Sanctitatis aris iam imponere non erubeſcam, Galeni Medicam en damus Iſagogen, eiuſdemque Definitiones. Ad haec Ioannis quoque Grammatici Philoponi cognomine dicti (antiquiſſimum Codicem maximaeque auctoritatis, non ſine magno labore, dum in patria eſſem, iampridem nactus) pulcherrima Commentaria, quae in librum Ariſtotelis, qui Poſteriora Reſolutoria inſcribitur, edidit. Opus apud me natum, ut Plinianum illud referam, proxima fetura, Sanctitati Tuae hodie dicare conſtitui, aliorum quoque omnium illorum, quotquot pollicitus ſum, aliquid quotannis daturus = At quia maioribus, ut par eſt, negociis intentam illam eſſe* ( ſcil. Sanctitatem ) *non ignoramus, Alberto ſi placet Carpo, Muſarum alumno, Andreae Thurino Philoſopho ac Medico peritiſſimo, ceteriſque ἀδεκάστοις κριταῖς, quibus abundat Sanctitas Tua legenda tradere non dedignabitur.* Deſ. *hilari vultu accepturam minime dubitamus. Ex Academia Piſana Idibus Iuniis anno humanae Reparationis MDXXVII.* (1). Sequitur deinde pag. 3. *b.* Eiuſdem Epiſtola ad Lectores, quae inc. *Pythagorae amplius parere praeceptis nequeo inerti tamdiu parcere calamo = Quapropter & Io. Grammatici quidquid exſtat, & Alexandri, & Paulli Aeginetae, & Galeni, & aliorum quaecumque frugem nepotibus adlatura putamus Graeca volumina, Diis auſpicibus interpretari iampridem aggreſſi ( onus, etſi noſtris procul dubio viribus impar, Sanctiſſimi Clementis Septimi Summi Pontificis, priuſquam ad merito adeptum Apoſtolatus faſtigium adſcendiſſet, hoc iubentis, dexteris auſpiciis levius redditum ) Galeni Pergameni Definitiones, eiuſdemque Medicam Iſagogen, quae* Medicus *quoque inſcribitur, opus nuſquam apud Latinos alibi totum inſpectum, nec non aurea Philoponi Commentaria, quae in Librum Poſteriorum Reſolutoriorum Ariſtotelis edidit, nunc vobis damus.* Deſ. *& Paullum Aeginetam, aliaque forſan nonnulla, prima adventante hieme a nobis exſpectate. Haec interim legite, quae ſi vobis placuiſſe intelligam, promptius ad alia me conferam.* Tertio pag. 4. *b.* Eiuſdem ad librum ſuum προτρεπτικὴ νουθεσία, quae inc. *Gaudeo felix.* Deſ. *fortunae cetera manda.* Quarto denique pag. 5. Laurentii & Federici Bonini, Euphroſyni Bonini Philoſophi Florentini filiorum, ad Lectores Praefatio, quae inc. *Communis eſt.* Deſ. *iamque Definitionibus incumbite.* In hac Epiſtola notanda ſunt haec = *quapropter quum Euphroſyno genitori noſtro Graecos veteres omnes auctores Medicinae vertere Diis adnuentibus mens ſit &c.* Hiſce praemiſſis pag. 5. *b.* ipſae Galeni Definitiones occurrunt, quae inc. *Definitionum tractatum apprime utilem.* Deſ. *ſeu tubas audientes.*

II. pag. 48. Galeni Pergameni Iſagoge, ſeu Introductorius Libellus, qui & *Medicus* inſcribitur, eodem Euphroſyno Bonino Philoſopho Florentino interprete. Praecurrit ad Lectorem Praefatio, quae inc. *Conſueviſſe ſemper fama eſt.* Deſ. *Iſagogen Galeni Pergameni, ſeu mavis Medicum, mox vertere viſum eſt, ut quae ab optimo Medico amplexanda ſunt inſpicientes, Medici vos quoque peritiſſimi evadatis.* Caput primum inc. *Inventores artium.* Caput XVII. & ultimum deſ. *ſed plerumque diſtillantia reddere ulcera conamur.*

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XVI. nitide exaratus, & ab auctore metipſo, ſi non ſcriptus, ſaltem caſtigatus. Conſtat foliis ſcriptis 99.

## GALENI ARS MEDICA.

CODex eſt anepigraphus, ſed continet Galeni Artem Medicinalem cum uberrimo Anonymi Commentario, cui praecedit Prooemium, quod inc. *Tres ſunt omnes doctrinae &c. = Ex his quae fuerunt dicta in diviſione librorum Galeni, poteſtis videre, quae conſueverunt in principiis aliorum librorum inquiri = Quis autem fuerit Galenus, & quod nomen patris, neſcimus; ſocii autem ſui dicebant de ipſo = tu & natura uteris, & eruditione mirabili propter patris tui largitatem; unde tamen oſtendebant eum eſſe filium divitum parentum. Fuit & de civitate quadam, quae dicitur Pergamum, non de Pergamo, quod eſt in Lombardia ſed de Pergamo, quod eſt in Aſia = Ipſe fuit coaetaneus Chriſto, & dicitur in Chronicis, quod ipſe audiens miracula, quae faciebat Chriſtus de ſanatione infirmorum venit ad ipſum, poſtea in reditu mortuus eſt in itinere, unde dicitur, quod ſepulcrum eius eſt in Sicilia.* Deſ. *immo multum prodeſt.* Tractatus inc. *Medicina eſt ſcientia &c. Poſtquam Galenus poſuit Prooemium, in quo dedit intentionem, & modum procedendi &c.* Deſinit in parte prima, & in verbis: *Si igitur in prima parte . . . . .* Cod. X.

Co-

(1) De Euphroſyno Bonino nihil habent Fabricius in Elencho Medicorum veterum, nec Mangetus l. c. Quum data ſit haec Epiſtola Nuncupatoria ex Academia Piſana, videtur, ut Pocciantes, & Nigrius in Hiſtor. Scriptor. Florentinor. adfirmant, inter Piſanos Profeſſores Euphroſynus Boninus eſſe accenſendus, licet Stephanus Maria Fabruccius in Opuſculo XII. p. 6 Memorabil. Piſanae Academiae id neget. Illud certum eſt, quod Florentiae congruo ſtipendio humanas litteras profitebatur. Vir utique cultus e Politiani auditorio profectus, & in ipſa adoleſcentia adeo praeſtans, ut in ſolemni ſtudiorum renovatione A. MCCCCLXXXXVII. in Metropolitana Eccleſia Florentiae facta, ei inauguralis oratio fuerit demandata. In id praeſertim incubuit, ut Iunctarum typis nonnulli Graeci auctores, aut primum ederentur, aut emendatiores prodirent, inter quos Io. Philoponus Scholaſticus Alexandrinus, Heſiodus, Ariſtides &c. ſunt recenſendi. Plura de eius Operibus habet Salvinus Salvinius in Additionibus Mss. ad Hiſtoriam Florentinorum Scriptorum Iulii Nigrii.

Digitized by Google

Codex membran. Ms. in fol. maiori Saec. XV. ineuntis, binis columnis, intricatiſſimo, & contracto charactere exaratus, in cuius ultimae paginae infimo margine notatum eſt: *Comento di Tegni*. Praeterea pro ipſius Codicis tegumento fragmentum inſeruit librarius veteris Homiliarii. Conſtat foliis ſcriptis 20. In Cat. Montf. ſub num. XLI.

## GALENVS DE ALIMENTIS.

Adde etiam

*De voce, de regimine ſanitatis, de differentiis febrium, de virtutibus naturalibus, de criſi, interprete Fr. Guilelmo de Morbeka Archiepiſcopo Corinthienſi anno MCCLXXVII.*

Cod. XI. I. pag. 1. GAleni de Alimentorum virtute Libri III. praevio ſingulis Capitulorum elencho, *ut lector* (1) *quicumque mox in promptu habeat virtutem cuiuſcumque, quod ſibi occurrerit, alimenti*; ac praeterea Interpretis Epiſtola (2), quae ita habet: *Viro provido & diſcreto Magiſtro Roſello de Aretio Medico praecipuo Frater Guilelmus de Morbeka Ordinis Praedicatorum bene valere, & ſemper optime agere. In his quae per me transferuntur ex Graeco operibus, hoc intendere conſuevi, ut latinitati luminis aliquid adiiciat labor meus, quem finem ſi in hoc opere attigi, illi gratias habeo agere, qui dedit & conſummare; ſi autem alicui forte videatur, quod ea quae in hoc libro traduntur, copioſius in aliis pleriſque habeantur expoſita, & ita iudicetur ſuperfluus eſſe labor, excuſet me veſtra diſcretio* (3), *qui cum quanto affectu id exegeritis, vos ipſi noſtis* (4). Libri I. qui inſcribitur *De edulis*, Capita ſunt XXXII. quorum primum *De tritico* inc. *De his quae in alimentis virtutibus non pauci optimorum Medicorum ſcripſerunt*. Caput ultimum *De his quae in unoquoque genere ſeminibus illatis in aliud genus, & quereloſis* deſ. *manifeſtum ſit aliquando*. Pag. 10. *b*. Libri ſecundi Capita ſunt LXVII. Primum *De fructibus* inc. *Quoniam nutrimen quidem & a plantis, & ab animalibus*. Vltimum *De aliis, & caepis, & porris, & ſilveſtribus porris* deſ. *idonea talia eduliorum ſunt*. Pag. 21. Libri tertii. Capita ſunt XL. Primum *De eo quod a greſſivis animalibus alimento* inc. *Reſiduum utique erit de eo quod a peditantibus animalibus alimento pertractare*. Vltimum *De mediis edulis* deſ. *in quibus a multo tempore converſantur*. Exſtant inter Galeni Opera Iuntinae edit. fol. Cl. II. a pag. 7. ad pag. 33. ſed diverſa Martini Gregorii verſione. In fine haec ſunt adſcripta: *Explicit Lib. Gal. de virtute alimentorum tranſlatus a Fratre Guilelmo de Morbeka Ordinis Praedicatorum Archiepiſcopo Corinthienſi ex Graeco in Latinum. Completa fuit haec eius tranſlatio Viterbii anno Domini MCCLXXVII. menſe Octobris XI. Kal. Nov. conſumat.*

II. pag. 30. *b*. Eiuſdem Liber de Voce. Caput I. inc. *Dixit Galenus, ſi nervis, qui ſunt inter coſtas acciderit occaſio prope ſpondilia, deſtruetur anhelitus*. Caput ultimum deſ. *alii dicunt quod eſt medius inter voluntatem & naturam*. Latine tantum exſtat ex Arabico translatus in cit. edit. Claſſ. ſpur. a pag. 60. *b*. ad pag. 62.

III. p. 33. Eiuſdem de Regimine Sanitatis Libri ſex. Primus inc. *Quod contemperantia quidem calidi & frigidi, ſicci & humidi naturalis, eſt ſanitas conſimilium membrorum; cuſtodia vero compoſitionis & numeri & magnitudinis & plaſmationis naturalis, eſt ſanitas Officialium* (ſic). Vltimus deſ. *alius ad eos diceiur ſermo. Amen. Deo gratias. Finito Libro referamus gratia Chriſto. Amen. Explicit Liber Galieni de Regimine Sanitatis*. In cit. edit. ſub titulo *De ſanitate tuenda* Cl. II. a pag. 62. ad pag. 91. ſed diverſa omnino Thomae Linacri Angli interpretatione.

IV. p. 54. Eiuſdem Excerptum de differentiis Febrium. Caput I. *De generali febrium diviſione per ſuas ſpecies* inc. *Differentiae febrium, quae quidem maxime propriae ſunt, & principaliſſimae ſecundum ſubſtantiam earum ſunt &c.* Caput VII. in quo *determinat digeſtionem febrium putridarum in corpore* deſinit imperfecte in verbis: *hoc eſt cum non purum, & ſuperfluitatibus plenum . . . . .* Habetur loc. cit. Cl. III. pag. 30. *b*. & ſeqq.

V. pag. 57. Eiuſdem de Virtutibus Naturalibus Libri tres. Primus inc. *Quoniam ſentire quidem & moveri ſecundum electionem, propria animalium ſunt*. Liber III. deſ. *vel neque* (ſic), *vel omnifariam evellunt breve. Deo gratias*. Hic adiicitur manu recentiori annus 1575. Cl. I. a pag. 290. *b*. ad pag. 308. Thoma Linacro Anglo interprete.

VI. pag. 78. Eiuſdem de Criſi Tractatus tres, quorum primus Capita continet XX., ſecundus XV., tertius XIII. Tractatus primus inc. *Ego non intendo in hoc meo Libro determinare ſecundum quam intentionem cadat hoc nomen Criſis &c.* Tertius deſ. *illis vero, qui ſunt ſubtilis ingenii & ſenſus, ſufficiunt iſti tres tractatus, & non eſt eis neceſſe tractatus quartus. Amen*. Cl IV. a pag. 125. *b*. ad pag. 145. Nic. Leonic. interprete. Subiicitur deinde in Codice: *Expletus eſt tertius Liber Galieni de Criſi, cum quo finitur liber. Deo gr.* Tum ſpatio interiecto, in averſa pagina, atramento, & manu, ut videtur, diverſa, legitur: *Ioannes filius Patricii tranſtulit hoc opus de Graeco in Latinum*. Exinde vero eodem charactere, ſed evanido ſequitur in eadem columna *Epiſtola, quam miſit Alexander Ariſtoteli* (5), *quando*,

(1) Hoc monitum ab exſcriptore in ipſo Codicis limine appoſitum eſt.

(2) Haec Epiſtola in infimo margine paginae primae ab eadem manu perſcripta eſt.

(3) In margine legitur *al. inſtantia*.

(4) Habes integrum hunc Prologum apud Quetifum & Echardum inter Scriptores Ordinis Praedic. Tom. I. pag. 390. ſed non parum a ſupra relato diſcrepat, ubi de hoc opere, aliiſque eiuſdem e Graeco & Arabico verſionibus fuſius diſſeritur.

(5) Inſcribitur *Secretum Secretorum*.

Digitized by Google

*di ſubiugaverat Perſas, & multas gentes ceperat*. Inc. *O doctor egregie, rector iuſtitiae. Significo tuae prudentiae*. Deſ. *ſignificativis ſcriptis*; cui ſubiungitur Ariſtotelis reſponſum, quod inc. *Si potes illius*. Deſ. *& non indignis*.

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, difficili littera exaratus, cum ſcholiis aliquot marginalibus eadem manu. Conſtat foliis ſcriptis 106. Ex antiqua autem numeratione apparet deeſſe in principio viginti ſex folia. In Cat. Montf. ſub numero XXXII.

## HIPP. DE MORBIS VVLGAR. MANENTE LEONTIO INTERPRETE.

Cod. XII. HIppocratis de Morbis Vulgaribus Libri VII. interprete Manente Leontio. Praecurrit *Manentis Leontii in Hippocratis traductionem de vagantibus vulgo morbis Praefatio ad Leonem X. Pont. Max.* quae inc. *Inter graves ac ſaevas Italiae procellas, Pater Beatiſſime, non ab re eſſe putarem = Nactus igitur volumen peragrantium morborum, & vulgo vagantium, duobus iam annorum millibus ab Hippocrate editum = decrevi hoc tempore, quo paullisper ab aliis ſtudiis relaxatur animus = Epidemiam latinitate donatam omnibus cognoſcendam proponere = Galeno id ipſum teſtante, eius ſcripta hunc eumdem librum enucleantia, & a Latinis huc uſque non lecta, a me iam paene abſoluta, & Tuae Sanctitati dicata, ſecunda mea fetura propediem fortaſſe prodibunt = erunt interpretationes noſtrae procul a iuniorum conſuetudine = nam conſilium nobis fuit ſcriptoris mentem, opus ob depravatam apud Graecos lectionem difficile, in primis proſequi, atque utilitati legentium dumtaxat conſulere, atque illam quam dilucidiſſime enodare*. Deſ. *omnibus appareas*. Inde ſequitur Operis titulus aureis litteris, unionibus, gemmis, aliiſque pulcherrimis picturis, quae totum implent marginem, exornatus, ubi etiam Sanctorum Coſmae & Damiani numiſmata, una cum Pontificiis emblematibus exhibentur. Liber inc. *In Thaſo circiter aequinoctium autumnale*. Deſ. *puer impubis Philotimei venit ad me; inveni os capitis nudatum medicina, cuſpidem ad intima latentem non videns conſiſtere. Finis*. Nihil de eo apud Hiſtoriae Medicae ſcriptores memoriae proditum inveni; minime tamen confundendus eſt cum Petro illo Leonio Spoletino, de quo agit Fabruccius in Elogiis Profeſſorum Piſanae Academiae Opuſc. VI. Part. II. pag. 102. ſeqq. Memini me inter fabulas Antonii Franciſci vulgo *il Laſca* unam legiſſe de quodam Manente Medico; videant curioſi, an idem ac noſter eſſe poſſit.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XV. admirandae pulcritudinis & elegantiae, cum initialibus ſingulorum Capitum litteris ad omnes ferme paginas mirifice illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 107. In Cat. Montf. ſub n. II.

## HIPPOCRATIS APHORISMI.

Cod. XIII. HIppocratis Aphoriſmi Particulae VII. Anonymo interprete. Inc. *Vita brevis, ars longa, tempus autem acutum, experimentum vero fallax, iudicium autem difficile. Oportet autem non ſolum ſe ipſum praebere quae oportet facientem*. Deſ. *fames enim ſiccat corpora. Expliciunt Aphoriſmata Hippocratis*. Adſunt autem in margine correctiones quaedam manu diverſa. Concordat haec cum antiqua verſione ſub nomine Conſtantini edita cum Commentariis Iacobi Forolivienſis Venetiis impenſa Iunctae de Iunctis Florentini anno MDVIII. fol. quam vidi in Biblioth. Cl. Io. Targionii Tozzetti illuſtris Medici Florentini. De hac verſione audiendus Cl. Tiraboſchus *Storia della Letteratura Italiana* Tom. III. pag. 306. ubi haec habet: *Taddeo celebre Medico Fiorentino del ſecolo XIII. parla della traduzione da lui* (ideſt *a Conſtantino*) *fatta degli Aforiſmi d' Ippocrate con diſprezzo, e le antepone di gran lunga quella fatta da Burgundio Piſano, benchè aggiunga, che eſſendo quella di Coſtantino più commune e più uſata, egli era ſtato coſtretto a ſervirſi di eſſa: „ & translationem „ Conſtantini perſequar, non quia melior ſit, ſed „ quia communior, nam ipſa peſſima eſt, & ſuperflua, & defectiva, nam ille inſanus Monachus in transferendo peccavit quantitate, & „ qualitate: tamen translatio Burgundionis Piſani melior eſt = & hoc invitus faciam, ſed „ propter communitatem translationis Conſtantini &c. „*

Cod. membr. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 30. In Cat. Montf. ſub num. VIII.

## AVICENNAE CANON.

Cod. XIV. I. pag. 1. AVicennae (1) Canon, cui praecurrit brevis Prologus, & diviſionis ordo. Inc. *In primis Deo gratias agemus, ſicut ſui ordinis celſitudo, beneficii ipſius multitudo meretur*. Deſ. *componam librum, quem in quinque ſic dividam libros*. Liber primus Capitibus conſtat CCLXIII. Liber vero dividitur in Fen, Fen in Doctrinas, Doctrinae in Capita. Liber itaque primus inc. *Dico quod medicina eſt ſcientia*. Deſ. *ſecundum ipſius invariabiles miſericordias*, ut in edit. Veneta apud Iuntas anni MDCVIII. fol. ex Gerardi Cremonenſis verſione, & Andreae Alpagi Belunenſis caſtigatione &c. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 234.

II. pag. 63. *b*. Liber Canon ſecundus, praevia tabula. Inc. *Verba Principis Aby Hali* (2). *Librorum quos de medicina ſpecificavimus*. Deſ. *& prae-*

(1) Vixit ſub Conrado III. Imp. A. C. MCXLV., ſecundum alios ſub Friderico Barbaroſſa A. MCLXV.

(2) Dicitur Avicenna *Abu Hali*, quia filius eius primogenitus *Hali*, nomen & ipſum inter Medicos celebre. *Albaſen* eſt proprium Avicennae nomen. *Eben Haſi* appellatur, quia pater eius *Hali* dictus fuit; *Eben Sina* denique, quod avi nomen fuit *Sina*, & pater Avicennae *Hali* patrem habuit, qui *Sina* eſt nuncupatus. Vid. Fabric. Bibl. Graec. Tom. XIII. pag. 268.

Digitized by Google

*& praeparat ipſam ad impraegnationem*. Ibid. a pag. 243. ad pag. 414. Finis vero Codicis ideo non concordat cum edito, quia Capita huiuſce Libri non eodem ordine progrediuntur; ultima enim verba, quae retulimus, incidunt in pag. 329. col. 2. & ſpectant ad Cap. 326. Tractatus ſecundi. Tum ſubiungitur in Cod. *uſque huc pervenit ſermo noſter in medicinis ſingularibus, & cum ipſo ſigillavimus*.

III. pag. 125. Liber III. una cum titulo *Dictio prima de univerſis aegritudinibus capitis. Tertii libri Canonis in Medicina Capitulum de utilitate capitis & partibus ipſius*, inc. *Inquit Galienus, intentio in creando caput non eſt cerebrum &c.* Deſ. *& oleum & ficus decoctae coniunctim & ſingulariter*. Ibid. a pag. 427. ad p. 982. Tum ſubiungitur haec concluſio: *Expletus eſt Tractatus ſecundus de doloribus horum membrorum, & cum ipſius complemento completur Fen vigeſima ſecunda, & cum eius complemento completur Liber tertius de curatione aegritudinum accidentium unicuique membro a vertice capitis uſque ad pedes Canonis relati Abuhali Alhaſen Abinſeni: quem ſequitur Liber quartus de rebus particularibus, quae proprie dicendae ſunt aegritudines, quae non appropriantur membro, & de decoratione*.

IV. pag. 296. Liber Canonis IV. praevia item tabula, & inſcriptione ſequenti: *De aegritudinibus particularibus, quae quum accidunt, non appropriantur membro, continens ſeptem Fen, quae tum comprehendunt XXIV. tractatus, & ſummas duas. Fen prima de febribus, & eſt quatuor Tractatus. Tractatus primus de febre ephimera*. Inc. *Febris eſt calor*. Deſ. *emplaſtrum baſilicon*. Ibid. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 263.

V. pag. 378. Liber V. Canonis de Medicina, & eſt Antidotarium. Inc. *Poſtquam expediti ſumus*. Deſ. *oboati II. ſunt, unc. III. oboli VIII. ſunt kerates XXIV.* Ibid. a pag. 265. ad pag. 333. Tum rubrica: *Completus eſt Liber quintus Libri Canonis, qui eſt Antidotarium ſenis regis Aboali Haſen, filii Ali Abniſeni, & eius complemento completus eſt Liber totus* (1). Tandem pag. 404. ſubiunguntur aliae medicamentorum confectiones, nimirum trochiſcorum de karabe, trochiſcorum violarum, emplaſtri diachilon, unguenti de palma, collyrii Allabar, collyrii albi, pulveris citrini ec. & ultimo loco occurrit index, & ubique nomen auctoris, & interpretis reticetur. Praeterea ſcholia, & correctiones heinc inde margini ſunt adſperſae.

Codex membr. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis, eleganter, ſed per compendia exaratus, cum titulis rubricatis & indicibus. Conſtat foliis ſcriptis 406. In Cat. Montf. ſub num. XLII.

## AVICENNA.

I. pag. 1. Titulus eſt: *Avicennae de utilitate capitis & partibus ipſius. Dictio prima de univerſis aegritudinibus capitis tertii Libri Canonis in Medicina*. Inc. *Inquit Galienus; intentio in creando caput non eſt cerebrum*. Deſ. *& ficus decoctae coniunctim & ſingulariter*, ut in Cod. praecedenti §. III. Heic quoque ſubiungitur concluſio illa, quae inc. *Expletus eſt Tractatus &c.* ut in dicto Codice. Praecurrit index Fen XXII. In fine legitur rubra littera ſcriptum: *Explicit Liber tertius Avicennae. Deo gratias. Amen*. Cod. XV.

*Vivat in caelis Franciſcus in nomine felix. Hic liber eſt Franciſci, filii Ser Rolandi de Signa* (2) . . . . . Et paullo inferius alia manu: *Iſte Liber eſt mei Henrici . . . . . . . de Camenago Cyrugici. Deo gr. Amen*. Adſunt interlineares, & marginales adnotationes, & quidem minutiſſimis litteris exaratae.

II. pag. 280. *b*. Synonyma totius Avicennae. Inc. *Alſachiti, ideſt Sacerdos. Artenaſubetem, ideſt faciens dormire, & ſunt duae venae, quae apparent in gutture*. Deſ. *Zegi, ideſt atramentum*.

III. pag. 182. *b*. Accedit alia manu brevis de ponderibus & menſuris notitia (3), cuius titulus & initium eſt: *Liber Vendimiae a Burgundione de Graeco translatus. Diſtinctio menſurarum & ponderum tribus diverſificantur modis ſecundum Avicennam, & ſecundum Serapionem &c.* Tandem in ultima pagina recurrunt alia pauca ſynonyma manu poſteriore, in qua erant nonnullae ſubſcriptiones, nunc omnino eraſae; una tantum ſupereſt, quae, ut videtur, legi poteſt: *Ego Benedictus de Pr.*

Cod. membr. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis, grandiori littera ſcriptus, & cum initialibus Librorum, & Capitum coloratis, & titulis rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 283. In Cat. Montf. ſub num. XLIII.



(1) In calce primae, ut arbitror, huius Canonis editionis, quae exſtat in Bibl. Magliab. in fol. max legitur: *Hoc loci conſumatur univerſum opus Hiſpalenſis principis Avicennae, quod in Sacris Medicinis compoſuit, Anno Salvatoris Chriſti Ieſu MCCCCLXXVI. pridie idus Decembris. Impreſſum Patavii opere & impenſis Ioannis Herbort Germani. Correctum cura & ſtudio, quoad fieri potuit, Proſdocbymi Mutii Patavini in Medicinis Artibuſque merito inſigniti, verum ruminatum, digeſtumve ſolertia ac ingenio, Artium & Medicinae interpretis doctiſſimi Petri Rochabonelle Veneti, ordinariam ſcientiae medicinalis ſedem celeberrimi ac frequentiſſimi Gymnaſii Patavini quam digne gubernantis. Opus, inquam, accuratiſſime perſpectum, ut in eo error penderit alicuius deprehendi non poſſit; licet inter tot varia Arabum, Indorum, Graecorum, & aliorum idiomatum vocabula, ob eorum qui operi inſudabant deſidiam atque imperitiam difficile fuerit, non poſſe quid parvi momenti non praetermiſſum fuiſſe. Gaudeat inſuper princeps ipſe Avicenna, ſe ex Arabe Latinum factum nunc, & multitudine exemplorum in Italia pedes firmaſſe, ut audeat cenſuram rigidi Catonis amplius formidare non poſſe. Amen.*

(2) Vbi puncta appoſuimus, litura eſt in Codice.

(3) Addit in ſuo Catal. Montf. *a Burgundione Codicem fuiſſe translatum*, minime animadvertens, Burgundionem hoc tantummodo ultimum Opuſculum convertiſſe.

## VARII AVCTORES DE RE MEDICA.

Cod. XVI. I. pag. 1. HAbes primo infraſcripta nomina herbarum (1) *Cortedes ſebres, Gentiana, Baccas, Lauri, Abſintium, Valeriana, Centauria, Ariſtologia ros, Pentafilon, anaxi, mel quod ſufficit*. Inde inſpicitur arcus, quem columnae duae ſuſtentant, adſcriptis ſupra verbis: *Vrbs Platonis medicis, & Ipocras, & Diaſcoris medicis* (ſic). Tum pag. ead. *b.* ſequens monitum: *In hoc continentur libri quatuor Medicinae ideſt Yppocratis, Platonis Apolienſis Vrbis de diverſis herbis, Sexti Papiri Placiti ex animalibus, & ex diverſis avibus, idem ex libris Dioſcoridis ex herbis feminis, ut quis voluerit recurrat per canonum numerum &c.* Indicantur exinde tabulae ad inveniendam quamcumque curationem, poſtmodum rubrica haec addit: *Herba Vettonica Scolapius adinvenit. In primo libro ſunt herbe deſcripte*: ſpatio interiecto continuatur: *quas Apolienſis Plato deſcripſit cum virtutibus Medicine, earum quippe numerus currit centum XXXI. &c.* Pag. 2. Vrbs Coa Hippocratis rudi penicillo delineata eſt. Pag. ead. *b.* quinque figurae ſedentes, & volumen prae manibus geſtantes exhibentur; primis tribus adſcribuntur nomina *Plato*, *Ypocras*, & *Dioſcurus*: aliae duae, quae inter ſe inferius colloquuntur, nomine carent.

II. pag. 3. Occurrit Armilla quaedam, ſeu Circulus continens ponderum explicationem, ſupra quem apponuntur hi verſiculi:

*Omnia tempus habet, cum tempore cuncta trahuntur,*
*Qui neſcit tempus, diſcat habere rotam.*

III. pag. ead. Tabula biſariam diviſa, & inter columnas poſita repraeſentatur cum hoc titulo: *Herba Vettonica quam Scolapius invenit habet curas quadraginta ſex*. Inc. *Canon eiuſdem herbe I. ad capitis fracturas, II. ad oculorum vitia vel dolores &c.*

IV. Pag. 4. Tabula ſimilis, ita inſcripta: *In primo libro quem Plato deſcripſit ſunt herbe pro medicina CXXXII. eiuſdem herba I. Plantaginis habet virtutes XXXIV. I. ad capitis dolorem, II. ad ventriculi dolorem &c.* Ita proſequitur dicta tabula per xx. veluti porticus, in quarum angulis variae aves ſatis curioſe delineatae ſunt. In fine vero legitur: *Canon liber* (ſic) *medicine herbatici Platonis explicit feliciter*. Legitur inter Antiquos Medicos Venetiis apud Aldum MDXLVII. fol. a pag. 222. *b.* ad pag. 223. ſed multis cum varietatibus, ut infra notabimus in Cod. XLI.

V. pag. 13. *b.* Figura apparet ſedens, forte Tellurem exhibens, cum cornucopia, ac ſerpente ſubtus pedes; hanc homo pronus veneratur, arbores, herbae, caelum, ac mare circumſtant, cum homine iacente, forte Neptuno, tridentem in manibus habente, e cuius dorſo proſilit ſerpens; tum ita legitur:

*Incipit precatio Terre.*

*Dea ſancta Tellus, rerum nature parens,*
*Que cuncta generas, & regeneras, ſidus quod ſola preſtas gentibus,*
*Tutela celi, ac maris, divum arbitra, rerumque omnium,*
*Per quam ſilet natura, & ſomnum capit,*
*Itemque lucem reparas & noctem fugas.*
*Tu ditiſſima umbras tegis, & inmenſos cahos,*
*Ventoſque & imbres tempeſtateſque contines,*
*Et cum libet dimittes, & miſces freta,*
*Fugaſque ſolem & procellas concitas,*
*Itemque cum vis hilarem promittis diem,*
*Et alimenta vite tribues perpetua fide,*
*Et cum receſſerit anima, in te refugimus,*
*Ita quicquid tribuis, in te cuncta recedunt.*
*Merito vocaris magna tu mater Deum*
*Pietate, qui viciſti divum nominatum.*
*Illa vero gentium & divum parens,*
*Sine qua nec maturatur quicquam, nec naſci poteſt.*
*Tu es magna, tu es divum regina dea,*
*Te diva adoro, tuumque ego nomen invoco,*
*Faciliſque preſtes hoc mihi quod te rogo;*
*Referamque gratias, diva, tibi merito fide.*
*Exaudi queſo, & fave ceptis meis.*
*Hoc quod peto a te, diva, mihi preſta volens,*
*Herbas quaſcumque generat tua maieſtas*
*Salutis cauſa tribuis cunctis gentibus,*
*Hanc mihi permittas medicinam tuam,*
*Veniat mecum tuis virtutibus, quicquid ex his fecero*
*Habeat eventum bonum, cuique eadem dedero,*
*Quiquam eaſdem a me acceperint, ſanos eoſdem preſtes nunc diva;*
*Poſtulo ut hoc mihi maieſtas preſtet, quod te ſupplex rogo.*
*Precatio Terre explicit.*

VI. pag. 14. Hippocratis Epiſtola ad Maecenatem. Inc. *Ippocrates Mecenatis vobis ſalutem. Libellum quem rogaſti*. Deſ. *tunc nigri fellis*.... Videtur aliquid in fine deſiderari (2).

VII. pag. 17. *b.* Hippocratis ſedentis cum libro prae manibus aperto figura, aliaque e converſo precantis adinſtar inter herbas ſtans exhibetur (3), inde legitur pag. 19.

*Incipit precatio omnium herbarum.*

*Nunc vos poteſtis omnes herbas deprecor,*
*Exoro maieſtatemque veſtram vos, quas parens*
*Tellus generavit, & cunctis gentibus dono dedit.*

Me-

(1) Monitum hoc loco lectorem volumus, in huius recenſione Codicis, quum non adſpernandae ſit vetuſtatis, orthographiam, licet mendoſam, minime corrigendam putaſſe.

(2) In Codice Longobardicis litteris exarato, qui occurrit inferius ſub num. XLI. deeſt pars huius Epiſtolae poſt verba: *ſolet dolore capitis*, deſinitque in verbis: *Medico indigebis*, media pagina longior. Multa ſunt inter hunc & Longobardum Codicem diſcrimina, unde eruitur ab eodem exemplari minime defluxiſſe. Diverſus hic fuit a magno Hippocrate. Vid. Fabric. in Elencho Medicor. Vet. Bibl. Graec. Tom. XIII. pag. 247.

(3) In averſa huius tabulae parte urbs quaedam delineata eſt, ſupra quam ramuſculi, forte palmarum, viſuntur.

Digitized by Google

*Medicinam ſanitatis in vos contulis,*
*Maieſtatemque, omni generi humano ſitis auxilium utiliſſimum,*
*Hoc ſupplex & poſco, precorve, huc adeſtote*
*Cum veſtris virtutibus, quaque creavit vos, ipſa permiſit mihi,*
*Vt colligam vos, favente hoc etiam, cui medicina tradita eſt.*
*Quantumque veſtra virtus poteſt, preſtate medicinam*
*Bonam, cauſa ſanitatis: gratiam precor*
*Mihi preſtetis per virtutem veſtram, ut omnibus viribus,*
*Quidquid ex vobis fecero, cuive homini dedero,*
*Habeat effectum celerrimum, & eventus bonos,*
*Vt ſemper mihi liceat favente maieſtate vos colligere,*
*Pugnamque vobis fruges, & gratias agam,*
*Per nomen maieſtatis, quae vos iuſſit naſci.*

*Herbarium Antonii Muſe, quem tradidit M. Agrippe Ceſari* (1) *explicit*. Inc. *Epiſtola Antonii Muſae, ſive de herba Vettonica quantas virtutes habeat. Antonius' Muſ. M. Agrippe ſalutem. Ceſari Auguſto preſtantiſſimo omnium mortalium*. Deſ. *cum volueris uti, ſic uteris*. In calce figura deſcripta eſt, inter herbam Vettonicam gradiens, & ipſius ramum cum aliis ruſticis inſtrumentis geſtans, adſcriptis rubrica verbis in ſuperiori margine *Scolapius ubi Vettonicam leges, qua ipſe eam invenit*. In averſa pag. 20. *b.* idem Scolapius apparet, qui eamdem herbam vellit, cum hac epigraphe inferius poſita:

*Omoyſos dicunt Ceſtros.*
*Alii Cyrone vocant.*
*Tuſci Indicem dicunt.*
*Alii Coſinice* ( vel *Coſmice* ).
*Spani Pſichotrophos.*
*Siri Peroponion. Alii Therioponon.*
*Alii Pandonia nuncupant.*
*Prophetae Ieraca dicunt.*
*Romani Vettonicam vocant.*
*Galli Vettonicam.*
*Italii Serratulam vocant.*

Inde pag. 21. ſequuntur tabulae item pictae, quibus Vettonicam infirmis praeſtandi modus declaratur. Breviſſima praecurrit Praefatio, cuius initium eſt: *Cuius virtutes infraſcriptae ſunt. Hec herba Vettonica naſcitur in pratis, & in montibus, locis mundis, & opacis, circa frutices. Animas hominum & corpora cuſtodit. Nocturnas ambulationes, & loca ſancta, & buſta, etiam viſus timendos, & omni res ſanata, legis eam ſic.*

*Precatio eiuſdem herbe.*

*Erba Vettonica, quae prima inventa eſt ab Scolapium* (ſic) *bis precibus adeſto. Peto magna herbarum omnium domina, dicis* (2) *per hunc qui te iuſſit creari & remediis plurimis adeſſe, bis numeris XLVII. adeſſe digneris. Hoc incantas mundus* (3) *ante ſolis ortum, legis eam menſe Auguſto.*

*Prima cura eius ad capitis fracturam*. Inc. *Erba Vettonica contuſa &c.*

*Secunda ad oculorum vitia vel dolores*. Inc. *Herba Vettonica radices ex aqua &c.*

Vltima cura *ad podagram* deſ. *herbam Vettonicam decocta* (ſic) *uſque ad tertias, aqua ipſa potui data prodeſt, ipſa quoque trita, & pedibus appoſita, mire dolorem linire experti adfirmant.*

VIII. pag. 26. *b.* Alia recurrit tabula Platonis Vrbem repraeſentans, habet enim epigraphem: *Vrbs Apolya Platonis*. Tum pag. 27. in rubrica veluti titulus legitur: *Virtutes herbarum, & herbas omnes incipiamus alium herbarium Apolienſis Vrbs Platonis*; ac deinde Epiſtola inſcripta: *Apolienſis Platon ad cives ſuos*. Inc. *Ex pluribus paucas vires herbarum &c.* Deſ. *profuiſſe videatur*. Repetitur titulus: *Epiſtola Platonis data ad cives ſuos explicit*. Hanc integram damus inferius in Cod. XLI. Tum a pag. 27. *b.* uſque ad pag. 146. *b.* ſequuntur in tabulis pictis delineatae multiplices herbarum ſpecies, earumque virtutes enumerantur, una cum methodo ipſas adhibendi pro variis curandis morbis, totidem item figuris expreſſa. Prima ſpecies eſt *Plantago* (4), ultima *Mandragoras*, & in calce legitur: *Explicit Medicinalis librum Herbaticum Platonis feliciter* (ſic). Initium vero huius Medicinalis Libri ſequens eſt.

*Nomen herbe Plantago.*
*A Graecis dicitur Omyos, Arnogloſſa, Arnion.*
*Tuſci dicunt Probation.*
*Alii Cynogloſſa.*
*Corinthii Eptapleuron.*
*Galli Tarpidopium.*
*Spani Threaricam.*
*Siculi Polireunon Turſiom.*
*Prophetae Vraeceumonos.*
*Aegyptii Aſaer.*
*Alii Thetation.*
*Daci Scimpoax.*
*Itali Plantago lata* (5).
*Romani Plantago maior.*
*Alii Septenervia.*
*Naſcitur in paludis, & in pratis.*

*Prima cura eius ad capitis dolorem* inc. *Herbae Plantaginis radix in collo ſuſpenſa dolorem capitis mirifice tollit*. Enumerantur autem XXIV. virtutes.

Inde pag. 31. *Nomen herbe Pentafyllos*, cuius varia item, ut ſuperioris, adferuntur ſynonyma. Pag. 33. *Nomen herbae Columbaris*.

 A Gre-

(1) Sub Antonii Muſae Auguſti Medici nomine extant Latine libelli duo, unus *De herba Betonica* ad M. Agrippam, & alter ad Maecenatem *De tuenda valetudine*.

(2) In Long. deſunt verba: *omnium domina, dicit*.

(3) In Long. deſunt verba: *incantas mundus*.

(4) In Longobardo immediate ſequitur *nomen herbae Plantago*: ſed aliam manum, & ſtylum ſapit, inde deeſt tota herba Plantago, progrediturque ad ſecundam pag. 17. quae eſt *Quinquefolium &c. naſcitur in locis opacis & cultis*.

(5) Nomina barbara plantarum, quae apud Apuleium occurrunt ex Arabica & Coptica lingua illuſtrare conatur Kircherus Tom. III. Oedip. Aegyptiaci pagina 69 ſeq. Vid. & Tom. II. Part. II. pag 177. ſeq atque Salmaſium de homonymis hyles iatricae.

*A Graecis dicitur Hierobotanen,*
*Siculi dicunt Pereſtercon.*
*Alii Diaſaum.*
*Omeos* (1) *Trigonion.*
*Punice Sanguinariam &c.*

Herbarum Synonyma in utriſque Codicibus non ſemper eodem ordine citantur; ita tamen plerumque: *Graeci*, *Siculi*, *Omeos*, *Omeſis*, *Omoeos*, *Punici*, *Romani*, *Prophetae*, *Tuſci*, *Aegyptii*, *Pytagoras*, *Itali*, *Daci*, *Galli*, *Spani*, *Corinthii*, *Democritus*, *Oſtanes*, *Zoroaſtres*, *Lyſimachus &c.*

Pag. 80. Sub num. XLVIII. herba ita deſcribitur *Nomen herbae Immolum. Clariſſima herbarum eſt, Homero teſtante, & inventionem eius Mercurio adſignante &c.* Adſunt heic figurae tres; prima ſedet, librum apertum ſiniſtra gerens, erecta dextra, adſcribiturque *Homerus auctor*; altera ſtat ante ipſam, tunica ac pallio induta, ſiniſtra rotulum (2) habet, & dextra elata ſimiliter, adſcripto *Archiater* (3); tertia nuda & alata, utriſque manibus manipulum herbae geſtans, adſcripto nomine *Mercurius*.

Pag. 90. Ad figuram herbae Dictamni venatio cervorum inſpicitur cum canibus, ac duobus hominibus equo vectis, ſed ſine ſtaphiis, quorum unus arcu tenſo ſagittam, alter haſtam vibrat.

Pag. 91. Herba LXVI. (4) *Nomen herbae Paeoniae &c. Inventa Peonia nomen auctoris retinet: naſcitur Cretae & Siciliae montibus, quam Homerus auctor libris ſuis inſeruit.* Heic quoque adeſt Homeri figura, ut ſupra, & homo lunaticus in vinculis.

Pag. 141. *b.* num. CXXVII. *Eriſion. Precatio einſdem herbe. Herba Eriſion, ut adſis, me rogante, & cum gaudio virtus tua praeſto ſit, & ea omnia perſanes, que Scolapius aut Chiron Centaurus Magiſter Medicine de te adinvenit. Naſcitur in Gallia in monte Siracti, figuram habet Apii &c.*

Pag. 143. *b.* num. CXXXI. *Nomen herbe Baſilica; ſic legi oportet, ut qui eam leget prius conſideret ſalutem ſuam, & vadat mundus ab omnibus; veſtes habeat intactas, mundas, ne cum vadat mulier menſtruata, eum contingat, aut ne a viro, qui eum inquinatus eſt. Quam herbam cum legere ceperit, ſic antequam ad eam veniat habeat querci folia in manu ſua, & aqua fontana ex tribus nymphis, & ex eadem aqua de ramulo querci purificet ſe, vel aſpergat, ita ut ſol mergit, manu dextra ſic precetur. Dea ſancta tellus, & cetera que in capite ſcripta ſunt &c.* Finis: *qui eam leget mundus, circumſcribet eam auro, argento, corno cervino, ebore, dente aprino, corno taurino, & fruges mellitos in veſtigio pone.* Heic quoque homo nudus delineatus eſt cum vaſe, ex quo aqua profluit.

Pag. 144. *b.* Occurrit *Preſidium Paſtillorum, auxilium ſanitatis, quod* (ſic) *utebatur Imperator Auguſtus; quae potio dat fortitudinem &c. Compoſitio eius talis eſt &c.* Sunt ſimplicium genera XXXII.

Pag. 146. num. CXXXII. *Nomen herbe Mandragoras.* Inc. *Huius herbe genera ſunt duo.* Deſ. *radices etiam ſicce reſervantur pluribus uſibus profuture.* Tum ita ſubiungitur: *Explicit medicinalis librum bergaticum Platonis feliciter.* Habes, multis tamen cum varietatibus, ut ex adlatis ſpeciminibus patet, inter Medicos antiquos Venetiis apud Aldum MDXLVII. fol. a pag. 211. *b.* ad pag. 222. *b.*

IX. pag. 148. Anonymi libellus medicinalis de Mela beſtiola, quam alii Taxonem vocant. Praemittitur figura vulpeculae ſimilis. Inde incipit: *De Taxo. Rex Aegyptiorum Octaviano Aug. ſalutem. Plurimis exemplis expertus ſum victoriam tuam, & prudentiam &c.* Deſ. *pretium iudicabimus.* Tum ſequitur deſcriptio huius animalis, & quidem ita: *Beſtiolam quadrupedem, quam vos Taxonem appellatis, quidam etiam Mellem vocant = ieiuno extrahis dentes, quos magnos habuerit, & cum extraxeris, has preces dices: hutabar. torthon. hydran. cermalis. metou. borboro. nardiſon. thaſamorden; haec novies dices verba, & hos dentes Melis pertundes, & ex auro in brachio ligabis tibi, & tuis adhaerentibus = & nec ſidus, nec caniculae tempus nocebit, nec peſtilentia, nec occurſus malus &c.* Deſ. *prodeſt adverſus peſtilentiam, quam barbaris inferent*; ac ſubiungitur: *De Mele beſtiola liber Medicine in brevi factus explicit.*

X. pag. 149. *b.* Sexti Placiti (Liber) de Medicinis ex animalibus, pecoribuſque, beſtiiſque, & avibus. Praeeunt picturae tres; prima figuram exhibet, librum apertum manu geſtantem, in quo haec leguntur *Ego ſum Plato Medicus, qui hunc librum*; II. inſcrib. *Urbs Placiti Papiron*; III. *Urbs Octaviani.* Exinde titulus: *Incipit Canones Libri Medicine Placiti auctoris ex animalibus, pecoribus, beſtiiſque, & avibus*; eorumque ſingulorum animalium, tum nomina, tum virtutum ſummarium in novem laterculis exhibetur, ut in editione mox citanda. Hoc veluti indice praemiſſo, liber ipſe ſubſequitur, cuiuſque animalis nomen, figuram, virtutemque enucleatim exponens. Primo loco occurrit Cervus, ultimo Hirundo. De Sexti Placiti Libro de Medicina ex animalibus, quem Latine habemus, & quem Sexto Plutarchi nepoti Graeco ſcriptori quidam praeter rem tribuunt, ediſſerit Fabricius Bibl. Graec. Tom. XII. pag. 613. inde totum libellum, prout iacet in noſtro Codice, recudit ex Andreae Rivini editione rarius obvia Tom. XIII. pag. 395. Illum tamen primo evulgaverat A. MDXXXIX. 4. Gabriel Humelbergius, ut in Epiſtola nuncupatoria nobili atque praeclaro viro D. Georgio Hermanno Ferdinandi Regis a conſilio adfirmat.

XI. pag. 176. Dioſcoridis (Liber) de Medici-

(1) Longobardus legit *Omoeos*.
(2) In aliis quoque figuris, quibus ratio medendi repraeſentatur, medicus rotulum ſeu volumen ſiniſtra tenet.
(3) Videtur heic Archiatri nomen uſurpari generice, ut Medici Phyſici &c.
(4) In Cod. XLI. eſt ſub num. LXV.

Digitized by Google

dicinis ex herbis feminis (1) num. LXXI. Inc. *In hoc libro Dioſcoridis continetur herbas femina* ( num. LXXI. ) *utiliſſimas pro uſu medicinae, cuius canones* ſubter ( in ſex nimirum loculamentis ) *ſcriptae ſunt. I. herba Ecinum*. Poſt tabulas occurrit pag. 181. *Nomen herbe Hecinum. Naſcitur in montuoſis & lapidoſis locis*. Deſ. *idem ſuccus eius dolores aurium inſtillatus curat. Explicit Liber Medicine Dioſcoridis ex herbis feminis feliciter. Bene valeas in Domino, qui hunc librum uteris.*

Huius autem Herbarii ſpecimen habe ex num. XLII. pag. 206. *b.* ubi ita deſcribitur Tytymallos: *Nomen herbe Tytymallos. Genera ſunt ſeptem. Qui eſt* (2) *ex his maſculus, Caractas* (3) *dicitur, a quibuſdam Cometes, vel Amygdalo, idem & femina, quam Mirceritem, vel Caratben vocant. Omnium una vis eſt catartica* (4), *licet varia ſit figura. Huius ſuccus coloris eſt lactei* (5). *Levius una dragma cum aceto, & aqua pota ventrem cum clecmatis & felle deducit; ſi cum aqua mulſa, & vomitum provocat. Aeſtate autem colligitur &c.*

Ad Codicis pag. 218. ſub num. LV. *Hiera*, poſt deſcriptionem plantae, eiuſque virtutum, charactere minutiori, ut videtur, eadem manu adiectum eſt: *Ab Angelo annuntiatum eſt, ab Arcangelo deſtructum eſt. Iob vermes habuit, & per viſionem Domini mortui ſunt, & ſanata fuit ulcera eius. Xpē ſic moriantur vermes & ulcera, quae habet famulus Domini, ut numquam ei amplius nocere poſſit. Agyos, agyos, agyos, ſanctus, ſanctus, ſanctus, fiat, fiat, fiat. Amen tribus vicibus.*

XII. pag. 226. *b.* Anonymi formulae remediorum, quibus praecedit *Epiſtola Apollinis de emplaſtris podagrico ſatis admirabil. I. Spuma argenti = in cacabo novo mittatis per ordinem &c.* Nominatur lac mulieris, quae primum maſculum genuerit. Sunt autem Capita decem. Vltimum *ad ſciaticos* deſ. *& mittis galbanum cum cera, & ſub tantritas mittes cinerem armentorum, & in aluta inducis, & uteris*. Tum ita clauditur Codex: *Explicit feliciter, ſicuti navicantibus dulcis eſt portus, ſcriptor noviſſimus verſibus.*

Cod. membr. Ms. in 8. Saec. XIII. mendoſiſſimus, ut ex adlatis ſpeciminibus, quae ne apice quidem immutato protulimus, videre eſt, cum figuris ubique rudi pennicillo depictis. Conſtat foliis ſcriptis 228. In Catal. Montf. ſub num. I at valde ieiune deſcriptus.

## IOAN. CALORAE COMPEND. FEBR.

Cod. XVII.

IOannis Calorae Mutinenſis Phyſici (6) Compendium Febrium. Praecurrit Prooemium in ſummulam compendiumve febrium *Breve Portatecum* nuncupatum ad Laurentium Medicem, virum doctiſſimum & magnanimum, quod inc. *Conſideranti mihi, vir magnanime ſimul & doctiſſime, quid homini hic in vita praeſtabilius = Quum vero paucae admodum ſint momenti alicuius aegritudines, quas febris non conſequatur, ut commodo Magnificentiae tuae utili, ſimul & honori invigilarem, brevem hanc Summulam, Compendiumque, ex illuſtrium tamen Medicorum dictis excerptam, paucis in chartis, verbiſque concluſi: cui febrium cauſſas effectivas omnium, momenti alicuius, ſignaque, quibus alteram ab altera ſequeſtrares, curativas etiam intentiones cuique febri adhibendas, brevibus indidi, nominique tuo dedicavi*. Deſ. *bene valeat Magnificentia tua, & in ſibi devotorum & affectorum numero me connumeret*. Opuſculo vero hi duo praecurrunt verſiculi:

*Dum legis advertas; quae videris omnia menti*
*Fac teneas, febres ut pellas arte calentes.*

Opuſculum inc. *Quum litterarum ocium*. Deſ. *ubi accidat error, aut aegri, ut Medici*. In fine tandem tetraſtichon ſequens ſubiungitur:

*Tu quicumque legis, curas ſi carpere in omnem*
*Proſpicias partem, penſa poſt cuncta, ſubinde*
*Menſures trutina, & medicis conformia quaeque*
*Invenies, ſic & mordendi livor abibit.*

Cod. chart. Ms. in 8 Saec. XV. cum initialibus Capitum, & titulis rubricatis, & ſtemmate Mediceo in principio. Conſtat foliis ſcriptis 116. In Cat. Montf. ſub num. III.

## LIBER VIATICI.

Cod. XVIII.

I. pag. 1. COnſtantini Afri Monachi Montis Caſſinenſis (7) Liber Viatici, ab eo ſcilicet translatus, cum Praefatione, quae inc. *Quoniam quidem, ut in Rhethoricis Tullius inquit, omne eſſe expetendum*. Deſ. *in exterioribus corporis naſcentibus XXX. complectitur*. Liber I. cui praeit Capitum tabula, inc. *De Alopitia. Capillus ex fumo groſſo, & caldo* Liber VII deſ. *conchulae marinae incenſae cum oleo roſato multum valent. Explicit Liber Viaticus, quem Conſtantinus tranſtulit*. Habes in editione eius Operum Baſileenſi apud Henricum Petrum A. MDXXXVI. fol. Part. II. a pag. 1. ad pag. 167.

II. pag. 86. *b.* Duo medicamenta occurrunt.

(1) Inquirant eruditi Botanici, cur dicantur *herbae feminae*. In Cod. XLI. huius Plutei in margine gloſſa notat antiqua, *ideſt feracibus*.
(2) In dicto Cod. XLI. hoc loco occurrit lacuna.
(3) Ibidem *Cataractas*.
(4) Ibid *Catarticam*.
(5) Ibid. *lacte*.
(6) Nihil de eo apud Fabricium & Mangetum; neque apud Lodovicum Vedrianum in Doctoribus Mutinenſibus, ubi alii ex eadem familia illuſtres viri enumerantur.
(7) Conſtantinus Afer ex Carthagine, Monachus ab A. MLXXXVI. Caſſinenſis, a Petro diacono Cap. XXIII. de Viris Illuſtr. Caſſin. dictus *Philoſophicis ſtudiis pleniſſime eruditus, Orientis & Occidentis Magiſter, novuſque effulgens Hippocrates*. In Apuliam ſe recepit apud Robertum Guiſcardum illius provinciae Dominum & plura medici & philoſophici argumenti Opera poſteris reliquit, aliaque ex Graeco, & Hebraico Latine vertit, ut refert Cl. Fabricius Biblioth Graec Tom X II. pagina 123 ſeqq. qui etiam argumenta, quae in hiſce ſeptem Viatici Libris pertractantur, in medium adfert.

Digitized by Google

runt, & herbarum indiculus, quarum in ſuperioribus libris fit mentio.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIII. optime ſervatus, cum notulis marginalibus eiuſdem manus. Conſtat foliis ſcriptis 86. In Cat. Montf. ſub num. IV.

## LIBER DE ALIMENTIS INCERTI AVCTORIS.

Addo

*Librum Remediorum, Speculum medicinae, ac de medicinis laxativis incerti auctoris.*

*Cod. XIX.* I. pag. I. ANonymi, ſed, ut a nobis compertum eſt, Iſaaci Iſraëlitae, Salomonis Arabiae Regis filii adoptivi, de Diaetis particularibus Liber ſecundus, de alimentis (1), cum brevi Prologo, qui ſequens eſt: *Complevimus in Libro primo univerſalem ſignificationem generis cibarii, & ſpecierum eius; oportet in ſecundo ſingulariter de cibo unoquoque tractare. Initium huius Libri, & finis de granis erit & fructibus.* Liber inc. *Quum cibaria in ſua ſubſtantia diverſis ſubiiciantur accidentibus, in qualitate, bono, & malo; in quantitate, multo, & parvo.* Deſ. *vina de frumento & hordeo ſunt inacceptabilia & indigeſtibilia, malos fumos & humores generantia, conſtipant hepar, & ſplenem, & lapidem in renibus creant. Amen.* Concordat cum Iſaaci editione Baſileenſi A. MDLXX. 8. a pag. 327. ad pag. 605. multis tamen cum varietatibus. Notanda vero ſunt ea, quae Codicis pag. 27. *b.* (edit. pag. 552.) narrantur de quodam lacu, in cuius coeno piſces quidam geniti ſunt ita maleolentes, ut iis veſci quis minime poſſet.

II. pag. 34. *b.* Anonymi formulae remediorum, alia manu, tamen antiqua; *I. Unguentum ad faciem, & viſum clarificandum. II. Ad lentigines auferendas &c.*

III. pag. 35. Anonymi Speculum Medicinae item alia manu, praevio Prologo, qui talis eſt: *Quum animadverterem quamplurimos Medicorum, non ſolum minores, verum etiam qui utebantur in curationibus humani corporis faſtidio perurgeri pro varietate medicamentorum, quae indiſcrete, ac paſſim a variis doctoribus, prout cuique viſum fuit, experimento ſcripta invenirentur; eorumque varietates, non* . . . . . . (2) *ſolum id defectu perfectae curationis, ſed ad errorem perduceret infamiae; labori eorum compatiens, cuiuſdam Paulli auctoritatem ſequutus, ſecurus ea, quae diſperſa incongrue fuerant, & ut ita dicam difficilia videbantur, in hoc parvulo libello, quem Speculum Medicinae volo appellari, ordinabiliter colligere volo, a capite, quod eſt principium corporis humani initium ſumens, dehinc quae cetera membra deſcendunt uſque ad plantam pedis, quae communia & faciliora ad operandum reperire potui, compendioſe digeſſi = non ſolum praelibati Paulli auctoritatem ſequuti ſumus, verum etiam ab aliis doctoribus exarata, quae congrua viſa ſunt, & ad operandum facilia, huic adieci opuſculo, ne aegri diu languerent, & ne Medici indociles a pluribus aeſtimentur.* Huius tamen Operis nil aliud exſtat, quam Caput I. inſcriptum *De dolore capitis*, illudque fortaſſe non completum. Inc. *Dolore capitis diu permanente, oportet primo materiam detrahere.* Deſ. *item allium elixatum, & temporibus illinitum, ſive oleo frixum, ſive in ſagine pingui ultra modum emendat.*

IV. pag. 36. Anonymi quaedam de Medicinis laxativis, contra abundantiam calidorum naturalium, ſive colerae, alia item manu. Inc. *Quum Medicinalis ſcientiae duae partes, ſcilicet theorica, & practica eſſe credantur integrales, circa practicam fere tota eius conſiſtit utilitas.* Deſ. *dantur in febribus. ſed ſi abundet ſine febre* . . . Videntur in fine mutila. Subiicitur tandem confectio unguenti Apoſtolici.

Cod. membr. Ms. in 8. Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 37. In Cat. Montf. ſub num. V.

## APICIVS DE RE CVLINARIA.

Ac praeterea

*Taciti de origine & ſitu Germaniae, & Diogenis Epiſtolae Franciſco Arretino interprete.*

I. pag. I. APicii Coelii Epimeles, ſeu de Re Culinaria Libri X. quorum primus *Epimeles*, ſecundus *Sarcoptes*, tertius *Cepuros*, quartus *Pandecter*, quintus *Oſtreo*, ſextus *Tropetes*, ſeptimus *Polyteles*, octavus *Tetrapus*, nonus *Talaſſa*, decimus *Alieveslibus* inſcribuntur. Liber primus inc. *Conditum paradoxum. Conditi paradoxi compoſitio mellis per XV. &c.* Ultimus deſ. *ius in anguillam, piper Liguſticum, rus Syriacum, mentam ſiccam, rutae bacchas, ovorum vitella cocta, mulſum, acetum, liquamen, oleum coques. Expl. eiuſdem Apicii Alieveslibus liber decimus & ultimus*; ut in editione Lugdunenſi apud Seb. Gryphium MDXLI. 8. curante Albano Torino a pag. 10. ad pag. 100. Hi Coelii Apicii, patria, ut ſuſpicabatur Carolus Avantius, Hiſpani, de Obſoniis & Condimentis, ſive *de Re Culinaria* Libri X. inventi fuerunt ſub Nicolao V. Pont. in inſula Megalona ab Enocho Aſculano cum Porphyrionis in Horatium Scholiis, ut tradit Leander Albertus in Deſcriptione Italiae pag. 267. Varias eius editiones recenſet Fabricius Bibl. Lat. Tom. I. pag. 639. *Cod. XX.*

II. pag. 45. C. Cornelii Taciti Equitis R. de origine & ſitu Germaniae Liber, ut in Tomo ſuperiore pag. 836. §. IV.

III. pag. 59. *b.* Franciſci Arretini Latina verſio Epiſtolarum XLVII. Diogenis Philoſophi. Praecedit Elegia, in qua Muſam alloqui-

(1) In margine ſemireciſis litteris legitur: *Incipiunt Diaetae Conſtantini.*
(2) Nexus hoc loco quidam compendiarius occurrit, cuius vim aſſequi minime potuimus.

Digitized by Google

loquitur, rogatque, ut Libellum ſuum Epiſtolarum Diogenis reddat Pio II. Pontifici Maximo, quae inc.

*Ad Vaticani praeclara Palatia Petri*
*Vade, precor, noſtri, diva Thalia, memor.*

Deſ.

*Candidus exſuperes ſervus aſtra, Pie.* Inde ſequitur Praefatio eiuſdem ad Pium II. in eaſdem Epiſtolas a ſe nuper e Graeco in Latinum traductas. Inc. *Diogenis philoſophi Epiſtolas nuper a me e Graeco in Latinum traductas.* Deſ. *nunc ad ipſum Diogenem veniamus.* Prima anepigrapha inc. *Audio quam iniquo animo feras, quod pueri Athenienſes.* Vltima Epimenidi inſcripta deſ. *bonum namque eſſe ſecundum Simonidem difficile eſt, polliceri autem perfacile. Finit.* Vt in edit. Epiſtolarum Laconicarum Baſileae per Io. Oporinum MDLIV. 12. a pag. 124. ad pag. 178. ubi tamen ſupra memoratum Carmen deſideratur.

Cod. membr. Ms. in 8. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura, & Mediceo ſtemmate in principio, & Apicii effigie in prima littera. Conſtat foliis ſcriptis 82. In Cat. Montf. ſub num. VI.

## IOANNITII INTRODVCTIO AD ARTEM PARVAM GALENI.

Accedunt

*Hippocratis Aphoriſmi, Philareti Liber de Pulſibus, Io. Damaſceni Aphoriſmi ad Filium, Galeni Ars Parva, Hippocratis Regimen Acutorum.*

*Cod. XXI.* I. pag. 1. Liber Iſagogarum Ioannitii (1) ad Tegni Galieni, ſeu Introductio ad Artem Parvam Galeni. Inc. *Medicina dividitur in duas partes, ideſt in theoricam, & practicam, quarum theorica dividitur in tria, ideſt in contemplatione rerum, in contemplativam ſcientiam rerum naturalium, & non naturalium, & earum, quae ſunt contra naturam.* Deſ. *ſpecierum cognitio quinque modis fit, qualitatis, & quantitatis, temporis, ordinis, boni malivole (2) diſcretione.* Tum ſubiicitur: *Explicit Liber (3) Iovanitii.* Vidi ego in Bibliotheca Magliab. Cl. XV. antiquam huius Tecni Galeni editionem in fol. cum expoſitionibus Ioannitii, Haly &c. nec non cum variis veterum Medicorum Opuſculis.

II. pag. 13. Liber Aphoriſmorum Hippocratis in ſeptem particulas diſtributus, ut in Codice XIII. huius Plutei, ſupra pag. 32.

III. pag. 28. Tabula ventorum calamo delineata.

IV. pag. ead. Quaedam de maſculini & feminei fetus formatione in utero.

V. pag. 28. *b.* Philareti (4), licet in Codice non appareat, Liber de Pulſibus. Inc. *Intentionem habemus in praeſenti conſcriptione de pulſuum negotio compendioſam exponere traditionem, & dicere primum quid eſt pulſus.* Deſ. *ſed diſſoluta & deleta ſit, & mortem ſignificat. Et haec nobis ſufficiant ad praeſentiam de negotio pulſuum.* Exſtat in cit. antiqua editione in fol. Bibl. Magliab. ſine loci, & anni indicio, Cl. XV.

VI. pag. 31. Ioannis Damaſceni (5) Aphoriſmi cum Prologo, qui inc. *Liberet te Deus, fili amantiſſime (6), a devio erroris, & in via conſervet proſperitatis.* Deſ. *ecce iam Aphoriſmos, quos me rogaſti tuae dilectioni mando.* Aphoriſmus I. inc. *Certum, ut mare immenſa proditas eſt.* Vltimus deſ. *contrario vero contrarium. Expliciunt Aphoriſmi Io. Damaſceni. Deo gratias.* Habes, prout iacent in Codice, editos cum Aphoriſmis Rabi Moyſis, & aliis Opuſculis Medicis Venetiis per Iacobum Pencium de Leucho A. MDVIII. die VIII. Martii a pag. 38. ad pag. 39. *b.*

VII. pag. 34. Galeni Ars Parva, quae ita inſcribitur in Codice: *Liber Tegni Galieni.* Inc. *Tres ſunt omnes doctrinae, quae ordine habentur.* Deſ. *ſed orationem determinabo in eis. Explicit Liber Megategni (7) Galieni. Qui ſcripſit ſcribat &c.* Eſt Commentum Iacobi Forolivienſis in Librum Galeni de Arte, quod Patavii impreſſum ſine anno in fol. max. exſtat in Biblioth. Magliab. Cl. XV. Habes autem hunc Librum ex interpretatione Nic. Leoniceni inter Libros Iſagogicos Tom. I. editionis Iunctinae A. MDLXV. a pag. 61. ad pag. 72.

VIII. pag. 61. Regimen Acutorum Hippocratis. Inc. *Qui de aegrotantium accidentibus in ſingulis aegritudinibus &c.* Deſ. *& aliquando conveniens eſt. Explicit R. A. M (8) Amen.* Exſtat in cit. antiqua Tecni editione in Biblioth. Magliab. Cl XV.

Codex membr. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, cum notis in margine varia, ſed antiqua manu, initialibus aliquot Opuſculorum figuratis, icone, forte Ioannitii, in principio, ac titulis rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 69. In Cat. Montf. ſub num. VII. ſed per errorem typographi VIII.

RA-

(1) De huius Ioannitii Arabis ſaeculo X. clari verſionibus vide Mangetum in Biblioth. Script. Medic. Verbo *Humain*.

(2) Ita in Codice, ſed legendum *malive*, ut habetur etiam in Codice XXVIII. huius Plutei.

(3) Hunc Librum citat Raſis in Lib. I. Continentis Cap. I. & alibi ſaepe.

(4) Philareti de pulſuum ſcientia Libellum Albano Torino interprete exſtare cum Aetii contractae ex veteribus Medicinae Tetrabiblo in fol. Baſileae apud Henr. Petri MDXXXIII. 8. affirmat Mangetus loc. cit.

(5) Fuit Monachus Benedictinus, filius Meſue, filii Hamach, filii Heli, filii Abdela, Regis Damaſci, ac Graece ſcripſit, iuxta alios Arabice. Floruit ſub Hadriano IV. Pont. A. C. MCLVIII. Vid. Lindenium de Script. Medicis Amſtelaedami apud Io. Bleau MDCLXII. 8. pag. 345.

(6) Hunc Aphoriſmorum Librum ad filium miſit, quem in extremo ſcripti laudat, quod Artem Magnam Galeni Latine vertendam in ſe ſuſceperit.

(7) Correctum alia manu *Migrotegni*.

(8) Scilicet *Regimen Acutorum Malorum*.

Digitized by Google

## RASIS AD ALMANSOREM.

Cod. XXII. I. pag. 1. Albucrei (1) Raſis filii Zachariae Liber (2) translatus a magiſtro Gerardo Cremonenſi (3) in Toleto de Arabico in Latinum, qui ab eo Almanſor vocatus eſt, eo quod Regis Almanſoris filii Iſaac praecepto editus eſt. Praecedit Praefatio, quae inc. *In hoc meo libro Regi, cuius vitam augeat Deus, aggregabo ſummas & aggregationes, & flores doctrinae Medicinalis, & hoc faciam compendioſe*. Deſ. *adhaerere poſſim*. Tum ſequuntur Capita ſingulorum decem Librorum. Primus inc. *Creator omnium Deus oſſa condidit*. Vltimus deſ. *totum igitur perfecimus. Quapropter Deo, cuius beneficio & auxilio hoc ad finem perduximus, gratiae ſint infinitae, & carae. Deo gratias. Amen*. In prima pagina Prologi, Almanſoris, & initio Libri I. Gerardi Cremonenſis effigies non rudi pennicillo depictae ſunt. Concordant cum antiqua editione Operum Raſis, & aliorum opuſculis Venetiis per Iacobum Pencium de Leucho A. MDVIII. fol. quam ad manus habuimus a pag. 2. ad pag. 59.

II. pag. 95. Liber Diviſionum Arazi, verba Abuba filii Zachariae Arazi, translatus a Magiſtro Gerardo Cremonenſi in Toleto de Arabico in Latinum. Prologus inc. *Verba Abubacri filii Zachariae Arazi. Ventilata fuit in praeſentia cuiuſdam probi viri &c.* Deſ. *in fine libri*. Capitulum primum *De alopitia* inc. *Primum ex eis itaque eſt Capitulum de alopitia &c.* Vltimum *De variolis & morbillo* deſ. *& medicinae quae eradicant pannum, delent veſtigia eorum*. Heic quoque in principio effigies quaedam depicta eſt. In cit. edit. Venet. a pag. 59. *b.* uſque ad pag. 78.

III. pag. 131. Verba Abubachi filii Zachariae Arazi, ſive Antidotarium Raſis. Inc. *Dixi in hoc meo libro medicinas, quarum neceſſitas ſeparabilis eſt* (4). Definit in confectione unguenti Aegyptiaci, & in verbis: *dein bulliat ſuper ignem, donec inſpiſſetur, deinde reponatur, & uſui reſerva* (5). Ibid. a pag. 78. uſque ad pag. 84. aliquantum diverſa tamen eſt verſio Codicis ab editione. Adiicitur in calce huius paginae confectio *pillulae cochiae Almanſoris*.

IV. pag. 145. *b.* Onomaſticon vocum Arabicarum, Latine redditarum, alphabeti ordine digeſtum. Inc. *Alith, ideſt aſſa fetida*. Deſ. *Zuffoſeranden, ideſt Mandragorae*. In fine legitur: *Expliciunt Synonyma*.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, breviato charactere exaratus, notulis perquam raris in margine adſperſus, ſed alia manu, cum titulis, & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 153. In Catal. Montfauc. ſub num. X.

## RASIS ALMANSOR.

Cod. XXIII. I. pag. 1. Liber Abbubecri Arazi, filii Zachariae, qui ab eo vocatus eſt Almanſor, eo quod Regis Manſoris filii Iſaac praecepto editus fuit. Verba Abbubecri. Prooemium inc. *In hoc libro aggregabo Regi, cui benedicat Deus, aggregationes neceſſarias, & exceptiones congruas doctrinae Medicinalis, & hoc faciam compendioſe*. Tum ſequitur Index Capitum primae partis, quae inc. *Creator omnium Deus &c.* ut in Codice ſuperiore. Deeſt pars Libri IX. ideſt duo ultima Capita, & totus Liber X. quare deſinit in Capite De *elenſencia*, & in verbis: *quum ergo pedis groſſicies augeri videtur .......*

II. pag. 49. Eiuſdem Liber Diviſionum cum Prologo, ut in dicto Codice ſuperiore §. II. Heic tamen Prologo ſubiungitur ſequens monitum: *In Arabico ponuntur litterae alphabeti pro numero Capitulorum, ut ſunt in ordine, ut iſte dicit, ſed quia mos iſte in Latino non eſt, ideo appoſui numerum in ſingulis*.

III. pag. 68. Verba Albubacri filii Zachariae Arazi, ſive Antidotarium Raſis, ut in dicto Codice §. III. Finis tamen aliquantum diverſus ita habet: *deinde bulli ipſum ſuper ignem, donec inſpiſſetur, deinde repone*. Tum rubrica haec ſubſcribuntur: *Explicit liber Diviſionum translatus a Magiſtro G. Cremonenſi de Arabico in Latinum in civitate Toletana; poſtea oblatus Cremonam a Magiſtro P. iam dicti Magiſtri G. nepote in Eccleſia S. Luciae de Cremona, patet multis eum petentibus*.

IV. pag. 74. Canon, quem ſcripſit Alguazir, ideſt Conſul, Abuale praenomine, Zor nomine, filius Abimelech filii Zor. Imperatori Saracenorum Haly filio Ioſephi, filii Teſiphin (6) de curatione lapidis. Inc. *Accidentia, a quibus convenientius eſt cavere &c.* Deſ. *& coletur & miſceatur cum ea de ſirupo acetoſo ſquillitico ÷ 1. 2. 5. & bibatur*. Accedunt deinde pag. ead. *b.* Emplaſtra varia, quorum primum inc. *Emplaſtrum ad hemorroidas & ſcrophulas, & reſudationes Baurath. Arſenici alcali partes ſumantur aequales*. Deſ. *poſtea pulverizatis omnibus ſimul miſce*. Exſtat ad calcem Aphoriſmorum Rabi Moyſis, & Ioannis Damaſceni, & quorumdam Hippocratis Opuſculorum cit. edit. Venet. per Iacobum Pencium

cium

(1) Albubecar Muhamed filius Zachariae filii Arahi, aut, ut alii ſcribunt, Erraſis, ut alii, Raſis, ſive Razis defunctus A. C. MX. ſcripſit Libros XII. Elhavi, ideſt, ut interpretantur *totum continentis*, ex quo eos libros *Continentis* vocant, opus quidem ingens, quod ex Hieronymi Suritae caſtigatione prodiit Brixiae MCCCCLXXXVI. & Venetiis MDIX. Vol. II. & praeterea Libros decem *ad Almanſorem* editos Lugduni MDXI. 8. cum Additionibus Gerardi Cremonenſis.

(2) Libri nomine hoc loco intelligendum eſt *Opus*; ſunt enim Libri X.

(3) De eo eruditiſſime diſſerit Cl. Hieronym. Tiraboſcus *Storia della Letteratura Italiana* Tom. III. pag. 292. ſeqq. Vide etiam Muratorium Antiq. Med. Aevi Tom. III. pag. 939. ſeqq.

(4) In Codice ſequenti legitur *eſt inſeparabilis*.

(5) Memorantur haec Raſis Opera Mss. ut exſtantia in hac Bibliotheca, a Fabricio Bibl. Graec. Tom. XIII. pagina 46.

(6) Diverſe legit Montfauconius hunc titulum, & quidem ſic: *Canon, quem ſcripſit Alguaziri Conſul Abuleizor filius Abimelech Filuza Imperatori Saracenorum Anli filio Ioſephi filii Reſaphim &c.*

Digitized by Google

cium de Leucho A. MDVIII. fol. a pag. 47. *b.* ad pag. 48.

V. pag. 75. Conſummatio libri praeſentiae Hippocratis, qui inventus eſt in ſepulcro eius in pyxide eburnea, & ſunt XXV. propoſitiones Artis ſomniferae. Inc. *Ars ſomnifera ex rememoratione Aleid. ropii, iuſquiami, mandragorae &c.* Notandum fere in omnibus adhiberi opium, papaver, mandragoram &c.

VI. pag. ead. *b.* Synonyma vocum Arabicarum, quibus ſubiiciuntur pondera Raſis, & pondera Serapionis, quae tranſtulit Magiſter Gerardus Cremonenſis in Toleto de Arabico in Latinum.

VII. p. 80. Liber Chirurgiae, quem tranſtulit Gerardus Cremonenſis in Toleto de Arabico in Latinum, & eſt tricesima particula Libri Azaragui (1), quem compoſuit Albucaſim. Verba Albucaſim. Initium Praefationis dare ſuperſedemus, ob omnino evanidos characteres. In littera tamen initiali ſuperſunt adhuc figurae duae rudes inter ſe colloquentes. Ex Prologi particula, quae nondum tota evanuit, apparet, totum Opus dividi in tres partes, quarum prima eſt *De cauterio cum igne, & cauterio cum medicina acuta, capitulatum, & ordinatum a capite uſque ad pedes, cum formis inſtrumentorum, & ferramentis cauterii, & de omni quod neceſſarium eſt in operatione.* Altera *De inciſione, & perforatione, & phlebotomia, & ventoſis, & vulneribus, & extractione ſagittarum, & ſimilibus illis, & totum capitulatum, & ordinatum cum formis inſtrumentorum.* Tertia *De reſtauratione, & dislocatione, & curatione torſionis, & ſimilibus illius compilatum &c.* In Parte ſecunda (Codicis pag. 96. *b.*) Caput LXIX. inſcribitur *De caſtratione*, ubi notanda ſunt verba: *ſciatis, filii, quod caſtratio in lege noſtra excommunicata eſt. & propter illud liceret mihi, ut non rememorarer eius in meo libro &c.* In fine legitur: *Hunc librum tranſtulit Magiſter Gerardus Cremonenſis in Toleto de Arabico in Latinum, & eſt tertia particula libri Zaraugui, quem compoſuit Albuchaſim.* Inde ſequitur Index Capitum ſuperiorum trium Librorum. Concordat cum editione antiqua, cui titulus *Cyrurgia Parva Guidonis, Cyrurgia Albucaſis cum cauteriis, & aliis inſtrumentis &c.* Venetiis per Bonetum Locatellum Presbyterum, mandato & ſumptibus heredum Octav. Scoti Modoetienſis A. D. MD. ſexto Kal. Febr. fol. a pag. 6. ad pag. 41. Adſunt in Codicis margine figurae plures rudi pennicillo delineatae varias chirurgicas operationes, itemque chirugica inſtrumenta exhibentes, dignae certe quae ab aliquo artis perito diligenter perpendantur.

Cod. membr. Ms. in fol. Saec XIII. ineuntit, binis columnis, cum initialibus Operum, & Capitum auratis, & coloratis, & titulis rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 110. In Cat. Montf. ſub num. XI.

## TRINCAVELLI MEDICI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM.

EXcellentiſſimi Victoris Trincavelli de compoſitione Medicamentorum Diſceptationes. Inc. *Non levem, neque exiguam rem, ſed arduum ſane ac magnum negotium a me requiritis, iuvenes ſtudioſiſſimi.* Deſ. *& a capitis ſumma cute ſumemus exordium; interim vero gratiae ſint, quantae poſſint, Deo Optimo Max.* Videntur lectiones ab aliquo excerptae auditore ex ore praeceptoris, ac propere, & intricatis litteris exaratae. De hoc Trincavello conſulendus Mangetus in Bibliotheca Scriptor. Med. a quo inter opera ipſius recenſentur *De uſu & compoſitione Medicamentorum Libri IV.* ſeorſim editi Venetiis MDLXXI. 4. & Tom. II. Operum Venetiis MDXCIX. fol. *Cod. XXIV.*

Cod. chartac. Ms. in fol. min. Saec. XVI. Conſtat foliis ſcriptis 309. In Cat. Montf. ſub num. XIX. ubi per errorem leges *Rincavelli* pro *Trincavelli*.

## CHIRVRGIA MAGISTRI BRVNI.

CHirurgia Magna Magiſtri Bruni (Calabri) Longoburgenſis ex dictis ſapientum veterum breviter & lucide compilata Libris II. Praefatio inc. *Rogaſti me, iam eſt diu, Andrea Vicentine venerabilis amice mi, ut tibi brevi & aperto ſermone in Medica ratione Cyrurgiae librum deſcriberem, collectum & excerptum ex dictis glorioſiſſimi Galieni, Avicenni, Almanſoris, Albucaſim, & Aly. nec non & aliorum peritorum veterum.* Deſ. *ſed illas barbarorum manibus reliquerunt.* Sequitur numeratio Capitum XX. Libri primi. Caput I. *De diviſione & generalibus cauſis ſolutionis continuitatis* inc. *Poſtquam poſuimus, amice, ſufficienter Prooemium.* Libri ſecundi, qui totidem ac primus Capita continet, Caput ultimum, *De ſpaſmo ſupervenienti vulneri*, deſ. *et cuſtodiatur, ne frigus eum capiat, & accidant ſibi peiora prioribus. Expl. Cyrurgia Bruni Magiſtri Longoburgenſis.* Inde in averſa pagina legitur *Prologus* (forte *Epilogus*) qui inc. *Anno ab Incarnatione Domini MCCquinquageſimo ſecundo menſe Ianuarii Indictione X. in Civitate Paduae in loco Sancti Paulli. Et ego Brunus Longoburgenſis ſub ſpe divini favoris = huic operi debitum finem impoſui &c.* Concordat cum edita in collectione Chirurgorum Veterum, cui titulus: *Ars Chirurgica Guidonis Cauliaci &c.* Venetiis apud Iuntas MDXLVI. fol. a pag. 103. ad pag. 110. Prodierat iam Bruni Chirurgia Magna, & Parva, una cum Guidonis, Theodorici &c. Scriptis Chirurgicis Ven. MCCCCXC. per Octav. Scotum. Vide quae de hoc Scriptore doctiſſime diſſerit Cl. Tiraboſcus *Storia della Letteratura Italiana* Tom. IV. pag. 186. ſeqq. Clar. Fabricius in Elencho Medicorum veterum Biblioth. Graec. Tom. XIII. pag. 104. hanc Chirurgiam Bruni, uti Ms. in Biblioth. Friderici Roſtgardi in Codice *Cod. XXV.*



(1) Forte legendum *Alfabaravii*. De eo vide Ioannem Freind in Hiſtor. Medicinae Venetiis apud Seb. Coleti MDCCXXXV. 4. pag. 120.

Digitized by Google

dice ſcripto ante annos tercentos memorat. Notandum eſt Libri II. Caput IX. quod inſcribitur *De extractione aquae hydropicorum*, Caput XII. *De caſtrandis hominibus*, Caput XIII. *De hermaphrodito*, & Caput XVII. *De lapide, qui naſcitur in veſica*. Videtur ex Albucaſi has operationes hauſiſſe; quin etiam in Epilogo ingenue profitetur, ſe multa, non modo ex libris, ſed etiam ex repetitis experimentis diligenter congeſſiſſe.

Codex membr. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, cum notulis marginalibus, ac rudi pictura in principio auctorem exhibente, qui caput infirmi ante ſe genuflexi ferro tangit, itemque cum nomine poſſeſſoris, videlicet *Antonii Landuccii* in transverſo primae paginae margine exarato. Conſtat foliis ſcriptis 72. In Cat. Montf. ſub num. XXI.

## CHIRVRGIA BONGIANI DE ORTO.

Cod. XXVI. I. pag. 1. BOngiani De Orto Arretini Roſea Spina Chirurgiae, quae eſt colligens dicta ſapientum veterum. Praefatio inc. *Quoniam quidem ſoluta unitas in eis, quae animatorum corporibus = raro quoque invenies eorum aliquem, qui libros legerit, aut qui a Magiſtro, qui novit litteras didicerit; immo qui maxime eam exercent, ſunt ſtolidi, ruſtici, & idiotae*. Deſ. *noſtrum divulgabimus intentum*. *Dicimus ergo, quod in hoc noſtro libro Cyrugiae Spinea Roſa titulato, quem Deus glorioſus ſublimis nobis complere concedat, eſt curas vulnerum & diverſitatem morborum quibus inſunt* (ſic). *Primo tamen ponemus rubricas cuilibet Capitulo reſponſuras, & incipiemus a vulnere ſimplici*. Dividitur autem in tres particulis Capitula primae particulae ſunt XIV. Primum inc. *Ex his quae dicta ſunt ſuperius &c.* Secunda particula continet Sectiones tres. Sectio I. conſtat Capitibus VIII., ſecunda XIII., tertia XXXII. Tertia tandem particula habet Tractatus duos. Primus Capita enumerat VII., ſecundus III. In ultimo Capite haec leguntur: *Accipe ergo, Gili chariſſime, Cyrugiae ſcientiam breviter, & ſub Capitulis tibi datam = unde habetur in Didaſcalo, quod tria ſunt opera patientis*; I. *eſt, ut nullam ſcientiam, nullum librum vilem habeas*; II. *eſt, ut a nemine diſcere verearis*; III. *eſt, ut quum ſcientiam adeptus fueris, ceteros non contemnas &c.* Deſ. *& fiet tibi utilitas, & in tuis operibus auxiliatio cum ſalute. Amen*. Omiſſus hic Auctor a Lindenio, & a Mangeto in Biblioth. Script. Medic. & a Fabricio in Elencho Medicor. veterum, & in Bibiloth. mediae & inf. aetat.

II. pag. 74. Sequuntur in pagina ultima, alia manu, formulae quaedam remediorum, ſcilicet I. Ad menſtrua provocanda. II. Alia ad idem. III. Rectuarium noſtrum. IV. Vnguentum olei veteris. V. Vng. ad capitis vulnera. VI. Vng. incarnativum. VII. Baſilicon minor. VIII. Vng. catimicum album. IX. Rubeum. X. Cimini. XI. Decorans cicatrices. XII. Ad idem. XIII. Sirupus ad ſtupefactionem nervorum. XIV. Pulvis ad viſum clarificandum. XV. Electuarium, quo poſſunt uti delicati, & eſt ſolutivum nobile. XVI. Electuarium ad incitationem coitus.

Cod. memb. Ms. in 4. min. Saec. XIV, cum titulis, & initialibus rubricatis, & poſſeſſoris nomine, ſc. *M. Antonii Landuccii* in prima pagina transverſim adnotato. Conſtat foliis ſcriptis 74. In Cat. Montf. ſub numero XXII.

## MVNDINI ANATOMIA.

Cod. XXVII. MVndini (1) Anatomia. Inc. *Quia, ut ait Galenus 7. Therap. Meth. auctoritate Platonis, opus in aliqua ſcientia, vel arte traditur tribus de cauſſis = propoſui meis ſcholaribus quoddam opus in Medicina componere &c. Situato itaque corpore, vel homine mortuo per decollationem, vel ſuſpenſionem ſupino &c.* Deſ. *pars ſuperior debet eſſe excarnata, ne aggravet pedem* (2) *& hoc eſt*. Conſuluimus editionem huius Anatomiae Bononienſem per Hieronymum de Benedictis prid. nonas Martii MDXXI. 4. cum Commentariis Iac. Berengarii Carpenſis, quae quidem editio proſtat in Biblioth. Magliab. Cl. XV. cum qua fere Codex concordat.

Cod. membr. Ms. in 8. Saec. XV. nitide exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 48. In Cat. Montf. ſub num. XXIII.

## COMPENDIVM MEDICINAE INCERTI AVCTORIS.

### Immo potius

### *Ioannicii, Hippocratis, Philareti, Theophili, & Galeni varia.*

Cod. XXVIII. I. pag. 1. IOannicii Iſagoge, ſeu Compendium Medicinae, ut in Codice XXI. huius Plutei ſupra pag. 45. §. I.

II. pag. 11. *b*. Hippocratis Aphoriſmi, interprete Anonymo barbaro, ut in Codice XIII. huius Plutei ſupra pag. 32.

III. p. 24. Eiuſdem Prognoſtica. Inc. *Omnis qui Medicinae ſtudio, ſeu gloriam, ſeu delectabilem amicorum conſequi deſiderat copiam*. Deſ. *adhuc ſignificationes, quas diximus in Aethiopia & Septentrione, & Heſperia ſumus experti. Nec aliqua perturbatio te perturbet quia quaecumque determinantur noſtro numero dierum, noſtro quoque ſunt expoſita ordine praeceptorum*. In tres autem dividuntur partes, & exſtant in antiqua

(1) Hic eſt Mundinus de Lentiis Florentinus, Medicus, & Anatomicus, qui obiit Bononiae XXX. die Auguſti A. MCCCXVIII. & in Eccleſia S. Vitalis ſepultus fuit cum inſcriptione. Eius Anatomia, teſte Mangeto loc. cit. tanta fuit in aeſtimatione, ut ex Statutis Patavinis, alia per plurimorum annorum decurſum in eorum Collegio legi ac doceri non poſſet. Prodiit primum Papiae A. MCCCCLXXVIII. fol. ac deinde alibi ſaepius. Vid. Fabric. Biblioth. med. & inf. Lat. Tom. V. pag. 90.

(2) In his verbis deſinit editio.

Digitized by Google

tiqua edit. Biblioth. Magl. Cl. XV. Techni Galeni cum expoſitionibus Ioannitii, Hily, & aliorum; veterum Medicorum opuſculis fol. max. ſine loci, & anni indicio (1).

IV. pag. 31. Philareti de Pulſibus, ut in dicto Codice XXI. §. V.

V. pag. 35. *b.* Theophili Liber de Vrinis (2). Inc. *De urinarum differentia negotium multi veterum Medicorum aggreſſi ſunt ſcribere; quorum primus omnium Hippocrates Cous, cuius libris inſuevimus; poſt huius vero tempora Galienus, mirabilis Medicus, & aggreſſus eſt, & ſcripſit; dehinc poſt hunc Magnus Medicus Sophiſta.* Deſ. *& de urinis quidem diſciplina, & ſecundum genera, & ſpecies, & diſferentias convenienter expoſuimus.*

VI. pag. 46. Galeni Ars Parva, ut in dicto Codice XXI. §. VII.

VII. pag. 72. Hippocratis de regimine Acutorum. Ibid. §. VIII.

VIII. pag. 81. Anonymi Tractatus de Febribus. Inc. *Pauſus autem fit cum reſiccatae venulae in aeſtiva hora evulſerint drimeat.* Deſ. *& ventrem ſolve aſinae lacte cocto, & rapam radens ſtiptica, ideſt conſtipativa offer, ſi hora calida fiat.* In ultima tandem pagina occurrit humani corporis icon, in qua deſignantur ſingulae ipſius partes. Zodiaci ſignis reſpondentes, cui non abſimilem vide ſis in Faſciculo de Medicina Ioannis de Ketam *Venezia per Ceſaro Arrivabeno* MDXXII. fol. pag. 8. *b.*

Cod. mem. Ms. in 4. minori Saec. XIII. cum ſcholiis in margine antiquis, cum titulis & inicialibus coloratis. Conſtat fol. ſcr. 89. In Cat. Montſ. ſub num. XXIV.

## IO. ARRETINVS DE PROCVRATIONE VALETVDINIS CORDIS.

*Cod. XXIX.* IOannis Arretini (3) de valetudinis cordis procuratione Opuſculum, cui praecedit Epiſtola nuncupatoria ad Petrum Coſmae Medicem, qui tum ad balnea, ut valetudinem ſuam curaret ſeceſſerat, in qua veluti ingenii ſui primitias ipſi ſe offerre auctor profitetur, ſubiungens opus hoc ſuum prius communicaſſe Petro Borgherino Senenſi clariſſimo militi. Inc. *Quum ſaepenumero mecum agerem, Petre vir ſpectatiſſime &c.* = *Quamobrem hoc modo Opuſculum de curanda cordis valetudine paucis admodum noctibus elaboratum ad te conſcribo; quem etiam clariſſimo militi Petro Borgarino Senenſi mihi una tecum patri optimo communicabo, ut etiam Sena primitias ſapiat noſtras.* Deſ. *ſuis Capitulis, quemadmodum ipſe legendo pernoſces, diviſi. Vale.* Opus autem dividitur in tres partes, quarum prima inſcribitur *De cordis valesudine*, altera *De invaletudine*, & tertia *De venenis*. Partis primae Caput I. *De cordis, ac etiam reliquorum membrorum creatione*, inc. *Cor eſt animatorum omnium membrorum princeps*. Partis tertiae Caput ultimum *De ſerpentum ac venenoſorum quorumdam fuga & nece* deſ. *ne ſalviae bufones adhaereant*. Tum ſubiungitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. F.* Citat Galienum, & non Galenum.

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XV. cum pictura in principio. Conſtat foliis ſcriptis 68. In Cat. Montſ. ſub num. XXVII.

## BREVILOQIVM FR. FRANCISCI PADVANI DE EPIDEMIA.

*Cod. XXX.* QVum hic Codex mala manu nuperis annis ſublatus fuerit, relicto tantum ligneo tegumento, ipſius heic deſcriptionem afferemus, qualem anno MDCCXXVIII. adornavit vir celeberrimus Antonius Cocchius, ab eodem mihi humaniſſime communicatam. Ea eſt huiuſmodi: *Ad nobilem celebremque virum P. Coſmae de Medicis Fratris Franciſci cognomento Paduani ex Ordine Minorum* (4) *Breviloquium de Epidemia.* Inc. *Charitatem virtutum omnium eſſe principaliſſimam &c.* Deſ. *talis iam nunc eſſe conare, unde tandem ad gloriam promoveri poſſit. Finis. Anno quidem Domini MCCCCLVI. de menſe Septembris editum feliciter atque perfectum* (5). *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.* Scriptor tradit, quod quum in agrum Caregium ſe contuliſſet, ut Petrum Mediceum viſeret, nec ſui compos voti factus fuiſſet, formidine *contagionis huius*, hunc ideo ipſi librum dat muneri, ut ſibi caveat, *praeſertim quando saevientia contra nos aſtra, caelique intemperiem ubique furentem quodammodo praeſentiamus*. Dicit praeterea ſe *ea, quae de hac ſaeviſſima peſte a probatiſſimis auctoribus ſubtiliter diſputata erant, in unum quaſi corpus redegiſſe*. Se deinde excuſat, quod quum ſit Theologus, res Medicas tractet, ingenueque fatetur ſe retuliſſe tantum *ea, quae legerit, audierit, in variiſque complurium aſtrologorum iudiciis comperierit*. Auctores citati, hi ſunt: Aurelius Auguſtinus, Lactantius, Plini Cap. XXXIX. Hippocrates de aëre epidem., Ariſtoteles Libr. de Cauſ., Albertus Magnus ſuper eodem Libr. & 3. Meteor. Abinzoar de propr. Elem., Tempeſtates anni MCCCXLVI., Galienus Lib. de febribus, Conſtantinus de aëris immut., Avicenna, Averrois, Almanſor, Raſis, Petrus de Toſignano ſui temporis Medico-



(1) Paginas citare omittimus, eo quod numeratione careant.

(2) Theophilus Protoſpatarius, cuius ſunt ſex libri *de fabrica humani corporis*, ſcripſit etiam de Vrinis. Vid. Fabric. in Elencho Medic. Veter. Bibl. Graec. Tom. XIII. pag. 434., & Tom. XII. pag. 651. ubi etiam antiquas huius Opuſculi verſiones recenſet; ſed de eo fuſius ediſſerit Ioannes Freind in cit Hiſtor. Medicinae pag 69

(3) Forte is eſt Io. Lippius, de quo conſule vitam praemiſſam Epp. Hier. Aliotti Arretii MDCCLXIX. 4. Tomo I. pag. XIX.

(4) Franciſcus Florentinus, cognomento Paduanus, Ordinis Minorum, poſt medium ſaeculi XV. a Nicolao V. uſque ad Sixti IV. tempora floruit, & teſte Waddingo pag. 118. & Iulio Nigrio in Hiſt. Script. Flor. pagina 207. varia Opera compoſuit, inter quae hoc de Epidemia, quae ab eo diligenter recenſentur.

(5) Huius Operis aliud Exemplar reperitur in Bibliotheca Riccardiana Cod. chart. in 4. in cuius fine legitur eadem omnino ſubſcriptio, nimirum: *Anno quidem Domini MCCCCLVI. de menſe Septembris editum feliciter atque perfectum*. Vid. Catalog. eiuſdem Biblioth. pag. 202.

dicorum peritiſſimus de Peſte, Ioannes Damaſcenus in Praefatione ſuae Practicae, Pſalmiſta, Ambroſius, Liber Sapientiae, Alexander de Ales, Innocentius III. de poenitent. & remiſſionibus Cap. cum infirmit. Fr. Petrarcha, Fulgentius &c. ex recentioribus etiam, ut ipſe ait, magnae peritiae, ac grandis ingenii viri, quoſque idem ſecum conferentes ſaepius audivit, cuiuſmodi fuerunt, quondam Timotheus Piſtorienſis, atque Galilaeus Florentinus, ſui temporis celebratiſſimi Medici, qui ſecus opinati ſunt, aſſerentes peſtis effectum tantum eſſe contagium.

Cod. membr. Ms. in 8. Saec. XV. In Cat. Montf. ſub num. XXVIII.

## SIMON IANVENSIS.

*Cod. XXXI.* I. pag. 1. Anonymi Synonyma Alchimiae de diverſis libris [1] forte a Simone Ianuenſe collecta. Inc. *Gar, vel Algar, ideſt lapis niger, & lucis. Amar, ideſt giallum.* Deſ. *Zafara, ideſt lunaria. Amen.*

*Facto fine, pia te laudo, Virgo Maria.*

II. pag. 3. *b.* Anonymi notitia de ponderibus, menſuris, & ſignis medicinalibus. Inc. *Diſtinctio menſurarum, & ponderum ſecundum Serapionem, & Avicennam, Almanſorem, & alios auctores, diverſificantur tribus modis &c.* In fine legitur: *Explicit tractatus de ponderibus, & menſuris.*

III. pag. 4. *b.* Alia de ponderibus, & menſuris notitia, quae inc. *Pondera medicinalia & ſigna conati ſumus narrare, quae a pleriſque ignorata ſunt, proinde errores legentibus faciunt, quapropter formas eorum, & characteres, ut a veteribus ſignificata ſunt, ſubiiciam &c.* Clauduntur verſiculo:

*Facto fine, pia te laudo, Virgo Maria.*

IV. pag. 6. Clavis Sanationis elaborata per Magiſtrum Simonem Ianuenſem [2] Domini Papae Subdiaconum & Capellanum, Medicum quondam felicis recordationis domus Nicolai Papae IV., qui fuit primus Papa de Ordine Minorum. Praecurrit primo Epiſtola inſcripta: *Domino ſuo praecipuo Domino Magiſtro Campano Domini PP. Capellano, Canonico Pariſienſi, Simon infimus Subdiaconus ſe ipſum ex debito.* Inc. *Opuſculum iamdudum a vobis poſtulatum.* Deſ. *in publicum dirigatis. Valete in Domino.* Secundo alia Epiſtola, cui titulus: *Venerabili viro Magiſtro Simoni Ianuenſi Domini Papae Subdiacono & Capellano, Canonico Rothomagenſi, amico ſuo chariſſimo, tamquam fratri Campanus eiuſdem Domini Papae Capellanus, Canonicus Pariſienſis ſalutem, & quidquid eſt optabile ſanae menti.* Inc. *Grande donum.* Deſ. *in lucem poſuiſtis notitiam pleniorem* [3] Tertio pag. ead. auctoris Praefatio, quae inc. *Optabat Galenus diſcere & docere poſſe res ſine nominibus.* Deſ. *quod ſolius divinitatis exſiſtit.* In hac autem Praefatione nomina, & opera auctorum recenſet, ex quibus vocabula ſumpſit, & quidem hoc ordine. Nominantur igitur

Ex Graecis

I. Diaſcorides [4].

II. Alexander de Practica Lib. III. de febribus.

III. D. Incerti practica, *cuius Hippocrates, ut invenio in antiquis ſcripturis, diſcipulus fuit* [5].

IV. Ophthalmicum Damaſceni.

V. Oribaſii Libri VII. de Practica ex novem ad Euſtachium, quos ex LXXII. excerpſit.

VI. Genecia Muſionis, quae aegritudines matricis, & mulierum accidentia continet Graeco ſtylo.

VII. Tres Libri Paulli de illis ſeptem,

VIII. Galieni Epiſtola ad Glauconem, duos continens tractatus; primus de Febribus, ſecundus de Apoſtematibus; Liber de Alimentis, & de Simplicibus Medicinis.

IX. *Ex parte cuiuſdam Libri de Graeco tranſlati ſimplicium Almanſori: immo eſt omnino idem, niſi quia ab Almanſore tranſlatio ab Arabico illius, non e Graeco, ex quo apparet, quod Almanſoris librum ſibi Raſis attribuit, potius, quam ediderit.*

X. Quidam libellus de Simpl. Medicinis, cuius eſt titulus: *Gal. ad Paternianum. His a Graeco. Sed praeter hos ex libro de doctrina Graeca coniunxi dictiones Graecas in Graeco ſcriptas, & per alphabetum ordinatas, expoſitas per Latinum: & e converſo Latinas per alphabetum Latinum in Graeco diſpoſitas* [6].

Ex Arabicis

I. Canon Avicennae, cuius interpretem citat, ſuppreſſo nomine, de quo ait: *quamvis ipſemet auctor erraverit in quampluribus ſimplicibus Medicinis, & aliquas ignoraverit, ut in locis propriis oſtendetur.*

II. Serapionis Lib. de Simplic. Medic.

III. Breviarium Libri Ioannis Serapionis.

IV. Raſis Libri. *Verum, ut iam dictum eſt, Liber Almanſor e Graeco videtur habuiſſe originem diviſionum ex parte compoſitus ex eodem Almanſor apparet. Qui ambo libri nec ſtylum, nec modum tenent Arabicum, immo multum diſtant*

(1) Ita inſcribuntur in ſummo primae paginae margine, & tamquam Simonis Ianuenſis Opera, tum haec, tum quae ſequenti paragrapho recenſentur, enunciat Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetat. Tom. VI. pagina 189.

(2) Simon Ianuenſis, alias Simon Geniates a Cordo dictus, Medicus clariſſimus floruit A. C. MCCLXXIII. Vixit Romae in Aula Pontificis Nicolai IV. qui electus eſt A. C. MCCLXXXVIII. Vide Wolfg. Iuſtum in Chronolog. Medicor. & Mangetum loc. cit. littera I. De eiuſdem etiam aetate, & operibus edifferit Tiraboſcus loc. cit. Tom. IV. pag. 181., & antea laudatus Saxius in Hiſtor. Litterat. Mediol. pag. 130., quem vide.

(3) Haſce duas Epiſtolas in lucem protulit Cl. Saxius in Hiſt. Typogr. Mediol. pag. 453. ubi de Mediolanenſi huius Operis editione ſub anno MCCCCLXXIII. verba facit.

(4) Ita ſemper Codex pro *Dioſcorides*.

(5) Auctoris ipſius verba ſunt iſta, quemadmodum & alia, quae deinceps charactere, uti vocant curſivo impreſſa ſunt.

(6) Videtur innuere Lexicum quoddam Graecolatinum.

Digitized by Google

*ſtant a modo eiuſdem Raſis, quem tenuit in libro ſuo magno, dicto Albavi, a quo etiam aliqua excerpſi.*

v. Albucaſis Azaravi, maxime de praeparatione Medicinarum ſimplicium.

vi. Meſue.

vii. Alichates, *qui*, ut ait, *peregrinis vocibus ſcatet.*

viii. Iſaac, & alii a Conſtantino tranſlati &c. *cuius translatio ſatis eſt mihi ſuſpecta.*

ix. Liber de Doctrina Arabica (1).

Ex Latinis

i. Plinii Secundi Nat. Hiſt. Lib. XXXVI.

ii. Cornelii Celſi de Medicina Libri VIII.

iii. Caſſii Felicis, *qui & ipſe a Corn. multum extollitur*, de Practica tractatus duo.

iv. Theodori Priſciani Libri VI. *Theodoricon Antidota.*

v. Gariponti Paſſionarium ex Galeno, Paullo, Alexandro, & Theodoro compoſitum.

vi. Antidotarium Vniverſale de multis antiquis aggregatum.

vii. Bucanici de Simpl. Medicinis.

viii. Liber antiquus de Simpl. Medicinis, *titulo caret, ab Autenticis non diſſonat auctoribus.*

ix. Macri Liber verſibus editus, *qui a Plinio & Diaſcor. ſumpſit quod edidit.* Hi medicinales; praeterea adfertur etiam

x. Vegetii Mulomedicina.

xi. Gerodii de eadem.

xii. Palladii de Agricultura.

xiii. Iſidori Etymolog.

In eadem Praefatione, poſtquam egit de Medicinalium nominum cognitione, eiuſque neceſſitate, haec habet pag. 6. *b. Quapropter ad horum ſcientiae indagationem in opportuno ſtudio ita me ipſum praebui, ut per triginta quinque ferme annos quidquid ad id potuit fieri, non omiſi*; ſubditque pag. 7. prope finem, ſe multa ex peregrinis fuiſſe ſciſcitatum, praetereaque *non piguit montes arduos, nemoroſas convalles, campos, ripaſque ſaepe luſtrare.* Quid plura? ait etiam *aliquando ſe comitem, & diſcipulum feciſſe cuiuſdam aniculae Cretenſis admodum ſciolae, non modo in dignoſcendis herbis, & nominibus Graecis exponendis, verum etiam virtutibus ſecundum Diaſcoridis ſententiam explicandis.* Tandemque monet ſtatuiſſe ſe *aliqua propter neceſſitatem litteris Arabicis, & aliquot Graecis inſcribere, ut ſcientes etiam linguas ſciant.*

Pag. 7. *b.* Occurrit Vocabularium ipſum, quod incipit a littera A, & quidem ita:

*Abantib, & Altutub, vel Cutub, ſeu Cutribub* (2) *Arabice ſunt ſpecies melancoliae apud Avicennam Lib III. Cap.* 10.

*Abarum expoſuit Stephanus, quod eſt Arabice plumbum. Abar tamen vocatur.*

*Abcella exponitur in antiquis Synonymis, quod eſt acrimonia.* Deſinit in littera Z, & in verbis.

*Zurumbet, dicunt quidam Arabum, quod eſt Zodoaria, ſed Avicenna diverſa Capitula de utroque ſcribit; eſt tamen eiuſdem ſpeciei, ſed inferior ea; ſunt radices ſimiles cypero in figura, ſed multo maiores & duriores; intus ſubcitrini coloris, odore, & ſapore Zodouriae, remiſſae tamen, quia licet ſimilis ſit in odore, & ſapore, tamen remiſſior Zodoariae, ſed colore vero ſimilis.* Tum ſubiungitur: *Explicit Liber Synonymorum Magiſtri Simonis Ianuenſis cum digna laude Chriſti & Matris Ieſu. Iani* (3) *ſcriptus, & completus XXVI. die menſis Auguſti.*

Ex hoc autem Opere ſpecimina ſunto. Primum pag. 62. nimirum: *Herpetas antiqui ſerpiginem dicebant. Caſſius Felix Araneas inquit, quas Graeci a ſerpendo, & cetera, & ita eſt, & aliud genus herpetis, quas Graeci Cetrias vocant. Siquidem in ſuperficie cutis puſtulas minutas, milio ſimiles oſtendit, quas Latini vulgo tineas vermas vocant &c.* Alterum pag. 76. *b.* ſcilicet: *Mel apud antiquos in uſu fuit pluſquam apud modernos. Moderni vero magis zucharo utuntur in confectionibus temperandis, quam antiqui. Et videtur, quod antiqui Graecorum non habuerunt notitiam zuchari cannarum, ut videtur apud Serapionem, deſcribentem ſacharum auctoritate Diaſcoridis, ſcilicet mannae ſpeciem, inveniam ſuper cannas, quam dicit ſpeciem mellis, non illud zucharum, quod ex ſuco cannarum fit. Quod autem antiqui uſum zuchari huius non habuerint, patet infra, quia confectiones antiqui Antidotarii omnes cum melle temperari iubentur. Galenus acetoſitatem mellis reprimere docet per decoctionem cum multa aqua, ut in Lib. de Alimentis, & in Lib. de Praeparatione Medicinarum.* Clavis haec Sanitatis in qua ſimplicia medicamenta Latina, Graeca, & Arabica lingua ordine alphabetico traduntur, prodiit Venetiis A. MCCCCLXXXVI. (4) & alibi, ut videre eſt apud Fabric. Bibl. Med. Tom. VI. pag. 189.

Codex partim membr. partim chartac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, & perplexis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 110. In Cat. Montf. ſub num. XXVI.

## ANTIDOTARIVM NICOLAI.

I. pag. 1. Liber Antidotarii a Nicolao perfectiſſimo Medico compoſitus. *Cod. XXXII.*
Prologus inc. *Ego Nicolaus rogatus a quibuſdam in practica ſtudere volentibus, ut eos ordine modum diſponendi, conficiendique docerem &c.* Deſ. *moderata diſpenſatio.* Opus inc. *Aurea Alexandrina ab Alexandro perfectiſſimo phyloſafo inventa.* Deſinit in Capite inſcripto *Zinziber conditum*, & in verbis: *aut copiam de numerorum, & amicorum plenitudine glorientur.*

(1) Hoc quoque videtur fuiſſe Lexicon quoddam Arabico-Latinum.

(2) In editione ita efferuntur voces iſtae; *Abanatib, alias Akantib, vel Alcutub, vel Cutub, ſeu Cutubub &c.*

(3) Montf. legit *Hani.*

(4) Extat haec editio in Bibl. Magl. Cl. XV. quam nos conſuluimus.

*tur*. Subiicitur *Medicamentum unguenti Aegyptiaci*. Hoc Antidotarium (1), prout legitur in Codice, exſtat cum Meſue, & aliorum Operibus Pharmaceuticis editis Venetiis in officina Lucae Antonii Iuntae anno MDXXXVIII. menſe Ianuar. a pag. 271. *b*. uſque ad 303. *b*. Exſtat quoque in Supplemento ad ſecundum librum Compendii Secretorum Medicinae Io. Meſues &c. Venetiis apud Iuntas MDCXXIII. fol. a pag. 159. *b*. ad pag. 192. una cum expoſitionibus & gloſſis Cl. Magiſtri Ioannis Platearii. Illud nonnulli Nicolao Falcuccio acceptum referunt, quod tamen falſum eſſe demonſtrat Codex membranaceus in fol. Biblioth. Marcianae, in quo legitur: *Liber Nicolai Antidotarii*, & in calce adnotatum eſt: *Iſte Liber fuit aedificatus de menſe Madii MCCLXX. primo*, eo nempe anno, quo ne conceptus quidem erat Falcuccius, ut obſervat Clar. Mehus in Praef. ad Ambroſii Camald. Epp. pag. XXVIII. Hoc tamen Antidotarium potius Nicolao illi tribuendum eſſe cenſerem, de quo Fabricius agit Biblioth. Graec. Tom. XIII. pag. 348., ubi ait ſub Nicolai Salernitani nomine exſtare duo Antidotaria, unum maius, alterum minus, in primis commendata, & quorum minore paſſim utuntur pharmacopolae. Apud Mattairium memoratur Antidotarium Nicolai impreſſum Venetiis per Nic. Ienſon MCCCCLXXI. 4. Annal. Typ. Tom. I. pag. 306.

II. pag. 35. Synonyma quaedam herbarum ad Medicinam ſpectantium, alphabeti ordine diſpoſita. Inc. *Artemigia, ideſt matricalis, vel chanapaccia, idem eſt &c. Kolcotar, ideſt vetriuolo*. Deſ. *Ziniar, ideſt verderame*.

III. pag. 39 *b*. Pillulae ante cibum, & poſt cibum ſumendae, in quarum calce legitur: *haec eſt confectio Fratris Alberti Theotonici pro Papa Gregorio; le quali uſava il maeſtro perfetto*. Recurrunt tandem aliae receptae Italice (2), & ſunt inſcriptae: I. *Empiaſtro da rotti*, II. *Latuario da rotti*, III. *Beveragio al male della pietra*, IV. *Unguento da pedignoni*, V. *Segreto per far due acque, che meſcolandole inſieme diventino bianche, e ſpeſſe come il latte*, VI. *Impiaſtro da diſſolvere le ſcroſole &c.*

Codex membran. Ms. in 4. Saec. XIII. ab imperito Latinae linguae ſcriptore exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 40. In Cat. Montf. ſub num. XXIX.

## TRACTATVS DE VRINIS INCERTI AVCTORIS.

I. pag. 1. ANonymi Tractatus de Vrinis. Inc. *Quoniam de urinarum ſcientia tractaturi ſumus, ideo videndum eſt quid ſit urina, & unde dicatur, & qualiter generetur, & quot ſint urinarum colores, quot earumdem ſubſtantiae*. Deſ. *mulieres etiam Salernitanae* (3) *implent ollam ex ſucco plantaginis, & ipſum decoquunt uſque ad medium, & ex eo dant in potu*. Tum pag. 14. *b*. ſequitur totius Libri ſummarium cum ſignis urinarum, & alia manu confectio pillularum, & emplaſtri cuiuſdam. Cod. XXXIII.

II. pag. 17. Breviarium Magiſtri Ioannis a S. Paullo (4), in quo morborum ſigna, cauſſae, & curae enucleantur, partibus quinque. Primo adeſt Prologus, qui inc. *Aſſiduis petitionibus me, chariſſimi, compendioſe morborum ſigna, cauſſas, & curas in ſcriptum redigere cogitis. Deſideriis itaque veſtris ſatisfaciens, hunc laborem laeto aggredior animo, conſiderans, ipſum vobis ſimul, & poſteris fore quam maxime utilem. = Ideo ipſum Breviarium intitulavi; dividitur autem Liber iſte in quinque particulas, quarum prima &c.* . . . . . . Reliqua legi non poſſunt ob foedatam hoc in loco paginam. Particula I. praevio Capitum indice inc. *Quoniam longitudini in hoc opere parcere deſtinavimus &c.* Particula ultima deſ. *ecce itaque breviter, ut poſtulatis, & compendioſe ſigna, cauſſas, & curas omnium aegritudinum aſſignavimus, ſecundum diſciplinas noſtrorum auctorum, & praecipue G. Vos ſecundum ſcripta iſta operamini, veſtra opera dirigente Deo Omnipotente. Explicit Breviarium Magiſtri Ioannis de S. Paullo*. Huic ſubſcriptioni alia manu adiicitur *Moratus*. Notanda ſunt quae traduntur de Variolis, de cura Gonorrheae, & Apraximeron. Specimen damus ex Cap. de Variolis pag. 21. *Variolae dictae ſunt, quod diverſis maculis variant cutem. Hanc paſſionem quidam torpedinem dixerunt, quia deturpat cutem, alii morbillum, ideſt minutum morbum: alii lepram vocaverunt, quia corpus variis diſtinguit maculis, ut lepra; cuius quatuor ſunt ſpecies, una, in qua puſtulae ſunt albae, & ad putredinem veniunt, & vocatur ſlora, & fit ex flegmate, quod ſalſeſcit. 2. in qua puſtulae ſunt minutiſſimae, & rubeae, & dicitur proprie morbillus, vel veterana, & fit &c. = hanc frequentius pueri patiuntur &c. = tertia eſt, in qua puſtulae craſſae & nigrae 4. vel 5. in corpore apparent: haec ceteris periculoſior, frequenter proveniens*

(1) Memoratur Codicis pag. 34. *b*. ( edit. Iuntarum memoratae pag. 191. *b*. ) *Yera pigra Abbatis. Yera pigra Abbatis de Curia; iam diximus quid ſit yera, ſet ad quod valeat dicamus &c.* itemque pag. 11. *b*. ( editionis vero pag. 175. ) *Electuarium Ducis*, ubi dicitur, quod *Abbas de Curia illud compoſuit ad opus Rogerii filii Roberti Viſcardi &c.*

(2) Montf. has receptas ita indicat: *Un alfabeto d' erbe Latino reſo in volgare*.

(3) Alibi etiam citat haſce mulieres Salernitanas; in principio autem Theophilum, & Iſaac in libro Vrinarum.

(4) Titulus hic additus eſt ab alia manu. Nil tamen apud Mangetum. In Biblioth. Veneta Beſſarionis huius Ioannis a S. Paullo habes Breviarium Medicinae huic noſtro ſimile, libris V. in Cod. membr. Saec. XIV. ut ex Catal. eruitur pag. 214. Fabricius in Elencho Medicor. Veter. Biblioth. Graec. Tom. XIII. pag. 299. Ioannem quemdam de S. Paullo memorat, qui de Simplicibus ſcripſit, additque Tom. V. Biblioth. Med. pag. 302. Merklinum citans, hunc Ioannem a S. Paullo, Platearium eſſe Gallum, Medicum Salernitanum, de quo paucis agit Cl. Tiraboſcus l. c. Tom. III. pag. 311.

Digitized by Google

*nient = diciturque puſtula ; hanc noſtri Salernitani ſcabiam vocant. Quarta ſpecies lenticula dicitur, & nigra eſt, magna, in modum lenticulae fit.* Ad curam Apraximeron pag. 39. *b.* ſubiungit: *mulieres pulcras adſpiciant, & cum eis iocentur &c.*

III. pag. 50. *b.* Quaedam Chirurgica alia antiqua manu exarata. Inc. *Quoniam ſcarificatio, alia fit cum inciſione, alia cum ventoſa, & inciſione alia cum ventoſa, inciſione, & igne &c.* Deeſt finis.

IV. pag. 51. Fragmentum Medicum de ſignis mortalibus in aegroto, & de diebus criticis, titulo carens. Inc. *Omnis ſignificatio in infirmo, aut eſt mortalis, aut eſt vitalis, aut neutra.* Deſ. *bis ſufficienter exquiſitis, ſermo imminet de urinarum ſignificationibus.*

V pag. 58. Caput, quod inſcribitur *Contra malum mortuum* (1) *Purgatio*, quodque ex integro damus; eſt autem ſequens: *Exſiſtente bene corpore, bis, aut ter, uſquequo cognoſcas corpus bene eſſe purgatum cum eis, quae purgant melancoliam, poſtea ſic facies, ut nos probavimus. Accipe pulverem baccarum lauri, ſulphuris an. 3. 1. ſalgemme l. 5. omnia ſimul pulverizatis* (ſic) *& hoc pulvere, patiente in balneo exſiſtente, frica tantummodo ſpatulas, brachia, crura, & tibias, nequaquam ventrem, & pectinem, & hoc fac III. aut. IV. diebus. V. die purga ventrem competenti catartico, quod ſemel, aut bis laxet tantum, & eodem modo V.* (ſic) *die. VII. vero unge loca patientia ad ignem, ut tibias, hoc unguento, quod ℞. olei laurini, plumbi uſti IIII. ∸ tartari ∸ II argenti vivi ∸ I. confice ut reliqua unguenta conficiuntur, & ea loca unge ſemel in die, & hoc IIII. diebus, aut plus, ſi neceſſe fuerit, & ſi vis, ut humores hos per os emittat, poſt unctionem mox cooperiatur pannis in lecto, ut ſudet, & humores varii coloris per os effluent. Sin autem ambulet per vicos, bene ſibi praecaveat a frigore, & humorum quaſi nivis ſub aſcellis aſſidue fluet, & ſic liberabitur, ut certo cognoſcimus experimento. Praecaveat patiens ſibi longo tempore a Venere, nec tranſeat ſuis pedibus aquam frigidam, ab omnibus cibis groſſis & convertibilibus.*

VI. pag. 59 Anonymi ( forte Mauri Salernitani ) Liber de Febribus, & cura earum (2). Inc *De ſignis, cauſſis, & curis aegritudinum particulariter tractaturi, a febre noſtrae orationi tribuatur exordium, & quia ſaepius occurrunt nobis febres curandae, & univerſae ſimul accidunt corpori. Eſt autem febris, ut teſtatur Io. calor innaturalis &c. cuius deſcriptionis expoſitionem in Ioannitio competenter diximus.* Deſ. *& fiat ad modum unguenti, quo ungatur ſpina dorſi.* Inde alia manu ſubiungitur *Ceruſſe Priſciani*, ubi notanda ſunt verba: *poſtea accipe medium petitum* (3) *olei communis.*

VII. pag. 77. Phlebotomia Mauri, ſeu tractatus, oſtendens in quibus aegritudinibus competat phlebotomia. Inc. *Praeſentis negotii propoſitum eſt breviter pertractare in quibus aegritudinibus competat phlebotomia.* Deſ. *ſi enim ſanguis ſic diſpoſitus bullierit, primo exibit* ℞*vā quaſi ſpurcitia alba, & illud eſt flegma, ſecundo quidem ſpiſſa ſubſtantia, & illud eſt ſanguis dealbatus per decoctionem, tertio quidem citrinum, & illud eſt colera, quarto nigrum, & illud eſt melancholia, & in ipſo vaſe quaſi creta reperitur.* Nullam de eo mentionem facit Fabricius, neque Mangetus, ſed utique Cl. Tiraboſcus *Storia della Letteratura &c.* Tom. IV. pag. 169. ubi haec eius indicat Opera: *Magiſtri Mauri tractatus de Vrinis, Liber Phlebotomiae ſecundum Magiſtrum Maurum*, ac praeterea *Maurus Salernitanus de Vrina, & Febribus.* Floruit circa finem ſaeculi XII.

VIII. pag. 80. *b.* Anonymi Tractatus de Anatomia. Inc. *Galieno atteſtante in Tegni, quicumque interiorum, & non apparentium membrorum cognitor eſſe deſiderat ipſum anatomia diligentem eſſe oportet. Hac igitur ratione de anatomia cauſſa communis utilitatis tractare, ſicut in Micrologo promiſſum eſt, volentes, praemittimus, quid ſit anatomia & unde ſic dicta, quot, & quibus modis conſideranda, & quot eius ſpecies. Anatomia eſt interiorum maxime, & exteriorum membrorum recta, & aequalis diviſio, dicta ab ana, quod eſt aequale, & tomos, quod eſt diviſio.* Deſ. *in mulieribus ſimiliter ventus, & ſpiritus nervos, qui ſunt in collo matricis implet, & dicitur tunc erigi & nervi. venae.* (ſic) *& ſic mulier ſpermatizata. Et haec de anatomia ſufficiant.* Notanda ſunt prope finem huius Tractatus, quae auctor tradit de Matrice pag. 84. *b.* ubi Barptolemaeum, & Ricardum quemdam citat, & quidem ita: *Matrix vero in orificio, quod vulva appellatur, multum eſt ſenſibilis, & ideo appetibilis, ſicut ſtomachus; unde & illa pars dicitur a volendo, quod vult & multum concupiſcit; vel quaſi valva, & haec pars matricis valde nervoſa eſt, & ideo valde ſenſibilis; inferior vero pars eius carnoſior, & adinſtar ſtomachi; in ore matricis eſt appetitus & delectatio coitus; in fundo vero digeſtio recepti ſeminis, & generationis celebratio & complementum; ſuperior vero defenſa, & inſatiabilis, inferior vero ex multo tempore, ſpermate receptio* (ſic) *fatigabilis, unde Iuvenalis loquens de uxore Neronis:*

*Et laxata viris nondum ſatiata receſſit.*

*Et Ovidius:*

*Legitimum finem flamma virilis habet.*

*quare quantum frigidior eſt maſculo mulier, tanto magis appetit coitum; ſicut de ſtomacho frigido G. dicit, quod bonus eſt appetere, malus vero digerere; univerſaliter vero citius calidior ſanatur. Nam & calor ferri & acutior, & intenſior eſt calore auri, quod bene Cirurgia approbat in cauteriis. Habet praeterea matrix duplex officium* (ſic), *exterius, quod ſemper patulum eſt,*

(1) Notandum, hoc morbi genus non eſſe apud Ianuenſem, & in eius cura praeſcribi quamdam veluti ſpeciem unctionis mercurialis. De eo autem loquitur Theodoricus Epiſcopus Cervienſis in Chirurgia ſua lib. III. cap. 49. edita in Collectione Chirurgorum Veterum &c. Venetiis apud Iunctas MDXLVI. fol. pag. 175.

(2) Hunc autem Librum non inveni inter Auctores de Febribus Venetiis apud Gratioſum Perchacinum, expenſis Gaſparis Bindoni MDLXXVI. fol.

(3) Quid ſibi velit *petitus* ille, neſcimus.

Digitized by Google

*eſt, & dicitur collum matricis. Intrinſecus, quod certis oris clauditur, & aperitur, & praecipue tempore conceptionis. Idē, teſte Hippocrate, ut ibi cuſpis acus . . . . . non poſſit, ſecundum quod in Pantegni legitur. Quantam eſcluſionem Barptolomeus non repentinam aſſeris, ſed paulativam, & hanc Ricardus evidentiori probavit experimento, ut qui docet firmiter tenere. Quaedam nobilis moleſtabatur nuper graviſſima paſſione, cui idem Ricardus conſilium dedit peſſarizando, & occulte ab eodem Ricardo accepto conſulte peſſario, praeſente obſtetrice, tamquam huius peſſarii procuratrice, tentavit, ſi iam poſſet immittere, & non potuit; utraque, parens ſcilicet, & obſtetrix profeſſae ſunt Ricardo, quod nullo conatu, & nulla accepta violentia, ſine ingenti periculo potuerunt immittere peſſarium intro. Intrinſecus vā,* (ſic) *& ea ignea conceperat. In hac autem parte matricis continuantur venae menſtruales.*

IX. pag. 85. Introductio ad practicam medicinae cum hoc titulo: *Hippocras de regimine Medicorum*, recentiore manu appoſito. Inc. *Conſideranti mibi votum bonum, votum caſtum, ſuborta eſt de affectu noſtro laetitia, & gaudium de commodo profuturo. Deſideriis igitur veſtris ſatisfaciens nota loquitur, & uſu* (ſic) *qui parata frequenti = Et quia noveram vobis eſſe paginas variis litteris . . . .* (1) *quibus ad ſervanda ſana, & curanda aegra, neutra Phyſicalia tradebantur praecepta, volui in gratiam veſtri, & invidiam antiquorum ſubiunctura novatam* (ſic), *quam novā condere vetera, quod mibi quidem laborioſum, vobis vero foret diſpendium. Introductoria igitur ad practicam ſub quibuſdam praeceptis catholicis vobis diſponere cenſui, & quia quandoque plus valet arte manus, mandatum novum do vobis, ut ſicut ego facio, ita & vos faciatis. Quum igitur, o Medice, ad aegrotum vocaberis, adiutorium tuum ſit in nomine Domini; Angelus Domini, qui comitatus eſt Tobiam, affectum mentis, & exceſſum corporis comitetur*. Deſ. *ſic contra infrigdationem ſtomachi, & ad continendam eſcam confortandum* (2).

X. pag. 91. Praeſcriptiones, ſeu formulae remediorum quaedam, alia manu, partim Latino ſermone, partim Italico, ſcilicet: I. *Vnguentum Aragonum, ideſt aiutorium, quod valet ad dolorem, & fridilitatem viri & mulieris*. II. *Vnguentum Viride*. III. *Vnguentum Apoſtolorum*. IV. *Polvere a far naſcere la carne*. V. *Ipraſtum Oxicrocei*. VI. *Ad faciendum bonum biancimentum*.

XI. pag. 92. Anonymi de cibis, & potibus infirmo praeparandis. Inc. *De cibis & potibus praeparandis infirmis videamus, & qualiter eorum malitia reprimatur*. Deſ. *aggreſſa ſic aptata durabit per annum & ultra = oleo in ſummitate vaſis poſito = & quum oleum removere volueris cum bombace, vel ſtuppa removeatur: mementote tamen ſemper cum oleo eam ſervare*.

XII. p. 95. Rolandi Parmenſis (3) Chirurgia IV. Libris diſtincta, quibus ſingulis praecurrit Capitum tabula. Prologus inc. *Medicina aequivocatur ad duo* (4). Deſ. *& ita finivit tractatum ſuum*. Liber I. inc. *Chirurgia dicitur a ciros, quod eſt manus, & a gya* (5) *quod eſt actio*. Liber IV. deſ. *Ego Rolandus Parmenſis in opere praeſenti in omnibus = Roget ergo creatorem noſtrum veſtra benignitas, ut omnium mibi veniam dignetur concedere peccatorum. Amen*. Concordat cum editione citatae Collectionis Chirurgorum Veterum Veneta A. MDXLVI. fol. a pag. 184. *b.* ad pag. 200. Inde alia manu occurrunt medicamina quaedam, ſed ob Codicem oleo delibutum, vix legi poſſunt.

Cod. membr. Ms. in 4. min. Saec. XIII. intricatae & mendoſae ſcripturae, cum indiculo in principio recentiori manu, & titulis rubricatis, in cuius tranſverſo primae paginae margine legitur: *Magiſtri Antonii Landuccii*. Conſtat foliis ſcr. 136. In Cat. Monſ. ſub num. XXX.

## INCERTI AVCTORIS DE TVENDA SANITATE.

Seu potius

*Bernardi Tornii Liber de tuenda ſanitate.*

BErnardi Tornii, licet nomen eraſum ſit, Liber de tuenda ſanitate cum Prooemio ad Ioannem, ut arbitror, Cardinalem Mediceum, quod inc. *Quum iuxta ſententiam Aboaly tertia primi = Medicus igitur quum ſit tuus Tornius* (6), *nulli alteri profecto ipſum decet tradere canones conſervandi ſanitatem &c.* Patrem fortaſſe Cardinalis innuit hiſce verbis: *qui me educavit, ad ſtudendum animum impulit, erexit ſemper, aeiuvit = Ad ipſius ingentia beneficia quid tua Reverendiſs. Dominatio addiderit, nemo ſanae mentis ignorat &c.* Se Latine non bene ſcribere ingenue profitetur, nomenque ſuum rurſus prodit, quod non eſt eraſum, & quidem ita: *Nedum Tornium inter Chriſtianos, ac ſervos minimum, ſed Aeſculapium, ſi in lucem iterum rediret, omni deceret conatu praeſervare*. Deſ. *quid bonum ſit fieri pro conſervanda ſanitate, in medium afferam*. Liber inc. *Galienus in libro de regimine ſanitatis*. Deſ. *credo plurimos, Reverendiſſ. Domine* (7) *meum hunc libellum damnaturos = neque Tornius* Cod. XXXIV.

(1) Ita eſt in Codice.

(2) Videndum an Tractatus hic, itemque ſuperior, anepigraphi, pertineant ad Ricardum Anglicum, qui vixit A. MCCXXX. cuius memorantur Libri de Phlebotomia, de Vrinis, de Signis Prognoſt. de Anatomia, de Febribus &c. Vide Fabr. Bibl. Med. T. VI pag. 72.

(3) De hoc Rolando ne verbum quidem habet Mangetus, ſed Cl. Tiraboſchius *Storia della Letteratura Ital.* Tom. IV pag. 184 nobis medio ſaeculo XIII. floruiſſe oſtendit. Bononiae aliquandiu ſubſtitit, ut videre eſt apud Sartium Part. I. pag. 449. Apud Cl. Mattairium Annal. Typ. Tom. I. pag. 672. memoratur *Chirurgia Guidonis, Bruni, Theodorici, Rogerii, Rolandi, & Lanfranchi. Bergomi* MCCCCXCVIII. fol.

(4) In edit. *duobus modis*.

(5) In edit. *ergia*.

(6) Nomen auctoris heic non omnino eraſum eſt.

(7) Haec duo verba expuncta ſunt, uti etiam ubicumque *Tornius* nominatur.

Digitized by Google

*nius tuus auſus eſt* = *legat igitur* . . . . . (1) *libellum noſtrum hilari animo* . . . . . . *amet &* , . . . . *commendet* , *felixque ſemper valeat* (2). In hoc Opuſculo ponit primo ſigna cuiuſcumque complexionis naturalis ; mox regulas tradit univerſales de ſanitate tuenda ; tandem per ſex non naturales res diſcurrendo , quid fieri pro conſervanda ſanitate expediat , in medium adfert. Nihil de hoc Tornio habet Mangetus , & Fabricius ll. cc. Nos obiter de eo verba fecimus in Tom. I. Catal. Lat. Codd. pag. 659. ubi aliud eius Opus de Cibis Quadrageſimalibus recenſuimus . In medio Capituli Dominicanorum Prati eius legitur Epitaphium , quod ita ſe habet : *Bernardo Tornio Florent. Arti. & Medi. Profeſſori ac comiti cuique Patria multor. civium ſalu. debet ſepulc. poſuit Hieronym. frater. In lucem venit XXVI. Novemb. MCCCCLII. Ob. autem XIX. Aprilis MCCCCLXXXXVII.*

Cod. membr. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus , cum initiali littera eleganter illuminata & aurata , & Ioannis Card. Medicei effigie , ut ex rubro galero eruitur , adſcripto emblemate *fiet tandem* . Conſtat foliis ſcriptis 90. In Cat. Montf. ſub num. XXXI.

## IO. MARTELLINI DE DECRETORIIS DIEBVS.

*Cod. XXXV.* IOannis Martellini Medici (3) de Decretoriis Diebus ad Illuſtriſs. Principem Petrum Soderinum Patricium , & Reip. Flor. Vexilliferum perpetuum . Dedicatio inc. *Superiori anno paraphraſim de Anima tuo nomine edimus , nunc vero de Decretoriis Diebus ſyllogen , tamquam floſculum , hinc inde excerptam , tibi dedicamus* . Deſ. *vel excogitari poſſunt* . *Vale* . Caput primum inſcriptum : *In quo , Medico dies decretorios perpendere opus eſt* , inc. *Interea quae digna conſideratione &c.* Caput XIV. & ultimum inſcriptum : *De benefico , & malefico adſpectu in diebus criticis* , deſ. *Criſis quandoque circa ſeptimam , nonnumquam circa quartamdecimam diem abſolvitur* . Nominantur in Praefatione , ut dierum criticorum obſervatores apud Graecos Aeſculapius , Podalyrius , Machaon , Pythagoras , Empedocles , Democritus , Hippocrates = *non ſolum animadvertit , ſed & locupletavit , & auxit* = Diocles Caryſtius , Praxagoras , Chryſippus , Herophilus , Eraſiſtratus , Aſclepiades , Themiſon , Archigenes , Galenus ; Arabes , Iſaac , Avicenna , Raſes , Averroes = *& ſi rationales ſint , non tamen de his cauſſam reddidere , ſicuti Galenus , & Claudius Ptolemaeus* = Petrus Aponenſis conciliator , Gentilis Fulginas , Hugo Senenſis , Picus Mirandula , Auguſtinus Sueſſanus , *noſtrae aetatis Medicinae decus : hi omnes a Galeno diſſentiunt . Recentiores , Turriſianus pluſquam commentator , Dinus , & Thomas de Garbo , Nicolaus Falcuccius , & alii ſatis nobili genere orti in urbe Florentina , quorum volumina in publicis gymnaſiis , & ubique locorum pollent , & vigent . ut merito nonnulli ſummum Magiſtratum , quem tu geris , adepti ſint* . = Dies hoſce Criticos deducit ex adſpectibus aſtrorum , Solis praecipue , ac Lunae , quos reſpondere ſingulorum nativitatibus fabulatur . Dividitur autem , uti diximus , Liber in XIV. Capita , & Capite V. citat Maurum Pythagoreum . Subiicitur in fine pag. 49. alia manu , fortaſſe auctoris , Dubium , *an adſpectus caeleſtis ſit cauſſa dierum Criticorum* , ſeu potius Reſponſiones ad obiectiones huic operi factas . Adſunt correctiones aliquae manu auctoris hinc inde exaratae . Cl. Fabruccius in Monumentis Piſ. Acad. Opuſc. X. §. 17. ait Florentiae Ioannem Martellinum ortum duxiſſe A. MCCCCLXIV. Franciſco patre . & prius Logicam A. MCCCCLXXXIX. mox Medicinam A. MDI. in Piſana Academia fuiſſe profeſſum , anno denique MDXX. obiiſſe , nullam tamen de hoc opere mentionem facit.

Cod. chart. Ms. in 4. min. Saec. XVI. ineuntis . Conſtat foliis ſcriptis 51. In Catal. Montfauc. ſub num. XXXIV.

## IOANNES MESVE.

I. pag. 1. IOannis Nazareni filii Meſue (4) Grabadin (5) , hoc eſt Liber de conſolatione , naturis , & conditionibus Medicinarum , qui hunc praefert titulum : *In nomine Dei miſericordis , cuius nutu ſermo recipit gratiam , & doctrina perfectionem . Principium verborum Ioannis filii Meſue filii Hamec , filii Heli , filii Abdella , Regis Damaſci* (6) *&c.* Praeit Prologus , & Capitum tabula . Primum Caput inſcriptum : *De electione medicinarum , quae fit per comprehenſionem iudiciorum earum , ſecundum eſſe proprium* , inc. *Dicimus , quod Medicina laxativa non eſt a re connaturali* . Caput ultimum *De ſpaſmo poſt purgationem* deſ. *& cum additione in cibo , & ſomno , & ſimilibus* , ut in edit. Operum Veneta cum Mundini , Honeſti , Manardi , & Silvii &c. obſervationibus *Cod. XXXVI.*

E apud

Cat. Lat. Codd. Tom. III.

(1) Heic quoque & paullo inferius , ubi puncta poſuimus , raſurae ſunt in Codice .

(2) Notandum pag. 37 Caput *De Qualeis , quae revera ſunt Coturnices* .

(3) Nihil de eo apud Mangetum & Nigrium .

(4) Hunc Ioannem Meſue claruiſſe anno circiter MCLX obſervat Fabric. Bibl. Graec. Tom. XIII. pag. 256. Diverſas Meſue operum editiones recenſet Mattairius in Annal Typogr. & Lindenius de Script. Medic. Amſtelaed. apud Io. Bleau MDCLXII. 8. pag. 383. quos vide Cl Saxius in Hiſt. Typogr. Med. pag. DLX. ſub anno MCCCCLXXIII. ibidem prodiiſſe elegantiſſimo charactere adfirmat per Magiſtrum Philippum Lavaniam *Heben Meſue Lib. de Conſolatione Medicinarum ſimplicium ſolutivarum* in fol. in cuius fine legitur : *Explicit Opus Heben Meſue , impreſſum per Magiſtrum Philippum Lavaniam , & correctum , ac diligenter examinatum per egregios doctores Almi Collegii Mediolani Anno Domini MCCCCLXXIII. die IIII. Auguſti . regnante Illuſtriſſimo D. D. Galeaz Maria Vicecomite &c. Duce Mediolani quinto* . Huic accedit *Petri Aponi Medici cl. in librum Ioannis Meſue additio* .

(5) Grabadin , hoc eſt Compendii Secretorum Medicamentorum Libri II. quorum prior *Antidotarium* , poſterior *de Appropriatis* vulgo inſcribitur . Vid. Mangetum in Biblioth. Med. de Ioanne Meſue eiuſque operibus fuſius loquentem .

(6) Pia Meſue invocatio . Genealogiae modus Hebraeorum bibliis conſuetus .

Digitized by Google

apud Iuntas MDCXXIII. fol. pag. 1. ſeqq. ſed plurimum differt textus Codicis ab editione, ubi hunc habet titulum: *Io. Meſue Damaſceni de Medicamentorum purgantium ſimplicium delectu, & caſtigatione Liber primus, quem Canones Univerſales vocant* (1). Hoc inſuper Opus in Codice dividitur in duas partes, ut ex his verbis Prologi eruitur in principio: *Ponamus autem opus noſtrum ſectiones* ( corrige *in ſectiones* ) *duas; in prima ſcientiam univerſalem de rectificatione medicinarum cum conditionibus & modis ſuis tradenus, in ſecunda particulares ſermones in unaquaque medicinarum de eſſe, & poſſe, & rectificatione ſcribemus, & cum hoc terminabimus opus noſtrum.*

II. pag. 11. Sequitur ſine ullo titulo, praevia Capitum tabula, eiuſdem Ioannis Meſue de purgantium medicamentorum ſimplicium caſtigatione ſpeciatim Liber ſecundus quem de Simplicibus vocant. Inc. *Protelavimus uſque huc intentiones, & modos rectificationum medicinarum, ſolutionem facientium* Deſinit in Cap. *De Elleboro*, & in verbis: *& ſunt ſanae, & ex parte, expellit enim . . . . . .* in cit. edit. a pag. 24. ad pag. 80. *b.* col. 2. lin. 25.

III. pag. 25. In nomine Patris, & Filii. & Sp. Sancti Cabada, ideſt Aggregatio, ſeu Antidotarium electuariorum, confectionum, ſyroporum, & medicinarum Ioannis Damaſceni filii Meſue. Inc. *Scripſimus in libris explanationum noſtrarum, ex his, quae experti ſumus, quaedam adhuc rememoratione digna, ex quarum aggregatione ſummam concluſimus, quod Grabadin noſtrum vocamus.* Deſinit in Capite *De oleo philoſophorum*, & in verbis: *& quanto antiquius eſt, tanto melius. Finem huius Grabadin accipit locus iſte, cuius rei gratias referimus omnium bonorum largitori, qui auxiliatus eſt laboribus noſtris, & ſtatuit in lumen tenebras. & in quietem laborem. Explicit liber Ioannis Damaſceni Nazareni, filii Meſue Grabadin de conſolatione, naturis, & conditionibus medicinarum compoſitarum de novo translatus de Arabico in Latinum in Aegypto.* Continet Capitula CCCCXVIII. In littera initiali figura quaedam, forte auctoris, depicta eſt. In cit. edit. a pag. 83. ad pag. 193. *b.* ſub titulo: *Ioannis Meſuae Grabadin, ideſt compendii ſecretorum Medicamentorum liber primus, quo medicamenta compoſita aliis celebriora deſcribuntur.* Multum tamen differt. Adſunt in margine Antidotarii varia, & antiqua manu, plures medicamentorum confectiones, quas inter pag. 36. *b. Pillulae Magiſtri Ioannis Gittalebraccia, quibus utitur Ser Iacobus de Appiano contra podagras, de materia miſta. R. diagridi unc. 2. ermodactilor. unc. 4. pedis columbini unc. 1. aloes ſucotrini unc. 4. maſticis unc. 2. conficiantur cum ſuco abſynthii.*

IV. pag. 42. *b.* Brevis explicatio nominum Herbarum de Arabo in Latinum, in cuius fine legitur: *Expliciunt Synonyma Ioannis Damaſceni. Deo gratias.* Inde alius brevis occurrit index ſimplicium medicinarum laxativarum, qui tali abſolvitur epigraphe: *Explicit de ſimplicibus medicinis laxativis Damaſceni Nazareni filii Meſue.*

V. pag. 43. Eiuſdem Meſue opus in tres partes diviſum, in quarum prima agitur de Medicinis aegritudinum particularium, quae ſunt a capite uſque ad pedes; in ſecunda de Medicinis aegritudinum univerſalium; in tertia de Medicinis, quae ſunt ad ornandum & decorandum. Titulus & initium eſt: *In nomine Dei miſericordis Ioannis Nazareni filii Meſue Grabadin medicinarum particularium, quod eſt Grabadin ſufficientiae Medici, & perfectionum inquit Ioannes Meſue. Sanat Deus languores omnes ſolus, & de fragilitatis ſolio produxit medicinam, in largitate ſua miſericordiam, benedictus, glorioſus, excelſus.* Deſinit in Capite *De ſputo ſanguinis*, immo *de phtyſi*, & in verbis: *tenendae ſub lingua.* ut in cit. edit. a pag. 199. ad pag. 252. ſub titulo: *Ioannis Meſue Grabadin, ideſt Compendii Secretorum Medicamentorum liber ſecundus, quo propria remedia ad ſingularium partium corporis morbos docentur*, ubi item multum diverſus. Notandum initio quoque huius Operis iconem quamdam, forte auctoris, eſſe depictam, & in fine haec haberi: *Explicit liber Ioannis Heben Meſue de Conſolatione Medicinarum. Deo gratias. Amen.*

VI. pag. 83. Sequitur aliud Gloſſarium, & confectiones aliquot Medicamentorum. Prima eſt *Siroppo compoſto ſenza aceto ſecondo Maeſtro Franceſco del Maeſtro Bartolomeio da Siena.* II. *Medicamentum ad concipiendum maſculum.* III. *Ricetta di ſavore ſanguigno.* IV. *Clarea ad concipiendum.* V. *Alcune ricette di pillole e lattovari.*

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis diligenter exaratus, cum notis aliquot in margine varia manu, initialibus coloratis, & titulis rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 84. In Catal. Montf. ſub num. XLIV.

## TROTVLI REGVLAE MEDICINALES IN VTILITATEM MVLIERVM SCRIPTAE.

I. pag. 1. Codex hunc praeſefert titulum: *Liber Magiſtrae* (2) *Trotulae, cuius florem legit ex dictis providorum Galieni, Avicennae, & aliorum peritorum veterum in utilitatem mulierum, & pro decoratione earum, ſcilicet de facie, & de vulva earum.* Praefatio inc. *Quum Auctor univerſitatis Deus in prima Mundi origine rerum naturas ſingulas iuxta genus ſuum diſtingueret.* Deſ. *earum ergo miſeranda calamitate, & maxime cuiuſdam mulieris gratia, animum noſtrum ſolici-* *Cod. XXXVII.*

(1) Minus autem diſcrepat ab hoc Codice antiquior editio cum aliis Operibus Pharmaceuticis Venetiis in officina Lucae Antonii Iuntae A. MDXXXVIII. menſe Ian. fol. a pag. 2. ad 37.

(2) Ex hoc titulo femina, non maſculus videtur fuiſſe auctor huiuſce Operis.

Digitized by Google

*licitas ut ſupra earum aegritudines providam ſanitatem, ut ego ex libris Hippocratis, Galeni oleo* (ſic) *praeparatoria decerperem, gratia cuiusdam mulieris, & mulierum deſudavi, ut cauſſas aegritudinum, & curas exponerem*. Caput I. *De purgatione mulierum* inc. *Quoniam in mulieribus non tantus eſt calor*. Caput ultimum *De depilatorio* deſ. *depilatorium curiale dominarum contra pilos faciei hoc modo fac = & quum volueris eam operari, ſemper caleſacias, & durat uſque in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Tum ſubiicitur:

*Qui me furatur, vel reddat, vel moriatur.*

*Explicit Liber Troctulae de negotiis mulierum.*

*Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat.*

*Vivat in caelis Sinibaldus nomine felix.*

*Qui me furatur, vel reddat, vel moriatur.*

Notanda ſunt quae tradit pag. 32. *b.* de Oleo de Tartaro (1), quod ſic fit: *Accipe tartarum per fruſta ſectum, in petia nova involve, & intingatur forti aceto, ita ut totum ſit madidum; tunc ponatur ad ignem, donec carboneſcat, poſtea ponatur inter iſcutellas, & cum diatis, & ſic per tres, vel quatuor noctes aëri exponatur, & ſtet in parte declivi, ut oleum manare poſſit: hoc tali oleo in ampulla collecto mulier faciem ſuam ungat per ſeptem dies, totidemque noctes, vel per XV. ſi habeat multum pannoſam, vel lentiginoſam &c.*

Pag. 34. *b.* agit de ſubtilitate cutis (2), pro qua unguentum praeſcribit, monetque ipſo utendum *ter in ſeptimana, & die dominico, & ter in hebdomada, & die ſabbati*.

Pag. 36. de ornatu faciei (3) ita enarrat: *Salernitanae mulieres ſic ornant facies ſuas = color compoſitus ſic fit: Accipe herbam marinam, de qua Saraceni tingunt pelles in colore violato = & addatur baſtilum* (4) *fruſtatim inciſum = hoc igitur modo tingunt mulieres Saracenae facies ſuas*.

Sub huius Trotulae nomine alii feminam eruditam, alii complures Erotem, Iuliae libertum & medicum latere putant, uti Adrianus Iunius Lib. VI. Animadv. Cap. I. Sed Doctorem Salernitanum fuiſſe notat Thomas Bartholinus Diſſ. VII. de legendis libris pag. 167. Videtur floruiſſe ſaeculo XII. exeunte, ut animadvertit Cl. Tiraboſcus *Stor. Lett. d' Ital.* Tom. III. pag. 312. Exſtat ſub Trotulae nomine Liber de Remediis Muliebribus Argent. MDXLIV. cura Georgii Kraut fol., & inter citatos antiquos Medicos ab Aldo editos (5), & inter Gynaeciorum Scriptores collectos ab Iſraële Spachio, & pridem a Gaſpare Wolphio a pag. 215. ad pag. 310. Conſulendus Cl. Io. Aſtruc de Morbis Mulier. Tom. I. pag. 313. cit. edit.

II. pag. 41. *b.* Anonymi confectiones remediorum, & pulveris pyrii, alia, ſed antiqua manu ſaeculi XIV. Inc. *Pulvis amfodillorum ſic fit: Rec. auri pigmentum unc. 4. calc. viv. unc. 4. & mitte in ſucco amphodillorum, & poſtea dimitte deſiccare, & pulveriza, & ille eſt pulvis amphodillorum; ſic facies eum fervere per magnum ſpatium, & poſtea intromitte auri pigmentum in fine &c.* Tum ſequitur: *Ad faciendum comburere ignem in cannone, ita quod videbitur volare per aërem per magnum ſpatium. Rec. ſalnitrum unc. 2. ſolſovivo unc. 1. carbones ſalicis unc. 1. omnia tere, & intromitte in cannonem, & fac ibi quoddam foramen, & intromitte ignem, & revolve ipſum in illam partem, in quam tu vis quod vadat; aliqui ſunt qui addunt colloſoniam.*

III. pag. 42. Anonymi de remediis Chirurgicis e Galeno & Avicenna, ubi primum agitur *de Repercuſſivis*. Inc. *Rememoratio quarumdam Medicinarum, quae ſunt aptae Chirurgiae ſecundum ſententiam Galeni in libro de Simpl. Medicamentis particula V. & ultima dicti libri, & ſecundum Avicennam in ſecundo & primo dicamus de repercuſſivis &c.* Vltimum Caput *ad contuſiones*, videtur mutilum; deſinit enim in verbis: *& dimitte infrigidari de fraſice maſſa* . . . . . . . Ex hoc Capite haec excerpſimus: *Vnguentum ad contuſiones optimum in contuſionibus & in omnibus vulneribus, & dicunt fabulatores, quod cum unguento iſto, & aliis ſimilibus conſolidantur vulnera cranii fracti, & ubicumque fuerint. Rec. reſin. puri pinguis unc. 1. glutin. alboti unc. 2. cere unc. 2. iſta bulliant = dimitte infrigidari, deinde fiat ſicut maſſa.*

IV. pag. 86. Ab hac pagina uſque ad finem Codicis habentur multiplices Medicamentorum, & Vnguentorum confectiones e variis auctoribus excerptae, quarum nonnullae Sinibaldi nomen, forte eiuſdem, qui Codicem ſcripſit, ut ſupra notavimus, praeferunt. Has inter notandae ſunt: Pag. 87. *Pulvis optimus ad botium antiquum, vel recentem*. Pag. ead. *b. Vnguentum ad ſanandum excoriationes virgae*. Pag. 88. *Succus de ſempervivа, qui facit detumeſcere virgam*. Pag. 89. *Lavacrum optimum in virga, quando multa foramina ſunt ſuper glandulam ex parte interiori, & cutis non reverſatur*. Pag. 91. *b. Vnguentum Regis Inghilterrae bonum, ſanum, & expertum*. Pag. 93. *b. Emplaſtrum optimum, & probatiſſimum per me Sinibaldum in reſolvendo omnem tumorem teſticulorum*. Pag. ead. *b. Emplaſtrum peroptimum ad fiſtulas antiquiſſimas = ut fui expertus in quodam, qui vocabatur Goro*. Pag. ead. *Emplaſtrum peroptimum in crepatis, extractum a Galieno & Avicenna, & a Bruno, & Albucaſi, & a Rolando, & a Guliel-*



(1) Hoc Caput in editione Wolphii, quam infra citamus, deſideratur.

(2) In dicta edit. pag. 291.

(3) In dicta edit. pag. 293.

(4) Ibid. *breſilium*.

(5) Hanc quoque editionem in huius recenſione Codicis prae manibus habuimus, ubi hoc Opus adfertur ſub titulo: *Trotulae curandarum aegritudinum muliebrium, ante, in, & poſt partum liber unicus*. a pag. 71. ad pag. 80. *b.* & Prologus una cum initio Operis coniungitur; plurimas autem varietates intercedere inter editum & Codicem, praeter diverſam Capitum diſpoſitionem, animadvertimus.

Digitized by Google

*ſielmo, & Hippocrate, & ab aliis multis auctoribus &c.* Pag. 97. *b. Vnguentum Irlandae Regis*. Pag. 102. *Pillulae, quas habui a quodam Saraceno: faciunt mirabilia in concipiendo, & ſemper maſculum concipiunt*. Pag. 106. *Vnguentum pretioſiſſimum, utiliſſimum, & pulcherrimum, & valde bonum in vulneribus, in contuſionibus, in fiſtulis, in cancris, in ulceribus, in omnibus doloribus matricis, & in omnibus humoribus frigidis, valde expertum, & valde deſideratum a Medicis = nolo ponere nomen ad hoc, ut non ſpargatur per mundum, & ſecure utaris*. Haec autem omnia praedicto Sinibaldo Chirurgicae artis perito, & forte Florentino, ex antiqua Sinibaldorum familia, tribuenda eſſe crediderim.

Cod. membr. Ms. in 8. Saec. XIII. exeuntis, peſſimae, & breviatae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 110. In Catal. Montf. ſub num. XXXV.

## DE SAPHATI PHYSICI DE MORBO GALLICO LIBER.

Cod. XXXVIII DE Saphati, ſive de Morbo Gallico Liber in quatuor Capita diviſus, auctore Iuliano Tanio Pratenſe Phyſico, cum Prooemio ad Leonem X. Pont. Max. cuius excerpta varia proferre in animum induximus. Inc. *Dominus illuminatio mea = Cogitanti mihi, cui de eo morbo librum hunc noſtrum dicarem, Leo X. Pont. Max. Beatitudo tua multas ob rationes occurrit. Primo, quoniam, ut omnium rumor eſt, virtutes omnes adeo alis, fraudes vero, onera, ceteraque vitia tollis, ut ore uno dicat univerſa Chriſtiana Religio noſtra tempora te iuſtiorem non habuiſſe Pontificem = ſecundo loco, quia hic primus noſter eſt fetus = tertio, quoniam de Dei flagello ſaeva labe in eo diſſeritur, eiuſque opportuno remedio: ea autem, quae de Dei loquuntur operibus, ante alios tua cognoſcere intereſt, quum ipſe praecipue liber, praeter labem, de qua noſter eſt ſermo, plurimarum aegritudinum, quas tuam Beatitudinem pati poſſe cognoſcimus, afferat curationem*. = Pag. 3. *b. Reſpondemus nos audaces in ſcribendo nequaquam fuiſſe, ſed amicis, pro viribus, morem gerentes; vir enim ſenio confectus, non minus vitae caſtimonia, & integritate, quam ſacra eruditione excellens Fr. Franciſcus Salviatus Florentinus e Praedicatorum Ordine, pater omni veneratione dignus, & nunc ſui gregis Vicarius Generalis, ut nobili civi, cuius ſpiritus gubernationem habet, hac labe affecto, opem afferremus, nos ſummopere exoravit = Librum ergo omnibus eadem labe affectis communem, ex quo quidem civis illius propria ſumeretur curatio, una opera edere inſtituimus, & eo libentius onus ſubivimus, quum Bononiae, in cuius Gymnaſio Philoſophiam etiam legimus anno quarto & vigeſimo aetatis noſtrae, quo ſacrae Medicinae coniugio nexi ſumus, iam antea anno primo & vigeſimo, liberalium artium ſuſceptis inſignibus, multa, quae huic aegritudini reperimus propria, notaverimus; ſed libentiſſime id & elegimus, quum morbum hunc Galeni auctoritates complures, cuius opera proximis elapſis annis excuſſimus, medullitus aperuerint. An vero quia iuvenes ſumus, idcirco ſalubrem mortalibus cunctis, nec aggredi debuimus provinciam, nec potuimus? hoc profecto nobis vel per aetatem licuit; nondum enim annum nonum & vigeſimum egeramus, dum opus, quod Geminianenſi oppido in phyſicum iam quinquennio ante delecti, annum ſextum & trigeſimum agentes, referruminandum ſubiecimus, pro ingenii calore Prati effudimus. Et ſi primi de re nova ſcripſerimus, id culpae nobis minime eſſe debet, ſed ardentiſſimum in amicos amorem teſtari, quum difficillimum ſit de re nova, a nemine trita loqui, & quum ex omnibus ſoli editionis periculum ſubiverimus*. Pag. 5. filium ſe Galenum nomine habuiſſe dicit. Pag. ead. *b. ut etiam nobis, domui, ac patriae honori eſſemus, quum nil quempiam Pratenſem impreſſoribus dediſſe umquam audiverimus, quibus plura multi ex oppidulis auctores, ut in Bononienſi Gymnaſio vidimus, attulerunt*. Pag. ead. *Impulit & amicorum nos coetus, noſtri praecipue amantiſſimus, linguae Latinae, decus Paullus Corteſius Geminianenſis, Pont. Max. a ſecretis; impulſoſque nos tandem in lucem tua traxit Beatitudo, Pont. Max. Et ſi eruditiſſimorum virorum more, ad ſenectutem uſque noſtra nequaquam inventa concoximus, id non temere egimus; primum, ut quid lues haec ſit, tua noſceret Beatitudo; ſecundum, quoniam nunc opus eſt & medicamento affectis; praeterea, ſuperſtitum ſaepius negligentia ſolent monumenta, una cum auctore perire; ea tamen a nobis ultra decem annos concocta ſunt, dedimuſque Mengo Faventino, Medicorum excellenſiſſimo, Ioanni Roſato, Ioanni etiam Gualberto Florentinis, viris in medicina illuſtribus, mihique patribus quam colendiſſimis, ut excoquerent ea, excuterent, & veritatis teſtimonium perhiberent &c.* Deſ. *negotium iam promiſſum ſuſcipimus*.

Caput I. inſcriptum *De morbi huius eſſentia* inc. *Nova temporibus noſtris apparuit in Europa, praeſertimque in Italia tabifica lues = quam Galli vulgari nomine Neapolitanum, Neapolitani vero, atque Itali Gallicum morbum nuncupant, eo quod eorum adventu in Italia viſus ſit &c.* Capitis IV. ſeu Epilogi poſtrema verba ſunt: *& ulcerum, ad quae vertitur aegritudo evulſione. Totum ſi Deus voluerit. Haec de eſſentia, cauſſis, Saphatique curatione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Dei Omnipotentis, qui ſui miſericordia, & bonitate haec nobis conceſſit, cui ſit imperium in aeternum. Amen.*

Vt autem lector totius Operis diviſionem pernoſcat, eam auctor ipſe in Praefatione pag. 3. hiſce verbis expoſuit: *Vt igitur, Pont. Max. indubitatam morbi, de quo in eo noſter eſt ſermo, cognitionem, ac perfectam eiuſdem curationem, quoad fieri poterit, conſequamur, librum*

*brum quatuor univerſis Capitibus diſtinguemus. Primo etenim tantae luis eſſentiam differentes aperiemus; deinceps cauſſas, ac ſigna aegra eiuſdem, quae labore non parvo inveſtigavimus, diſtincte ac lucide declarabimus; tertio quo maxime potuit modo, veram, ut credimus, eiuſmodi curationem, quoad antecedentes cauſſas demonſtrabimus; quarto idem, quoad morbum, cauſſamque coniunctam efficiemus.* In primo Operis Capite pag. 15. morbum Gallicum ita definit: *Octava & ultima opinio noſtra = Eſt haec labes, puſtulae plures fixae, leves, in principio diviſae, numeratione locorum, & in proceſſu cruſtoſae, ulceribus ad rubedinem declivibus, ulceratae. Quod totum eſt Saphati definitio 4. 7. Avicenna auctore.* Paucis deinde interiectis, veluti ſuae opinionis ſectator, nominatur *Bernardus, Tornius Medicus noſtra aetate quam praeclariſſimus, in conſilio duarum chartarum, omnibus Medicis Florentinis noto, pro Domino Philippo Decio Patavino compoſito. = eſt que Saphati Arabicum nomen, id ſignificans, quod antedicta definitio ſonat.* In ſecundo Capite pag. 34. *b.* ubi loquitur de morbi cauſſis, haec habet: *Nos anno MCCCCXCV. extrema aeſtate egregium utriuſque iuris Doctorem Dominum Philippum Decium Papienſem in Florentino Gymnaſio Prati, Piſis tunc rebellibus, publice legentem, hac labe affectum ipſi conſpeximus*; & paullo inferius pag. 35. *Ex magna pluvia ſimilis labes apparuit, ex quibus arguunt, hunc noſtrae aetatis morbum ex ſimili cauſſa ortum eſſe, ex calida ſcilicet, humidaque intemperie, quia ex pluvia ſcilicet anni MCCCCLXXXXV. Nonis Decembris emiſſa, qua Roma facta eſt navigabilis, ac tota fere Italia inundationem paſſa eſt &c.* Non videtur veram morbi huiuſce, quem cutaneum vocat, naturam agnoviſſe, ipſumque non ex maris cum femina coniunctione, ſed ex conſtitutione aëris, ex tactu, ex proximo viri cum femina infecta colloquio, atque ex uſu novaculae repetiit. Inter Medicos nominat etiam Gentilem Fulginatem, & Hugonem Senenſem. Nihil de eo habet Mangetus, neque Fabricius loc. cit.

Codex membr. Ms. in 8. maiori Saec. XVI. ineuntis, cum ſtemmate Leonis X. & pictura in principio Praefationis, & Opuſculi, & litteris Capitum initialibus, auro variiſque coloribus pictis. Conſtat foliis ſcriptis 131. In Catal. Montf. ſub num. XXXVI.

## FICINI DE TRIPLICI VITA.

*Cod. XXXIX.* I. pag. 1. MArſilii Ficini Florentini Liber de Vita ad Magnanimum Laurentium Medicem patriae ſervatorem, cum Prooemio, cuius initium eſt: *Bacchum poëtae ſummum antiſtitem*. Deſ. *in tuis laboribus conquieſcet*. Tum ſequitur Epiſtola, cui titulus: *De cura valitudinis eorum, qui incumbunt ſtudio litterarum*. Inc. *Marſilius Ficinus Florentinus Georgio Antonio Veſpuccio, & Ioanni Baptiſtae Boniuſegnio, viris probitate doctrinaque inſignibus S. D. Multa vobiſcum his temporibus, Peripateticorum more, deambulando confabulati ſumus*. Deſ. *ego ſum via, veritaſque, & vita*. Libri Caput primum inſcriptum *Novem ſtudioſorum duces*, inc. *Quicumque iter illud aſperum*. Caput ultimum, cui titulus: *Corporeum quidem ſpiritum cura, incorporeum vero cole, veritatem denique venerare, primum medicina praeſtat, ſecundum diſciplina moralis, tertium vero religio*, deſ. *& voluntatem gaudio beate perfundit*. Habes in editione Ficini Operum Baſileenſi ex officina Henricpetrina Tom. I. a pag. 493. ad pag. 509. ſed ſine Epiſtola ad Veſpuccium. In hoc praeterea exemplari praecedit hoc Opus alia Epiſtola Philippi Valorii, qua libellum hunc Laurentio Mediceo dono mittit, quaeque in cit. edit. pariter deſideratur. Ea vero ſequens eſt: *Philippus Valor Magnanimo Laurentio Medici patrono ſuo & patriae ſervatori plurimum ſe commendat. Quum ordo atque temeritas inter ſe concordes eſſe nequeant, nemo certe putaret fatum atque fortunam ullam inter ſe habere poſſe concordiam; ſiquidem in fato neceſſarius eſt ordo rerum, in fortuna vero temeritas. At vero, praeter omnium opinionem, duo haec, quae alioquin ſemper diſſident, in me uno tandem deprimendo coniuraviſſe videntur; nam & fatum hoc anno mihi gravem rerum mearum minabatur calamitatem; fortuna mox cum fato conſentiens, in Regis obitu ſubitam iacturae dedit occaſionem. Adverſis igitur, contrariiſque ventis utrinque crudeliter confluentibus naufragium ſub Iunone & Aeolo fecimus repentinum. Nec ulla iam periclitanti mihi ſpes reliqua ſalutis erat, niſi tu mihi iam Neptunus potentia, ſapientia, clementia tua, quaſi tridente quodam aequor tumidum placaviſſes. Quidnam igitur tuo, ut ita dixerim, numini conſecrabo? Nihil habeo maius; meam, filiorumque vitam tibi dedico; huius vitae pignus apud te Liber eſto de Vita a Marſilio quidem noſtro compoſitus, a me vero, quibus pro praeſenti fortuna potui, veſtibus exornatus. Vale* (1).

II pag. 36. *b.* Eiuſdem de Vita longa Liber ad Philippum Valorem civem optimum atque nobiliſſimum. Brevis Prologus inc. *Quamquam Plato noſter*. Deſ. *patrocinari poſſis*. Libri Caput I. cui titulus, *Ad perfectionem ſcientiae neceſſaria eſt vita longa, quam etiam diligentia praeſtat*, inc. *Ad artem ſcientiamque*. Caput XIX. & ultimum inſcriptum *De periculis evitandis ex quolibet vitae ſeptenario imminentibus*, deſ. *quo mundus totus inſpirante vivit*. Ibid. a pag. 509. ad pag. 529.

III. p. 77. Eiuſdem de Vita caelitus comparanda Liber ad Sereniſſimum Pannoniae Regem Matthiam ſemper invictum. Prooemium inc. *Philoſophi veteres*. Deſ. *ut abſque te nequeat vel valor ipſe valere*. Libri Caput I. *In quo conſiſtat ſecundum Plotinum virtus &c.* inc. *Si tantum haec duo ſint*. Caput XXVI. & ul-

(1) Haec Epiſtola ſi Philippi ipſius Valorii manu eſſet exarata, quod credibile admodum eſt, eidem reliquam etiam huiuſce Codicis ſcriptionem deberemus; omnia enim unam eamdemque referunt manum.

Digitized by Google

& ultimum, *Quo per inferiora ſuperioribus expoſita &c.* Deſ. *de religione Chriſtiana iam fecimus*. Ibid. a pag. 519. ad pag. 572. Notandum tamen deeſſe in Codice *Marſilii Ficini ad lectorem ſequentis exhortatio*, quae occurrit in editione.

IV. pag. 164. *b.* Eiuſdem Apologia quaedam, in qua de Medicina, Aſtrologia, Vita Mundi, item de Magis, qui Chriſtum ſtatim natum ſalutaverunt, inſcripta *Dilectiſſimis ſuis in veritatis ſtudio fratribus, tribus Petris, Nero, Guiciardino, Soderino*. Inc. *Rectius modo*. Deſ. *valitudinem, felicitatemque curate. XV. Septembris MCCCCLXXXIX. in agro Caregio*. Ibid. a pag. 572. ad pag. 574. Ad marginem huius Epiſtolae pag. 169. manum agnoſces Angeli Politiani.

V. pag. 169. *b.* Eiuſdem Epiſtola, cuius argumentum eſt: *Quod neceſſaria ſit ad vitam ſecuritas, & tranquillitas animi*; inſcriptio vero: *Dilectiſſimis in veritatis venatione fratribus Bernardo Caniſiano, Ioanni Canacio, Amerigo Curſino*. Inc. *Quum primis heic in verbis*. Deſ. *moriuntur. XVI. Septembris MCCCCLXXXIX. in agro Caregio*. Ibid. a pag. 574. ad pag. 575. Claudit tandem Codicem Amerigi Curſini Epigramma ſex verſibus elegis conſtans, quod inc.

*De triplici vita, quem tu, Ficine, libellum &c.*

Adfert integrum Mattairius Annal. Typogr. Tom. I. pag. 508. not. 4.

Codex membr. Ms. in 4. min. Saec. XV. admirandae pulcritudinis, nam praeter initiales Librorum, & Capitum litteras, auro variiſque coloribus illuminatas, duabus picturis exornatur in principio, quarum una Operis titulum aureis litteris exaratum, altera, quae totum implet marginem, cum altero item titulo aureo, tres icones in totidem loculamentis, quarum una Ficini eſt, itemque varia emblemata, & ſtemma Mediceae gentis repraeſentat, quae quidem ornamenta etiam initio tertii Opuſculi repetuntur. Conſtat foliis ſcriptis 173. In Cat. Montf. ſub num. XXXVII.

## NAVSOMATIS PRACTICA MED.

Cod. XL. NAuſomatis Libri VII. Practicae Medicinalis. Praecedit ſuus unicuique Libro Capitum elenchus, primo autem etiam Prologus, ſeu monitum, quod ita habet: *Si quis attente deſiderat cognoſcere intentionem totius libri, prius curſim relegat haec praenotata capitula, quae brevi eulogio, vel fronte huius libelli praenotata reperit, quibus & cognitis, intentionem totius libri cognoſcere poteris. Haec eſt via, quae tibi monſtrat inflexus, & reflexus ſequentis libri, quam ſi quaerimus, nullus error te ſeducet, quin recte pervenias ad callem rectae intentionis: quae ſi memoriter retinere poteris, erit tibi gloria, & unicuique paſſioni, & curationi bene poteris conſcius eſſe, & ita per ſingulos* ( int. *libros*) *capitula praenotata repperies*. Libri I. Cap. I. inſcribitur *De dolore capitis*, & inc. *Cephalea eſt dolor capitis*. Caput XXIV. *De vocis debilitatione*. Libri II. Cap. I. *De tuſſicula*. Cap. LXVII. *De pleureſi*. Libri III. Cap. I. *De ſplene*, Cap. LXXIII. *De ſatyriaſis differentiis & gonorrhaeae*. Libri IV. Cap. I. *De ſciaticis*. Cap. XXV. *De balneis*. Libri V. Cap. I. *De ſpaſmo*. Cap. XLIV. *De cancris*. Libri VI. Cap. I. *De febrium diverſitatibus*. Cap. XXXV. *De planetis febribus* (ſic). Libri tandem VII. Cap. I. *De febribus cum ſymptomate*. Cap. XIX. *De malfacionibus*, & Caput XX. & ultimum *De aliis malfacionibus*, cuius poſtrema verba ſunt: *poſt dies autem tres hoc ipſum facies, & ſic circa nares &c.* Obſervandum eſt pag. 57. Libri III. Cap. LXIX. *De gonorrhaea*, ubi haec prae reliquis traduntur: *Aliquanti deficiunt in ipſa paſſione propter ſilentium turpitudinis, & non adhibita cura deficiunt &c.* Inter remedia proponit: *mulierem perpulcram adſpiciant, ut venerem irritando, ſuaviſſime ſitientes, ea utantur*; & Cap. LXXII. pag. 58. in quo pro cura apraximeron, quod dicit *de inoperatione harum partium*, inter alia ſubiungit: *dormiant molliter, & primum inſpectas pulcras mulieres amplectantur, & amorum lectiones legant. Viliſſimum eſt lac bubulinum dare ieiuno bibendum &c.* In Capite I. Libri IV. ait auctor: *quae in Dynamidiis ſcripſimus, & probantes experti ſumus*; & in Cap. VII. eiuſdem Libri citantur *Iacobus*, & *Theodoſius philoſophus*; & in antepenultimo *Oxymel Iuliani Catarticum*. In Capite III. Libri VI. citantur *Baſilius Medicus*, & *Hippocras*; & in Capite V. *Eugenius*, & *Pliſtonicus*, *Acriſius*, *Cleutantes*, *Chryſippus*, *Soſtratus*, *quidam novelli inventores &c.* Notandum praeterea eſt, ultimum Caput, ac partem penultimi ab alia manu, item antiqua, fuiſſe poſtmodum ſuppletam, & ante ſupplementum haberi pag. 108. Hippocratis Iuſiurandum per Nicolaum Perottum ex Graeco traductum. In principio autem Codicis duae occurrunt paginae, in quibus habentur Capita VI. VII. VIII., ac primi verſus Capitis IX. Libri I. quae poſtea ab alia manu, item antiqua, ſuis locis adferuntur.

Hoc Opus forte eſt Garioponti, de quo vide Fabricium Bibl. Lat. Lib. IV. Cap. XII. Tom. II. pag. 596. Floruit ſaeculo XII. & ex Galeno, Theodoro Priſciano, aliiſque utcumque conſtipavit *Paſſionarium*, ſive Remediorum ad totius corporis morbos Libros V. itidemque Libros II. de Febribus, & de earum Symptomatis unum, Baſileae MDXXXI. 4. Vide Reineſium Lib. III. Cap. XII. Variar. Lection. ubi etiam duos Libros Dynamidiarum, ſeu Experimentorum ſub Galeni nomine vulgatos, Garioponti eſſe oſtendit. Eius editiones tres, Lugdunenſem anni MDXXVI. 4. & Baſileenſem MDXXXI. 4. & MDXXXVI. 8. mire inter ſe diſcordare notat Daumius.

Codex membr. Ms. in 4. Saec. XIII. ineuntis, cum ſcholiis aliquot perquam raris, titulis rubricatis, & initialibus rudi calamo figuratis, in medio, & fine alia manu ſuppletus.

Digitized by Google

tus. Conſtat foliis ſcriptis 109. In Catal. Montfauc. ſub num. XXXVIII.

## ANT. MVSAE HERBARIVM,

Seu potius

*Antonii Muſae, Apuleii Platonici, Sexti Philoſophi, Dioſcoridis de herbis &c.*

Cod. XLI. I. pag. 1. OCcurrit ſtatim circulus, ſeu armilla quaedam, in cuius ambitu verba nonnulla adſcripta ſunt, quae propter evanidos characteres legi amplius nequeunt, in ſuperiori parte Crux formata eſt, in interiori leguntur effata quaedam ſententiola, videlicet: *Sunt mali, ſapiens ſine operibus. ſenex ſive religione, adoleſcens ſine obedientia &c.* in inferiori vero deſcripta eſt *Confectio Olei Arretini* ( ſeu *Anetini* ) quae item ob evaneſcentem ſcripturam, legentium oculis prorſus impervia eſt.

II. pag. ead. *b.* Nomenclatura medica, alphabeti ordine digeſta, litteris, quas Longobardicas vocant, ſcripta, & initio ac fine mutila. Primae duae litterae ſunt tranſpoſitae; prius enim occurrit littera B, & in pag. ſequenti littera A; deſinit autem in M. *Inc.* . . . . . . (1) *ſilveſtria animalia ſicciora ſunt his, quae in domibus naſcuntur. Agnine carnes ita ſunt leves, quemadmodum & berbecine. Berbex dicitur, vel a viribus, quod fortior ſit ceteris ovibus, vel quod ſit vir & maſculus, vel quod habeat vermes in capite, quorum pruritu excitati, cum magno impetu ſe percutiunt invicem. Berbecene carnes digeſtive ſunt plus quam alie, & ventrem procurant. Caper, ſive Capre ideo dicuntur a carpendis virgultis, vel &c.* & infra pag. 2. *b. Bogloſus herba grece dicta. quod habeat folia aſperrima ad modum lingue bobis.* Deſ. *Myrra arbor Arabie, altitudinis quinque cubitorum, ſimilis ſpine, quae acanta dicitur, huius gutta viridis. & ania radix, unde de myrra dicitur ſponte manans gutta, & ſacri . . . . or. elicita e vulnere corticis vilior, & fumus ſarmentorum eius ſatis eſt noxius & inſanabilem morbum contrahit, niſi ad odorem ſtoracis accurrat. Milimindr.....* (2). Aliud ſpecimen huius nomenclaturae damus ex pag. 5. *b. Flegmon, ideſt fervor ſtomachi cum extenſione, atque dolore, conſequente febre. Flegmon dictum apo flegi, ideſt inflammans. Flegma, ideſt frigida a greco fegmone, ideſt rigore. Flegma verſus in putredine, ſicut exulceratione pulmonis* = & inferius pag. ead. = *Pira vehementer ſunt honeroſa magis quam alia poma*. Adſunt in margine quarumdam plantarum icones, quarum prima adſcriptum habet numerum cxxix. ultima cxxxviii. quibus recentiori manu nomina ſunt adpoſita, ut cxxxviii. *Garoſana*, *valet contra morbum caducum &c.* Praeterea in ſummo margine paginae 2. *b.* & paginae 3. evanidis prope litteris haec carmina eruimus de quatuor hominum temperamentis, manu minus antiqua exarata:

*Pinguis. amans. ilaris. ridens. rubeique coloris.*
*Cantans. carnoſus. ſatis audax. atque benignus.* } *Sanguineus.*

*Verſutus. fallax. iraſcens. prodigus. audax.*
*Aſtutus. garulus. ſiccus. croceique coloris.* } *Cholericus.*

*Hic ſomnolentus. piger. in ſputamine multus* (3).
*Hebes huic ſenſus. pinguis facies. color albus.* } *Flegmaticus.*

*Invidus & triſtis. cupidus. dextraque tenaci.*
*Non expers fraudis. timidus. luteique coloris.* } *Melancholicus*

III. pag. 9. Index Herbarum numero cxxxviii. alia manu adiectus ſupra rubricatam antiquam Longobardicam ſcripturam. Primae ſunt *Vectonica*, *Plantago*, *Quinquefolium &c.* Vltimae, *Vrtica*, *Morella*, *Piluſella*, *Garofanaria*. Poſt numerum xxii. ſequitur xl. unde in antiquiori exemplari, ex quo noſtrum defluxit, aliquid defuiſſe credendum eſt.

IV. pag. ead. *b.* Virtutes herbarum quarumdam, quarum prima eſt *herba Lilium*, num. cviii., ultima *Ocymum* num. cxviii. deſignata. Inc. cviii. *Herba Lilium virtutes habet duas*, i. *ad percuſſum ſerpentis*, ii. *ad luxum*. cix. *Herba Tyſymallos virtutes habet quatuor*, i. *ad inteſteneorum dolorem*, ii. *ad verrucas tollendas*, iii. *ad fiſtulas*, iiii. *ad leproſum &c.*

V. pag. 10. Epiſtola, cui titulus: *Hippocrates Maecenati ſuo ſalutem. Libellum, quem roganti tibi promiſi, omni cura adhibita, deſcriptum miſi ordinatiſſimum &c.* Deſ. *medicos indigebis*.

VI. pag. 11. Precatio terrae, quae inc. *Dea ſancta tellus*. Deſ. *quod & ſupplex rogo*.

VII. pag. ead. *b.* Precatio omnium herbarum. Inc. *Nunc vos poſitas omnes herbas deprecor, & oro.* Deſ. *per nomen maieſtatis. qui vos iuſſit naſci*. In fine litteris maioribus, partim rubris, partim nigris: *Herbarum precatio Antonii Muſae, quem* (ſic) *tradidit magno Agrippe Caeſari explicit*.

VIII. pag. 12. Epiſtola Antonii Muſae, ſive de herba Vettonica, quantas virtutes habeat. Inc. *Antonius Muſa Magno Agrippe Caeſari ſalutem. Caeſari Auguſto preſtantiſſimo omnium mortalium*. Deſ. *in pulverem redacta, & cum volueris uti, ſic uteris*. Tum leguntur pag. 13. *Vir-*

(1) Prima verba propter marginis exterioris abſciſſionem perierunt.

(2) Verba huius Capitis fere omnia ita evanuerant, ut magnam legentibus difficultatem pariant.

(3) Hunc verſum in ſuperioris marginis abſciſſione deperditum ſupplevimus ex Cod. XX. Plutei LXXVI. ubi iterum Octaſtichon hoc recurrit.

Digitized by Google

13. *Virtutes vel curationes XLVI. herbe Vettonice*, praevia herbae figura. In fine rubris maioribus litteris adſcribitur: *Virtutes herbe Vettonice explicit*. Exſtat inter Medicos antiquos Venetiis apud Aldum MDXLVII. fol. a pag. 222. *b*. ad pag. 223. ubi tamen deeſt Epiſtola ad Agrippam, & herbae precatio. Textus etiam Virtutum eiuſdem herbae non parum diſcrepat.

IX. pag. 16. Herbarium Apuleii Platonis. Praecedit eiuſdem Epiſtola ad cives ſuos de herba Plantaginis, quantas virtutes habeat. Inc. *Apuleus Platon ad cives ſuos. Ex pluribus paucas vires herbarum, & curationes corporis ad fidem veritatis monumentis publicis traditi ſunt. Stupiditatem verborum ..... profeſſionis dicimus, quod medicorum venditationis potius quam curas. etiam hos homines inertia plerumque & imperitiae nexus certe lucrepetans viros nuncupari, qui etiam a morſuis mercedem expetunt, ut agant nihil. Expectant enim occaſionem & faciunt reditus, dum tempus curationum eſtrahant. Puto quia ſeviores ipſis morbis ſint etiam; proponamus igitur remediorum titulos, quos vel nunc, vel maxime tempus conducit, & civibus meis ſociis quidem & peregrinis, quibus vexatio acciderit aliqua corporalis, noſtra litterata ſcientia invitis etiam medicis profuiſſe videatur. Explicit*. Immediate ſequitur herba *Plantago*. Vltima eſt CXXVIII. *Petroſelinum*. Tituli rubricati ſunt, & ubique figurae non inelegantes herbarum ſubiiciuntur: videtur tamen in fine aliquid deſiderari.

X. pag. 65. Fragmentum Lexici Medici, manu ſaeculi XIII. exararum. Inc. *Idrofobia eſt nimia abundantia flematis. Idorfova eſt, qui mordetur a cane rabido, & rabie. Icteritia eſt morbus caducus, vel color croceus & turpis. = Pedulcus eſt habens gibboſitatem in ano, vel natibus, vel dicitur pedulcus homo, cum oriuntur ei pili in prima aetate*. Deſ. *Pariotida eſt apoſtema poſt aurem. Panaria eſt pataretium digitorum*. Habe tibi & haec huiuſce Lexici ſpecimina: *Cantarides ſunt Cantarelle, quae volant, magne, ut Scarabeus, qui volvit ſtercora boum. Carbunculus eſt apoſtema de ſanguine colerico incenſivo, qui aliquando naſcitur in veretro, & alibi. Colum eſt inteſtinum, quod nos dicimus extalis. Cancriuomata ſunt cancri crurum, & aliorum membrorum rodentes carnem, vel linguam, aut fauces, & dicitur vulgo grancia. = Atticus, ideſt aperitivus*.

XI. p. ead. *b*. Sexti Platonici Philoſophi Liber de Medicina ex animalibus, ſeu de eorum virtutibus, & proprietatibus in medicina. Primum Caput *De Cervo*, cuius figura tam maris cum cornibus, quam, ut opinor, femellae exprimitur. Inc. *Cornu cervi habet virtutes omnes humores exſiccandos*. Deſinit in *Hirundinibus* ita: *Eirundines in melle mulſo decocta optime perſanat*. Vide quae ſupra diximus in Cod. XVI. §. IX. In fine legitur maiori partim rubra, partim nigra littera *Medicinalis Sexti Placiti Papirienſis de veſtiis, & ex pecoribus, & habibus explicit feliciter*.

XII. pag. 83. *b*. Subiicitur, I. *Pulber ad laxades* ....... reliqua omnino evanuerunt. II. *Pannum quod* (ſic) *utebatur Petrus, & Paulus ad omnem plagam, ad omnem doloremque in corpore ſiunt ad epar, ad eſplena, recipit haec aloe XIII. maſtice XIII. &c.*

XIII. pag. 84. Opus, cui titulus: *Liber Medicine* (1) *Dioſcoridis ex herbis femininis numero LXXI. per ſingula nomina*. Praecedit earumdem herbarum index, qui ita habet:

| | |
|---|---|
| *Ilecinum* I. | *Achillea* XXXVII. |
| *Bugloſos* II. | *Staſiſagria* XXXVIII. |
| *Acantum* III. | *Camellea* XXXIX. |
| *Elilisfacos* IV. | *Hecios* XL. |
| *Quiminum* V. | *Splenios* XLI. |
| *Camelleon* VI. | *Tytimallos* XLII. |
| *Herpullos* VII. | *Clinza* XLIII. |
| *Camedrios* VIII. | *Bulbus rufus* XLIV. |
| *Poligonos* IX. | *Dracontea* XLV. |
| *Samſucon* X. | *Moecon* XLVI |
| *Ceſtros* XI. | *Colocinzios agria* XLVII. |
| *Ariſtolocium* XII. | *Ypericon* XLVIII. |
| *Sticas* XIII. | *Lapatium* IL. |
| *Adiantos* XIV. | *Heliotropium* L. |
| *Mandragora* XV. | *Arnogloſſa* LI. |
| *Thlaſpis ſive Mia* XVI. | *Cameleuce* LII. |
| *Siſimbrion* XVII. | *Scilla* LIII. |
| *Caelidonia* XVIII. | *Erigion* LIV. |
| *Camelmelos* XIX. | *Ibera* LV. |
| *Sideritis* XX. | *Struthios* LVI. |
| *Flommos* XXI. | *Delſion* LVII. |
| *Ipiozoſtis* XXII. | *Centimorbia* LVIII. |
| *Antirenon* XXIII. | *Biola* LIX. |
| *Brittanica* XXIV. | *Copparie* LX. |
| *Pſillios* XXV. | *Ancuſa* LXI. |
| *Melena* XXVI. | *Cynosbatos* LXII. |
| *Triboloſa* XXVII. | *Anagallis* LXIII. |
| *Coniza* XXVIII. | *Panacia* LXIV. |
| *Strignos* XXIX. | *Purpurea* LXV. |
| *Buothalmon* XXX. | *Zamalentition* LXVI. |
| *Sſyeritis* XXXI. | *Zamalentition maſculum* LXVII |
| *Hippiris* XXXII. | *Sion* LXVIII. |
| *Aizos* XXXIII. | *Lyconis* LXIX. |
| *Titimallon* XXXIV. | *Abrotbonum* LXX. |
| *Aeliotropeos* XXXV. | *Apetine* LXXI. |
| *Scholimos* XXXVI. | |

Hoc abſoluto ita proſequitur: *Incipit Breves* (ſic) *earumdem Herbarum*.

I. *Herba Ilecinum facit. ad emptoicos. ad urinam. ad livores. & ad fugandos ſerpentes*.

II. *Herba Bugloſos facit ad ilaritatem convibii*.

III. *Herba acantum facit ad luxationem. ventrem movet. & urinam. venaſque intrinſecus ruptas ſanat*.

IV. *Herba belilisfacos facit. fetus amovet. paſtinacae marinae curat*.

V. *Her-*

(1) Hoc loco lectorem monemus, nos tum in huiuſce Operis Dioſcoridis, tum etiam aliorum, quae in hoc continentur Codice, ſpeciminibus exhibendis, orthographiam Codicis ſequutos ne minimum quidem ab ea receſſiſſe.

Digitized by Google

v. Herba Caminum inflationes teſtinorum auſert. & ceteris curis prodeeſt.

vi. Herba Camelleon lumbricos latos deducit. hidropicos ſiccat. & viſum exacuit.

vii. Herba Herpullos menſtrua movet. urinas provocat. & cetera.

viii. Herba Camedrium facit adomentis ruptis (ſic) & ceteris curis.

ix. Herba Poligonos facit ad emopticos. ſerpentium morſus efficaciter medetur &c.

x. Herba. Samſucon facit ad ydropem incipientem. inteſtinorum dolorem tollit & cetera ſanat.

xi. Herba Ceſtros facit ad ignem ſacrum. ad putredinem corporis. ad fluxum mulieris continendum.

xii. Herba Ariſtolocium ſerpentium morſus medetur.

xiii. Herba Sticas facit ad vitia pectoris ſananda.

xiv. Herba Adiantos ſuſpiriosis & iotericis & ceteris cur. prodeeſt.

xv. Herba Mandragora facit ad vulnera ſecanda. ut dolorem ſecture non ſentiat.

xvi. Herba Thlaſpis ſive Ma ſella. & ſtercus per vomitum expellit. & alia multa curationum habet.

xvii. Herba Siſimbrion facit ad urinam. ad cauculos (ſic) fringendos & ad tortionem.

xviii. Herba Celidonia facis ad caliginem oculorum.

xix. Herba Camemellos facit ad mor. ad motus urine. & fetus diſcutiendum &c.

xx. Herba Sideritis facit ad vulnera glutinanda.

xxi. Herba Flommos ventris fluxum. omenta rupta. ſanat &c.

xxii. Herba. Linagroſtis ventrem relaxat. fella cum humore deducit.

xxiii. Herba Antironon venena maleficia prohibet.

xxiv. Herba Brittannica facit ad cancri dentium oris & faucium putredines omnes &c. Et ſic ſequitur uſque ad numerum LXXI. in cuius fine legitur: Explicit. Bres. libri. Medicin. Dioſcoridis. de. herbis. feminis. incipit. eius. liber medicine; & quidem ita:

i. Nomen herbe Hecinum, quam Afri Sefram vocant.

Naſcitur in montuoſis & lapidoſis locis & arenoſis. folia habet ſimilia Cameleonti alvo. & teneriora. & albidiora. & ſpiſſa. & ſpinoſa. caulem duobus cubitis longitudinem digitis graſſitudinem habet. vel aliquo. & amplius ſubalvidum cabum. in capite eius globi. quodam ſpinoſi. ecino marino ſimiles. Ex ipſis flos purpureus emittitur. quo ſomine eſt cardu ſimilis & rutundus & minutus. huius radix tunſa & cribata ad modum cocliaria. v. cum aqua pota emopticis. ciliacis prodeeſt. ſic urinam etiam provocat. ſi ſuculenta tundatur. vice cataplaſme conpoſita. libores auferet. decoctio eius. dolores dentium ſedat ſi in hore teneatur. infantibus qui ſpalmum patiuntur. ſemen eius tritum. & cum aqua potatum ſubvenit. eadem potio etiam adverſus morſus ſerpentium prodeeſt. quam etiam volunt eadem homines ſerpentes effugans.

ii. Nomen herbe Bugloſos.

Bugloſos ex eo dicta quod folia aſpera in modum linguae bubulae habet. hanc quidam ſibillum vocant. folia habet aſpera. obſcura & reſtricta. haec in vino miſſa hilaritatem convivio facit. in cibum etiam cocta pro holere ſumuntur. vel trita pro condimento.

iii. Nomen herbe Acantum. alii Melanſilon dicunt. alii Pederon vocant.

Naſcitur locis amoenis & aquoſis. nec non & in petroſis. folia habet lata paullo maiora. a lactuca ſciſſa ſicus Eruca. viriditate ſubnigra. caulem habens levem duorum cubitorum longum. graſſum ad digiti modum. in ſuperiori parte. ad ſummum capud habet folia minuta ſublonga. inter quae naſcuntur ſemina. in modum pſittaciorum. & quibus flores ſubalbi emergunt. capud ipſius herbae thirſo ſimile eſt. radices eius molles. flaccide. glutinoſe. longe guſtu. ad ſa . . . . . . (1) ronies. hec omnis herba contuſa combuſturas. & luxationes. pro cataplaſmate impoſita ſanat. radix eius ſicca. & tunſa. & cribata cum aqua calida pota. ventrem & urinam movet. ptyſicos quoque. & eos qui ſpalmum patiuntur. vel quibus alique intrinſecus vene crepuerint. ſimiliter auſta ſanat.

iv. Nomen herbe Elelisfacos ſive Salvia.

Multos ex uno ceſpite ſtirpes mittit tetragonos & ſubalvidos. folia habes mali cidones ſimilia. niſi quod anguſtiora. & longiora. & ſubaſpera. hodore ſuavi & gravi. locis aſperis naſcitur. decoctio eius pota urinam movet. & menſtrua. & fetus diſcutit. paſtinacae etiam marine. ſi quem forte percuſſerit. virus excludit. eadem aqua in linteolis inpoſita recentium vulnerum ſanat. ſanguinem ſiſtit. veterem ferinorum morſum putredinis curat. adque hunlcos ſinus gluttinat. in vino decocta pruriginem verendorum utriuſque ſexus curat.

v. Nomen herbe Cyminum.

Cyminon quod latine Quiminum vocant ſtomaco valde utile eſt. virtutem habet ſiccatoriam & ſtipticam. hoc in oleo elixatur. & ipſa decoctio per clyſterium iniecta inteſtinorum tortiones & inflationes ſedat. ſi modo etiam ſemen ipſum quod in oleo coctum eſt furfuribus admixtum. & cum eiſdem calefactum. pro cataplaſmate ventri ſuperponatur. ſuſpirioſis autem cum poſca vivendum utiliter datur. cum vino autem mixtus morſus ſerpentum ſanat. tumores quoque & fervores teſtium cum uba paſſa tritum. vel cum fave polline. vel cum ceroto curat. humores etiam mulierum ex naturalibus cum aceto mixtum ſiſtit. pallorem quoque corporibus infundit. vel cuti inpoſitum vel potum prodeeſſe dicimus.

vi. Nomen herbe Camelleon alba.

A quibusdam Ixian vocatur. eo quod viſcum gignat. habet folia aſpera & ſpinoſa aterreſtrata (ſic) ſine caule. & medio quaſi quendam rutundum.



(1) Evanidae litterae.

*dum. & ſpinoſum generat. qui purpureis floribus veſtitur. ſemen habet album. radicem albam, & odoriferam. ſucus radicis eius. vel pulvis cum vino & aqua. in quo origanum decoctum fuerit. lumbrices latos deducit. cuius idem dragma* 1. *cum vino data ydropicum ſiccat. eandem vim theriace habet. decoctio ipſius pota difficultatem urine ſolvit &c.*

Prioribus hiſce VI. Capitibus ſpeciminis loco in medium prolatis, quae ſequuntur omnia uſque ad Caput LXXI. & ultimum, brevitatis gratia praetermiſimus. Illud vero ſequens eſt:

LXXI. *Nomen herbe Aperine.*

*Aperine ſive Filantropos ti............, quam ) hominibus inhereſcat. ſive Ompaloncarpos. quod hominibus iuereſcat. ſemen umbilico ſimilem* (ſic) *habet. quam Romani Lappam vocant. ramos multos mittit. longos. & tetragonos. aſperas folias habet. caulem cingentia. intervallis diſpoſita. florem alvum. ſemen durum rotundum. in medio concabum. in umbilici modus. eius totius trite ſucus cum vino potus contra ſpalangionum & viperarum morſus remedio eſt. idem ſucus eius dolores aurium ſtillatus curat.*

XIV. pag. 119. In averſa huius paginae parte, quae fere tota evanuit, adeſt compoſitio quaedam medicamenti; inde pag. 120. quaedam notabilia occurrunt de ſtellarum ortu, ac temporum mutationibus.

XV. pag. 121. *b.* Emplaſtrum Cironium, cuius virtutes recenſentur, ac ratio illud conficiendi traditur.

XVI. pag. 122. Tandem Codicem claudunt ſchematiſmi ſexdecim rudes, medicum, & aegrotum repraeſentantes, in quibus variae exhibentur rationes, quibus igneorum globulorum medicina adhibenda ſit. Prima *ad anhelitum, & dipſoniam incenditur ſic*. Vltima: *ydropicus incenditur ſic*.

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XI. ineuntis, Longobardicis, ut vocant, litteris exaratus, praeter ea pauca quae §§. III. X. XIV. & XV. recenſentur, rudibuſque figuris exornatus; in cuius interiori tegumento poſſeſſoris nomen *Gabrielis Zerbi Veronenſis MCDLXXIV.* adſcriptum eſt, in calce autem quaterniones Romanis numeris deſignantur. Conſtat foliis ſcriptis 129. In Cat. Montf. ſub num. XXXIX.

## LIBER DIAETARVM VNIVERSALIVM INCERTI AVCTORIS.

I. pag. 1. Liber Iſaac (1) Diaetarum Vniverſalium. Inc. *Quod in primis coëgit antiquos diſputare de naturis ciboriorum*. Deſ. *ficut amygdalae, ventribus ſtrictis ante cibum ſumendi, mollibus vero ante, & poſt*. Concordat cum editione Baſileenſi A. MDLXX. 8. a pag. 1. ad pag. 326. & inſcribitur: *Iſaaci Iſraëlitae Salomonis Arabiae Regis filii adoptivi de Diaetis Vniverſalibus Liber primus*. *Cod. XLII.*

II. pag. 48. *b.* In Damaſceni, licet nomen non appareat, Aphoriſmi ad filium, ut in Cod. XXI. huius Plutei ſupra pag. 46. §. VI. Tum ſubiicitur medicamentum, quod inc. *R. ſtagnum de Venetia ſinum &c.*

Codex membr. Ms. in 4. min. Saec. partim XIII. partim XIV. binis columnis exaratus, cum notulis marginalibus, & initialibus coloratis, & in fine alia recentiore manu ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 52. In Catal. Montf. ſub num. XL.

*FINIS PLVTEI LXXIII.*

PLV-

(1) Hic eſt Iſaacus Iſraëlita, ſive Iudaeus, cuius Theſaurus Sanitatis, ſive de victus ſalubris ratione, diaetis univerſalibus, & particularibus Libri duo ex Arabico verſi Latine Baſileae A. MDLXX. & Antuerpiae MDCVII. 8. prodiere Ioanne Poſthio interprete. Vide Fabricium Bibl. Graec. Tom. XIII. pag. 303.

Digitized by Google

# P L V T E V S  LXXVI.

## CONTINENS CODICES LXXX. LATINOS NIMIRVM LVII. ITALICOS XXIII. (1) LATINORVM, LVI. SVNT MSS., EDITVS I.

### CODEX I.

#### M. T. DE FINIBVS BONORVM, ET MALORVM.

Adde etiam

*Alia eiuſdem Opera Philoſophica.*

I. pag. 1. MArci T. Ciceronis de finibus Bonorum & Malorum ad Brutum Libri V. ut in editione alias citata Amſtelaed. apud Wetſtenios MDCCXXIV. ex recenſione Iſaaci Verburgii fol. Tom. II. Par. II. a pag. 593. ad pag. 651.

II. pag. 81. Eiuſdem ad Brutum Tuſculanarum Quaeſtionum Libri V. Ibid. a pag. 652. ad 733.

III. pag. 101. Eiuſdem ad Atticum de Senectute Liber. Ibid. a p. 941. ad p. 955. ubi inſcribitur: *Cato Maior, ſeu de Senectute ad T. Pomponium Atticum.*

IV. pag. 110. Eiuſdem de Amicitia Liber. Ibid. a pag. 955. ad pag. 970., ubi inſcribitur: *Laelius, ſive de Amicitia Dialogus ad T. Pomponium Atticum.*

V. pag. 120. Eiuſdem Paradoxa. Ibid. a pag. 970. ad pag. 979.

VI. pag. 125. Eiuſdem de Officiis ad Marcum filium Libri III. Ibid. a pag. 871. ad pag. 941. In fine maioribus rubris litteris adſcriptum eſt: *M. T. Ciceronis de Officiis Liber tertius, & ultimus explicit: ſcriptus per me Gherardum Ioannis del Ciriagio Civem, & Notarium Florentinum de anno Domini MCCCCLV. de menſe Ianuarii pro magnifico & ſpectabili viro Piero Coſmae de Medicis Cive Florentino.* Tum alia manu: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.* Deſcriptus eſt hic Codex ex optimis certe exemplaribus, ſed eſt foede ab ſciolo neſcio quo interpolatus.

Interim non abs re fore putamus, adnotationem quamdam circa hoſce de Officiis Libros, quam perſpicaciſſimi ingenii vir Hieronymus Lagomarſinius in ſchedis ſuis ſcriptam reliquit, in hunc locum tranſcribere (2). Ea igitur eſt eiuſmodi: *Cl. IV. num. 95. Cod. Marcb. Riccard. chartac. 4 continens de Officiis Libros III. in quo illud potiſſimum memoriae prodendum eſt, Caput 40. (3) Libri I. Officior. in nullo meorum, neque Ms. neque edito Codice inventum, in hoc uno reperiri. Adparet igitur, hunc ab aliquo antiquiore eſſe deſcriptum, a quo reliquorum nullus. Qua ex re praecipua illi, niſi fallor, auctoritas debet accedere. Idem Gruterianis Codicibus, quod noſtris ceteris, defectus haeſit, Grutero ipſo ad illud Caput teſte:* Haec ſequentia, *inquit*, omnia, diſſimili charactere expreſſa (*nam diſſimili charactere Caput illud totum 40. imprimendum in ſua editione curavit; id quod in ſua fecit etiam Gronovius*) non comparent in Pal. aut primis editionibus; quis primum invexerit, neſcio. Comparent in Ioachimi Camerarii editione, nata anno MDXL. ſed non in Roberti Stephani Victoriana, producta duobus annis citius. Gulielmus adnotavit non exſtare in Ms. ſed in Fabriciano Codice. Idem de Parcenſi ſuo prodidit Langius. Iterantur fere totidem verbis Libro III. (*Capite nimirum* 113.) ut fere liqueat non eſſe auctoris germana. *At vero mihi germaniſſima Ciceronis videntur. Nam & loci illius maxime ſunt, & omnino aetatis aureae elegantiam ac plane Cice-*



(1) Horum recenſionem in poſtremum Catalogi Tomum reiecimus.

(2) Huiuſmodi adnotationes ex iiſdem Mss. ſchedis, in ſequentium etiam Codicum recenſionibus fuiſſe a nobis, ubi ſeſe obtulit occaſio, inſertas, animadvertet, opinor, ipſe lector, quum illas non ab alio quidem, niſi ab homine, qui plurium Bibliothecarum Codices excuſſerit & inter ſe comparaverit, fieri potuiſſe nemo non intelligat.

(3) Hoc loco animadvertendum eſt in citatione Capitum ſequutum fuiſſe Lagomarſinium numerationem illam, quae in edit. noſtra Amſtelaed. Arabicis numeris in margine eſt deſignata, quippe quam ad ſuas lectoribus enucleatius indigitandas animadverſiones aptiorem exiſtimaverat.

Digitized by Google

*Ciceronianam praeſeferunt. Quem enim, niſi illius temporis elegantiſſimum ſcriptorem potuiſſe illa ſcribere arbitremur?*

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus. cum initialibus auratis & coloratis, ab Hier. Lagomarſinio collatus 10. Auguſti 1740. & in ſua Philoſophicorum Ciceronis Operum editione num. 54. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis. 167. In Catalogo Montfauc. ſub num. XL.

### M. T. DE FINIBVS BONORVM, ET MALORVM.

Cod. II. MArci Tullii Ciceronis de finibus Bonorum & Malorum Libri V. ut in Cod. ſuperiori §. I. Heic tamen nonnullae adſunt notulae, correctiones, & variae lectiones ad marginem, quas inter Graeca quaedam occurrunt. In fine legitur: *Explicit de finibus Bonorum, & Malorum Liber, totus per nos diligenter emendatus huc uſque*. Sed fruſtra in toto volumine emendatoris nomen quaeras.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. ab Hier. Lagomarſinio collatus 10. Auguſti 1740. & num. 55. deſignatus, in quo notandum eſt, antiqua eraſa ſcriptura, novam fuiſſe ſuperinductam. Conſtat foliis ſcriptis 60. In Catalogo Montfauc. ſub num. IX.

### M. T. DE FINIBVS BONORVM, ET MALORVM.

Itemque

*Alia eiuſdem Opera Philoſophica.*

Cod. III. I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis de finibus Bonorum, & Malorum Libri V. ut ſupra in Cod. I. §. I.

II. pag. 113. Eiuſdem de Academicis Liber primus, ut in edit. cit. a pag. 569. ad pag. 592. ubi inſcribitur: *Academicarum Quaeſtionum Liber ſecundus, ſeu potius, ut eum numerat Nonius, IV., qui inſcribitur Lucullus*.

III pag. 153 Eiuſdem de Legibus Libri III. (1) ut in cit. edit. a pag. 838. ad pag. 8 0. In fine adnotatur: *Deficit finis. Deo gratias*. A pag. 1. ad pag. 122. & a pag. 153. uſque ad finem notulae habentur, tam Latinae, quam Graecae, & correctiones in margine, & in principio Codicis index Operum.

Codex membranac. Ms in 4. Saec. XV. elegantiſſimus, cum titulis aureis, & initialibus Librorum litteris auratis, & coloratis, ab Hier. Lagomarſinio collatus 15. Auguſti 1740. & num. 58. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 193. In Catal. Montfauc. ſub num. V.

### M. T. DE FINIBVS BONORVM, ET MALORVM.

Adde etiam

*Academicarum Quaeſtionum Fragmentum.*

I. pag. 1. M. T. Ciceronis de finibus Bonorum, & Malorum Libri V. ut in Cod. I. huius Plutei §. I. In fine legitur: *M. T. Ciceronis de finibus Bonorum, & Malorum Liber V feliciter explicit. Amen. Abſolvit Stephanus Bonitius Omnibono Schole* (2). Cod. IV.

II. pag. 102. *b*. Eiuſdem fragmentum de Academicis (3). Inc. *In Cumano nuper*. Deſ. *incredibili quadam fuit facultate*, ut in cit. edit. a pag. 563. ad pag. 569. ubi inſcribitur: *Academicarum Quaeſtionum Liber primus ad M. Terentium Varronem*. In calce huius fragmenti adnotatum eſt ab eadem manu: *Non reperitur plus* (4). In prima averſa pagina inſcriptum eſt a recentiore manu: *M. T. Ciceronis de finibus Bonorum, & Malorum. De Fato, ſive de Academicis, ut hic dicitur.* Mireris, quid in mentem venire cuiquam potuerit, Academicam hanc diſputationem, in qua nulla eſt fati mentio, *de Fato* appellare. Huius Codicis ſcriptor idem eſt atque is, qui Sanctae Mariae Ord. D. Benedicti Florentiae Codicem ſub A. MCCCCVI. ad IV. Kal. Iunias pari diligentia, & elegantia, ſed paullo minutioribus litteris perſcripſit: ex utroque quidquid in eo, ſive correxerat, ſive variantis lectionis adtulerat, in alterum tranſtulit.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum litteris initialibus minio exornatis, & notulis quibuſdam in margine, ab Hier. Lagomarſinio collatus 15. Auguſti 1740. & num. 57. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 111. In Catalogo Montfauc. ſub num. XVII.

### M. T. DE FINIBVS BONORVM, ET MALORVM.

M. T. Ciceronis de finibus Bonorum, & Malorum libri V. cum notulis quibuſdam, ac variis lectionibus ad marginem. In ultima pagina adſcripta erant verba, poſtea eraſa, ita tamen ut ipſorum ſupereſſent veſtigia: *Mitia fata mihi. Franciſci Saxetti Thomae filii Civis Florentini*. Cod. V.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. cum initialibus auratis & coloratis. ab Hier. Lagomarſinio collatus 15. Auguſti 1740. & numero 59. deſignatus. Conſtat foliis ſcri-

(1) Montfauc. in ſuo Catalogo duos tantum innuit.

(2) Ita habet Codex; forte tamen intelligendum *ſtudens in Omniboni Leoniceni Schola*: ubi interim notandum male legi a Montfauc. in ſuo Catalogo *Domitius* pro *Bonitius*.

(3) Hoc ultimum verbum deletum eſt, & ſupra repoſitum recentiſſima manu: *De Philoſophia*.

(4) Non recenſuit hoc fragmentum Montfauconius.

Digitized by Google

ſcriptis 84. In Catalogo Montfauc. ſub num. XLIV.

## M. T. QVAESTIONES TVSCVLANAE.

ſeu potius

*Opera Philoſophica.*

Cod. VI. PHiloſophicorum Ciceronis Operum editi Romana anni *MCCCCLXXI. die XX. Sept.* (1) ut in calce Librorum de Legibus exhibetur. Opera vero, quae in hoc Volumine continentur, iſta ſunt:

I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis Quaeſtionum Tuſculanarum Libri V. cum Praefatione ad M. Brutum.

II. pag. 66. Eiuſdem de finibus Bonorum & Malorum cum Praefatione ad Brutum Libri V.

III. pag. 131. Eiuſdem de Fato Liber unus.

IV. pag. 137. *b.* Eiuſdem de Petitione Conſulatus ad Marcum Tullium fratrem Liber unus.

V. pag. 143. *b.* Eiuſdem de Philoſophia, ſeu Academicarum Quaeſtionum Liber primus ad M. Terentium Varronem.

VI. pag. 149. Eiuſdem de Eſſentia Mundi, ſive in Timaeo Platonis Liber unus.

VII pag. 155. Eiuſdem Academicarum Quaeſtionum, ſive Hortenſius Liber, qui in editione cit. Amſtelaed. inſcribitur *Academicarum Quaeſtionum Libri II.*

VIII. pag. 179. *b.* Eiuſdem Dialogi de Legibus Libri III. Interloquutores ſunt Quintus frater, & T. Pomponius Atticus. In fine legitur: *Huc uſque in exemplaribus repperi: cetera interierunt. Si Deus voluerit, ut compareant, apponentur huic loco ſuo tempore.* Tum ſequitur nota impreſſionis octaſticho elegiaco comprehenſa, eademque cum illa, quam protulimus integram in Tomo ſuperiore pag. 632.

IX. pag. 205. Eiuſdem Dialogus de Natura Deorum ad Brutum, Liber unus (2).

X. pag. 253. Eiuſdem de Divinatione Libri II.

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, in fol. cum pictura in principio, & initialibus Operum coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 291. In Catalogo Monſauc. ſub num. LXII.

## M. T. QVAESTIONES TVSCVLANAE.

Cod. VII. MArci Tullii Ciceronis Tuſculanarum Diſputationum Libri V. cum nonnullis in margine non ineptiſſimis adnotationibus, & correctionibus. In calce legitur: *Marci Tullii Ciceronis Tuſculanarum Diſputationum Liber quintus & ultimus explicit. Deo gratias. Amen.*

*Hunc ego ſextili librum de menſe peregi,*
*Nulla diu dudum qui florida carmine pegi,*

Tum ſequitur: *Ego Nicolaus* . . . . . . . . (3) *correxi Romae anno Domini MCCCCVII. Ind. XV. Pontificatus Domini Gregorii Papae XII. anno primo, tempore quo unio in Dei Eccleſia tractabatur, quam Deus ſua miſericordia me, & alios Chriſtifideles videre faciat & dignetur feliciter. Amen.* A recentiori deinde manu ſubditum eſt: *Liber Antonii de Benivienis,* ϗ κοινὰ τῶν φίλων.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, ab Hier. Lagomarſ. collatus 15. Auguſti 1740. & num. 60. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 67. In Catalogo Montfauc. forte ſub num. IV.

## M. T. QVAESTIONES TVSCVLANAE.

M. T. Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum Libri V. cum notulis quibuſdam in principio. In primae paginae ſuprema ora ab eadem manu eſt: *Cicero libro de Divinatione ſecundo aperiens, quos libros ediderit, poſt multorum enumerationem, inquit: Quinque ſubſequuti ſunt libri Tuſculanarum Quaeſtionum ab* (ſic) *bene beateque vivendum maxime neceſſarii*; docet enim ad beate vivendum virtutem ſeipſa eſſe contentam; verba autem relata pertinent ad laudati Libri II. de Divinat. Cap. II. Cod. VIII.

Cod. membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum initialibus Librorum auratis, & coloratis, ab Hier. Lagom. numero tantum 61. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 112. In Cat. Montf. forte ſub num. XLI.

## M. T. QVAESTIONES TVSCVLANAE.

MArci Tullii Ciceronis Quaeſtionum Tuſculanarum Libri V. Cod. IX.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum initialibus auratis, & coloratis, ab Hier. Lagomarſ. notatus num 64. Conſtat foliis ſcriptis 112. In Cat Montf. forte ſub num. XX.

## M. T. QVAESTIONES TVSCVLANAE.

M. Tullii Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum ad Brutum Libri V. quorum primi talis eſt titulus: *Ybi. M. Tullii Ciceronis Tuſculanarum Liber primus incipit, vel Tuſculanarum Actionum ad Brutum Prooemium.* Cod. X.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum variis aliquot lectionibus in margine, initialibus Librorum auratis & coloratis, ab Hier. Lagomarſ. collatus 20. Octobris 1740. & num. 69. deſignatus. in cuius prima averſa pagina legitur: *Mihi fata mihi. Franciſci Saxetti Thomae filii Civis Florentini.* Conſtat fo-

(1) Hanc editionem memorat Mattair. Annal. Typograph. Tom. I. pag. 302.

(2) In edit. Amſtelaed. cit. tota de Natura Deorum diſputatio in tres Libros eſt diſtributa.

(3) Puncta illa duorum verſuum ſcripturam in Codice, cultelli cuſpide abraſam, ſignificant.

Digitized by Google

ſtat foliis ſcriptis 88. In Cat. Montf. ſub num. XLVI.

M. T. LVCVLLVS, ET DE LEGIBVS.

Cod. XI. I. pag. 1. Codex eſt anepigraphus, ſed continet M. Tullii Ciceronis Academicarum Quaeſtionum Librum ſecundum, qui inſcribitur *Lucullus* ut in cit. edit. a pag. 569. ad pag. 592. ſed in Codice in duas dividitur partes, quarum ſecunda incipit a verbis: *Hortenſius autem vehementer admirans &c.*

II. pag. 45. Eiuſdem de Legibus Libri III. (1) ut in edit. a pag. 838. ad pag. 870. Notandum poſt ultima verba Codicis, *ſcripſit ad patrem suum M. Iunius*, in editione per alios quinque verſus continuari. In fine maioribus litteris, partim rubris, partim nigris adſcriptum eſt: *Antonius Marii filius Florentinus Civis abſolvit Florentiae IV Non. Novembr. MCCCCXXVII. Valeas qui legis feliciter*. Ad deſcribendum hunc Codicem uſus eſt librarius exemplari S. Marci antiquiſſimo ſub num. CVIII. ubi adſcriptum eſt: *Weimbarius Epiſc. dedit Sanctae Mariae* (2). Id ita eſſe apparet ex mirifica utriuſque conſenſione, praeterquam in iis, in quibus antiquior difficiliori ad legendum ſcriptura occaſionem nonnulla innovandi deſcriptori praebuit.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, ab Hier. Lagomarſ. collatus 30. Aug. 1742. & num. 65. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 88. In Cat. Montfauc. ſub num. XXV.

M. T. DE OFFICIIS.

Ac praeterea.

*Alia Opera Philoſophica.*

Cod. XII. I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis de Officiis Libri III. ut alibi.

II. pag. 65. Eiuſdem Liber de Amicitia.

III. pag. 84. *b.* Eiuſdem de Senectute.

IV. pag. 101. *b.* Eiuſdem Paradoxa (3).

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. cum correctionibus quibuſdam, ac variis lectionibus in margine eiuſdem manus, a Lagomarſinio notatus num. 66. In calce primae paginae legitur nomen *Bernardi de Puccinis num. XV.* Conſtat foliis ſcriptis 108. In Cat. Monfauc. ſub num. XXIV.

M. T. DE OFFICIIS.

Ac praeterea

*Paradoxa imperfecta.*

Cod. XIII. I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Officiis Libri tres, quibus novus hic, attamen maxime conveniens titulus praefigitur: *Ethica Ciceronis*. In fine legitur: *Feliciter M. Tullii Ciceronis de Officiis Libri tres expliciunt. Amen*. Tum alia manu ſubiungitur verſiculus:

*Excellunt libros cunctorum Philoſophorum.*

Alia ſequebantur, poſtmodum abraſa, quibus a recentiore manu inſcriptum eſt: *Philippi Ser Vgolini Peruzii Notarii Florentini.*

II. pag. 71. *b.* Eiuſdem Paradoxa ad Marcum Brutum, ſed in Codice anepigrapha, & ultimis deperditis foliis imperfecta; deſinunt enim in verbis: *at vide quam iſta latrocinii tui tela contempſerim. Iacta* .... quae in cit. edit. incidunt in pag. 975. col. 1. lin. 19.

Abundat hic Codex ſcholiis non contemnendis, quorum tria ſunt genera. Primum eſt eorum, quae ſua manu, ſed minuſculis litteris, adſcripſit ipſe librarius. Alterum eorum, quae Franciſcus Petrarcha, ſua item manu, ſive inter lineas inſeruit, ſive marginibus commendavit. Petrarchae autem manus tam mihi nota eſt, quam familiariſſimi ſui cuique; quam notitiam ac familiaritatem attulit mihi adſidua ac diligens duos Codices, quos ab eo deſcriptos conſtat, legendi conſuetudo, quorum altero Epiſtolae Ciceronis, quae appellantur Familiares, altero ad M. Brutum, ad Q. Fratrem, & ad Atticum continentur: quos iam deſcripſimus Pl. XLIX. Cod. VII. & XVIII. Tum tertium Codicem Pl. LIII. n. XXXV. Petrarchae Epiſtolas autographas continentem diu multumque in manibus habuimus, ut notabilia ad vitam eius pertinentia erueremus, quae deinde a nobis Cl. Abbati de Sade Patricio Avenionenſi pro nova ſua Petrarchae vita adornanda tribus in 4. Voluminibus communicavimus. Accedit quominus a Petrarchae manu eſſe haec ſcholia dubitem, quod eadem in his orthographiae ratio, quae in deſcriptione laudatorum Codicum VII. & XVIII. ſervatur, negligentior nempe atque mendoſior. Orthographiam enim (id quod de Auguſto Cap. LXXXVIII. Svetonius memoriae prodidit) ideſt formulam, rationemque ſcribendi a Grammaticis inſtitutam non adeo Petrarcha cuſtodiit. Itaque frequentiſſima tam in illis Codicibus, quam in hiſce ſcholiis ſunt illa *michi*, *utillitas*, *attullit*, *conparare*, *ſecondus*, *circonſpicere*, *apellare*, *erripere*, *iocondus*, *filoſofus*, aliaque id genus plurima. Fateor equidem, ſi haec omnia, quae Petrarchae exiſtimantur ſcripta inter ſe comparentur, aliquid invicem, atque adeo multum diſcriminis poſſe deprehendi. Sed profecto non illi aliter, ac nobis ſcribentibus uſuvenire ſolet, accidebat, ut multum diſſimili ſcriptura uteretur, pro calami, pro chartae, pro atramenti vario genere, quod adhiberet, pro varia litterarum forma, quas nunc grandiuſculas, nunc minuſculas, nunc rotundas, nunc quadratas, nunc erectas, nunc inclinatas,

(1) Heic quoque Montfauc. duos tantum pro tribus Libros enunciat.

(2) Haec eadem epigraphe legitur in Codice Quintiliani a Poggio reperto, qui habetur in Plut. XLVI. ſub num. VII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 382.

(3) Deinde correctum, ut dicat *de Paradoxis*.

tas, nunc inter ſe iunctas ac colligatas, nunc diſiunctas ac ſeparatas effingere conſilium erat; denique pro feſtinatione, aut mora, pro negligentia, aut diligentia maiore, vel minore, qua ſcriberet. Et certe in illo autographo, de quo ſupra dictum eſt, Epiſtolarum volumine, tanta ſcripturae diſſimilitudo eſt, ut minus attente intuentibus, non unius eſſe ſcriptoris videatur. At vero ſi quis & has, & reliqua hominis, quae feruntur ſcripta, diligentius contemplatus fuerit, quoſdam litterarum conſtantes ductus, & quaedam, ut ita dicam, lineamenta ſingulorum nativa, conformiaque deprehendet, ut quin germana inter ſe omnia, ab eademque manu, tamquam ab una parente, ſint, dubitare non poſſit. Mihi quidem eo res certior etiam eſt atque teſtatior, quod videam, in Catalogo Librorum, quos in ſua Arquenſi Bibliotheca Petrarcha habuit (quem Catalogum in ſuo Petrarcha Redivivo Iac. Phil. Thomaſinus edidit) duos recenſeri de Officiis in 4. Mss. Codices. Quum tam multos, qui Petrarchae fuerant, Florentiam tandem deveniſſe Codices conſtet (nam Petrarchae fuerant, quos quidem norim, Plutei XXXIV. Codex I., Plut. XLIX. Codices VII. & XVIII., Plutei L. Codices VII. XXVII. & XLIII., Plutei LIII. Codex XXXV. &c.) nonne fieri potuiſſe credibile eſt, ut duo illi etiam de Officiis in Florentinas Bibliothecas inlati ſint? quorum alter ſit hic idem, quo de agimus, quem, ut ille fuit, in quarti, ut appellant, forma conſpicimus. Nec vero alterum non mihi deprehendiſſe in eadem Bibliotheca videor, in eodemque Pluteo num. XX. ſignatum. de quo infra nobis agendum erit, in eademque forma: cuius non paucas in marginibus adnotationes ſcripſit profecto idem, qui huius Codicis ſcholia Petrarcha. Sed iam de tertio ſcholiorum, quae in hoc Codice occurrunt genere, dicendum eſt. Ea autem ſunt a tertia quadam manu, quam ego Ioannis Boccaccii eſſe ſuſpicor. Primum ſcripturae forma, atque adeo color (nam in colore etiam ſcriptorii atramenti notae inſunt aetatis quaedam) non eſt Petrarchae ſcholiorum aetate, aut recentior, aut vetuſtior: ac propterea hominis Petrarchae aequalis ſcriptum eſſe illud adparet. Fuit autem praeterea Boccaccius Petrarchae familiariſſimus, illumque, quem ſciebat antiquorum Codicum eſſe avidiſſimum, eo potiſſimum munerum genere demereri ſolebat. Qua de re vide Petrarchae Epiſtolam IV. Lib. IX. Quidni igitur Codicem hunc poſſederit ante Boccaccius, in quo nonnulla, ut fieri ſolet, adnotaſſet, quem deinde dono amico miſerit? Verum haec omnia non ſatis ad ſuſpicionem coniecturamque valerent, niſi rei certius quoddam indicium accederet. Habent enim huiuſmodi ſcholiorum quaedam inſcriptam, quaedam aſcriptam ſyllabam hanc *Io.* qua *Ioannis* ſignificari nomen, puto; quod ſcholiorum auctor Ioannes ipſe Boccaccius exſtare in Codice voluerit, quo ſua ab librarii ſcholiis ſcholia, certa internoſci nota poſſent. Verum hiſce omnibus nihilo plus ego, quam quantum non omnino futilibus coniecturis ſolet tribui poſtulo. Haec igitur tria ſcholiorum genera, Anonymo, Petrarchae, & Ioanni Boccaccio adſignanda eſſe cenſemus.

Codex membranac. Ms. in 4. minori oblongo Saec. XII. ab Hier. Lagomarſ. collatus die 13. Oct. 1740. & num. 67. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 72. In Cat. Montfauc. ſub num. XVIII.

## M. T. DE OFFICIIS.

M. Tullii Ciceronis de Officiis ad Marcum filium Libri III. in Codice tamen anepigraphi, ubi notandum in varias ſectiones, ſive in capita eſſe diviſos, ſigno tantum adhibito litterarum initialium caerulei coloris. Quorumdam adnotationum, quae in hoc Codice occurrunt, auctor non eſt antiquior Petro Marſo. Etenim ad Libri I. Cap. 114. (Codicis pag. 23.) *de Epigonis* ſic ait: *Epigoni filii fuerunt illorum ſeptem Regum, & non populi, ut ait Marſus*. Edidit autem Commentarios ſuos in Officia Marſus ſaeculo XV. exeunte. Eſt apud me eorum editio Veneta per Marinum Saracinum A. D. MCCCCXCVII.. *Cod. XIV.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum initialibus auro, & minio ornatis, ab Hier. Lagomarſ. collatus die 20. Oct. 1740. & num. 68. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 74. In Cat. Montfauc. ſub num. XLII.

## M. T. DE OFFICIIS.

M. Tullii Ciceronis de Officiis ad Marcum filium Libri III. anepigraphi. In calce legitur: *Nicolaus de Riccius ſcripſit feliciter*. *Cod. XV.*

Codex membranac. Ms in 4. min. Saec. XV. cum litteris initialibus Librorum aureis & coloratis, pictura in prima pagina, quae totum exornat marginem, & Ciceronis icone in littera initiali Libri primi, ab Hier. Lagomarſ. collatus die 20. Octobr. 1740. & num. 70. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 108. In Catal. Montf. ſub num. XLVIII.

## D. T. DE OFFICIIS.

M. Tullii Ciceronis de Officiis ad Marcum filium Libri III. item anepigraphi, cum ſummariis in margine, ac ſcholiis, partim antiquae manus, partim recentioris, perquam eruditis, in cuius primo folio legitur: *Abbatiae Septimi Flor. Dioec.* Ex hoc Codice periit folium unum inter paginam 111. & 112. poſt illa Capitis 113. Libri III. verba: *quaſi aliquid eſſet oblitus*, continens ſequentia uſque ad illa Capitis 117. *continetur certe haec utilitas*. *Cod. XVI.*

Co-

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. ab Hier. Lagomarſ. collatus die 20. Octobr. 1740. & num. 71. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 113. In Catalog. Montfauc. ſub num. L.

## M. T. CICERONIS DE OFFICIIS.

Cod. XVII. M. T. Ciceronis de Officiis ad M. filium Libri III. in varias ſectiones diviſi, cum ſcholiis quibuſdam interlinearibus, & variantibus lectionibus marginalibus.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum prima littera initiali deaurata, minioque ornata, reliquis vero, tam Librorum, quam Capitum caeruleis, & rubris, minioque tantum ornatis, ab Hier. Lagomarſ. collatus die 20. Octobr. 1740. & num. 72. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 70. In Cat. Montfauc. forte ſub num. LI.

## M. T. DE OFFICIIS.

Cod. XVIII. I. pag. 1. M. T. C. Arpinatis Officiorum Libri III. in varias ſectiones diviſi, quorum poſtremo poſt repetitum titulum adſcribuntur haec rubris characteribus: *Quando non poteſt fieri id quod vis, id velis quod poſſis*. Tum ſubiicitur elogium ſuperioris Tractatus de Officiis, ac verſiculi quidam in Ciceronis laudem valde mendoſi, qui ſunt (1):

*Excellunt dicta cunctorum Philoſophorum*
*Libri, quos fecit tres Tullius Officiorum* (2).
*Tullius experios* (3) *cupiens commonere mores*,
*Edidit hos libros appellans Officiorum*.
*Quo ſolo ſtrus* (4) *eſt extinctus furor Catelinae*
*Conſilio ſuperum cuſtos dertos* (5) *ad urbem*,
*Lux orbis, ſalus patriae* (6), *mens ſola* (7) *Senatus*.
*Sic* (8) *plus ſole micat cruciatus propter honeſtum*
*Aguſtinus ait*.

Ac tandem illud exoletum diſtichon:

*Qui ſcripſit ſcribat ſemper cum Domino vivat*,
*Vivat in caelis Penus* (ſic) *cum Domino felix*.

Interim animadvertendum pro voce illa *Penus* legendum abſque dubio *Petrus*, eumque haud fuiſſe ſcriptorem huius Codicis, ſed antiquioris, ex quo hic defluxit; amanuenſis enim huiuſce fuit quidam Thomas, Baronis filius, cuius inter alia Italico ſermone conſcripta, quae ſuo loco inter Italicorum Codicum recenſiones proferemus, habetur ſequens Oratio Latina; id enim ex characteris ſimilitudine, quae cum reliqua Librorum de Officiis ſcriptura mirifice convenit, apertiſſime conſtat.

II. pag. 97. Definitiones quaedam virtutum, vitiorum, aliarumque rerum ex Auguſtino, Seneca, Cicerone, Zenone, Macrobio, Cenſorino, Heſiodo, Platone, Caſſiofolo (ſic), & Anonymo.

III. pag. 99. *b.* Oratio habita a quodam Thoma Baronis filio, quum in Collegium Notariorum fuit cooptatus. Inc. *A nome di Dio a dì 12. di Dicembre* 1465. *Quum ſaepenumera ipſe cogito menteque revolvo, qualis quantaque ſit iſtius quidem celſitudo atque dignitas coetus*. Deſ. *ad hunc tam celeberrimum Magiſtratum pro veſtra erga me benevolentia admittatis*. Tum ſubſcribitur: *Ego Thomas filius Baronis compoſui hanc Orationem die duodecima Decembris vigilia Sanctae Luciae MCCCCLXV*. . . . . . . . . (9) *& tunc incepi ingredi ad artem Notariorum, una cum aliis*.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum initialibus Librorum aureis, & ſtemmate cuiuſdam familiae in principio, qui fuit, ut ex ſubſcriptionibus initio appoſitis apparet, primum *Laurentii Ser Thomae de Mormorariis Florent.* deinde *Zenobii Ser Thommaſii de Mormorariis*, ac tandem *Abbatiae Septimi Flor. Dioec.* Codex ab Hier. Lagomarſ. collatus die 20. Octobr. 1740. & num. 73. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 100. In Catalogo Montfauc. ſub num. LII.

## M. T. DE OFFICIIS.

M. Tullii Ciceronis de Officiis ad Marcum Ciceronem filium ſuum Libri III. cum ſummariis, & aliquot variis lectionibus margini adſcriptis. In fine legitur: Τέλος τῷ Θεῷ χάρις. Cod. XIX.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. caſtigate exaratus, ab Hier. Lagomarſ. collatus die 19. Octobr. 1740. & num. 74. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 82. In Cat. Montf. ſub num. LIII.

## M. T. DE OFFICIIS.

I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis ad Marcum filium ſuum Officiorum Libri III. in quorum calce leguntur verſiculi, de quibus ſupra in Cod. XVIII. Hi autem Libri adnotationibus identidem inſtructi ſunt, quarum quaedam ſunt Franciſci Petrarchae manu. Cod. XX.

II. pag. 34. Eiuſdem de Amicitia Liber, qui heic dicitur *primus*. In calce vero legitur

(1) Quum hi verſiculi octo occurrant etiam in ſequenti Codice XX. ne eoſdem iterum repetamus, ea ſubiiciemus, in quibus ille ab hoc diſcrepat.

(2) Hi priores duo verſiculi in dicto Codice XX. habentur in fine, quorum primus tamen ita legitur:
*Excedunt cunctos hi libros Philoſophorum &c.*
& in margine manu Franciſci Petrarchae adnotatum eſt: *Hos duos verſus, ut fertur, de Ciceronis L. compoſuit Auguſtinus*.

(3) In dicto Codice *experiens*.

(4) *ferus*.

(5) *directus*.

(6) *patriaeque ſalus*.

(7) *tota*.

(8) *hic*.

(9) Dimidium verſus abraſum.

Digitized by Google

tur Octaſtichon de quatuor hominis temperamentis, quod occurrit in Codice XLI. Plut. LXXIII. ſupra pag. 78. §. II.

Ex hoc Codice deſcriptum fuit exemplar ſaeculi XV. chartaceum in 4. Biblioth. March. Gabrielis Riccardii, quod fuit Lodovici de Martellis, ac Petri Criniti, ut ex utriuſque collatione manifeſte apparet.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. ab Hier. Lagomarſ. collatus 19. Octobr. 1740. & num. 75. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 53. In Catal. Montf. ſub num. LXI.

## M. T. DE OFFICIIS.

*Cod. XXI.* Codex eſt anepigraphus, ſed continet M. T. Ciceronis de Officiis Libros III. In fine occurrit diſtichon, quod in Codice ſuperiori Auguſtino tribuitur, quodque aliquanto diverſum ita habet:

*Excedunt libros cunctorum Philoſophorum*
*Hi quos compoſuit tres Tullius Officiorum.*

Tum haec alia adnotantur: *Iſte liber eſt meus Mathei Angeli* (1). *Amen. Amen. Amen. M. F.*

In ultima averſa pagina haec habentur:

*Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,*
*Vivat in caelis ſemper cum Domino felix.*
*Manus ſcriptoris ſalvetur omnibus horis.*

Tandem haec ſubdidit neſcioquis nugator: *Ne libeat preſtare libros; ſi preſtabis, non riabebis; ſi riabebis, non tam bonos; ſi tam bonos, non tam cito; ſi tam cito, perdes amicum.*

*Cernite ſodales quae ſint utilia vobis*
*Hunc legite quaeſo* - (expunxit deinde haec tria verba ſcriptor)
*Hic Latinorum hic pater ipſe fuit.*

Animadvertendum eſt in hoc Codice ad Caput 138. Libri I. de Officiis, poſt illa: *enim & firmior eſt & conſtantior ...... hunc Paullo natum adoptavit*, quae deſumpta ſunt ex Cap. 120. & 121. huius eiuſdem libri, appoſitum eſſe a recentiore manu monitum, ea omnia abundare: quibus praeteritis textus continuatur.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIII. ab Hier. Lagomarſ. collatus die 18. Oct. 1740. & num. 78. deſignatus, in quo, eraſa antiqua ſcriptura, nova haec fuit ſuperinducta. Conſtat foliis ſcriptis 96. In Catal. Montfauc. ſub num. II.

## M. T. DE OFFICIIS.

*Cod. XXII.* M. Tullii Ciceronis Officiorum Libri III. additis in primis paginis, nonnullis ſat bonis ſcholiis, & diſticho in fine, ut in Codice ſuperiori. Tum legitur: *Petrus Bonamicus ſcripſit anno Domini MCCCCLV. die XXX. menſis Iulii.*

Codex chartaceus Ms. in 4. minori Saec. XV., ab Hier. Lagomarſ. collatus 19. Octobr. 1740. & num. 79. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 99. In Catal. Montfauc. ſub num. LVII.

## M. T. DE AMICITIA.

*Cod. XXIII.* M. T. de Amicitia Liber cum adnotationibus perpetuis optimis, tum inter lineas, tum marginalibus. Duarum paginarum iactura facta, deſiderantur illa .... *bitur. Quamobrem cum &c.* (quae ſunt Capitis 4. extremum, & Capitis 15. initium) uſque ad illa *tantus eos bonos, memoria &c.* (quae pertinent ad Caput 23.) In calcem reiecit librarius quatuor adnotationes, quae propter vetuſtatem legi vix poſſunt. Ex iis autem quae leguntur deprehendi, primam non eſſe aliam, quam quae priore loco reperitur in Codice XXVI. de quo infra, cuius initium eſt: *M. Tullius Cicero amicus fuit Attici cuiuſdam viri probatiſſimi &c.* Secunda exhibet ſeptem Graeciae Sapientum nomina, ſubditis eorum maxime inſignibus ſententiis. Tertia incipit: *Ego de Amicitia ſum tractaturus, & eius diffinitionem daturus, quam recte exponere valeo, quoniam auctoritatem Q. M. An. Sce. habeo, qui Quintus M. &c. Expetibilium rerum, ut in Rhetoricis teſtatur Cicero, trifaria fit diviſio &c.* Finit: *diffiniendo ortum illius, leges & praecepta in ea ſtatuendo, & in quibus eſſe valeus demonſtrando.* Quarta eadem eſt, paucis quibuſdam immutatis, ac poſterior laudati Codicis XXVI. cuius initium: *Intentio Tul. in hoc opere ſuo hortari nos acquirere veros amicos, acquiſitos diligere, & diligendo conſervare &c.* Finis: *& more aliorum bene ſcribentium praemittit prologum, in quo illa tria comparat ſibi, docilem, benivolum.* .... praeciſis reliquis.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. ab Hier. Lagomarſ. collatus 17. Octobr. 1740. & num. 80. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 20. In Catal. Montfauc. ſub num. forte LIX.

## M. T. DE AMICITIA, ET ALIA.

*Cod. XXIV.* I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis de Amicitia Liber ſine titulo.

II. pag. 19. *b.* De Senectute, item ſine titulo.

III. pag. 36. C. Salluſtii Oratio contra M. T. C.

IV. pag. 37. *b.* M. T. C. Reſponſio in Salluſtium.

V. pag. 41. *b.* M. T. C. Invectivarum Libri IV. in L. Catilinam.

VI. pag. 67. Pro M. Marcello.

VII. pag. 72. *b.* Pro Q. Ligario.

VIII. pag. 79. Pro Rege Deiotaro.

IX. pag. 86. *b.* Ad Equites Romanos Oratio.

X. pag. 92. Oratio poſt reditum de exſilio, qua Senatui gratias agit.



(1) Ex ſimilitudine litterarum huius ſubſcriptionis, ac totius Codicis hic Matthaeus Angelus ſcriptor fuiſſe videtur.

Digitized by Google

XI. pag. 101. *b*. Oratio quum Populo gratias agit.

XII. pag. 107. In Clodium.

XIII. pag. 158. Pro M. Coelio.

Ex hoc Codice deſcriptus apparet Codex membr. in 4. Bibliothecae S. Reparatae, qui fuit Georgii Ant. Veſpuccii, cum quo mirifice concordat, adeo ut pro uno haberi uterque poſſit.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. optime ſervatus, ab Hier. Lagomarſ. die 26. Iul. 1740. collatus & num. 76. tam in Claſſe II. quam IV. deſignatus, in cuius calce legitur: *Iſte Liber eſt Iuliani Petri de Medicis, & amicorum eius*. Conſtat foliis ſcriptis 175. In Catalog. Montfauc. ſub num. XLV.

## M. T. DE AMICITIA.

Ac praeterea

*Paradoxa*.

*Cod. XXV.* I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis de vera Amicitia Liber.

II. pag. 15. Eiuſdem Paradoxa abſque titulo. In calce legitur:

*Explicit liber iſte, cuius ſit laus tibi Chriſte.*

*Manus ſcriptoris ſalvetur omnibus horis.*

Tum quatuor haec monita:

*Noli dicere omnia, quae ſcis.*
*Noli credere omnia, quae audis.*
*Noli ſcribere omnia, quae facis.*
*Noli facere omnia, quae potes.*

Tandem hi verſiculi:

*Omnia praetereunt, praeter amare Deum,*
*O qui perpetua mundum ratione gubernas,*
*Tu requies tranquilla piis, te cernere, finis,*
*Principium, vector, dux, ſemita, terminus idem.*

In calce libri de Amicitia margini adſcriptum eſt minutiſſimis, ac vix perſpicuis litterulis: *Ser* (1) *Arigus ſcriſſit* (ſic) *hunc librum*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. quoad Librum de Amicitia binis columnis exaratus, & cum nonnullis correctionibus in margine, ab Hier. Lagomarſ. collatus die 13. Octobr. 1740. & num. 81. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 22. In Catal. Montfauc. ſub num. XLVII.

## M. T. DE AMICITIA.

*Cod. XXVI.* I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis Liber de vera Amicitia diviſus in Capita XVIII.

Inter Librum hunc de Amicitia, & inſequentem de Senectute, inſeruntur adnotationes duae. Prima eſt: *M. T. C. amicus fuit Attici cuiuſdam, viri probatiſſimi, cui Cicero librum de Senectute fecerat. Eiuſdem rogatu ſibi hunc librum Amicitiae compoſuit, cuius ipſa Amicitia indicatur eſſe materia, circa quam haec habetur intentio, videlicet aperire quae quiſquam amicus rogatu amici agere debeat; quae rogata etiam vitare conveniat; inſuper quid ſibi quaeri deceat, quid etiam prohiberi oporteat. Vtilitas haec inde ſequitur, ut cognitis huius libri ſententiis, quiſquis cum ſuo ſe ſciat habere dilectiſſimo. Ethice convincitur, cum Amicitiae natura patenter depromitur; praemittit prooemium, in quo ſuos geminos commendat magiſtros, ut cognoſcatur, ſe de hoc opere indubitanter poſſe differere; & ſicut in libro de Senectute introduxit duos iuvenes interrogantes Catonem, ita in libro de Amicitia introduxit Scaevolam, & Fannium interrogantes Laelium de Amicitia; & oſtendit hic tria, captationem benivolentiae, docilitatem, & attentionem. Deſcenſio ad litteram: O Attice, tu rogaſti me, ut tractarem de Amicitia; ſed primimitus commendo magiſtros meos &c.* Altera adnotatio ita habet: *Intentio Tullii in hoc opere ſuo hortari nos acquirere veros amicos, acquiſitos diligere, & diligendo conſervare. Materia vero ipſius eſt, vel ipſa Amicitia, de qua tractatur; vel ipſae perſonae, quas in hunc librum loquentes inducit, Laelius videlicet, & duo generi eius, Fannius, & Scaevola. Finalis cauſa ex ipſa intentione perpenditur, ſcilicet, ut veros amicos acquirere & conſervare ſciamus. Ethice autem ſubiectum, ſcilicet quod de moribus loquitur: Phyſice quoque, quia de natura mentionem facit: Loyce etiam, ſiquidem Rhetoricus eſt. Edidit igitur librum hunc cuidam amico ſuo, cui libellum alium de Senectute compoſuit. Modus vero ſcribendi talis eſt, ut ſicut in illo Catonem ſenem introduxit de Senectute loquentem, Laelium autem & Scipionem Catonem interrogantes; ſic in hoc Laelium inducit de Amicitia diſputantem, duoſque generos ipſius Fannium & Scaevolam Laelium interrogantes. Nulla enim, ſicut idem ait, perſona viſa ſibi fuit ad tractatum Amicitiae magis idonea, quam eius, qui & verus amicus fuit, & ob amicitiam, magnam gloriam acquiſivit. Et primum quidem antequam ad materiam, de qua loquuturus eſt, perveniat, morem ceterorum imitans ſcribentium, prologum praemittit, in quo opus ſuum praeſertim commendare intendit; ubi enim ſe magnorum atque ſapientum virorum ſocietatem habuiſſe, & ab illis edoctum fuiſſe aſſerit, proculdubio opus ſuum autenticum reddit: itemque lectorem docilem reddit, ubi ſermonem Laelii habitum de Amicitia dicit; benivolum, ubi ad amicum ſe ſcripſiſſe, & rem quidem dignam fore aſſeverat; autentice, ubi ait, quam legens tute ipſe cognoſces. Vocatur hic liber dragma, i. delectabile carmen. Notandum eſt diverſas ſpecies Amicitiae eſſe. Amicitiarum enim alia naturalis & vera dicitur, ſicut illa, quae inter virtuoſos eſt: quae naturalis ideo dicitur, quia natura vult, ut boni bonos diligant: vera ideo, quia*

(1) Montfauc. pro *Ser Arigus* legit *F. Arigus*.

Digitized by Google

*quia conſequentia vera eſt, ſi ſint virtuoſi & amici. Alia naturalis, & non vera, ea quae inter propinquos eſt; naturale quippe eſt, ut pater filium diligat; ſed non vera, quia non ſequitur, ut ſi ſunt propinqui, & amici. Alia vero nec naturalis, nec vera, dicitur ipſa, quae* (inter) *dominum & ſervum, & inter homines & animalia habetur: qui amor, quamdiu utilitas conſequitur, perſeverat. Duabus ergo reliquis praetermiſſis, de ſola naturali & vera tractare intendit; ut etiam ſi quando illarum mentionem faciat, propter hoc tantum facit, ut falſis bene agnitis, vera, quam diffiniendam accepit, clarius innoteſcat. Ingreditur autem ſic: O Attice, tu rogas, ut de amicitia aliquid ſcribam, & hoc, tum tuo rogatu, tum pro communi utilitate libenter faciam: & illa tamen dicam, quae Quintus Mutius de Laelio narrare ſolebat.*

II. pag. 14. *b.* Eiuſdem de Senectute Liber, quem praecedunt hi ſeptem verſus:

> *Quaenam ſumma boni? quae mens ſibi conſcia recti.*
> *Pernicies hominis quae maxima? ſolus homo alter.*
> *Quis dives? qui nil cupiet. Quis pauper? avarus.*
> *Quae dos matronae pulcherrima? vita pudica.*
> *Quae caſta? de qua mentiri fama veretur.*
> *Quid ſapientis opus? quum poſſit, nolle nocere.*
> *Quid ſtulti proprium? non poſſe & velle nocere.*

Si librarii ſcribendi ratione ducaris, non minus quam octavum, *Attice, ſiquid ego adiuto &c.* eſſe Ciceronis putes ſeptem etiam ſuperiores verſiculos, & aeque ad libri integritatem pertinere; omnes enim nullo ſcripturae diſcrimine perpetua ſerie coniunxit. Ad Caput 52. poſt illa verba: *vitis quidem, quae natura*, quibus adverſa pagina abſolvitur, inſeruntur in averſa, illa a Capite 56. ad 59. progredientia: *eſt. eum dictatorem eſſe factum . . . . . mirari ſe*, quibus praeteritis, reperitur reliquum cum prioribus illis *vitis quidem, quae natura*, coniungendum. Haec autem huc ante tempus translata, ſuo deinde loco praetermiſſa ſunt. Scripturae perverſitas haec, librariique negligentia animadverſa opportune eſt a neſcio quo, & in margine notata, ſic, ubi perverſio incipit, adſcripto: *ſequaris non in ſequenti, ſed in alia facie*, adhibitis deinceps opportunis notis, quibus quo ſive tranſiliendum, ſive recurrendum ſit, indicatur.

III. pag. 26. Eiuſdem Paradoxa.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum correctionibus, & variantibus lectionibus in margine, ab Hier. Lagomarſ. collatus die 13. Octobr. 1740. & num. 82. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 31. In Catal. Montfauc. ſub. num. LIV.

## M. T. DE AMICITIA,

Adde etiam

*Paradoxa.*

I. pag. 1. MArci T. C. ad Atticum de Amicitia Liber. *Cod. XXVII.*

II. pag. 33. Eiuſdem Paradoxa ad Decium Brutum. In Paradoxo V. & VI. occurrunt aliquot paginae perturbatae. Errorem animadvertit, correctionemque addidit a pag. 41. uſque ad finem Hier. Lagomarſinius. In extremo adſcripta ſunt a tertia quadam manu octo prodigia, quae praeceſſerunt Hieroſolymorum excidium ex Ioſepho de Bello Iudaico, & Euſebio in Hiſtoria Eccleſiaſtica ita inſcripta:

*De obſtinatione populorum nota ſigna, quae apparuerunt ante everſionem Ieruſalem.*

*Ioſephus in libro de Bello Iudaico, & Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica.*

I. *Stella quaedam ſub forma gladii imminebat civitati.*

II. *Cometes viſus eſt per annum ardere flammis exitialibus.*

III. *Luna per 12. noctes paſſa eſt eclipſim continuam.*

IV. *Fulgor tantus luminis aram templumque circumdedit hora 9. noctis, octava die menſis Aprilis, ut videretur dies clariſſimus per dimidiam horam.*

V. *Ianua templi verſus orientem ex aere, & tanti ponderis, ut vix a 20. viris clauderetur, ſexta hora noctis per ſe ipſam aperta eſt: nec obſtitit, quod vectibus ferreis eſſet detenta.*

VI. *Currus, & quadrigae per aërem, & ferri & armatorum cohortes per aërem viſae ſunt nubibus commiſceri, die vigeſimoprimo Maii menſis, prope occaſum ſolis.*

VII. *Sacerdotes in nocte Pentecoſtes ingreſſi templum ad divina, primo ſenſerunt ſtrepitum, & poſt voces clamantes: Diſcedamus ab his ſedibus.*

VIII. *Ruſticus quidam ante quartum annum belli, in die feſti Tabernaculorum, & plebeus, Ieſus nomine, Ananiae filius, caepit clamare: vox ab oriente: vox ab occidente: vox a quatuor ventis: vox ſuper Hieroſolymam & templum: vox ſuper ſponſos & ſponſas: vox ſuper univerſum populum: ſicque indeſinenter die noctuque clamabat per vicos, & plateas diſcurrendo: & flagellatus, ac percuſſus etiam ante iudicem uſque ad oſſa, ut taceret, quolibet die cum eiulatu ſemper illud replicabat, addens: Vae Hieroſolymis, vae maſculis . . . . . .* Reliqua deſiderantur.

Codex membranac. Ms. in 12. Saec. XIV. ab Hier. Lagomarſ. die 13. Octobr. 1740. collatus, & num. 83. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 48. In Cat. Montf. ſub num. LVI.



Digitized by Google

## M. T. DE AMICITIA.

Adde etiam

*De Senectute, & Paradoxa.*

Cod. XXVIII. I. pag. 1. CODex eſt anepigraphus, ſed continet primo M. T. Ciceronis de Amicitia Librum, cum correctionibus & adnotationibus quibuſdam in margine.

II. pag. 33. *b.* Eiuſdem de Senectute ſine titulo, item cum interpretationibus non contemnendis, & ſtemmate Archiepiſcopi cuiuſdam in calce calamo delineato.

III. pag. 62. Eiuſdem Paradoxa, item anepigrapha.

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XV. ineuntis, cum initiali prima littera illuminata, in cuius orbita familiae cuiuſdam ſtemma gentilitium apparet, repraeſentans in inferiori campo caeruleo tria aurea ſidera, in ſuperiori vero albo noctuam, ad cuius capitis latera habentur litterae *G. B.* ab Hieronymo Lagomarſinio die 13. Octobr. 1740. collatus, & num. 84. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 76. In Cat. Montfauc. ſub num. LVIII.

## M. T. DE AMICITIA.

Cod. XXIX. M. T. Ciceronis Liber de Amicitia ſine titulo, cum gloſſis interlinearibus perquam raris. Deſinit imperfecte in verbis: *quas qui impedire vult, eo quod deſiderium amici* . . . . . . . quae incidunt in cit. edit. pag. 966. verſ. 36.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIV. ab Hier. Lagomarſ. collatus die 13. Octobr. 1740. & num. 85. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 21. In Cat. Montf. forte ſub num. XLIII.

## TVLLIVS DE AMICITIA.

Cod. XXX. MArci Tullii Ciceronis de Amicitia Liber.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. ineuntis, cum initiali littera aurata & colorata, ab Hier. Lagomarſ. collatus die 13. Octobr. 1740. & num. 86. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 28. In Catal. Montfauc. forte ſub num. LX.

## M. T. DE SENECTVTE.

Adde etiam

*De Amicitia, & fragmentum Paradoxorum.*

Cod. XXXI. I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis de Senectute Liber. Ad Caput 74. huius Libri poſt verba *non cenſet*, intercidit pagina, mediis deperditis, uſque ad illa Capitis 78. *dicebam Pythagoram, Pythagoreoſque*.

II. pag. 21. *b.* Eiuſdem de Amicitia Liber abſque titulo, in cuius fine legitur: *Finit Liber de Amicitia. Deo gratias. Amen. cognoſcendi aliquid, & diſcendi* (ſic).

*Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,*
*Vivat in caelis ſemper cum Domino felix.*

III. pag. 43. *b.* Praefatio in Paradoxa, & primum Paradoxon, uſque ad illa Capitis IV. extremi verba: *neque eſt nullum* (ſic) *bonum, de quo non is, qui id habeat, honeſte* . . . . . quae habes in cit. edit. pag. 973. col. 1. verſ. 4. Praemittitur in Codice huic fragmento breviſſimus hic Prologus: *De Paradoxis liber incipit, in quo tractatur de ſummo, & honeſto bono ſecundum uniuſcuiuſque ſententiam Philoſophorum.*

*Stat ſua cuique dies, breve, & inreparabile tempus*
*Omnibus eſt vitae, ſed famam extendere factis*
*Hoc virtutis opus.*
*Carmina Maronis in undecimo.*
*Principiis obſta, ſero medicina paratur.*

Non ſolet huius Codicis ſcriptor compendiis vocabulorum uti, quod ferme reliqui.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. cum initialibus auratis & coloratis ad primum, & ſecundum opus, & cum raris quibuſdam gloſſis interlinearibus, ab alia manu exaratis, ab Hier. Lagomarſ. die 13. Octobr. 1740. collatus, & num. 87. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 45. In Cat. Montfauc. ſub num. XV.

## M. T. DE SENECTVTE.

Ac praeterea

*Alia eiuſdem ſcripta.*

Cod. XXXII. I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis de Senectute ad Titum Atticum Liber.

II. pag. 9. Eiuſdem Paradoxa Stoicorum ad Marcum Brutum.

III. pag. 13. *b.* Epiſtola M. Bruti ad Marcum Tullium. Inc. *Particulam litterarum tuarum, quas miſiſti Octavio legi*. Def. *ad reſiſtendum improborum conſiliis*. Eſt Epiſt. XVI. in Libro Epiſtolarum ad Brutum, cit. edit. Tom. II. pag. 549.

IV. pag. 15. Fragmentum Orationis M. Tullii Ciceronis pro A. Licinio Archia poëta, propter Codicis mutilationem ante hanc paginam 15. incipiens a verbis . . . . . *afficiebatur ſummo honore, quod eum non ſolum colebant &c.* & ad finem uſque progrediens, deſinit enim in verbis *certe ſcio*: quae in cit. edit. incidunt in Tom. I. a pag. 554. col. 2. verſ. 11. ad pag. 559.

V. pag. 17. Somnium P. Aemiliani Scipionis ex VI. de Rep. M. T. C.

VI. pag.

Digitized by Google

VI. pag. 19. M. T. Cic. fragmentum Orationis pro Deiotaro incipiens a verbis ..... *quod te, Caeſar, ignorare non arbitror, ſed praecipue ſingularis, & admiranda frugalitas*, Deſ. *conſervare clementiae tuae* (1). In citato Tom. I. a p. 754. col. 1. verſ. 18. ad p. 756.

VII. pag. 21. Senecae ad Novatum de Ira Libri III. anepigraphi. Primus inc. *Exegiſti a me Novate*. Tertius deſ. *immortalitas aderit*. Vt in editione, quam citabimus infra in Cod. XXXV. a pag. 506. ad pag. 583.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis diligentiſſime exaratus, cum notulis, & ſummariis in margine, ab Hier. Lagomarſ. collatus 26. Iul. 1740. & in claſſe Orat. num. 36., & Philoſoph. num. 77. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 42. In Cat. Montf. ſub num. XLIX.

## M. T. DE SOMNIO SCIPIONIS.

Cod. XXXIII. I. pag. 1. SOmnium Scipionis M. T. Ciceronis, excerptum ex Libro VI. de Republica, abſque tamen titulo.

II. pag. 3. *b*. Macrobii Ambroſii Theodoſii V. C. ex Cicerone in Somnium Scipionis Commentariorum Libri II. (2) ut alibi. In extremo voluminis a recentiore manu, forte poſſeſſoris nomen his verbis praenotatur: *Ser Benedicti Fortini*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. bene ſervatus, cum notis aliquot marginalibus & interlinearibus, ab Hier. Lagomarſ. collatus die 13. Octobr. 1740. & num. 88. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 57. In Catal. Montfauc. ſub num. LXIX.

## M. T. DE SOMNIO SCIPIONIS.

Cod. XXXIV. I. pag. 1. MArci T. Ciceronis de Somnio Scipionis (3).

II. pag. 11. M. Bruti, & aliorum Epiſtolae amoebaeae LXX. e Graeco in Latium traductae a Rinuccio, cum Praefatione ad Nicolaum V. Pont. Max. ut in Cod. XXV. Plut. XLVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 415. §. III.

III. pag. 34. *b*. Epitaphium Sextii Polenſis hiſtrionis (4). Inc. *Viatores cives optimi, vel advenae, ſive ſinguli, ſive bini inceditis, ſive turmatim, quod magis erit gratiae obſirmate greſſum &c.* Deſ. *abite in rem veſtram, viatores optimi, his nugis, ſtupbis, ambagibuſque meis condonati* (ſic) *poſthumis*. In fine legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, & Mediceo ſtemmate, annulo incluſo, in prima pagina; quoad Somnium Scipionis ab Hier. Lagomarſ. collatus die 13. Octobr. 1740. & num. 89. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 35. In Cat. Montf. ſub num. LV.

## SENECA DE BENEFICIIS.

Adde etiam

*Alia eiuſdem Opera*.

I. pag. 1. L. Annaei Senecae de Beneficiis ad Aebutium Libri VII. quorum primus inc. *Inter multos*, Septimus deſ. *perdere & dare*. Vt in editione cum notis variorum, curantibus I. Dalechampio, & Th. de Iuges Genevae MDCXXVIII. fol. a pag. 1. ad pag. 159. Cod. XXXV.

II. pag. 78. Eiuſdem de Ira ad Novatum Libri III. (5) ut in Cod. XXXII. huius Plutei ſupra pag. 105. §. VII.

III. pag. 116. *b*. Eiuſdem de Clementia ad Neronem Libri II. (6) Primus inc. *Scribere de clementia*. Alter deſ. *prava flectantur*. In cit. edit. a pag. 585. ad pag. 615.

IV. pag. 131. Eiuſdem de Providentia Dei ad Lucilium Libri II. Primus inc. *Quaeſiſti a me*. Deſ. *quod tam cito ſit, timetis diu*. Alter inc. *Tantum inter Stoicos*. Deſ. *humani generis*. In cit. edit. Liber I. a pag. 488. ad pag. 504. ubi unicus tantum de Providentia Liber eſt; alter a pag. 677. ad pag. 695. ſub titulo: *De Conſtantia Sapientis Liber ad Serenum*.

V. pag. 147. *b*. Eiuſdem de Vita Beata ad Gallionem Liber. Inc. *Vivere Gallio*. Deſ. *laudat navigationem*. Ibid. a p. 616. ad p. 647. (per errorem 447.) In unum enim coniungit Libros, qui in editione ſeiuncti ſunt, primum ſcilicet *de Vita Beata*, & alterum *de Otio, ſeu ſeceſſu Sapientis*.

VI. pag. 163. Sereni Epiſtola ad L. Annaeum Senecam. Inc. *Inquirenti mihi in me quaedam vitia apparebant*. Deſ. *& ſuccurre in conſpectu terrarum laboranti*. Eſt Caput I. ſequentis Libri de Tranquillitate animi ad Serenum, ibid. a pag. 649. ad pag. 651.

VII. pag. 164. *b*. Senecae de Tranquillitate animi ad Serenum Liber. Inc. *Quaero mehercles*. Deſ. *animum labentem*. Ibid. a pag. 653. ad pag. 674.

VIII. pag. 176. Eiuſdem de Brevitate Vitae ad Paullinum Liber. Inc. *Maior pars*. Deſ. *ducenda ſunt*. Ibid. a pag. 696. ad pag. 717.

IX. pag. 186. *b*. Eiuſdem Conſolatio ad Helbiam matrem. Inc. *Saepe iam, mater optima*. Deſ. *eſt omnibus ſaeculis*. Ibid. a pag. 769. ad pag. 791.

X. pag. 198. Eiuſdem Conſolatio ad Polybium; lege feliciter, ſuaviſſime mi Coſma (7). Inc.

(1) Male indicatur in Catal. Monfauc. ſic: *M. T. Cicer. fragmentum Orationis forte Ciceronis ad Senecam*.
(2) In margine ſuperiori alia manu notatum eſt: *Expoſitio Macrobii ſuper Somnium Scipionis*.
(3) Titulus additus recentiore manu.
(4) Titulus appoſitus eſt nova manu.
(5) Montfauc. duos tantum enunciat.
(6) Omiſit Montfauc.
(7) Ex his verbis eruitur Codicem ſcriptum fuiſſe pro Coſma ſeniore, qui poſtea dictus fuit *Pater Patriae*.

Digitized by Google

Inc. *Noſtra compares*. Deſ. *fremitus circumſonat*. Ibid. a pag. 718. ad pag. 733.

XI. pag. 207. *b.* Eiuſdem Conſolatio ad Martiam de morte filii. Inc. *Niſi te, Martia*. Deſ. *qui iſta iam novit*. Ibid. a pag. 734. ad pag 765.

XII. pag. 222. Eiuſdem ( ſeu potius M. Annaci Senecae Rhetoris ) Declamationum Libri X. cum Praefatione, quae inc. *Exigitis rem magis iucundam mihi, quam facilem*. Deſ. *diem ducere*. Declamatio I. ſeu potius Controverſia prima Libri I. inſcripta, *Patruus abdicatus*, inc. *Liberi parentes alant, aut vinciantur*. Vltima Libri X. deſ. *malo inventus*. Exſtant inter Opera M. Annaei Senecae edita Genevae, iiſdem I. Dalechampio, & Th. de Iuges curantibus, eodem anno MDCXXVIII. fol. a pag. 70. ad pag. 395. Animadvertendum tamen eſt, licet principium, & finis cum edito concordet, multo tamen contractiores eſſe huiuſmodi Libros in Codice, quam in editione. Interim vide Fabricium Biblioth. Lat. Tom. I. pag. 414. not (*a*) ubi illos, qui *Declamationes* inſcripſerunt, non minus falſos fuiſſe, quam qui eas L. Annaeo Philoſopho tribuerunt animadvertit; quum in hiſce libris non Declamationes, ſed ex Declamationibus ſelecta tantummodo, ſive chreſtomathiae contineantur.

XIII. pag. 269. *b.* Eiuſdem ( ſc. L. Annaei Senecae Philoſophi ) de Quaeſtionibus Naturalibus ad Lucilium Libri VII. Primus inc. *Quantum inter*. Septimus deſ. *& levi manu quaerimus*. In cit. edit. a pag. 792. ad pag. 915. In fine legitur: *Ego Antonius Marii filius Florentinus Crois abſolvi II Kal. Iunii MCCCCXXVI. Valeas qui legis*. Tum haec alia: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus, cum litteris ſingulorum librorum initialibus mirifice illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 347. In Cat. Montf. ſub num. XXXVI.

## SENECA DE BENEFICIIS.

Adde etiam

*Apuleii Opera quaedam.*

*Cod. XXXVI.* I. pag. 1. ANnaei Senecae de Beneficiis Libri VII. ut in Cod. ſuperiore §. I.

II. pag. 35. *b.* Eiuſdem de Clementia Libri II ad Neronem Imperatorem diſcipulum ſuum, ut ibid. §. III.

III. pag. 44. Mercurii Triſmegiſti Liber (1) ex Apuleii verſione, ut in Cod. XII Plut. LIV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 652. § II.

IV. p. 49. Apuleius de Dogmate Platonis. Ibid. pag. 653. §. III. De hoc autem intelligenda ſunt ea, quae de duorum librorum in unum coniunctione in dicto Codice adnotata reperies.

V. pag. 55. Eiuſdem de Philoſophia. Ibid. §. IV. ubi inſcribitur *De Mundo*.

VI. pag. 61. Eiuſdem de Deo Socratis Liber. Ibid. pag. 652. §. I. Tum ſubiicitur: *Liber iſte Colucii Pyerii de Stignano de Salutatis*. Inde quaedam occurrunt de Dracone habente capita quinque &c. & de eius interitu, quae quum brevia ſint, referre non piguit. Ea vero ſunt: *Trucidato Bon. ſtudio, draconis aſtutiis, habentis capita quinque, caudas plures, & alias* ( corr. *alas* ) *multas, inſurget populus contra draconem, fugabiturque violenter draco de cavea ſua cum capitibus & caudis ſuis, dimiſſis plumis & alis; dolebit draco de plumis hinc inde diſperſis, indignabitur contra alas, eo quod non praebuerunt ei volatum; & alae indignabuntur contra draconem, reminiſcentes morſuum draconis, & caudarum verbera, quae pertulerunt ante conſoderationem draconis, & concordabunt alae cum inimicis draconis contra draconem; manebunt pacifice deinde cum eis. Civitas vero veneno draconis afflicta, diebus aliquibus aegrotabit, ſed cito convaleſcet. Draco vero dentibus fremens, morietur in brevi. Capita vero draconis, impedientibus plumis, numquam reparabuntur. Gallus & Leo audientes de longe peſtiferi draconis exterminium, gaudebunt. Et his temporibus Gallus & Leo, vexillo Crucis Liguriam vincent, ſuperabit Leo per Gallum, donec veniet Aquila, cuius volatui nemo poterit reſiſtere, quae mittetur a Deo in vindictam gallinarum Galli.*

*Aquila flava ruet.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XI. optime ſervatus, ubi nonnullis in locis litterae quaedam nigriori atramento reformatae ſunt, cum ſummariis aliquot in margine, & Graecis verbis maiori littera ſuis locis adlatis. Conſtat foliis ſcriptis 66. In Cat. Montfauc. ſub num. VI.

## SENECA DE BENEFICIIS.

SEnecae Liber de Beneficiis; unico enim Libro hoc totum Opus conſtat, & in compendium redactum, in XXVII. Capita, cum ſuis rubricis, ſive argumentis dividitur. *Cod. XXXVII.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit elegantiſſimus, cum icone forte Auctoris in littera initiali, & ſtemmate gentis Mediceae, laurea corona incluſo. Conſtat foliis ſcriptis 50. In Cat. Montf. ſub num. XXXV.

SENE-

(1) In margine alia antiqua manu repoſitus fuit hic titulus: *Incipit ..... Triſmegiſton de holera ad Aſclepium allocuta feliciter*.

SENECA DE CLEMENTIA AD NERONEM.

Ac praeterea

*Alia eiuſdem Opera.*

Cod. XXXVIII. I. pag. 1. ANnaei Lucii Senecae de Clementia ad Neronem Libri II. ut in Cod. XXXV. §. III.

II. pag. 8. Epiſtolarum Libri XXII. ad Lucilium (1) cum indice argumentorum Epiſtolarum in principio, quae deinde ad ſingulas iterum Epiſtolas repetuntur: ſunt autem numero CXXIV. quarum prima inc. *Ita fac, mi Lucili &c.* Vltima deſ. *infeliciſſimos eſſe felices. Vale.* In cit. edit. a pag. 163. ad pag. 478.

III. pag. 105. *b.* Eiuſdem de Remediis fortuitorum Liber, cui praemittitur Prologus, ſeu argumentum operis, quod eſt huiuſmodi: *Hunc Librum compoſuit Seneca nobiliſſimus Orator ad Gallionem quemdam amicum ſuum contra omnes impetus, & machinamenta fortunae; fecit autem illum ſub dialogo, ut ſit ſenſus conquerens, & ratio confortans. Liber autem iſte, & ſenſuum maieſtate, & eloquii claritate, & ſententiarum brevitate refulget.* Liber inc. *Licet cunctorum.* Deſ. *ſed qui ſibi. Vides autem quam domi ſit iſta felicitas rara.* Ibid. a p. 944. ad p. 946. ubi definit in verbis *ſed qui ſibi.*

IV. pag. 107. *b.* Eiuſdem Tractatus de quatuor Virtutibus (ſc. Cardinalibus). Inc. *Quatuor virtutum ſpecies.* Deſ. *contemnat ignaviam.* Inter ſuppoſita Senecae recenſetur a Fabricio Biblioth. Latin. Tom. I. pag. 435. Vide quae diximus Tomo ſuperiore pag. 339. Cod. IV. §. III.

V. pag. 109. *b.* Eiuſdem Tractatus de Moribus. Inc. *Omne peccatum eſt actio.* Deſ. *quibus quidquid libuit, licuit.* Hic quoque inter ſuppoſita refertur a Fabricio loc. cit.

VI. pag. 111. *b.* Eiuſdem (ſeu potius M. Annaei Senecae Rhetoris) principium Libri primi Declamationum ad Novatum Senecam, Meli filium. Inc. *Exigitis rem magis iucundam.* Definit in verbis *ne me quaſi certum aliquem . . . . . .* Vide de hoc Opere quae diximus in Cod. XXXV. huius Plutei ſupra pag. 107. §. XII.

VII. pag. 112. Eiuſdem de Providentia Dei Libri II. ad Lucilium, ut in dicto Cod. XXXV. §. IV. In hoc autem Liber ſecundus inſcribitur *Ad Serenum.*

VIII. pag. 120. Eiuſdem de Beata Vita ad Gallionem Liber, ut ibid. §. V.

IX. pag. 127. *b.* Eiuſdem Liber de Brevitate Vitae ad Paullinum. Inc. *Maior pars mortalium.* Deſ. *gravis fremitet & circumſonat.* Tum repetitur titulus, ut in principio. In cit. edit. a pag. 696. ad pag. 733. Ex duobus enim Libris, altero ad Paullinum de brevitate Vitae, & altero ad Polybium de Conſolatione, unus in Codice conflatur.

X. pag. 137. *b.* Epiſtolae Senecae ad Paullum, & Paulli ad Senecam XIV. quibus praemittitur teſtimonium S. Hieronymi de Seneca in Catalogo Sanctorum, & Epitaphium eiuſdem Senecae. De his vide quae diximus in Tomo ſuperiore pag. 335. Cod. II. §. I.

XI. pag. 139. Proverbia Senecae per alphabetum. Inc. *Alienum eſt omne quidquid optando venit.* Deſ. *zelari autem vitioſum eſt.*

XII. pag. 141. *b.* Eiuſdem alia Proverbia. Inc. *Non quid, ſed quemadmodum feras intereſt.* Deſ. *quibus hoc diutius propoſitum eſt.* Haec quoque, quae ſub nomine *Proverbiorum, & Auctoritatum Senecae* aliquoties vulgata ſunt non diu poſt repertam typographiam, arbitratur idem Fabricius loc. cit. ex eiuſdem Senecae & aliorum ſcriptis eſſe decerpta; ſubiungitque nota (*b*) Proverbia iſta ab Eberhardo Bethunienſi circa annum MCXX. verſibus fuiſſe reddita.

XIII. pag. 144. Eiuſdem de Beneficiis ad Liberalem (2) Libri VII. ut in dicto Cod. XXXV. §. I.

Adſunt in margine notae quaedam ad Librum de Clementia, & progrediuntur uſque ad Epiſtolam XIX. & ad Libros de Beneficiis. In principio autem Codicis duo adſcribuntur Senecae Operum indiculi, alter eorum, quae in hoc continentur volumine, alter *ex Operibus Senecae*, ut ſcribitur in margine, *quae dicuntur & hic deficiunt.* Hic vero ſecundus ſequens eſt:

*De Tranquillitate Animi Lib. I.*
*De Conſolatione ad Polybium Lib. I.*
*Ad Elbiam Lib. I.*
*Ad Martiam Lib. I.*
*De Ira Libri III.*
*Declamationum Libri X.*
*Naturalium Quaeſtionum Libri VI.*
*De Verborum copia.*
*Satyra, ſive Ludus.*
*Contra ſuperſtitiones Iudaeorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. diligenter exaratus, cum titulis Librorum, & Capitum rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 163. In Cat. Montf. ſub num. XXXI.

SENECA DE CLEMENTIA.

Ac praeterea

*Ciceronis pauca quaedam.*

I. pag. 1. ANnaei Senecae de Clementia Libri II. ad Neronem ſine titulo, ut in Cod. XXXV. §. III. in quorum fine legitur rubris litteris: *Scriptum anno a* Cod. XXXIX.

(1) His praemittitur haec de Senecae Epiſtolis notitia: *Mentis colonus, & cultor morum, Lucius Annaeus Seneca, & moralis Philoſophiae cultor ſtudioſiſſimus, & beatiſſimo Paullo Apoſtolo mira familiaritate coniunctus, ad amicum ſuum Lucilium has morales ſcit Epiſtolas, per Libros diſtinguens, mira exhortatione doctrinam moralem continentes.*

(2) Eo quod diceretur *Aebutius Liberalis*, ideo in aliquibus Codicibus reponitur ſecundum nomen pro primo.

Digitized by Google

*no a Nativitate Domini MCCCCLV. die XII. Aprilis.*

II. pag. 22. M. T. Ciceronis de Somnio Scipionis Africani, ut alibi. Titulus nova manu repoſitus fuit, antiquam enim rubricam corroſivus quidam liquor fere totam delevit.

III. pag. 29. Eiuſdem de Stoicorum Paradoxis ad Brutum Libellus, ut alibi. In fine ſcriptum eſt: *Suaviſſimo fratri ſuo Ioanni Dinezano Bernardinus Mazonus S. P. D. MCCCCLVIII. die 2. Aprilis.*

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 41. In Cat. Montf. ſub num. XXXIV.

## SENECAE EPISTOLAE.

Cod. XL. LVcii Annaei Senecae ad Lucilium Epiſtolae LXV. ut in edit. cit. a pag. 163. ad pag. 281. Librorum tamen diviſio diverſa eſt: heic enim Epiſtola ultima, nempe LXV., eſt III. Libri VII. quum in edit. ſit ultima Libri VIII. Praemittuntur ſingulis argumenta cum brevibus aliquot adnotationibus, variis lectionibus, & correctionibus diverſa manu, partim antiqua, non tamen eiuſdem aetatis, ac prior Codicis ſcriptura, partim recentiori manu exaratis. In fine Libri IV. cuius Epiſtola ultima eſt XLI. (pag. Cod. 41. *b*) haec leguntur litteris quadratis: *L. Annei Senecae Lucilio ſuo litterarum Moralium ad Lucil.* (ſic) *Liber IIII. explicit. Incipit eiuſdem Liber V. feliciter. Vivas & plura conficias.*

In principio Codicis medicamenta quaedam leguntur *contra dolorem flancorum, contra lapidem, ad faciendum azurrum, modus aptandi azurrum ad laborandum*, & quidem ita:

1. *Contra dolorem flancorum* ℞. *de ſuco ſcabioſae minoris, & de pulvere corali rubei, & bibe; probatum eſt. & ſit quantitas eius trium, vel quatuor coclearium.*

2. *Contra lapidem, vel contra velam* ℞. *de ſemine geneſtae, & buliatur in vino vel aqua, & potetur in pluribus vicibus ad quantitatem pro vice parvi turis; probatum eſt.*

3. *Ad faciendum azurrum accipe ollam novam, & in ea calcem bonam pone uſque ad medietatem ollae; deinde imple ipſam forti aceto, ipſamque ollam bene opturatam in calido loco pone, ſcilicet ſub fimo, vel ſub vinacia, ubi per menſem continuum ſtare dimitte, & poſt menſem ollam accipe, & acetum quod ſupererit azurrum fuerit: aliud vero nullum valorem habebit.*

4. *Fit etiam aliter cum lapide lazuli, ipſum lapidem in olla poſitum ſicando in furno, ſed difficilius non curavi ponere.*

5. *Modus aptandi azurrum ad laborandum. Mole ipſum ſuper petram aliquantulum; poſtea cola per pannum delicatum, ut mundior ſit: quo aptato & ſiccato pone claram novam & fortem; poſtea accipe de vitello ovi crudi, & miſce cum aqua & cum vino aequaliter, & unius partem mitte in colore, & faciet melius exire de penna: & ſi nigrior fuerit, bis, vel ter lavabis aqua, & meliorabitur.*

Codex membranac. Ms. in 4. fere quadrato Saec. XI. vere inſignis, cuius tituli Epiſtolarum rubris, & maioribus litteris ad illas Virgilii Medicei ferme accedentibus exarati ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 68. In Catal. Montf. ſub num. XXXIII.

## SENECAE OPVSCVLA.

I. pag. 1. SEnecae ad Lucilium, Quare multa mala bonis viris accidant, ſeu Liber de Providentia Dei, ut in edit. cit. a pag. 488. ad pag. 504. Cod. XLI.

II. pag. 8. *b.* Eiuſdem ad Serenum, Sapientem non accipere iniuriam, nec contumeliam. Ibid. a pag. 677. ad pag. 695.

III. pag. 19. Eiuſdem ad Novatum de Ira Libri III. ut ibid. a pag. 506. ad pag. 583. Heic ſingulis Libris peculiaris praefigitur titulus. Liber I. inſcribitur: *De ſpeciebus & incommodis irae.* Liber ſecundus: *Qualiter ira incipiat, & de remediis propriae irae.* Tertius: *De occaſionibus irae, ac de remediis tum propriae, quam alienae.*

IV. pag. 57. *b.* Eiuſdem ad Martiam de Conſolatione filii, ut in dicto Cod. XXXV. ſupra pag. 107. §. XI.

V. pag. 71. *b.* Eiuſdem ad Gallionem de Vita Beata, ut ibid. §. V.

VI. pag. 87. Sereni Conſultatio ad Senecam de Tranquillitate Animi, ut ibid. §. VI.

VII. pag. 88. *b.* Senecae ad Serenum reſponſio de Tranquillitate Animi. Ibid. §. VII.

VIII. pag. 101. Eiuſdem ad Paullinum de Brevitate Vitae. Ibid. §. VIII.

IX. pag. 112. Eiuſdem ad Helbiam matrem de Conſolatione. Ibid. §. IX.

X. pag. 124. Eiuſdem ad Polybium de Conſolatione. Ibid. §. X.

XI. pag. 134. Eiuſdem de quatuor Virtutibus, ut in Cod. XXXVIII. ſupra pag. 109. §. IV. In fine variae appoſitae erant epigraphae, quae poſtea fuerunt omnino eraſae. In una tamen videtur poſſe legi: *Iſte liber eſt Monaſterii Sancti Salvatoris de Septimo &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, variis aliquot lectionibus, & correctionibus, & indiculo opuſculorum in principio. Conſtat foliis ſcriptis 137. In Catal. Montf. ſub num XXXII. valde tamen ieiune deſcriptus.

PLA-

Digitized by Google

## PLATONIS EPISTOLAE LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Adde etiam

*Baſilii, & Xenophontis quaedam, eodem interprete, & Onoſandri Librum de Optimo Imperatore ex interpretatione Nicolai Secundini.*

Cod. XLII. I. pag. 1. PLatonis Epiſtolae a Leonardo Arretino e Graeco in Latinum converſae, cum Prooemio ad Coſmam Medicem, quod inc. *Inter clamoſos ſtrepitus, negociorumque procellas, quibus Florentina palatia, quaſi euripus quidam ſurſum deorſumque aſſidue fluctuans, quum ſingula non dicta modo, ſed verba etiam interrumperentur, tamen, ut potui, Latinas effeci Platonis Epiſtolas*. Deſ. *non fruſtra collatum oſtendas*. Tum ſequitur argumentum, quod inc. *Ter Syracuſas profectus eſt Plato*. Deſ. *neque cùm hoc maieſtate Platonis commiſcendam cenſui*. Epiſtolae ſunt XII. omnes Platonis, praeter primam, quarum inſcriptiones, & initia ita habent: Epiſtola I. pag. 5. inſcrib. *Dionis Syracuſani Dionyſio & fratribus*. Inc. *Ego tam longa vobis opera aſſiduitateque impenſa*. Deſ. *quo erga ceteros probabilius te geras*. Epiſt. II. pag. 6. *Platonis ad Dionyſium*. Inc. *Audivi ex Archidamo te cenſere non ſolum me, ſed familiares etiam meos nihil mali adverſus te loqui debere, aut agere, Dione ſolum excepto*. Deſ. *vale, & hanc epiſtolam, pluries quum eam legeris comburre*. Ep. III. pag. 11. *Eiuſdem ad eumdem*. Inc. *Petis, an rectius ponatur in ſalutationibus, gaudere*. Deſ. *ex mendaci ſermone in verum traducas*. Ep. IV. pag. 16. *b. Eiuſdem Dioni Syracuſano*. Inc. *Puto manifeſtam per omne tempus fore propenſiſſimam voluntatem meam*. Deſ. *ſuperbia vero ſolitudinem amicorum parit*. Ep. V. pag. 18. *b. Eiuſdem Perdiccae*. Inc. *Euphraeo ſuaſi, quemadmodum ad me ſcripſiſti*. Deſ. *ſe onerandum putaret*. Ep. VI. pag. 19. *b. Eiuſdem Hermiae, Eraſto, & Doriſco*. Inc. *Mihi quidem videtur Deorum aliquis fortunam vobis optimam benigne abundeque paraſſe*. Deſ. *felicitatem nanciſcamur*. Ep. VII. pag. 21. *Eiuſdem Hipparino, ceteriſque Principibus Syracuſas tenentibus*. Inc. *Scripſiſtis mihi cenſere vos eamdem mentem in republica eſſe vobis conſervandam*. Deſ. *ſatis quidem nobis dictum eſſet*. Ep. VIII. pag. 53. *b. Eiuſdem Syracuſanis & ſociis*. Inc. *Qua maxime ſententia proſperae ſuccedant res, conabor vobis, quantum valeo, enarrare*. Deſ. *opere felicitateque adimpleatis*. Ep. IX. pag. 60. *Eiuſdem Architae Tarentino*. Inc. *Venerunt ad nos Archippus & Philonides epiſtolam ferentes*. Deſ. *& propter ipſum adoleſcentem. Vale*. Ep. X. pag. ead. *b. Eiuſdem Ariſtodoro*. Inc. *Audio te imprimis familiarem eſſe Dionis*. Deſ. *puto appellares. Vale igitur, & in tuis perſevera moribus*. Ep. XI. pag. 61. *Eiuſdem Amyntae*. Inc. *Scripſimus tibi etiam prius*. Deſ. *neque ea negligere. Vale*. Ep. XII. pag. 62. *Plato Athenienſi* (1). Inc. *Quae venerunt commentaria, mirabile quam libenter accepimus*. Deſ. *itaque nihil eſt opus cohortatione. Vale*. Tum ſubiicitur: *Finis Epiſtolarum Platonis*. De his agit fuſius Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Leon. Arretini Ep. pag. LXXIV. & Mazzuch. loc. cit. ubi de Leonardo agit Arretino, ac omnes eiuſdem Laurentianos commemorat Codices.

II. pag. 63. Baſilii Oratio de ſtudiis ſaecularibus traducta per Leonardum Arretinum, praevia Epiſtola ad Coluccium Salutatum, ut in Tomo ſuperiore pag. 734. § IV.

III. pag. 83. Xenophontis philoſophi de Vita Tyrannica Liber traductus per eumdem Leonard. cum Praefatione ad Nicolaum Niccolum, ut ibid. pag. 733. §. III.

IV. pag. 107. Eiuſdem Praefectus Equitum, ( forte interprete eodem Leonardo Arretino ). Inc. *Principio quidem caeſis beſtiis, a Diis immortalibus precari oportet*. Deſ. *religioſe caſteque Deos & colunt, & venerantur*.

V. pag. 133. Onoſandri Liber de Optimo Imperatore a Nicolao Secundino e Graeco in Latinum converſus, cum Praefatione ad Alphonſum Aragonum Regem (2), quae inc. *Superiori tempore, Sereniſſime Rex, quum apud Maieſtatem tuam inclyti Senatus Veneti iuſſu, annum ferme in urbe Neapoli egiſſem, ſatis intelligere potui, multiſque rationibus conjecturam facile feci, quam gratum, quamque acceptum Amplitudini tuae foret, ſi Onoſandri Librum, quem Graece ad Q. Veranium de Optimo Imperatore conſcripſit, & non ineleganter compoſuit, Latinum ipſe efficerem*. Deſ. *ſed iam Onoſandrum ipſum audiamus*. Liber inc. *Equitandi, aut venandi, piſcandi denique, vel agros colendi diſciplinam, & leges ab illo edi oportere exiſtimo, qui huiuſmodi rerum ſtudio vehementer oblectari ſolet*. Deſ. *ſapiens Imperator, atque cuſtos, & moderator diligentiſſimus*. Saepius lucem vidit haec Onoſandri Latina verſio, ut Venetiis cum Vegetio, & Baſileae MDXLI., MDLVIII., & MDLXX. 8.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum litteris mirifice illuminatis, & cum pulcherrima pictura in principio, in qua Leonardi Arretini effigies, & Saxettae gentis ſtemma exhibetur. Conſtat foliis ſcriptis 200. In Cat. Montf. ſub num. III.



(1) Deſideratur eius nomen, ad quem miſſa eſt Epiſtola.
(2) Omiſſa eſt in edit. Baſileenſi A. MDLVIII. 8. quam prae manibus habemus.

## PLATONIS EPISTOLAE LEON. ARRET. INTERPRETE.

Ac praeterea

*Alia eiuſdem philoſophi ſcripta, eodem Arretino interprete.*

Cod. XLIII. I. pag. 1. PLatonis Epiſtolae de Graeco in Latinum traductae a Leonardo Arretino ad Coſmam Medicem, ut in Codice ſuperiore §. I.

II. pag. 37. Eiuſdem Liber, qui dicitur Phaedrus, ab eodem Leonardo Arretino traductus, cum Praefatione ad Antonium Luſcum, cuius initium eſt: *Subgloriari licet, videntiſſime Luſce*. Deſ. *tam luculentum adſpicias. Vale*. Tum ſequitur argumentum, quod inc. *Lyſias fuit Orator, antiqua, ut quidam tradunt, origine Syracuſanus*. Deſ. *o amice Phaedre, quonam, & unde*. Liber inc. *O amice Phaedre, quonam, & unde? A Lyſia, o Socrates, Cephali filio*. Deſ. *ſi pergat ad hunc tuum, alium ſuum conferre*. Memoratur a Laur. Mehus in cit. Praefat. ad eius Epiſtolas pag. LXXVI.

III. pag. 50. Eiuſdem Apologia Socratis, eodem Leonardo Arretino interprete, cum argumento, quod inc. *Socrates Philoſophus, vir omnium innocentiſſimus*. Deſ. *victoriae tamen inimici fuere*. Apologia inc. *Quid vobis acciderit, iudices*. Deſ. *incertum eſt omnibus, praeterquam Deo*. Ibid.

IV. pag. 68. Eiuſdem Crito, vel de eo, quod agendum eſt, eodem Leonardo Arretino interprete, cum argumento, quod inc. *Damnato Socrate*. Deſ. *ad cognitionem, diſciplinamque noſtram*. Liber inc. *Quid tu hoc temporis veniſti, o Crito?* Deſ. *quoniam hoc Deus agendum monſtrat*. Ibidem.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, & pulcherrima pictura in principio, in qua Leonardi Arretini effigies vivis coloribus expreſſa, Mediceum ſtemma octo conſtans pilis, & aureus titulus exhibetur, cum indice Opuſculorum in principio, & epigraphe in fine: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.* Conſtat foliis ſcriptis 76. In Cat. Montf. ſub num. XIII.

## LEONARDI ARRETINI VARIA.

Ac praeterea

*Cicero de Officiis.*

Cod. XLIV. I. pag. 1. LEonardi Arretini Opuſcula varia anepigrapha, videlicet primo Iſagogicon Moralis Diſciplinae (1) ad Galeottum Ricaſulanum, ut in Tomo ſuperiore pag. 512. Cod. XXI. §. II.

II. pag. 10. *b.* Eiuſdem Oratio in Hypocritas, ut in dicto Tomo pag. 545. Cod. III. §. III.

III. pag. 15. *b.* Eiuſdem Oratio in Nebulonem maledicum, ut ibidem pag. 549. §. VII. cum quo etiam quoad finem mirifice convenit.

IV. pag. 25. M. T. C. de Officiis ad Marcum filium Libri III. ut alibi.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, quoad Libros Ciceronis ab Hier. Lagomarſ. die 17. Octobr. 1740. collatus, & num. 90. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 83. In Cat. Montf. ſub num. XIV.

## D. THOMAS DE REGE, ET REGNO.

LIber (ſeu potius Libri IV.) de Rege & Regno, inceptus a Venerabili Doctore Sancto Thoma de Aquino Ordinis Praedicatorum, poſtea completus a Fratre Ptolemaeo de Luca eiuſdem Ordinis, qui tandem fuit Epiſcopus Torcellanus, ad Regem Cypri. Praecedit Prooemium ad dictum Regem, quod inc. *Cogitanti mihi quid offerrem Regiae Maieſtati, meaeque profeſſioni & officio congruum*. Deſ. *ex illius exſpectans auxilio, qui eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium, per quem Reges regnant, Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes deos*. Liber primus inc. *Principium autem intentionis noſtrae hinc ſumere oportet*. Liber quartus deſ. *quia hoc eſt impedire intellectum addiſcentis, & eſt contra normam docendi*. Tum repetitur titulus ut ſupra. Exſtant inter Opera D. Thomae edit. Venetae MDXCIII. fol. Tom. XVII. a pag. 161. ad pag. 193. Cod. XLV.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum littera initiali primi Libri aurata & colorata, & reliquis minio depictis. Conſtat foliis ſcriptis 132. In Cat. Montf. ſub num. XIX.

## NICOLAI TREVEHT EXPOSITIO IN LIB. BOETHII DE CONSOLATIONE.

EXpoſitio Fratris Nicolai Treveht (2) Anglici Magiſtri in Sacra Theologia de Ordine Praedicatorum ſuper Libris V. Boëthii de Conſolatione. Inc. *Explanationem Librorum Boëthii de Conſolatione Philoſophica aggreſſurus, votis quorumdam Fratrum ſatisfacere cupiens, qui me ex profeſſione Ordinis Praedicatorum tam maioribus, quam minoribus Apoſtolico debito obligatum ad hoc propter nonnulla, quae in eis videbantur obſcura, devota ſupplicatione compulerunt, hiſtoriam Theodorici Regis Gothorum ex diver-* Cod. XLVI.

(1) Male innuit hoc Opus Montfauconius, dum pro *Moralis Diſciplinae* legit *Militaris Diſciplinae*.

(2) Nicolaus Trivettus (de Treveth, Traveth, ſive Triveth) Thomae Trivetti Iuſtitiarii Militis, ſive Equitis Angli filius, Ord. Praedicatorum, in Conventu Dominicanorum Londinenſi Prior, Grammaticus, Poëta, Rhetor, Hiſtoricus, Mathematicus, Philoſophus, & Theologus, diem obiit anno Chr. MCCCXXVIII. ſeptuagenario proximus. Eius Operum elenchum vide apud Fabric. Biblioth. med. & inf. Lat. Tom. V. pag. 133. & ſeqq.

Digitized by Google

*diverſis chronicis collectam cenſui praelibandam.* Deſ. *qui eſt index actuum noſtrorum, unde ſubditur: quum agitis ante oculos, ideſt quum actiones veſtrae ſint in proſpectu iudicis cernentis cuncta, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui ſit honor, & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen. Et ſic terminatur liber quintus & ultimus, qui in toto libro habet proſas XXXIX. & metra totidem; qui Liber expletus fuit ſub annis Domini noſtri Ieſu Chriſti MCCCLXXXXIII. die 11. Auguſti die ſabbati.* Tum rubrica ſubiungitur ab eadem manu: *Hunc librum fecit ſcribere Scolaius* (1) *Nepi de Spinis, dum erat Capitaneus pro Communi Florentiae Civitatis Aretii.* Citatur hic idem Codex ab Iacobo Quetif in Hiſtoria Scriptor. Ord. Praedicat. Tom. I. pag. 562. quem vide.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. exeuntis, in quo Boëthii textus maiori, & explanatio minori charactere eſt exarata, initiales Librorum litterae auratae ſunt & coloratae: Capitum vero minio tantum elaboratae; in prima autem pagina, praeter picturam, quae totum undequaque marginem ornat, exhibetur etiam pictus Boëthius ad carceris feneſtram librum ſuum manibus tenens, & in ipſius calce ſtemma viſitur familiae Albertorum. Conſtat foliis ſcriptis 126. In Cat. Montf. ſub num. XXVIII.

## NICOLAI TREVEHT EXPOSITIO IN LIB. BOETHII DE CONSOLATIONE.

*Cod. XLVII.* ALiud Exemplar Expoſitionis Fratris Nicolai Trevehe ſuper quinque Libros Boëthii de Conſolatione, ut in Codice ſuperiore. Heic tamen ſola Expoſitio habetur, ſine Boëthii textu, cuius ſectionum prima tantummodo verba indicantur. In fine legitur Synopſis totius Operis Boëthii, ſequentibus verſibus comprehenſa:

*Auctorem primus conſolandum miſerum dat:*
*Triſtitiae cauſſam liber explicit inde ſecundus:*
*Tertius in rebus mundi non eſſe dolendum:*
*Hunc conſolatum auctorem denique quartus:*
*Quintus perfectum notat hunc, & rite refectum.*
*Dat triplices queſtus liber* (2) *pars prima prioris:*
*Inde Severina pars altera dicit benefacta:*
*Exſilii cauſſas hominum regimen quoque plorat:*
*Ultima quaerendo quam ſit mens laeſa requirit.*
*Mores fortunae qui ſunt* (3) *in parte ſecunda* (4)
*Prima diſquirit fortunae verba loquendo:*
*Altera felicem probat, approbat, & miſerum dat:*
*Ultima non facere fortunae dona beatum.*
*In tertii prima docet us natura ſuadet*
*Quod capiat ſibi quiſque bonum; pars altera monſtrat*
*In rebus mundi nullum felicem eſſe,*
*In quibus falſa boni ſpecies tantum reperitur:*
*Tertia dat cauſſam, dat quarta ſic, an ſit, ubi, quid*
*Vera bonum ſpes* (5), *deitas quoque iure vocatur.*
*In prima quarti dicit contingere iuſtis*
*Proſpera, ſed pravis mala tantum, quod probat apte:*
*Parſque ſecunda Deos iuſtos probat, maloſque*
*Non homines, ſed bruta magis quam corpore ſi ſint:*
*Tertia victuros dudum pravo* (6) *ſine poena*
*Plus infelices quod* (7) *ſi mors poenaque detur:*
*Quartaque pars primo quaerit, ſolvitque ſecundo,*
*Cur bona ſint malis, iuſti mala cur patiantur.*
*Quinti prima petit ſolum caſus, quid, & an ſit,*
*Altera pars quaerit, quid arbitrium ſit, & quae ſit,*
*Tertia pars, quid notio tunc operetur:*
*Inde Dei quaedam ſententia falſa refertur,*
*Et plene primo dat cauſſam cur reprobetur,*
*Solvendi radix quae ſit datur in ſecundo:*
*Poſt haec ponetur quae vera ſolutio fiat.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. cum littera initiali libri primi aurea. Conſtat foliis ſcriptis 114. In Cat. Montf. ſub num. XXIX.

## NICOLAI TIGNOSII EXPOSITIO IN ETHICAM ARISTOTELIS.

NIcolai Tignoſii Fulginatis Philoſophi, & Medici Commentarii ſupra Libros Ethicorum Ariſtotelis, cum Praefatione ad Petrum Medicem Coſmae filium Vexilliferum Iuſtitiae Populi Florentini, quae inc. *Non argentum, non aurum, nec gemmae, vel lapides pretioſi.* Deſ. *ſi legere nequaquam potueris privatis publiciſque negotiis impeditus, nobis permaximum ſit, quando intra lares tuos domeſticos cum libellis aliis continebis.* Comment. inc. *Omnis ars &c. Acturus Philoſophus de ultimo fine hominis, & hic quum iam probaturus eſſet,* *Cod. XLVIII.*

H 2

(1) Ita habet Codex. Montfauconius tamen legit *Scholarius*, qui praeterea addit, ſcriptum fuiſſe Codicem manu *Baptiſtae de Saxolis*. quod nos quidem nomen minime notatum reperimus.
(2) lege *libri*
(3) l. *ſunt*
(4) l. *ſecundi*
(5) l. *ſpecies*
(6) l. *pravos*
(7) l. *quam*

Digitized by Google

*ſet , quod rerum humanarum aliquis finis ultimus eſt* . Deſ. *& eum immunem ab omni macula ad imaginem , & ſuam ſimilitudinem Deus fecit , quando talem ſpiritum vitae inſufflavit in hominem . Is igitur , qui eſt Trinus & Vnus , ſit benedictus in ſaecula . Amen* . Non recenſuit hoc Tignoſii Opus Fabruccius Opuſc. XII. de Piſana Vniverſitate pag. 54. ubi de eo loquitur.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. optime exaratus, cum littera initiali auro variiſque coloribus depicta, & effigie auctoris in principio. Conſtat foliis ſcriptis 233. In Catal. Montfauc. ſub num. XXXVIII.

## NICOLAI TIGNOSII EXPOSITIO IN ETHICAM ARIST.

*Cod. XLIX.* ALiud Exemplar Commentarii Nicolai Tignoſii Fulginatis in Ariſtotelis Ethicorum Libros, ut in Codice ſuperiore; heic tamen textus Philoſophi rubrica adfertur, & in fine maioribus rubris litteris legitur: Τέλος. *Finis* Α. Ω. *Doctiſſimi viri Magiſtri Nicolai Fulginatis Commentum in Ariſtotelis Ethicorum decimum, & ultimum Librum ad Petrum Medicen praeſtantiſſimum noſtrae Florentinae Civitatis civem explicit feliciter*. Tum paullo inferius: *Liber Petri de Medicis Coſ. F.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis elegantiſſime exaratus, cum initialibus Librorum mirifice illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una Operis titulum, aureis maioribus litteris expreſſum, & laurea corona incluſum; alia auctoris effigiem, vivis coloribus delineatam, & Mediceum ſtemma ſeptem conſtans pilis, adſcripto emblemate, *ſemper*, una cum aliis ornamentis exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 198. In Catal. Montf. ſub num. XXXIX.

## POGGIVS DE FORTVNAE VARIETATE.

*Cod. L.* I. pag. 1. POggii Florentini de Varietate Fortunae Liber ad Nicolaum Pontificem V. Inc. *Nuper , quum Pontifex Martinus paullo ante , quam diem ſuum obiret , ab Vrbe in agrum Tuſculanum ſeceſſiſſet valitudinis gratia , nos autem eſſemus negociis curiſque publicis vacui , viſebamus ſaepius deſerta Vrbis , Antonius Luſcus vir clariſſimus , egoque admirantes animo ob veterem collapſorum aedificiorum magnitudinem* . Deſ. *ſed paſſim prout quodque fortunae opus conſpiciendum ſe dabit , in quod oratio incurrat* . Hic liber de Varietate Fortunae urbis Romae, & de ruina eiuſdem recuſus eſt in Tom. I. Novi Theſauri Antiquitat. Al. Henrici de Sallengre Hagae Com. MDCCXVI. fol. pag. 497. ſeqq.

II. pag. 33. Flavii Blondi Forolivienſis Romae Inſtauratae (1) Libri III. praeviis unicuique Capitum elenchis, primo vero etiam Epiſtola ad Eugenium IV. ut in Cod. IV. Plut. LIV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 638. §. II. ubi tamen corrigendum initium Libri I. & pro verbis: *Vrbis Romae rerum dominae &c.* reponenda ſunt verba: *Romam in Latio ad Tiberim amnem &c.* In fine legitur: *Fr. Saxettus Thomae filius civis Florentinus faciundum curavit . Mitia fata mihi* .

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. nitidiſſimus, cum ſummariis in margine rubrica exaratis, pictura in principio, & initialibus Librorum litteris auro & minio exornatis. Conſtat foliis ſcriptis 184. In Cat. Montf. ſub num. LXVI.

## PETRI ILLICINI EXPOSITIO PLATONIS POLITICAE, ET ALIA.

I. pag. 1. PRolegomena in Platonis Politicam de optimo Reip. ſtatu, auctore Petro Illicino (2) Iuriſconſulto, cum Epiſtola Nuncupatoria *Excellentiſſimo atque optimo Principi Domino D. Coſmae Mediceo Florentiae, ac totius Etruriae Duci Domino ſuo Clementiſſimo*, quae inc. *Quum multa ſint Rerumpublicarum genera* . Deſ. *de quibus idem Plato & Ariſtoteles in Politicis diſputarunt . Vale . Ex Hungaria Idibus Maii MDLXI.* (3). Prolegomena inc. *Platonis Dialogum de Regno explanaturus , non alienum eſſe duxi de optimo Reip. ſtatu quaerere* . Deſ. *iuſteque rerum geſtarum exempla* . *Cod. LI.*

II. pag. 37. *b*. Eiuſdem de Lege ac Iure Romano Praefatio in celeberrimo Viennenſi Gymnaſio anno MDLI. facta. Inc. *Romanorum Ius hoc ampliſſimo in loco expoſiturus* . Deſ. *non doctorum denique benevolentia & ſedulitas a vobis deſiderari ullo modo poteſt . Dixi* .

III. pag. 63. Eiuſdem de Hiſtoria, & partibus Iuris Romani Praefatio. Inc. *In ſuperiore Praefatione mea legis originem* . Deſ. *qui humanitate ſit omni , ac civilitate excultus . Dixi* .

IV. pag. 78. *b*. Eiuſdem de malorum noſtrorum cauſſa, & de iuventutis inſtituendae cura ſermo factus in Regno Poloniae Cracoviae. Inc. *Saepenumero in omni aetate ſapientiſſimi homines* . Deſ. *ſi immortalitatis gloriam & beatitudinem aſſequi ſtudes* .

V. pag. 112. *b*. Eiuſdem ad Excellentiſſimum, & Illuſtriſſimum Chriſtianiſſimumque totius Tuſciae Principem D. D. Coſmam Medicem Aſclepiadeum. Inc.

*Multorum ſoboles maxima Principum* .

Deſ.

*Vt regnas hominum magnus in urbibus* .

Nihil

(1) In Codice tamen perperam legitur: *Italiae Illuſtratae* .

(2) Montfauc. *Illicinum* appellat.

(3) In ea agit, melius eſſe unius imperium, Democratia, & Oligarchia; affirmatque primum ſequens opuſculum quod Commentariolum de optimo Reip. ſtatu, ſeu praefationem appellat a ſe Cracoviae elucubratum fuiſſe, quum Platonis Politicam Graeca lingua publico in gymnaſio interpretaretur.

Digitized by Google

Nihil de hoc Scriptore habes apud Fabricium. Forte eſt ex Monte Ilicino, urbe Senenſis ditionis.

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XVI. Conſtat foliis ſcriptis 114. In Catal. Montfauc. ſub num LXX.

## POGGIVS FLOR. DE HVMANA MISERIA.

Cod. LII. POggii Florentini de Miſeria Conditionis Humanae Libri II. ad Illuſtrem Principem Sigiſmundum Pandulphum Malateſtam. Prooemium inc. *Inter varios ſcriptores*. Deſ. *eſſe viri ſapientes volunt*. Liber primus inc. *Septuageſimum & ſecundum aetatis annum agens, quum e Romana Curia, in qua annis ferme quinquaginta fueram verſatus, Florentiam reveriſſem*. Liber ultimus deſ. *reliquorum voces aliquando moleſtia non carent*. In fine maioribus litteris manu, ut videtur eiuſdem Poggii ſcriptum eſt: *Explicit Liber Poggii de Humana Miſeria*. In edit. Aucuparii Argentorati MDXIII. fol. pag. 34. ſeqq.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. nitidiſſimus, cum ſummariis in margine, & initialibus Librorum auratis & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 60. In Cat. Montf. ſub num. LXXI.

## VENTVRAE CAECI MONARCHI DVO.

Cod. LIII. LAelii, ſive Monarchi duo ad Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Coſmam Medicem Tuſcorum Principem. Ventura Caeco Academico Travagliato auctore. Epiſtola Nuncupatoria inc. *Cogitanti mihi ſaepenumero mortalium eventa diverſiſſima, inſperatos incredibileſque caſus, & aurae, proſpere licet fluentis, levitatem, perbeati illi videri ſolent, Illuſtriſſime atque Excellentiſſime Princeps, qui opibus univerſis, ceteriſque, quibus maxime delectantur homines rebus, virtutum omnium procreatricem atque parentem Philoſophiam praepoſuerunt* &c. *Hanc igitur, Princeps celeberrime, in miſera corporis caecitate mihi ab ineunte aetate amplectendam ſequendamque decrevi. Itaque quum maximam vitae partem ſim peregrinatus, omnes ſaevientis impetus fortunae, Philoſophia duce, hactenus ſuperavi; quumque Senas me tandem contuliſſem, tuiſque feliciſſimis fretus auſpiciis, Princeps Illuſtriſſime, humaniores aliquot annos litteras eſſem publice profeſſus, facultatemque dicendi, quam alumnam exiſtimo Philoſophiae, ſtatui tibi advenienti, ſiqua daretur occaſio, non vacuis, ut aiunt manibus venerabundus occurrere* &c. *Accipies igitur geminos de Principatu abortus a nobis potius, quam partus, urſarum fetus praeſeferentes, eoſque non Palatino Apollini conſecrabis, ſed primitias quaſdam eſſe voles pauperis agelli; ſolent enim pauperum munera non minus, quam divitum opulenta dona ſtrenuis Principibus eſſe grata. Ego interim, ſi adſpiraveris, & ſi noſtra tibi eſſe cognovero grata, maiora moliar, altioraque conabor, quae omnia tuorum templorum parietibus affigentur, tuaque in omnes mortales merita cumulabunt laudum pleniore praeconio*. Deſ. *adverſariis ſublatis undique, parta victoria. Vale*. Tum ſequitur Prooemium in Laelium primum, ſive Monarchum, quod inc. *Socratem ferunt Athenienſem*. Deſ. *ſed iam res ipſa ſe demonſtrabit*. Laelius prior, ſive Monarchus, ubi interloquuntur Laelius, & Eutychius, inc. *Quid nunc tu tecum?* Deſ. *quibus dictis diſceſſimus*. Praefatio in Laelium, ſive Monarchum ſecundum pag. 30. inc. *Epicurum philoſophum*. Deſ. *ut alteram diſputationem novo ſumto principio auſpicatius aggrediamur*. Laelius, ſive Monarchus ſecundus inc. *Paucis igitur poſt ſuperiorem diſputationem diebus, quum otioſus deambularem aliquando*. Deſ. *liberque relictus ad mea vetera redii cogitata. Finis*. In hoc Opuſculo, ſeu duobus Dialogis agitur de Principatu. Auctor hic, quum maxima vitae parte peregrinationibus tranſacta, ſe tandem Senas contuliſſet, ibi publice humaniores litteras profeſſus fuit, ut ex Nuncupatoria Epiſtola eruitur.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 54. In Cat. Montfauc. ſub num. LXXIII.

## D. THOMAE DE REGIMINE PRINCIPVM.

Cod. LIV. FRatris Thomae de Aquino de Regimine Principum, ſeu de Rege & Regno Libri IV. ad Regem Cypri, ut in Cod. XLV. ſupra pag. 116. Praecurrit Libris ſingulis Capitum tabula, & notulae quaedam marginales in principio. In fine legitur: *Explicit quartus Liber de Regimine Principum*.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. binis columnis diligentiſſime exaratus, cum prima littera initiali auro, minioque ornata. In principio, & in calce nomen poſſeſſoris legebatur, poſtea omnino eraſum; ex quibuſdam tamen litterarum veſtigiis videtur legi poſſe in fronte Codicis: *Bartolomei de Zabarellis Archiepiſc. S.*....... Conſtat foliis ſcriptis 140. In Cat. Montfauc. ſub num. LXXV.

## PLVT. DE AGNITIONE PROFECTVS IN VIRTVTE IOANNE BAPT. BONINSEGNIO INTERPRETE.

Ac praeterea

*Laurentii Sacerdotis Florentini Opuſculum Aſceticum, & Anonymi quaedam.*

Cod. LV. I. pag. 1. PLutarchi de agnitione profectus in virtute Oratio e Graeco in Latinum converſa per Ioannem Baptiſtam Boninſegnium civem Florentinum, cum Epiſtola Dedicatoria ad Laurentium Medicem

Digitized by Google

dicem virum magnanimum, quae inc. *Quaecumque ad mores pertinent virtutes*. Deſ. *quo dilucidior omnis eius ſiat oratio*. Sequitur argumentum, quod inc. *Viderat ſane Plutarchus quam difficile eſſet ad ultimum finem humanum ac felicitatem ipſam pervenire*. Deſ. *ut iam legenti conſtabit*. Oratio inc. *Quanam ratione animadverterat quiſpiam*. Deſ. *quorum in ungues lutum pervenerit*. In calce adſcriptum eſt: *Queſto libro è de Lorenzo de Medici, e de compagni*.

II. pag. 28. Anonymi Epiſtola de nobilioribus Philoſophorum ſectis, & de earum inter ſe differentia ad amicum (1). Inc. *Scribis audiviſſe a nonnullis, qui hinc quotidie ad te veniunt philoſophari me caepiſſe, nec paucis, ut Neoptolemus apud Ennium, ſed hiſce ſtudiis totum eſſe deditum, propterea que a me petis, ut quam potiſſimum opinionem ſequar, quamque in familiam Philoſophorum memet contulerim, certiorem faciam* =. *Addis in poſtremis, ut niſi laborioſius mihi videatur onus a te eſſe impoſitum, de nobilioribus Philoſophorum ſectis, deque earum inter ſe differentia aliquid ad te ſcribam. Videntur enim adeo ſimiles atque implicitae inter ſe, ut etiam diligentiſſime conſideranti, in quo maxime diſcrepent, non facile appareat. Nam & Leonardus Aretinus, vir ſane doctus, & elegans, in libello, quem appellavit Graeco vocabulo Iſagogicon, conciliationem quamdam fecit Philoſophorum, atque illorum maxime, quorum putatur ſententia praeſtantior. Mihi vero laborioſum videri nihil poteſt, quum ſim in hominem amiciſſimum obſequium collaturus*. Deſ. *ut continuo exiſtimem letalem in herba & floribus latitantem anguem, pedibus preſſam nudis, in me poſſe concitare. Bene, & diu vale. Ex Florentia VIII. Kal. Maias MCCCCLVIII.* Alibi de hoc Scriptore praefati ſumus. Memorat autem hunc Codicem Cl. *Mazzuchellius Bibliot. degli Scrittori ital.* Tom. II. Part. IV. pag. 2400.

III. pag. 47. Anonymi, An ſapienti ducenda ſit uxor, ad Petrum Medicem (2). Inc. *Ducenda ne ſit uxor ſapienti video omnes paene mortales velle cognoſcere*. Deſ. *ut intelligas, quando nocere ſapienti nihil poteſt uxor, voluptati eſſe poteſt, ſaltem ne naturae repugnetur, neve ſocietas deſeratur humana, non eſſe ſapienti feminarum coniugia fugienda*.

IV. pag. 68. Laurentii Sacerdotis (3) indigni Opuſculum, in quo agitur de Deo, de Angelis, de Anima, & de aeterna Felicitate, cum Praefatione ad Lectorem, quae inc. *Homini praeclarius eſſe nihil volumus a natura tributum*. Deſ. *nunc autem libellum lege feliciter*. Caput primum inſcriptum: *Quidnam ſit Deus, & de eius ſimplicitate* inc. *Unicum eſſe naturae principium Chriſtiana Religio praedicat*. Vltimum, cui titulus: *De aeterna Felicitate*, deſ. *nam quis alius eſt noſter finis, niſi pervenire ad regnum, cuius nullus eſt finis? Gloria ſit ergo, & honor Patri, & Filio &c.* Tum rubris litteris notatum eſt: *Hic eſt opuſculi finis ſcripti VIII. Idus Iulii MCCCCLXXXII. hora ferme XIII. Sixto Pontifice Maximo regnante. Datum apud Sanctum Laurentium Florentiae praedicta die*. Sequitur in fine tabula Capitum, & Oratio dicenda ſingulis diebus.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, a tribus diverſis manibus exaratus, cum initialibus aliquot litteris auro, minioque eleganter illuminatis, & Mediceo ſtemmate in principio, ubi ſeptem cernuntur pilae, quarum ſuperior eſt caerulea, cum liliis aureis. Conſtat foliis ſcriptis 100. In Catal. Montf. ſub num. LXXVI.

## NICOLAI ANGLICI EXPOS. IN BOETHIVM DE CONSOLATIONE.

Adde etiam

*Brochardi Libellum de Terra Sancta, Ciceronis Partitiones Oratorias, & Anonymi alia.*

I. pag. 1. EXpoſitio ſuper Boëthium de Conſolatione ſecundum Ni- Cod. LVI.
colaum Anglicum Ordinis Praedicatorum ſacrae ſcientiae Profeſſorem, cum ſcholiis interlinearibus ad Boëtii textum, ut in Cod. XLVI. ſupra pag. 116. In fine legitur: *Ipſi honor, & gloria, qui permiſit incipere hoc Opuſculum & conceſſit finire, & me peccatorem ad ſuam gratiam convocavit, qui eſt principium, & finis Ieſus Chriſtus*.

II. pag. 88. Excerpta quaedam de Hiſtoria Eccleſiaſtica ab Euſebio compoſita. Inc. *Anno XLII. Imperii Caeſaris Auguſti*. Deſ. *ſed Valens favendo haereticis, abiit in viam patrum ſuorum*.

III. pag. 91. Tractatus anepigraphus de Mundo, & eius partibus, ac de aetatibus, ubi refertur annorum numerus, quibus Principes Hebraeorum, & Imperatores Romani regnaverunt. Inc *Mundus, ſicut dicit Iſidorus, univerſitas omnis, quae conſtat ex caelo & terra*. Deſ. *Henricus maior XXIII. Otto puer VI. Henricus maior XXIII. Conradus XVI. Henricus minor XIII.*

IV. pag. 92. Narratio quaedam ſine titulo de

lo de

(1) Titulus hic additus manu recentiſſima; forte eſt eiuſdem Io. Baptiſtae Boninſegnii ad Marſilium Ficinum.

(2) Haec verba *ad Petrum Medicem* alia manu adiecta ſunt. Huius Opuſculi auctorem innuere fortaſſe volens Montfauconius ſubiunxit intra parentheſim (*e Fr. Barbaro*).

(3) Iſte eſt Laurentius Silveſtri Guiduccii de Corna filius, ſeu de Decumano, ut ipſemet ſe ſubſcribit, & quidem ſic: *L. Corno Canonico nel* 1423. Mox Praeſul fuit Laurentianae Eccleſiae, A. videlicet MCCCCLXXXII. die VI. Aug. Vir probitate, bonis moribus, prudentia, doctrina ſpectatiſſimus nuncupatur in Diplomate, quo ea dignitate auctus fuit. Eius buſtum viſitur in Capitulo Laurentiano cum hac epigraphe: *Laurentius a Corna Sylveſtri Guiduccii filius, qui & L. Cornius quandoque appellatur. Aſtrologus, & Mathematicus aevo ſuo celeberrimus, pietate in Deum, in proximum charitate ſumma clariſſimus, ex huius Eccleſiae Canonico Prior deſignatur A. MCCCCLXXXII.* Obiit XIV. Aprilis MCCCCLXXXVI & in Eccleſia noſtra ſepultus eſt. Codices vero ſuos, ex quibus nonnullos propria manu deſcripſit, Laurentianae Eccleſiae Bibliothecae reliquit.

lo de everſione Idoli Serapidis apud Alexandriam. Inc. *Tempore Theodoſii Imperatoris, patris Honorii, & Arcadii, apud Alexandriam novi motus, & contra temporum fidem adverſum Eccleſiam concitantur*. Deſ. *gratias tibi, Chriſte, quod abſque urbis illius magna pernicie, tam vetuſtus error exſtinctus eſt*.

V. pag. 93. De more vivendi diverſarum gentium, ſecundum Hieronymum in Libro II. contra Iovinianum, quae illis cibariis veſci ſolent, quibus abundant. Inc. *Arabes & Saraceni, & omnis eremi barbari camelorum lacte vivunt*. Deſ. *ſatur in terra matrimonio copulatur*.

VI. pag. 94. Fratris Brochardi Ordinis Praedicatorum Libellus de Terra Sancta. Inc. *Quum in veteribus hiſtoriis legamus*. Deſ. *iſtud abſque dubio videre, & audire devotiſſimum eſt. Et haec de his dicta ſufficiant. Explicit Libellus editus a Fratre Brochardo Theologo Ordinis Praedicatorum de deſcriptione & terminatione Terrae Sanctae, quam ipſe totam perambulavit, & vidit, & diu ibi ſtetit*. Adfertur tabula geographica illius regionis, ſed ſatis rudis. Hic Brocardus, aliis Borchardus, vel Burchardus, aut etiam Burgardus (1), Theutonicus, Reineccio Weſtphalus, aliis Argentoratenſis, Ordinis Praedicatorum anno MCCXXII. miſſus fuit in Terram Sanctam, & per decem annos in ea commoratus: illinc redux compoſuit circa annum MCCXL. *deſcriptionem Terrae Sanctae* ( unde nomen ei Brocardo *de monte Sion* ) ad Fratrem Burchardum, Lectorem Ordinis Praedicat. in Maydenburch. Prodiit haec Deſcriptio primum Venetiis MDXIX. 8. & deinde alibi, ut notat Cl. Fabricius Bibl. med. & inf. Lat. Tom. I. pag. 283. & fuſius Quetif inter Scriptores Ord. Praedic. Tom. I. pag. 391. qui hunc ipſum Codicem citat pag. 392. quique initium ac finem adfert, & Anglico alteri Codici, cuius uberiorem deſcriptionem adornat, ſimillimum dicit.

VII. pag. 102. M. T. Ciceronis Rhetorica ſub compendio ad Ciceronem filium ſub dialogo, ſeu Oratoriae Partitiones, ut in Catalogi noſtri Tomo ſuperiore pag. 311. Cod. XIX. §. III. Adſunt ſcholia marginalia. Hoc autem ultimum Opuſculum varia manu fuit exaratum, ſed eodem ſaeculo, ac nonnullorum annorum antiquitate, alia praecedere crediderim.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ex parte binis columnis exaratus, & cum initialibus Librorum Boethii auro variiſque coloribus mirifice exornatis, in cuius prima carminum littera Boethius ad carceris feneſtram ſcribens, cui adſtat Philoſophia, exhibetur. Conſtat foliis ſcriptis 109. In Cat. Montf. ſub num. XXX.

## PLATONIS EPISTOLAE LEON. ARRET. INTERPR.

Accedunt

*Varii eiuſdem Dialogi ex eiuſdem Leonardi interpretatione.*

*Cod. LVII.*

I. pag. 1. Platonis Epiſtolae a Leonardo Arretino e Graeco in Latinum converſae, cum Prooemio ad Coſmam Medicem, ut in Cod. XLII. ſupra pag. 113. §. I.

II. pag. 53. Eiuſdem Apologia Socratis, ut in Codice XLIII. ſupra pag. 115. §. III.

III. pag. 76. *b*. Eiuſdem Crito, vel de eo, quod agendum, ut ibid. §. IV.

IV. pag. 89 Eiuſdem Phaedon, ſeu de immortalitate Animae, ut in Cod. II. Plut. LII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 545 §. III. In fine maioribus litteris, partim rubris, partim nigris legitur: *Antonius Marii filius Florentinus civis abſolvit Florentiae VII. Kal. Iulias MCCCCXXVII. Valeas feliciter Coſma mi ſuaviſſime*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. elegantiſſimus, cum initialibus Opuſculorum litteris illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 147. In Cat. Montf. ſub num. XI.

*FINIS PLVTEI LXXVI.*

PLV-

(1) Haec diverſitas ſcribendi eius nomen, in diverſam nationum pronunciandi rationem refundenda eſt.

Digitized by Google

# PLVTEVS LXXVII.

## CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XXII. EDITOS III.

### CODEX I.

### LANGOBARDORVM LEGES.

I. pag. 1. Langobardicarum Legum in certos Titulos ſecundum varia Iuriſprudentiae argumenta diſtributarum Libri IV. Titulus primus Libri I. licet in Codice deſideretur, eſt *De maleficiis & publicis criminibus*. Prima autem huiuſce Tituli Lex eſt Rotharis, & inc. *Siquis contra animam Regis cogitaverit*. Titulus ultimus eſt *De faidoſis & armis infra patriam non portandis*. Lex vero ultima Lotharii Imp. deſ. *& ibi cum noſtris fidelibus conſideremus, quid de talibus hominibus faciendum ſit*. Libri II. Titulus I. *De ſponſalibus*. Prima Lex Rotharis inc. *Siquis ſponſaverit puellam liberam, aut mulierem*. Vltimus titulus *De manumiſſionibus*, Lex vero ultima Ludovici Imp. deſ. *mulctam, quae in ipſa charta ingenuitatis continetur, cogatur exſolvere*. Libri III. Titulus I. *De praeſcriptionibus*. Prima Lex Rotharis Regis inc. *Siquis comparaverit terram, ideſt ſolum ad aedificandum*. Vltimus Titulus *De his, qui cauſſam iudicatam repetere praeſumpſerint*. Lex unica Caroli Imp. deſ. *aut XV. ictus accipiat a ſcabinis, qui cauſſam prius iudicaverunt*. Libri IV. Titulus I. *De Epiſcopis & Clericis, & de his quae ad utilitatem publicam ſpectant*. Lex prima Caroli Imp. inc. *De Metropolitanis, ut eorum Suffraganei Epiſcopi ſecundum Canones eis ſubiecti ſint*. Praecedit autem breve Prooemium, quod inc. *Anno feliciter XI. regnante Domino noſtro Carolo &c.* quale legitur in edit. inferius citanda pag. 1133. Vltimus Titulus eſt: *A quibus honoribus filii Clericorum prohibeantur*. Lex unica Ottonis II. deſ. *Comites, Iudices fieri omnimodo prohibemus*. Tum ſubditur: *Explicit Liber Legum Longobardorum feliciter*. Procedunt autem eodem ordine, quo recenſentur in Indice praemiſſo Legibus Langobardicis, quae prodierunt in Corpore Iuris Germanici antiqui conſilio Ioannis Gottlieb Heineccii edito a Petro Georgiſch Halae Magdeburg. MDCCXXXVIII. 4. & quidem a pag. 913. ad pag. 944. cum hoc tamen diſcrimine, quod in Codice in Libros IV. dividuntur; ex ſecundo enim editionis Libro duo fiunt in Codice, quorum alter incipit a Titulo XXXV. *De praeſcriptionibus*. Clauduntur tandem hoc triſticho:

> *Exiguum corpus, ſed cor mihi corpore magnum;*
> *Sum verſuta dolo, ſum gnaris callida ſenſu,*
> *Et fera, ſed ſapiens, ſapiens fera ſiqua vocatur.*

II. pag. 59. Sequuntur alia manu paullo recentiori exarata fragmenta duo ex Libro Legis Salicae, cum Prologo, qui inc. *Theodoricus Rex Francorum, quum eſſet Catalaunis &c.* Deſ. *& refrenetur nocendi facultas*. Eſt pars longioris Prologi, qui habetur in cit. edit. pag. 3. ſub Titulo *De legum inventoribus, & earum ratione*. Prima autem verba incidunt in pag. 5. lin. 10. Primum fragmentum appoſito in margine Titulo *De mannire*, inc. *Siquis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit*. Definit in prima Lege Tituli VIII. *De furtis arborum*, cuius initium: *Siquis vero pomarium, ſive quamlibet arborem domeſticam &c.* ut ibid. a pag. 14. ad pag. 26. iuxta lectionem, quam exhibet ſecunda cuiuscumque paginae columna; cui titulus eſt: *Lex Salica a Car. M. emendata*. Alterum fragmentum pag. 60. incipit a Titulo XX. *De eo qui hominem innocentem accuſavit*, cuius prima Lex inc. *Siquis hominem innocentem & abſentem &c.* Definit in Titulo XXV. *De eo qui caballum alienum ſine permiſſu domini adſcenderit*, cuius primae legis habentur prima tantummodo verba: *Siquis caballum alienum ſine permiſſu*........ Deſunt reliqua. Ibid. a pag. 50. ad pag. 54.

III. pag. 60. Fragmentum Orationis contra Pſeudolegiſtas, diverſa item manu exaratum. Inc. *Interroga iumenta, & dicent tibi, quia peccatis exigentibus pauci civilem ſapientiam profitentes ſapienter vivere ſatagunt = Ideo contra Pſeudolegiſtas hunc ſermonem facturus acceſſi*. Deſ. *ſed dicis, non poſſum hoc facere: adfertur mihi burſa, quomodo ſpernam? offert mihi vidua pulcra vice ſalarii corpus*...... Reliqua deſiderantur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XII. binis

Digitized by Google

binis columnis exaratus, cum titulis Capitum rubricatis, & gloſſis plurimis marginalibus. Conſtat foliis ſcriptis 60.

## LIB. GENERALIS PHILOSOPHIAE BOETHII.

Cod. II. IN nomine Domini Ieſu Liber generalis Philoſophiae Boëthii, principaliter continens multa ſecreta Philoſophorum. Prooemium inc. *Potiſſimum omnium expetendorum eſt ſapientia*. Deſ. *quae ad hominem docendum ſpectare noſcuntur*. Dividitur in ſex particulas, quarum prima inc. *Prima igitur partitio eſt de ternariis, & artium diverſitatibus*. Vltima deſ. *& ea, quae Deus conſtituit in hoc mundo tam ſapienter, utiliter, & benigne, cuius nomen ſit laudatum in ſaecula ſaeculorum. Amen. Explicit ſexta particula Libri Philoſophiae. Deo gratias. Finito libro referamus gratias Chriſto, qui eſt laudabilis in ſaeculorum ſaecula.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis exaratus, in cuius primae paginae ſummo margine adſcribitur annus 1346. Conſtat foliis ſcriptis 76. In Catal. Montf. ſub num. X.

## EXPOSITIO INCERTI AVCTORIS SVPER LIBRVM BOETHII DE PHILOSOPHIA.

Cod. III. I. pag. 1. COdex eſt anepigraphus, ſed, ut adparet ex minutiſſimi characteris inſcriptione in diagonali litterae initialis continet Nicolai Anglici ex Ordine Praedicatorum Expoſitionem in Libros V. Boëthii de Conſolatione Philoſophiae, cui praecurrunt duo Prologi, ut in Cod XLVI. Plutei ſuperioris, ſupra pag. 116. ubi Prologi ab Explanatione minime ſeiuncti erant. Heic autem in fine legitur: *Explicit Commentum ſuper Boëthio de Conſolatione Philoſophiae. Matthiae Nuccii ens, & ſcriptum, & exactum per me Ioannem filium olim Thomaxii Not. & Script. Piſtorienſ. ſub A. D. N. MCCCCII. die XXV. Octubris XI. Indict.* (1)

II. pag. 60. *b*. Anonymi Commentarius in Bucolica Virgilii Maronis, ſine titulo, & fine. Inc. *Sicut dicit Ptolemaeus in Almageſti. Diſciplina hominis ſui intellectus ſocius eſt, & apud homines interceſſor*. Definit in Ecloga tertia non expleta in verbis: *hoc etiam dicit Lucanus, quod hic Virgilius; ſic.*

*Iuppiter eſt quodcumque vides, quodcumque moveris.*

*Et quia omnium cauſſarum habere dixerunt poteſtatem.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. ineuntis. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 65. In Cat. Montf. ſub num. XI.

## SVMMA BOETHII DE CONSOLATIONE INCERTI AVCTORIS.

ANonymi ſententia Librorum Boëthii de Conſolatione Philoſophiae. Inc. *Boëthius iſte nobiliſſimus civis Romanus, & fide Catholicus exſtitit, qui contra Neſtorium, & Eutychetem, duos maximos haereticos, quum non eſſet, qui eis reſponderet de fide Catholica, diſputavit*. Deſ. *velut in hoc exemplo: Si ambulat, neceſſe eſt moveri; ſed ambulat, ergo movetur; non ergo neceſſe eſt moveri, quia hoc falſum eſt; ſed numquam falſum ſequitur ex vero. Explicit ſententia ſuper Boëthium de Conſolatione*. Tum in calce ultimae paginae vacuae, rubrica legitur: *Iſte liber eſt mei Laurentii Silveſtri Prioris Sancti Laurentii Flor.* Cod. IV.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 22. In Catal. Montfauc. ſub num. XII.

## MACROBIVS DE SOMNIO SCIPIONIS.

MAcrobii Theodoſii in Somnium Scipionis Commentariorum Libri II. cum Praefatione in ipſos, quae inc. *Plato decem volumina de Inſtitutione Reipublicae compoſuit*. Deſ. *convenientiam & differentiam inter ſtatum Reip. Platonis & Ciceronis breviter inducit*. Sequitur deinde Somnii ipſius textus, ac tandem Commentariorum Liber I. qui inc. *Inter Platonis & Ciceronis libros, quos de Rep. uterque conſtituit*. Secundus deſ. *quo univerſa Philoſophiae continetur integritas Finis*. Vt in editione Aldina A. MDXXVIII. 8. a pag. 1. ad pag. 95. ubi deeſt Praefatio, quemadmodum etiam deerat in Codice XIV. Plut. LI. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 536. §. II. ubi tamen Macrobii Epiſtola ad Euſtachium filium ſeiuncta erat a Commentario ipſo. Cod. V.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus eleganter illuminatis, & pulcherrima pictura in principio, cum Mediceo ſtemmate ſpatiis ad Graeca ſupplenda relictis. Conſtat foliis ſcriptis 73. In Catal. Montfauc. item ſub num. V.

## MACROBIVS DE SOMNIO SCIPIONIS.

ALiud Macrobii Commentariorum in Scipionis Somnium Exemplar, ut ſupra, cum ſcholiis & gloſſis interlinearibus & marginalibus. In fine legitur: *Liber Colucii Pyerii Concellarii Florentini*. Cod. VI.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 64. In Catal. Montfauc. ſub num. XXI.



(1) Montfauc. perperam legit *X. Indict.* pro *XI. Indict.*

Digitized by Google

## MACROBIVS DE SOMNIO SCIPIONIS.

Cod. VII. Aliud Exemplar, ut ſupra, ſed ſine Praefatione, cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus, & rudibus quibuſdam figuris in fine. In tegumento Codicis legitur: *Hic Macrobius ſuper Somnio Scipionis conſtitit mihi Chriſtophoro de Sancta Flora VII. libr. & X. ſolidos, quem emi a Fratre Benedicto de Camerino Ordinis Praedicatorum die VI. Novembris MCCCCXXII.* In calce vero primae paginae, ſicut etiam in epigraphe in fine eraſa, legi poſſe videtur *Abbatiae Septimi*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. in quo obſervandum eſt Graeca verba antiquitus exarata, fuiſſe expuncta, ut nova correctiſſima ſuperinducerentur. Conſtat foliis ſcriptis 68. In Catal. Montfauc. ſub num. XXII.

## MACROBIVS.

Cod. VIII. Macrobii aliud Exemplar item ſine Praefatione. & cum indiculo, partim in principio, partim in fine alia manu. Adſunt in margine gloſſae quaedam, & in fine circulus caeleſtis ſphaerae.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 77. In Catal. Montfauc. ſub num. VI ſub hoc autem num. VIII. reperies Codicem illum, varia Magiſtri Ioannis Wyclyf Opera continentem, qui modo habetur in Plut XIX. ſub num XXXIII. cuius recenſionem vide Catalogi noſtri Latinorum Codd. Tomo I. pag. 579. & ſeqq.

## MACROBIVS DE SOMNIO SCIPIONIS.

Cod. IX. Macrobii aliud Exemplar, cum circulis quibuſdam in fine, & notulis marginalibus, & interlinearibus. Heic quoque deeſt Praefatio, ac praeterea etiam Ciceronis textus. In fine leguntur decem verſiculi in laudem S. Nicolai Patarenſis Epiſcopi.

Codex membranac. Ms. in 8. Seac. XII. exeuntis, optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 40. In Catal. Montfauc. forte ſub num. VII.

## LEGES LONGOBARDORVM.

Cod. X. Langobardicarum Legum in certos Titulos ſecundum varia Iuriſprudentiae argumenta diſtributarum Libri III. Legum vero, ac Titulorum ordo idem eſt atque ille, quem exhibet Index praemiſſus Legibus Langobardicis inſertis in Corpore Iuris Germanici antiqui edit. ſupra citatae (1) a pag. 913. ad pag. 944. Heic tantummodo aliquot interdum Tituli, qui rubrica ceteroquin omnes ſunt exarati. omittuntur, ac praeſertim in Libro III. Legibus tamen integre omnibus relatis. Hinc eſt quod tota ipſorum Titulorum ſumma, quae in calce Codicis eſt appoſita, cum edita minime convenit; ita enim habet: *Primus Liber continet Titulos XXXV.* (2). *Secundus LVI.* (3) *Tertius XVI.* (4) Clauditur ultimus Liber hac ſubſcriptione: *Explicit Liber Longobardorum*, quam ſequitur formula brevis Edicti Iudicis, quo abſentes in iudicium vocabantur, quae inc. *Quoniam Imperialibus ſanctionibus cautum eſt, ut abſentes, contra quos actores exercere cupiuntur in iudicio copiam ſui facere edictis citentur &c.*

Codex membranac. Ms. in 4 min. Saec. XII. cum uberrimis ſcholiis marginalibus, & gloſsis interlinearibus, antiqua item manu, & charactere minuto conſcriptis, optime ſervatus, & cum initiali littera aurata, ſed valde detrita. Conſtat foliis ſcriptis 90. In Catal. Montfauc. ſub num. II.

## LIPPVS BRANDOLINVS DE COMPARATIONE REIP. ET REGNI.

Raphaëlis Brandolini iunioris Lippi de Comparatione Reipublicae & Regni ad praeſtantiſſimum virum Laurentium Medicem Florentinae Reip. Principem Libri III. Cod. XI.
Praecedit Epiſtola Nuncupatoria *Ioanni Medici Diacono Card. S. Mariae in Navi* (5). *Quum nullum maius atque praeclarius defunctorum memoriae conferri beneficium poſſit, quam ſi quid aſſumitur, quod eorum laudi ſempiternae conſulat, & per eos poſteritatem maxime, ad virtutem accendat; ſtatui Lippi germani lucubrationes in unum redactas in lucem proferre, ut ex hac eius induſtria, exactaque diligentia, in ſumma praeſertim rei familiaris anguſtia, & miſerabili (quae mihi cum illo communis eſt) caecitate, & quam ipſa rerum ac temporum varia conflictatio reddit miſerabiliorem, illi quidem nomen & gloria, quam meretur, mihi ſaltem huius lucis aliquid comparetur. Quippe quorum ille non in fortunis, quos ad uſus etiam vitae neceſſarios non multum cupivit, vel in corporis venuſtate, cuius caruit eminentiſſimo ſenſu, ſed* in

(1) Scilicet in Cod. I. huius Pluteí, ſupra pag. 127.
(2) In edit. ſunt XXXVI.
(3) In edit. LIX.
(4) In edit. XL.
(5) Opus hoc, quod nondum in lucem prodiit, de Comparatione Reipublicae & Regni, quod Matthiae Corvini Pannoniorum Regis hortatu inchoaverat Aurelius Brandolinus Lippius, & Florentiae abſolverat, mortuo iam Matthia Corvino, ad Laurentium Medicem dirigere ſtatuerat; ſed e vivis erepto etiam Laurentio, Raphaël Brandolinus Lippius Iunior caſtigavit, & Leoni X. tunc Cardinali dedicavit, Codice Membranacceo in 4. eleganti, & ſatis amplo charactere conſcripto. Inter varia auro minioque contexta ornamenta viſitur effigies Ioannis Cardinalis Medicei. Intra prioris litterae ambitum Aurelii Brandolini effigies expreſſa eſt. Franciſcus Fogliazzius in editione dialogi, cui titulus *Leo* pag. 139. Epiſtolam huius operis nuncupatoriam ad Ioannem Medicem affert. Hic autem idem Codex deſcribitur a Cl. Io. Maria Mazzuchellio in Bibliotheca Scriptor. Italic. Tom II Part. IV. pag. 2016. Interloquutores autem ſunt Matthias Corvinus Hungariae Rex, Ioannes filius, & Dominicus Iunius Florentinus Patricius.

Digitized by Google

*in virtute, ac honeſtate, & divinarum rerum contemplatione felicitatem omnem eſſe ponendam exiſtimavit. Ego etſi eius in hoc genere laudis aſſequendi ſpem mihi effulgere non videam, imitandi tamen, eiuſque veſtigiis inhaerendi ſtudio ſemper incumbo. Quare, quum tris eius libros de comparatione popularis, & Regii ſtatus in Rep. quos Pannoniae inceptos, Florentiae per dialogum abſolverat, nuper evolviſſem, tuo nomini dicandos multis de cauſſis mihi propoſui; tum quod eos ille interveniente Matthiae Corvini optimi ac ſapientiſſimi Pannoniarum Regis obitu (cuius maxime hortatu opus aggreſſus fuerat) Laurentio Medici parenti tuo unico, ſaeculi noſtri virtutum ac litterarum omnium praeſidio, ſummoque, non Florentinae modo Reip. totiuſque Regionis Etruſcae, ſed univerſae etiam Italiae ornamento cenſuerat offerendos, ut qui iuſtiſſimo, ac munificentiſſimo noſtrae tempeſtatis Rege amiſſo, eum civem deligendum videbat, cui tam praeclarum opus merito debebatur, cuiuſque, vel iudicii gravitati, vel ingenii acumini, vel rerum peritiae, poſtea maxime confideret: tum quod ipſe veriſſimam prudentiae, pietatis, munificentiae, fortitudinis, innocentiae, ceterarum parentis virtutum imaginem referens, digniſſimus proculdubio videris, qui ſuper ius quoque hereditarium paternae laudi, immortalitatique ſuccedas. Quandoquidem eam tute tibi ab ineunte aetate vitae formulam praeſcripſiſti, ut ſive publice, ſeu privatim in ſummo rerum diſcrimine verſareris, peropportunum, & prope divinum conſilium captares, quo fratres atque propinquos omnes difficillimis temporibus ſublevaſti; quique ſic ſitam in te pietatem ſemper habuiſti, ut omnibus praeditus virtutibus, non immerito iudicareris. Quibus ea inopes beneficentia es complexus, ut qui tuae rei familiaris anguſtiam metiretur, te parentem quoque Laurentium in eo virtutis genere facile crederet ſuperaſſe; qui autem ignoraret, illum in te revixiſſe arbitraretur. At domeſticas per exilium calamitates (quae multiplices ac prope infinitae fuere) acerrimos quoque invidorum morſus, qua animi celſitudine ac innocentia pertuliſti! ea nempe, qua unus ex fortiſſimis innocentiſſimiſque noſtrorum temporum viris poſſes iure optimo iudicari. Accipe igitur, Pater humaniſſime, parentis prius lucubratum, deinde tuo nomini recognitum opus, quod uni tibi, & gratiſſimo filio, & unico familiae Medicum fulcimento, & viro optimo, & pientiſſimo Cardinali, & denique paternae laudis heredi merito debebatur. Accipe, inquam, ac una mecum exiſtima, hanc tibi dedicationem optimum reviſendae patriae omen, ac certiſſimum eſſe. Quod ſi tibi tandem aliquando (ut ego quidem & optimus quiſque civis maxime ſperat) contigerit, & illa per te priſtinum decus, ac veterem dignitatem, & tu per illam incredibilem, gloriam ſempiternamque, ad poſteros memoriam propagabis Vale.*

Sequitur Prooemium ad Laurentium Medicem, quod inc. *Quum animalia omnia ſui generis ſocietatem appetunt, tum homo in primis, qui & rationis eſt particeps, & ad vivendum per ſe mancus atque infirmus – & ego apud Matthiam, ut dixi, Regem eſſem, eum potiſſimum Regni partes tuentem induxi, reſpondentem autem ei pro Rep. feci Dominicum Iunium Civem noſtrum, virum acris ingenii, magnaeque in his rebus experientiae; quippe qui & in noſtra Rep. eſſet natus, & in eo Regno magna cum dignitate iampridem verſaretur. Materiam porro, & quaſi ſubiectum, in quo omnis eorum oratio verſaretur, quoniam de Rep. diſputandum erat, caepi noſtram potiſſimum Remp. quae, tum temporis vetuſtate, tum claritate nominis, tum inſtitutorum bonitate videbatur omnes Italiae Civitates antecedere, uberrimamque exemplorum ad diſputandum copiam in omni genere poſſe praebere; atque hoc illuſtrandae noſtrae Reip. gratia conſulto feci. Noſtros enim mores, quantum lex operis paſſa eſt, & noſtra inſtituta deſcripſi. Quum vero noſtra conſilia in medio ſcribendi curſu regia mors intercepiſſet, neque eſſet in rem meam in iis locis diutius commorari, me in patriam, e qua puer admodum profectus fueram, magno cum deſiderio recepi, opuſque incohatum hic utcumque per domeſticas occupationes abſolvi. Cogitanti autem mihi cuinam id maxime dedicarem, tu potiſſimum, immo unus occurriſti, Laurenti praeſtantiſſime, dignus, qui tanto Regi ſuccederes, non dico Regio nomine, quod tu nunquam expetiſti, ſed maiorum ſplendore, auctoritate tui nominis, doctrinae, virtutumque omnium magnitudine, quibus rebus, tu, non illum modo Regem, ſed ceteros quoque totius terrarum orbis Reges ac Principes provocaſti. Det. ſed iam ad ipſam diſputationem accedamus. Oritur autem ſermo omnis a Ioanne Matthiae filio, qui, triduo illo quod ante Quadrageſimam vulgo per luxum & licentiam agitur diſcendi gratia, patrem petit, eumque de Imperiorum diminutione percontatur: inde diſputatio de Reipublicae, & Regni comparatione emergit, quam legens tu ipſe cognoſces.*

Liber primus inc. *MATH. Gaudeo quidem omni tempore tua praeſentia, fili; ſed his vel maxime diebus, qui propter adventum Quadrageſimae, quaſi Saturnalia altera, ludis & laſciviis dediti ſunt, iuventutemque relaxandis animis ſolutiorem reddunt. Video enim quum ceterorum iuvenum conſuetudinem, & ſtudia declinas, intelligere, id quod eſt, nos, quanto ceteris hominibus dignitate praeſtamus, tanto ſtudiis, atque actionibus praeſtare oportere, & tanquam in altiſſima ſpecula poſitos, ab omnibus ſpectari, ab omnibus iudicari, omnibus vitae, & morum exemplum eſſe propoſitos, vitiaque in nobis minima a ceteris hominibus, vel maxima, & pernicioſiſſima exiſtimari; nam ut Aquinas ait,*

> *Omne animi vitium, tanto conſpectius in ſe*
> *Crimen habet, quanto maior qui peccat,*
> *habetur.*

*IO. Ego vero, pater, quum iſtis, quas dicis de cauſſis, ita ad te accedo, ut cupiam, quoad liceat, a tuo latere nunquam diſce-*

*diſcedere , tum vero , ut aliquid ex te audiam , quo , & melior , & peritior poſſim evadere , neque Regni modo tui , ſed tuae quoque virtutis & ſapientiae , quantum fieri poteſt , heres efficiar . Regnum enim mihi auferri poteſt , Sapientia non poteſt . Sed faciunt ingentes occupationes tuae , ut minus ſaepe , quam vellem , ad te veniam , ne aut tibi moleſtus , aut rebus maximis importunus , atque intempeſtivus ſim . Nunc autem , quum , & te exiſtimarem propter hos dies minus occupatum eſſe , & ego vellem , a ceterorum iuvenum vulgo , ſtudiiſque differre , ob eam maxime cauſſam ad te veni , ut te audirem de graviſſimis ( ut ſoles ) rebus differentem , atque hos dies , qui a ceteris per luxum licentiamque aguntur , honeſte tecum utiliterque traducerem . MAT. facis , ut probum adoleſcentem decet . Quum me , quem tui amantiſſimum eſſe ſcis , ſtudioſe . frequentas , atque obſervas , neque mihi etiam in ſummis occupationibus moleſtus eſſe unquam potes . Noſtrae enim occupationes ex te uno pendent omnes , tuaque unius cauſſa ſuſcipiuntur . Omnis enim in Aſcanio cari ſtas cura parentis , nunc autem mihi , quum ocioſus ſim , optatiſſimus advenis . Nemo enim eſt , cui omnia mea tradere , quicum omnia communicare vitamque ipſam , ſi queam , totam agere malim , quam tecum ; proinde ſiquid eſt , quod ex me ſcire hoc tempore velis , age , percontare , ut libet . Ego tibi , quantum in me erit , ſatisfacere conabor .* Deſ. *MATH. Recte ſentis , ſed ſatis hodie diſputatum eſt . Cras ſi placet poſt meridiem revertimini , ut ea quae ſequuntur in Domini propoſitione videamus . Tu interea , fili , quae hodie diſputata ſunt , memoria repetes . Dominicus ſe ad ſequentia comparabit . IO. Ita faciemus .*

Liber ſecundus pag. 58. *b.* inc. *IO. Salve Pater , nos niſi tibi moleſti ſumus , ad Clepſydram venimus* Deſ. *IO. Aderimus .*

Liber tertius pag. 103 inc. *Quantopere nos proximi bidui diſputatio delectaverit Rex ( ut etiam pro Ioanne hoc loquar ) hinc vel maxime potes deprehendere , quod hodie non expectata hora , maturius fortaſſe , quam tuae valitudinis ratio poſtulabat ad te venimus , ſed nimiae cupiditati noſtrae ignoſces , eamque tua ſapientia moderabere .* Deſ. *ſed iam ad veſperaſcit , ſurgamus . Satis enim diſputatum eſt . Valete .*

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. admirandae pulcritudinis , & elegantiae ; nam praeter titulos aureos , & Matthiae Regis nomen , auro undequaque expreſſum , obſervandae ſunt variae picturae initio Epiſtolae Nuncupatoriae , Prooemii , & ſingulorum Librorum , numiſmatibus veterum Imperatorum , nec non Ioannis Medicei , & Magnifici Laurentii , quorum etiam gentilitia ſtemmata exhibentur , ac praeterea initio Libri primi ipſemet Matthias Rex inter duos interloquutores repraeſentatur . Conſtat foliis ſcriptis 164. In Catal. Monfauc. ſub num III

## LEON. ARRET. COMMENTAR. IN OECONOMICAM ARISTOTELIS.

Ac praeterea

*Ipſius Oeconomicae Latina verſio eodem Arret. interprete .*

I. pag. 1. LEonardi Arretini Commentarius ſuper Libros duos Oeconomicorum Ariſtotelis (1) . In primum inc. *Res familiaris , & Reſpublica inter ſe differunt . Diximus ſupra in Prooemio , quam Graeci Politicam vocant , nos appellare Rempublicam . Hinc ſunt M. Tullii de Republica Libri .* Deſ. *ſed hoc Laconicum , non ad hoc ſolum . ſed ad cetera quoque , ut ad ſeparationem fructuum , & aliarum rerum , puta veſtium virilium a muliebribus , & cetera huiuſmodi , dictum valet .* In Librum ſecundum Commentarius inc. *Probam mulierem omnibus . In rei familiaris diſciplina conſideratio habetur perſonarum , & rerum . Perſonae ſunt , ex quibus conſtat domus .* Deſ. *& ideo dicit nunc ſecundum , referendo ad illud ſtatim ſcire , quod anteceſſit in littera .* Exſtat editus Pariſiis ex officina Simonis Colinaei anno MDXLIII. in fol. a pag. 183. ad pag. 191. Cod. XII.

II. pag. 27. Eiuſdem Leonardi Arretini Latina verſio praedictorum Oeconomicorum , ſeu de re familiari Librorum II. cum Prooemio ad Coſmum Medicem , quod inc. *Pretioſa ſunt interdum parvi corporis .* Deſ. *noſtris vocabulis uti magis decet , quam alienis . Nunc ad textum Ariſtotelis veniamus* Liber I. inc. *Res familiaris , & reſpublica inter ſe differunt non ſolum quantum domus , & civitas &c.* Liber II. deſ. *quapropter & privatim , & publice decet eum , qui vitam agit ad omnes Deos , hominesque reſpicere , multum etiam ad uxorem , & filios , & parentes .* In dicta edit. Pariſienſi a pag. 135. t. ad pag. 144. t.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidus . Conſtat foliis ſcriptis 40. in Catal. Montf. ſub num. IV.

## LIBER VITAE.

Titulum corrige

*Nicolai de Lyra Comment. in Pentateuchum .*

NIcolai de Lyra Commentarius in Geneſim , Exodum , Leviticum , Numeros , Cod. XIII. & Deuteronomium , ut in Codicibus I. & II. , Plut. XXII. uſque ad pag. 202. Inſcribitur autem *Liber Vitae* . quia qui titulum exteriorem appoſuit , deceptus eſt ab iis verbis , quibus orditur Prologus I. quae ſunt iſta : *Haec omnia liber vitae Eccleſ. XXIIII. Secundum quod dicit Beatus Gregorius Homel. XXXV. Temporalis vita &c.* Obſervandum interim eſt , hunc eſſe Codicem illum , qui antiquitus erat in Pluteo XXII. ſub num. VII. de qua

vide

(1) Vide Laur. Mehus in Praefat. ad Leon. Arretini Epiſtolas Flor. MDCCXLI 8. pag. LXXVIII.

Digitized by Google

vide Catalogum noſtrum Codicum Latinor. Tom. I. pag. 710. In calce Expoſitionis ſuper Leviticum, notatum eſt; *Explicit Poſtilla ſuper Leviticum, per manus Erneſti de Saxonia in Civitate Baſilienſi*. In prima autem pagina legitur ſequens Tuſcanicum Epigramma manu Saeculi XVI.

*Perdea la vita il Libro della Vita*
*In cieca notte & nera,*
*S' Elicona non era:*
*E perchè ſempre poſſa ſenza aita*
*Altrui goder la luce,*
*Lo dona di Toſcana al Magno Duce.*

Codex partim membranac. partim chartac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis. Conſtat foliis ſcriptis 230. In Catalogo Montfauc. ſub num. VII. Plut. XXII.

## EXPOSITIO GERALDI IN LIBROS ETHICORVM ARISTOTELIS.

Cod. XIV. SEntentia & Expoſitio cum quaeſtionibus Fratris Geraldi Odonis de Ordine Fratrum Minorum, Magiſtri in Theologia (1) ſuper Libros Ethicorum Ariſtotelis cum textu eiuſdem. Praecedit tabula quaeſtionum, & Index. In fine legitur: *Venetiis per Simonem de Luere. Impenſis Domini Andrae Torreſani de Aſula. XIIII. menſis Iulii MD.*

Codex chartac. impreſſus in fol. ut ſupra. Conſtat foliis 192. In Cat. Montfauc. ſub num. IX.

## GOFFREDI SVMMA SVPER TITVLOS DECRETALIVM.

Cod. XV. I. pag. 1. SVmma ſuper Titulis decretalium compilata a Magiſtro Guoffredo de Tarantia (2) Libris quinque, cum Prooemio, quod inc. *Gloſſarum diverſitas intelligentiam textus nonnumquam obtenebrat*. Deſ. *tales alios eſſe volo intellectores meorum* Titulus I. *de ſumma Trinitate, & Fide Catholica* inc. *Poſt Prooemium, in quo breviter edocemur &c.* Titulus ultimus *De Regulis Iuris* deſ. *& propterea malui repeti, quam deeſſe*. Tum verſiculus:

*Gloria ſit Chriſto de cuius munere ſiſto.*

II. pag. 170. Metra Decreti Inc.

*Dante Deo, metris Decretum trado trecenis*
*Libri, cuius ego tres partes aſſero primo:*
*Pars, quae praecedit, Diſtinctio praetitulatur,*
*Altera dat Cauſas, ſequitur Diſtinctio ſacra.*

Deſ.

*Verſus Decreti ſummatim iure repleti,*
*Quum ſit Canon ibi, decet hos in pectore ſcribi.*

III. pag. 71. Sequuntur alia manu ſummaria quaedam pauca ſuper librum Decretalium. Inc. *Liber Decretorum diſtinctus eſt in tres partes &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. exeuntis binis columnis diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 172. In Catal. Mont. ſub num. XIII.

## LIBER DE SEPTEM VIRTVTIBVS.

I. pag. 1. HEnrici Septimellenſis Carmen elegiacum de varietate fortunae ut in Cod XXXII. Plut XXXIII. Tomo ſuperiore pag. 128. quem vide. Clauditur verſiculis: Cod. XVI.

*Explicit Henrigus, cui nullus ſit amicus.*
*Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat.*
*Finito libro referamus gratia Chriſto &c.*

Adſunt gloſſae quaedam interlineares.

II. pag. 25. Anonymi Liber (ſeu Elegia) de ſeptem Virtutibus Inc.

*Ardua virtutum faciles cape lector ad uſus,*
*Alta ſolent humiles carpere poma manu.*

Deſ.

*Contineas igitur, fugiaſque libidinis ignes,*
*Nam loca ſacra ſolent frigidiora fore.*

*Explicit liber de VII. virtutibus. Deo gratias*. Heic quoque inſeruntur gloſſae interlineares, manu aeque antiqua. Quis auctor ſit huius Carminis me prorſus latet. Illud etiam obſervavit Cl. Franc. Ant. Zaccaria in Biblioth. Felini Sandei Lucae, adſcripto A. MCCCXVI. ſub titulo *De ſeptem Capitalibus Vitiis*, adfertque tria prima diſticha in Itinere Litterar. per Italiam Venetiis apud Seb. Coleti MDCCLXII 4. pag. 23.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. a pag. 9. ad pag. 18. alia manu in charta ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 33. In Catal. Montfauc. ſub num. XIV.

## GREGORII SAPIENTIS DE CVLTV HVMANITATIS ET HONESTATIS.

GRegorii Criſpi Sapientis Tholoſani bonarum artium, ac totius Philoſophiae ſtudioſi, ac praecipui Muſici de cultu humanitatis & honeſtatis Libellus, & Invectiva in eos inſulſos homines, qui Aſtronomiae, arti quidem praeſtantiſſimae, dictis mordacibus, ac ſalibus detrahunt, & Commiſeratio lacrymabilis ſuper rem Chriſtianam feritate Teucrorum, & infidelium, Chriſtianorum deſidioſa ſomnolentia propemodum profligatam. Praecedit Epiſtola inſcripta *Illuſtri, ac Regio* Cod. XVII.

(1) Fuit ab A. MCCCXXIX. Miniſter Generalis, & Patriarcha Antiochenus, defunctus Catanae in Sicilia A. MCCCXLIX. de quo Vid Fabric. Biblioth. Med. Tom. III. pag. 43.

(2) Gualfredus de Trano, ſive Tranenſis, Subdiaconus Eccleſiae Romanae, & Capellanus Pontificis, praeter quaeſtiones varias. ſcripſit hos libros quinque ſuper libros Decretalium. Vid Trithemium Cap 491. ſive, ut Henricus Gandavenſis Cap. LV compoſuit *ſummam de omnibus quae continentur in Codice Novi Iuris* (Pontificii) *ſecundum ordinem Rubricarum*.

Digitized by Google

*Regio Domino Petro de Fuxo Infanti Navarrae, ac Sedis Apoſtolicae Protonotario*, quae inc. *Cogitanti mihi ſaepenumero, Illuſtriſſime Princeps, quaenam eſſent illa ſtudia, quae homines felices efficere poſſent, unicum tantum humanitatis & honeſtatis ſtudium viſum eſt, ſine quo, neminem unquam felicem eſſe poſſe iudicavi. = Quum igitur ea mihi hactenus conſuetudo fuerit, aliquid ſemper, quod claros & praeſtantes viros oblectaret, vel vulgari, vel Latino Sermone ſcribere, interdumque amatorias cantilenas, & metrico concentui. & harmonicis modis accommodatas, aurium demulcendarum gratia ediderim, ingraveſcentibus iam annis, quum rationis potentia facta eſſet validior, carmina illa ipſa aetati iam non convenire exiſtimavi; quare & ad graves hiſtorias, Philoſophorumque, & Theologorum ſententias, & legendas, & ſcribendas me contuli*. Deſ. *iam itaque tua Amplitudo, quae ſit hominis natura dignanter audiat*. Liber inc. *Quoniam igitur hominis natura*. Deſ. *tranſactae peregrinationis mercedem accipiamus, eius favente gratia, qui Trinus & Unus vivit &c.* Nihil de eo apud Fabricium occurrit.

Codex chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XVI. ineuntis. Conſtat foliis ſcriptis 121. In Cat. Montf. ſub num. XV.

## MATTHAEI BOSSI DE VERIS AC SALVTARIBVS GAVDIIS.

Cod. XVIII. MAtthaei Boſſi Veronenſis Canonici Regularis ad Timotheum Veronenſem Canonicum Regularem, praeconem Dei ſummum de Veris ac ſalutaribus animi gaudiis, Dialogus inter ipſum. & Seraphim Patavinum, Canonicum item Regularem. Praecedit Epiſtola Angeli Politiani *Laurentio Medici Patrono ſuo*, in commendationem Operis, quae ita inc. *Sapienter, ut cetera*. Deſ. *ut in multa liber exemplaria transfundatur. Vale*. Tum Prooemium auctoris, cuius initium eſt; *Si quis eſt*. Deſ. *ac nos paterno quodam amore complecteris*. Dialogus inc. *Quid cauſſae eſt*. Deſ. *& humanae ſpei mater*. In calce repetitur titulus: *Matthaei Boſſi Veronenſis, Canonici Regularis, vera & ſalutaria animi Gaudia finiunt*. Tum ſubiicitur *Timothei Veronenſis Matthaeo Concanonico Regulari. & Compatriotae venerando & ſuaviſſimo* Epiſtola, quae inc. *Quae mihi dicaſti tua vera & ſalutaria animi Gaudia*. Deſ. *tum communem parentem exornes meritis ac laudibus tuis. Impreſſit Florentiae Ser Franciſcus Bonaccurſius. Anno ſalutis MCCCCLXXXXI* (1) *Sexto Idus Februarii*. Tandem habetur Regiſtrum Operis. Hoc opus in Italicam tranſtulit linguam Ant. Pallavicinius Can. Reg. Later. edidtque cum hoc titulo: *De' veri e ſalutiferi godimenti dell' animo Opera di Matteo Boſſo Veroneſe Canonico Regolare Lateranenſe traſportata dalla Latina nella Toſcana favella, e coll' aggiunta della ſua ſtoria tratta dalle proprie lettere &c. In Lugano MDCCLV. nella Stamperia privilegiata della ſuprema ſuperiorità Elvetica nelle Prefetture Italiane 8.*

Codex membranac. impreſſus in 8. ut ſupra, cum initialibus auratis & coloratis, & Mediceo ſtemmate. Conſtat foliis 89. In Cat. Montfauc. ſub num. XVI.

## CONSTITVTIONES CAPITVLI CANONICORVM FLORENT.

COnſtitutiones Capituli Canonicorum Sanctae Florentinae Eccleſiae, cum Prooemio, cuius initium eſt: *In Nomine Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ab eo ordiamur, in cuius nomine in occurrenti Paulli Epiſtola omnia facere admonemur, implorato in primis Beatiſſimae Virginis Dei Genitricis Mariae, beatorum Apoſtolorum, Petri & Paulli, Sanctiſſimi Ioannis Baptiſtae, ac beati Zenobii concivis, ac Pontificis olim noſtri, patronique huius noſtri Collegii praecolendi, omniumque Sanctorum, Sanctarumque, ac totius caeleſtis curiae patrocinio ad perpetuam eorum laudem, & gloriam, ac decus, & ſalubrem ſtatum noſtrae huius Cathedralis Eccleſiae Florentinae, eiuſque Reverendiſs. Dei gratia Archiepiſcopi Domini Raynaldi Urſini, ac denique totius Sacroſanctae Eccleſiae Romanae, nec non Sanctiſſimi in Chriſto Patris Divina providentia Papae Sixti IV. in condendis, ſeu reformandis noſtri huius Reverendi Collegii Legibus. Conſtitutionibus, & Mandatis &c.* Deſ. *De noſtri Chori in primis numero, ordine, modo, & compoſitione, pari omnium conſenſu tractantes, ac decernentes, ſolemniter pridie citato Capitulo, dehinc hodie die XV. Martii, Anno ſalutis milleſimo CCCCLXXXIII. per Rev. D. Archipresbyterum noſtrum, ſervatis ſervandis &c. nos una omnes infraſcripti videlicet.* Cod. XIX.

*Rev. D. Iohannes Baptiſta Archipreſbyter.*
*D. Georgius Antonius Veſpuccius Praepoſitus.*
*D. Coſmas Rinuccius* (2).
*D. Salvinus de Salviniis.*
*D. Iacobus Bonvannes.*
*D. Pandulphus de Luna.*
*D. Iohannes de Rabatta.*
*D. Iacobus Mannellus.*
*D. Georgius Datus.*
*D. Rainerius Guicciardinus.*
*D. Iulianus Tornabonus.*
*D. Philippus Sacramorus.*
*D. Carolus de Martellis, &*
*D. Pandulphus de Medicis*

Nulla harum Conſtitutionum mentio fit ab Ioanne Lamio in Monumentis S. Eccleſiae Florentinae, ubi alias adfert ab his diverſas Conſtitutiones pag. 1647. 1653. & 1677.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 23. In Cat. Montf. ſub num. XVII.

EX-

(1) Montfauc. perperam legit *MCCCCLXXXI.*

(2) Additum recentiore manu. *Rinuccius.*

## EXPOSITIO IN LIBRVM M. T. DE OFFICIIS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XX. ANonymi Expoſitio in Libros III. Ciceronis de Officiis, manu, ut animadvertit Montfauconius, Angeli Politiani. Inc. *Quamquam &c. Ad filium, quem verius Cicero fortunam, quae ſecuuta eſt in Graeciam praemiſerat &c.* Deſ. *ſi lactabere talibus monumentis, quaſi ſi oblectaberis horum librorum lectione.* Nullam huius Codicis notitiam habuit Frid. Otto Menckenius in Hiſtoria Vitae Ang. Politiani, qui tamen pag. 245. ſeqq. & 621. eius in Ciceronem obſervationes, & caſtigationes quaſdam commemorat.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 196. In Catalogo Montfauc. ſub num. XVIII.

## ETHICA F. IOANNIS SICVLI.

Cod. XXI. COdex eſt anepigraphus, ſed continet Fratris Ioannis de Riccio Siculi Ordinis Praedicatorum expoſitionem in Libros Ethicorum Ariſtotelis ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Iulianum Sancti Angeli Diaconum Cardinalem Apoſtolicae Sedis in Germania Legatum de latere. Procemium inc. *Volans fama per Galliam, & Germaniam, qua Dominationem veſtram Angelum Dei &c.* Deſ. *& tot & tanta prooemialiter dicta ſufficiant.* Expoſitio inc. *Quoniam autem manifeſtum, ex quibus partibus &c.* Deſ. *quum ab ipſo, tamquam a patre luminum procedat omne donum, & rerum creatarum perfectio, humani generis redemptio, & interminabilis glorificatio, eo quod Trinus exſiſtens & Unus in ſaecula ſaeculorum exſtat glorioſus.* Ad fidem huius Codicis, mentionem de hoc Scriptore facit Quaetif in Hiſtor. Scriptor. Ord. Praedic. Tom. I. pag 791. quem anno circiter MCCCCXXXVI. vixiſſe docet.

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. intricatiſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 186. In Catal. Montf. ſub num. XIX.

## IOANNIS ARRETINI DE MEDICINAE, ET LEGVM PRAESTANTIA.

Cod. XXII. IOannis Arretini Phyſici (1) de Medicinae & Legum praeſtantia ad clariſſimum iuvenem Laurentium Medicem, Dialogus, in quo colloquuntur atque diſceptant Carolus Marſupinus, & Nicolaus Niccolus, quibus ita reſpondet Leonardus Arretinus, ut intelligi poſſit, *Medicinam Legum ſcientiae dignitate plurimum praeſtare.* Praefatio inc. *Quum animum antea applicuerim ad te conſcribere, Laurenti adoleſcens ſpectatiſſime, hoc mihi negocii ſolum dari putavi, facetum ſcilicet & amoenum aliquid tecum fari, ut tua nunc aetas & natura meretur; ſed quum nobis modo moeſtiſſima & funeſtiſſima res obvenerit de obitu clariſſimi tui parentis, ac mei compatris benefici & amantiſſimi, in quo omnis mea ſpes & fides ſita erat, angi plurimum, & dolere mihi tecum opus eſt. = Quare hoc modo opuſculum de Medicinae ac Legum praeſtantia ſuperioribus noctibus lucubratum, quum tuae nobilitati minus decens videatur, pudenter ad te mitto, mihi tamen ipſi ſuaſus, etiam fabulas, vel res leves cum dignis & autenticis libris, quibus plurimum abundas, interdum conſociari non indecens eſſe = Hanc itaque rem parvam libentius ad te mitto, ut animum a maioribus curis, ac humanis, & piis imbecillitatibus, interdum allevies, atque ut intelligas, Medicinam Legum Scientiae dignitate plurimum, ſupereſſe; nam videtur clariſſima tua domus de Medicis, conſonantia quadam vocabuli, Medicinae, quam legibus affinior; nec minus ad te, ut illum omni in parte. & legas. & emendes, tua enim auctoritate aliquid gravitatis recipiet. Introduxi autem in eo conſocios loquentes ac diſceptantes Carolum Arretinum, & Nicolaum Niccolum Florentinum, ut adſolebant, & Leonardum Arretinum reſpondentem, quo maioris auctoritatis eſſet oratio. Sed prorupi in hunc ſermonem, non ingenio, nec voluptate aliqua, immo vero ira, aut indignatione quadam ductus, ob iniuriam, quae meo iudicio Medicinae fit. Si vero rem modica, aut humili quadam elegantia agitaverim, id libentius faciundum duxi, ut vulgares, & mulierculae, ſuos facilius intueantur errores.* Tum ſequitur Dialogus, qui poſt breviſſimam hanc introductionem: *Carolus Arretinus laureatus Poëta, & Nicolaus Niccolus Florentinus, litterarum amantiſſimus ad Leonardum Arretinum Hiſtoricum & Philoſophum doctiſſimum venerunt ſed a Nicolao primo ſermo oritur;* ita inc. *Saepenumero confabulari ſoleo, Leonarde vir excellens, cum hoc Carolo ornatiſſimo viro de concidentibus quibuſdam & vulgaribus fabellis, ut moris eſſe conſuevit, ingenii recreandi cauſa, poſt quotidianas diſceptationes noſtras, tum de Philoſophiae perarduis difficultatibus, tum de Poëticis, aut cuiuſvis ſcientiae litteris, ſeu ſententiis, ut noſtra ſemper exigunt gymnaſia. Sum etenim, ut ipſe plane noſti, natura loquacior, ſed per hos dies, aut per hanc tempeſtatem, qua Biſticius quidam Florentinus faber argentarius, atque homo litterarum ignarus, repente ſummus in tota urbe evaſit Medicus &c.* Deſ. *CAR. Sapientiſſime, ac recto valde iudicio, quae cupiebamus, Leonarde, dubia ambo pateſeciſti, tibi quoque, ut pro Nicolao pollicear*

(1) Ioannes Arretinus Phyſicus, fuit Ioannes Lippius Arretinus Laurentii Medicei aetate Medicinae laude excellens. Inter Epiſtolas Hieronymi Aliotti Arretini, quae Aretii anno MDCCLXIX prodiere una legitur ad Magiſtrum Ioannem Medicum Arretinum Lib. VI. Epiſt. 39. Quumque in ea memoretur Ioannis Arretini Medici opuſculum, nihil aliud eſſe putem, quam libellum hunc de Medicinae & Legum praeſtantia, quem recognoſcendum miſerat Hieronymo. Conſule vitam Hieronymi Aliotti quae in fronte Epiſtolarum conſcripta eſt a Cl. Laurentio Mehus T. I. pag. XIX., quo in loco de hoc Codice diſſerit.

*cear ingentes gratiae ſint*. Quam lepide carpat ſuae aetatis medicos patet ex p. 11. ubi Nicolaum Niccolum ſic loquentem inducit. NICOLAVS. *Sed ſi bis vulgus mordeat verbis, quum nulla ſit evaſio, ad experimenta fugam arripiunt; vidiſſe enim ferunt, ut iam plerumque explorare caepi experientias incredibiles: ſed vere quidem dicunt incredibiles, rectius tamen dicerent impoſſibiles; illudunt namque huius dicti medici vulgus cum medicinis, quemadmodum cum ludibulis conſuevere hiſtriones, ut ſemel temporibus noſtris quodam huius generis medico ad infirmum quemdam ſuum redeunte, eoque imbecilliore reperto, quum mox ficuum recentes cortices prope lectulum caſu in terra ſpectaret, ſtatim aegrum ficus ediſſe coniectatus eſt, moxque urina inſpecta, tum circumſtantibus alta voce loquutus, hic non me fallere poteſt, nam ex urina aperte novi, eum ficus recentes ediſſe. Quare de miranda huius hominis ſcientia ſtupentes intra ſeſe dicunt adſtantes: hic vir, non dubium, Hippocratem, & Galenum ſua ſcientia ſuperat. Poſt vero ad agricolam quemdam vocatus medicus, quum ſemel ipſum invalidiorem invenit, undique totam domum oculis perluſtravit, & caſu aſelli parvi, proximis diebus nati recentem pellem vidit. Quare intra ſe arbitratus, inde ingentem famam conſequuturum, unde inſtanter urina vocata, voce magna loquutus eſt: hic non me fallere poteſt, quoniam in urina, cum aſellum parvum nuper comediſſe percipio &c.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, & Mediceo ſtemmate annulo incluſo. Conſtat foliis ſcriptis 45. In Catal. Montfauc. ſub num. XX.

## IVLIVS VALERIANVS DE BONIS HOMINIBVS.

*Cod. XXIII.* IVlii Valeriani (1) de bonis Hominibus Bononiae ſtudioſis iudicium Litterarum. Actio prima. Praecedit ad Reverendum in Chriſto Patrem D. Ioannem Gozadinum (2) Sanctiſſimi Domini Noſtri Datarium obſervandiſſimum Epiſtola, cuius initium eſt: *Actionem, quam propter aſſiduas, quibus publice diſtringeris occupationes, unus ex iudicibus ſelectis audire nequiviſti, privatim tibi legendam atque diiudicandam exhibeo, Io. Gozadine, Litteratorum eruditiſſime, & eruditorum beneficentiſſime, ad initia ſtudiorum a me nuper habitam in eo, quod ex omnibus clariſſimum atque ſpectatiſſimum propoſitum eſt iudicium litterarum, felicibus Iulii ſecundi auſpiciis; qui quum, Divina diſponente providentia, ſacro ſtipante Collegio, Bononiam inviſeret, ac ſalutarem cunctis regenerationem impertiretur, non permiſit cauſſam Litterarum indiſcuſſam relinqui = Tu igitur, ac mons ipſe iuſtitiae Archiep. Sypontinus, & qui agenti interfuit Reverendus Epiſcopus Tifernas, reliquique veſtri ſubſellii Iudices, ideſt bene docti, iſta iudicabitis, quibus, ut debeo permitto delere, abolere, unguibus, veribusque confodere = Quum Reverendiſſimus Antoniottus Pallavicinus Epiſcopus Praeneſtinus S. Rom. Eccleſiae, Sanctae Praxedis Cardinalis, qui nunc apud Roſcios diu noſtros commoratur, haec horis ſucciſivis, & a maximis rebus paulisper feriatus audiſſet repetita, non omnino diſplicuerint &c. Vale litteratorum praeſidium. Nono Kal. Ianuarii MDVI.* Tum ſequitur Carmen, quod iſtc.

*Vt iam caſtior hic domi maneres &c.*

Actio inc. *Hunc ego locum. Patres colendiſſimi*. Deſ. *quodammodo ſumus conſolati. Finis primae Actionis*. Inde aliud ſequitur Carmen, cuius initium eſt:

*Quid tantum critici Catoniani.*

Finis:

*Nedum iam venialis iſta noxa.*

Codex chartac. impreſſus in 4. ſine loco & anno, cum pictura in principio, & Medicei Cardinalis ſtemmate gentilio. Conſtat foliis 18. In Catal. Montfauc. ſub eodem num. XXIII.

## IOANNIS NESII DE MORIBVS.

IOannis Neſii de Moribus ad Petrum Medicem Laurentii filium Dialogi IV. praevia ſingulis Praefatione. Libri primi Praefatio inc. *Coſimum Medicem, proavum tuum, Patriae Patrem, virum omnium, quos veſtra tulit aetas, ſine controverſia ſapientiſſimum dicere ſolitum accepimus, ſuaviſſime Petre, nullum ex tam variis, tamque diverſis ſtudiorum generibus, quibus homines pro cuiuſque ingenio exercentur, & nobis ſalutarius, & homini utilius eſſe, quam quod a ſancto auguſtoque Socraticae Philoſophiae fonte deductum de vita, & moribus eſſet, ac ad rectam vivendi rationem pertineret. Erant praeterea inter haec nonnulla, quae ab homine, tum mercatoriis negociis, tum publicis muneribus occupato minus deſiderari viderentur. Quamobrem non alienum ab inſtituto noſtro eſſe duximus, ſi dum in hoc Ariſtotelis gymnaſio verſaremur, his hominibus, quantum in nobis eſſet praeſidii praeſtaremus, ut qui uberrimum eius diſciplinae fontem haurire, totoque ſeſe proluere euo* ( ſic ) *nequeunt, ſummo ſaltem ore attingere atque primis, ut aiunt, labiis deguſtare noſtra opera poſſint. Quod quidem negocium eo libentius ſuſcepi, quod & tibi gratum futurum, & mihi hanc morum inſtitutionem ex ipſa exercitatione in mente altius imprimendi, non mediocriter profuturum intelligebam. = Et quemadmodum a Platone de Animorum immortalitate Socrates, a Cicerone de Senectute Cato, de Amicitia Laelius diſputantes introducuntur; ſic a nobis omnis de morum inſtitutione Donato Acciaiolo tribuitur ſermo, qui veluti huius Socraticae Philoſophiae antiſtes ( nam ſe non minus, quam verbis philoſo-*

(1) Nihil de eo habet Fabric. in Biblioth. Med.
(2) In Catalogo Montfauc. typographi errore legitur *Godazinum*.

Digitized by Google

*loſophatus eſt ) haec eadem tum ſaepe alias, tum vel maxime annum fere ante eius obitum, nobis praeſentibus diſſeruit; ac tanta dicendi arte exornavit, tanta exemplorum copia referſit, ut alias eruditiſſimos multos, illis vero diebus ſe ipſum ſuperaſſe videretur. Inſtituit autem eo ſermone Donatus, non quoſvis adoleſcentes, ſed e multis delectos, Philippum Valorium, Bernardum Medicem, Alamanni filium, propinquum tuum, Antonium praeterea Lanfredinum, ac Iacobum Salviatum, cui ſuperiore anno ſoror tua matrimonio locata eſt: quos ita eloquentia ſua excitavit, ac mira quadam orationis ubertate, ad hanc doctrinam percipiendam inflammavit, ut maximos iam, & in liberalium artium ſtudiis, & in hac vivendi diſciplina iudicio meo progreſſus fecerint, multoque maiores, quum ingenium illorum, ſtudiumque inſpicias, facturi in dies eſſe videantur. Quare quum Donatus haec ipſa elegantius ſane, quam a me dici poteſt, cum his adoleſcentibus diſſeruiſſet, & illum, & hos loquentes induximus, quo commodius diſputationes noſtras explicaremus, ac Donati ſententiam referremus. Habes, iucundiſſime Petre, conſilium meum, ac mearum lucubrationum rationem; quibus quum extremam manum impoſuerim, nemo mihi occurrebat, cui potius, quam tibi hae noſtrorum ſtudiorum primitiae dicarentur* =. *Accipe igitur diſputationes noſtras de Moribus, atque eas legens, praeſta te nobis talem, qualem praeclariſſimum ingenium tuum, eximiaque natura pollicentur; qualem tua ampliſſima fortuna poſtulat, atque domeſtica adhortantur exempla; qualem praeterea tuorum parentum diligentia poſcis, qui praeceptorem tibi ex omni numero probatiſſimum delegerunt Angelum Politianum, cuius etſi antea quoque ingenium, doctrinamque multa cum Graece, tum Latine ſcripta fatebantur, quum primum tamen publica illius cantu gymnaſia reſonarunt, tantam ſui admirationem excitavit, ut eruditiſſimi quique in eo, tamquam in lucidiſſimo ſpeculo, veterum ſibi poëtarum, oratorumque intueri effigiem videantur. Cui quidem, ſi, ut debes, utque iam facis, adſidue operam dederis, is profecto, mi Petre, facile evaſeris, quem & Ariſtoteles iubet, & omnes amici tui, quorum ego nemini, aut voluntate erga te, aut fide, ſtudioque concedam, & poſtulant, & exſpectant. Ceterum, ne ſtudio tecum loquendi, quod nos incautos longius fortaſſe provexit, ulterius progrediamur, iam ad ipſas diſputationes accedamus.* Dialogus primus inc. *Quum igitur ego, & Bernardus Medices, & Antonius Lanfredinus, Donati domum veniſſemus, offendimus illum deambulantem, unaque Philippum Valorium, & Iacobum Salviatum, quem Philippus pro affinitate, quae ſibi cum illo eſſet, ad Donatum adduxerat, ut ipſe ſuavitatem adoleſcentuli, virtutiſque indolem contemplaretur. Quos quidem, quum, ut patriae mos fert, amiciſſime ſalutaremus, opportune acceditis, inquit Donatus; Philippi enim rogatu de inſtitutione morum agebamus, Peripateticos maxime philoſophos pro arbitrio noſtro ſequentes &c.* Tum nonnullis interiectis ita proſequitur pag. 12. *Duos illos Chriſtophori Landini praeceptoris veſtri de Summo Bono praeclariſſimos libros aſſumas in manus, in quibus quidem, nec Dialecticorum acumen, nec graviſſimorum Philoſophorum doctrinam, nec verborum ornamenta, variiſque reſperſam floribus orationem deſiderabit* = Pag. 20. *Verum, ne repugnantia loqui videar, animadvertite. Quum mirifica docilitatis, memoriaeque ornamenta in puero Laurentio perſpicerem, quum plurima, praeclariſſimaque aviti paternique ingenii lineamenta in illo agnoſcerem, felicem eum ſaepius nuncupavi, quaſi felicem paullo poſt futurum augurer. Verum nec fruſtra augurium vani docuere parentes; ea enim ſpes, quam de illo maximam, firmiſſimamque conceperamus, nos non ſolum, tamquam mera fruſtrata non eſt, ſed tamquam ſolida uberrimos enixa fructus; quippe qui longe etiam maiora ampliora que praeſtiterit, quam polliciti fueramus, de quibus alius erit dicendi locus, & maioribus quaſi theatris ſingulares eius incredibileſque virtutes percenſendi &c.* Pag. 50. *b. Memini enim me, quum ſuperiore anno Angelus tuus Politianus, ( te enim, Donate, ut neminem colit ) Pythagoreos verſus, veluti & Graecarum litterarum praeludium, & bene vivendi normam nobis interpretaretur, memini, inquam, me carmina quaedam mandare memoriae, quae ni exciderunt, ad verbum haec ſunt &c.* Pag. 58. *b. Nam quum nudiuſquartus domum hanc tuam veniſſem, teque cum Bernardo Oricellario, ac Ioanne Cavalcante ingenio, & doctrina praeſtantibus, de animorum perturbationibus diſputantem inveniſſem, memini te in eo ſermone manſuetudinem, Romano Ægidio, nonnulliſque aliis auctoribus, cum ceteris perturbationibus numerare.* Deſinit Dialogus primus: *His dictis, ſilentium conſequutum eſt. Nos autem Donatum, ut Romanorum mos fuit, in curiam deduximus, a quo dimiſſi, diſceſſimus, certatim illius doctrinae gravitatem, orationis ubertatem, pronuntiandi maieſtatem, ac ſingularem humanitatem extollentes.*

Pag. 63. Praecedit ſecundum Dialogum haec Praefatio digna certe quae proferatur: *Dum eum ſermonem, quem de virtutibus his, in quibus ad bene vivendum praeſidii ſatis eſt, Donatus Acciaiolus ſumma cum gravitate & elegantia habuiſſet, memoria comprehendere, & huic ſecundo libro mandare inſtituo, iucundiſſime Petre, recrudeſcit ſane vulnus illud, quod iam temporis longinquitate conſenuiſſe videbatur. Quemadmodum enim probis filiis defunctorum parentum imaginem intuentibus, compreſſus ille animi moeror excitatur, ita nobis ſequentis diei diſputatione ſedatus ille dolor, & veteres moleſtiae angoreſque ex Donati obitu ſuſcepti renovantur. Evenit enim mihi quod ſaepe alias; quoties namque in animum meum imago illius incurrit, ( incurrit autem perſaepe ) toties & tanti viri mortem deploro, & noſtrae Civitatis vicem condoleo. Hoc autem ſecundo die ita ſe expreſſit Donatus, ita ad unum omnia ſui lineamenta depinxit, ut in illo ſermone, quaſi*

Phydiai in clypeo Minervae ſimillimam ſui ſpeciem incluſerit. Nam quum ſanctiſſimis ipſis & Peripateticorum legibus parueris, ac omnes quae & virum bonum efficiunt, & ſeptum undique a perturbationum tuentur inſultibus, virtutes prae ſe tuleris, fieri non potuit, quin ipſe dum viri boni officia duceret, ſui ipſius ſimulacrum ederet, ac ſe ſe nobis, tamquam praeclariſſimum civilium virtutum exemplar, imitandum proponeret; quae quidem in eo tam mirifice eluxerunt, ut neſcias, quae cui praeſtiterit, ſi qua modo praeſtitit, & non unaquaeque omnibus numeris, quantum hoc genus virtutis patitur, abſolutiſſima fuit; niſi us quam quiſque virtutem in optimo cive deſideras, ea in Donato enituiſſe animadvertat. Nam ſi aut gravitatem, aut humanitatem requirimus, non altius exempla petamus. Habemus enim Donatum, qui in utraque adeo excelluit, ut Platonem imitatus, ſummam gravitatem ſumma cum humanitate coniunxerit. Si quit iuſtitiam deſiderat. Donatum intueatur, in quo ſolidam expreſſamque eius effigiem fuiſſe comperiet. Si quis temperantiam appetit, Donatum inſpiciat, ſummum noſtra tempeſtate exemplum temperantiae. Praetereo quanta eius fuerit in adminiſtranda Republica prudentia, atque ſapientia; nam haec nota ſunt omnibus. Praetero quanto patriae amore flagraverit; id enim teſtatur eius clariſſima mors. Nihil dicam de magnitudine animi, de liberalitate, de manſuetudine, urbanitate, ceteriſque id genus virtutibus, de quibus cum ſummis in ea re viris honorificentiſſime certare poterat. Iam vero in ipſis litterarum ſtudiis tantos fecit progreſſus, ut & in Oratoria facultate plurima habuerit ornamenta dicendi, ac veteris eloquentiae formam indolemque eleganter expreſſerit, & in ipſa bonarum artium parente Philoſophia, tum omnium ſapientium ſacris initiatus, tum vel maxime ipſorum Peripateticorum veluti antiſtes quidam habitus fuerit. Sed haec in funebri oratione longius ſum proſequutus. Quamobrem ferreus ſim, Petre, ſi tam probi, tam ſapientis, tam eruditi civis recordatio, ſiccis, ut aiunt, oculis mentem ſubiret. Exſtinctum eſt eo die, quo deceſſit Donatus, quoddam veluti noſtrae Reipublicae lumen, noſtrae civitatis ornamentum, firmiſſimum bonorum omnium praeſidium, & eo quidem tempore exſtinctum, quo maxime eius opera indigebamus, quo multis hoſtium telis Reſpublica noſtra cruentata eſt, multis fluctibus exagitata, in maximum diſcrimen adducta. Et quis eſt tam magno, tam forti animo, qui quum unum haberemus Donatum Acciaiolum, in quo non mediocris noſtrae ſalutis ſpes collocata erat, quem ad chriſtianiſſimum Gallorum Regem Senatus Oratorem delegavit, ut faces ad huius urbis incendium accenſas exſtingueret, eum autem mors e medio profectionis curſu arripuerit, nobis non lugendum cenſeat? O inanes cogitationes noſtras! o ſpes hominum fallaces! quo enim maxime ex eius vita fructus uberrimos exſpectabamus, eo ipſo tempore e medio nobis ſublatus eſt; ita ut non ſolum ſpe fructus, & auxilii nos privarit, ſed aeternum ſui deſiderium, & amariſſimas lacrymas reliquerit. Verum, quoniam immortali Deo ita viſum eſt, aequo animo feramus oportet, atque divinae legi, quam nemo praevaricari poteſt, pro noſtra conditione acquieſcamus. Et ſi tantorum erga patriam meritorum memores, ſi grati animi ſumus, ſingulares huius integerrimi civis virtutes colamus memoria ſempiterna, atque eius praeceptis, quae in noſtris his diſputationibus traduntur, omni ſtudio pareamus. Cui enim magis parendum eſt ad bene beateque vivendum inſtituenti, quam illi, qui ita vixit, ita in Republica verſatus eſt, ut nihil aliud, quam bene beateque vivere a prima pueritia curaſſe videatur? Imitemur igitur totis viribus Donatum noſtrum, eiuſque imaginem noſtris mentibus imprimamus, quam nulla umquam poſſit temporis abolere vetuſtas. Legimus enim Q. Maximum ac P. Scipionem dicere ſolitos, quum maiorum imagines intuerentur, vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi. Legimus & alios multos clariſſimos viros vitas hominum, ut Terentianus Demeas iubet, tamquam in ſpeculum inſpexiſſe, atque ex aliis ſibi exemplum ſumpſiſſe. Sic Pelopidas Thraſybulum, ſic Fabius Periclem, ſic Portius Cato Curium, Caeſar Alexandrum, M. Brutus Iunium Gentilem ſuum exprimere ac referre conati ſunt. Sic nos Donati vitam a carceribus ad calcem uſque contemplemur, eius mores totis viribus obſervemus, eius curricula mentis, ac exercitationes ingenii penſitemus, eius denique in omni vivendi genere honeſtiſſimum exemplar nobis ante oculos proponamus. Tu vero, Petre, habes, praeter Coſmum Petrumque Medices, viros excellentiſſimos, & ſpirantia adhuc domeſtica virtutis exempla, quae te ad bonarum artium ſtudia, ad virtutem, ad decus, & gloriam, non ſolum excitare debent; verum etiam vehementer incendere, quae dies noctesque obſerva quaeſo, atque omni induſtria imitare, ut & egregia iſta indole, & tuorum ſplendore, & ampliſſima fortuna tua dignus evadas. Ceterum, ne noſtra longius evagetur oratio, Donati Sermonem ſecundo die habitum memoriae prodamus, qui ad hunc fere modum eſt inſtitutus. Dialogus inc. Poſtero die paullo ante meridiem ad Donatum revertimur, qui ſalutationibus, ut de more eſt, ultro citroque habitis, non eſt opus, inquit, ea quae ſunt a nobis heſterna diſputatione concluſa, vobis repetere &c. Pag. 94. b. ubi de Coſmo ſeniore loquitur, haec prodit: Nam quanta prudentia omnibus Reipublicae muneribus perfunctus ſit, quanta ſapientia civitatem noſtram gubernarit, teſtis eſt Patria ipſa, in quam tot contulit beneficia, a qua tot accepit, ut pulcherrimum omnium certamen inter ſe ſuſcepiſſe viderentur, in quo & vincere, & vinci utrique glorioſum foret. Sed illa perſaepe Coſmi conſilio operaque ſuffulta, ut optimi civis veſtigia non preſſa leviter ad exigui gloriam temporis, ſed fixa ad ſempiternam memoriam conſervaret, gratiſſimum Romanorum animum imitata eſt. Et quemadmodum Roma Ca-

*Camillum, quoniam illam a Gallorum inſultibus armatus defenderat, Romanae urbis conditorem appellavit, ſic & ipſa Coſmum, quoniam eam togatus, & defenderat, & auxerat, publico decreto Patrem Patriae nominavit. Teſtatur praeterea Coſmi ſapientiam univerſa Italia, ex qua ſapientiſſimi viri cognomen reportavit; ille enim in ſenectutem vergens, quum podagris oppreſſus domi ſe contineret, iure mihi videbatur dicere poſſe, quod apud Ennium dicit Pythius Apollo, ſe eſſe eum, a quo populi, principeſque conſilium expeterent, ſuarum ſummarum rerum incerti, quos ille ſua ope ex incertis certos compoteſque conſilii dimittebat. Sed quid plura? tam incredibilis iam de eo fama percrebuit, ut eius res geſtae atque virtutes, quemadmodum de Pompeio inquit Cicero, iiſdem fere, quibus ſolis curſus regionibus ac terminis, contineantur. Verum, quoniam, ut eſt apud Horatium „ fortes creantur fortibus „ ex eo viro, tamquam ex equo Troiano magnanimi eius poſteri proſiliere. Magnanimus enim Petrus, magnanimus Ioannes, ambo filii Coſmi, magnanimi nepotes duo. duo noſtrae civitatis clariſſima lumina, Laurentius, atque Iulianus; magnanimi quoque, ſi vaticinari licet „ & nati natorum, & qui naſcentur ab illis „. Sed iam de magnanimitate modum inveniat, & ad extrema tranſeat oratio &c.* Pag. 99. *Quidam placendi delectandique tantum ſtudio ducti, omni ſpe quaeſtus ſublata, tamquam domeſtici canes, hominibus adulantur. Hos, ſi Vallae creditis, adulatores, illos aſſentatores appellare poteſtis: cui vero a nemine factum eſt ſatis, qui omnia redarguit, omnia moleſte fert, inhumanum, contentioſum, moroſumque nomino &c.* Deſ. *Verum quoniam iam caelum condit Iuppiter umbra, quae reſtant in craſtinum, ſi placet, differamus, quo die & in hac ipſa re, & in ceteris, quae ad utramque felicitatem requiruntur, quantum temporis dabitur, libentiſſime conſumemus; cui uno ore aſſenſimus omnes, atque peractis gratiis, domum diſceſſimus.*

Pag. 109. *b.* Dialogi tertii Praefatio inc. *Saepe mecum & multum mirari ſoleo, iucundiſſime Petre, nonnullorum hominum ingenia, qui ex tenuiſſima quoque morbi ſuſpicione medicos undique, vel ſumma mercede ad corporis curam accerſunt, nec ingraveſcentem morbum exſpectandum, ſed remediis praeveniendum arbitrantur; animum autem ipſius corporis contagione infectum, atque peſtiferis interdum perturbationibus aeſtuantem, quodammodo negligunt, illique veluti laſcivienti puero blandiuntur; ita ut aegritudine paullo poſt tabeſcens, vel numquam, vel difficulter admodum convaleſcat &c.* Pag. 111. *Tu Petre, ad hanc Philoſophiam natus videris, qui tot naturae muneribus ornatus, ita a teneris, ut aiunt Graeci, unguiculis educatus, iis moribus a probatiſſimo praeceptore tuo imbutus es, ut nihil profecto omnium iudicio ad hanc doctrinam percipiendam tibi deeſſe intelligamus; nam quantum Graecae litterae, ut de Latinis taceam, tibi adiumenti ad ipſius ſapientiae ſtudium attulerunt; in quibus iam adeo excellis ut, quod paucis admodum noſtrae aetatis contigit, tertiumdecimum vix ingreſſus annum, facile etiam ac expedite loquaris, ſic, ut mediis natus Athenis videare! Habes itaque, Petre, aditum ad omnem ſcientiam apertiſsimum; habes certe iter ad caelum expeditiſsimum &c.* Dialogus inc. *Poſtulat Ariſtotelicae doctrinae ordo, inquit Donatus, ut ſedatis perturbationibus, correctiſque noſtrorum animorum affectionibus, ulterius vela pandamus.* Deſ. *ceterum, quoniam, ut eſt apud Maronem „ iam ſol creſcentes decedens duplicat umbras „ hodierno ſermoni finem imponemus. Vos deambulando, ſanitati operam dabitis; ego una cum Alamanno Rinuccino amiciſsimo noſtro, ac omni litterarum genere eruditiſsimo, relaxandi animi gratia, Carthuſium me conferam, indeque cras ad meridiem revertar, ac domi vos praeſtolabor ut ſuperioribus diſputationibus bene affecti atque morati, ad ſummum tandem humanae felicitatis culmen, duce Ariſtotele, adſcendatis.*

Pag. 136. *b.* Prologus in Dialogum quartum inc. *Non ſum neſcius eſſe quoſdam, iucundiſsime Petre qui quum homines ad ſobolem propagandam, ad tuendam civitatem, ad genus humanum protegendum aptos eſſe conſiderent &c.* Dialogus inc. *Quum ſequenti die nos ad conſtitutam horam redeuntes, Donatum in hemicyclo ſedentem offenderemus &c.* Pag. 149. *Verum utrum in cognitione, an in fruitione Dei caeleſtis illa felicitas reponatur, Theologi certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Utrinque enim acerrime pugnatur, utrinque validiſsimae rationes ex intimis Theologiae penetralibus in medium proferuntur. Nam qui primas menti tribuunt, in cognitione, qui vero voluntati, in fruitione beatam vitam ſtatuere ſolent; illi Albertum cognomento Magnum, & Aquinatem Thomam habent auctores; hi Scoto, Ochamo, Alexandro, ac Nicolao de Lyra aſſertoribus nituntur.* Deſ. *his dictis, Donatus orationi ſuae finem impoſuit, cui nos, ut par fuit, ingentiſsimas gratias egimus; deinde, quum ab eo miſſionem peteremus, negavit, ſe nobis illam daturum, niſi prius, iam enim adveſperaverat, apud ipſum familiariter coenaremus; cui poſtquam morem geſſimus, animo tandem corporeque refecti, domum, venia impetrata, diſceſſimus.* Tum rubris maioribus litteris ſubiicitur: *Ioannis Neſii de Moribus ad Petrum Medicem Laurentii F. Dialogus quartus idemque ultimus finit.*

Hic Ioannes Neſius Florentinus, Philoſophus Platonicus, & Rhetor non obſcuri nominis, claruit anno circiter MCCCCLXXXV teſte Pocciantо, & Nigrio in Hiſt. Florent. Scriptor. Oraculum de Novo Saeculo Latine conſcripſit, cuius idem Poccianius meminit, abſolvitque A. MCCCCXCVI illudque Ioanni Franciſco Mirandulae Comiti inſcripſit. Prodiit Florentiae anno ſequenti MCCCCXCVII. opera Laurentii de Morgianis 4. De eo Vgolinus Verinus in Illuſtratione Civitatis Florentiae ſic cecinit:

*Neſia progenies, quondam Petruia dicta,*
*Eſt nunc eloquio praedocti ornata Ioannis.*

Teſtamentum condidiſſe A. MDVI. tradit Salvinus Salvinius in notis Ms. ad Nigrium; a nullo tamen fit mentio operis, quod continetur in hoc Codice: quodque nos pridem innuimus in Specim. Litterat. Flor. Tom. II. pag. 478.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus, cum pulcherrima pictura in principio, effigie Auctoris ad vivum expreſſa, & ſtemmate gentis Mediceae cum ſeptem pilis, quarum media caerulea eſt, & cum tribus liliis. Conſtat foliis ſcriptis 172. In Cat. Montfauc. ſub eodem num. XXIV.

MAGISTRI LAVRENTII DE VETERINARIA DISCIPLINA.

Cod. XXV. Liber Mareſchalciae compoſitus a Magiſtro Laurentio dicto Ronzino (1), familiari Reverendi Patris, & Domini Napoleonis S. Adriani Diaconi Cardinalis (2). Epiſtola, ſive Prooemium inc. *Reverendo in Chriſto Patri, & Domino ſuo, Domino Napoleoni Dei gratia S. Adriani Diacono Cardinali Laurentius dictus Ronzinus Mareſcalchus de Vrbe familiariorum veſtrorum minimus recomendationis inſtantiam & perpetuum famulatum. Inter cetera animalia, quae ad dignitatis humanae ſolatium ille fabricator excelſus opifex omnium procreavit, equos cuiusdam ſingularis decoris nobilitate, & formae dote praecipua ventilavit.* Deſ. *non noſtra, ſed veſtra eſt gloria huius libri.* Dividitur totum Opus in Capita CLXXXV. Caput primum *De natura equi,* inc. *Equus calidae naturae iudicatur.* Caput ultimum deſ. *prout Luna mutatur, & augetur. Explicit Liber Mulſcalciae compoſitus per Laurentium dictum Ronzinum de Vrbe Veteri Maneſcalchum, & familiarem Reverendi Patris & Domini, Domini Napoleonis S. Adriani Diaconi Cardinalis. Deo gratias. Amen. Vivat in caelis Petrus Ioannis Pieri Pellegrini de Tuderto Scriptor fidelis. Amen.* Tum ſubiicitur curatio quaedam equorum vernacula lingua ſcripta, & quidem ita: *Se lo cavallo è feroce, e orgoglioſo che non ſi laſci tagliare, overo incendere, e fieti biſogno di farlo, dagli a mangiare drame tre di iuſquiamo con un pogo d' orzo, e ſie ſi alloppiato che non ſentirà l' oncendere, nè lo tagliare del medico, overo maliſcalco, quando lo maſcalciſce; & quando l' ai maſcalcito lavali lo capo, e coglioni coll' aceto, e ſie guarito dell' alloppiare, e torna nel ſuo ſtato di prima.* Tandem occurunt ſuperſtitioſa quaedam circa curationem vermium, item equorum, ſed Latine exarata. Laurentius Ronzinus, Vrbevetanus Mareſcalchus, & familiaris Napoleonis S. Adriani Diaconi Cardinalis circa annum MCCLXXXIX. ſcripſit hunc Librum Mareſchalciae, ſive de Medicina Veterinaria, cuius duos Codices, uti in hac Biblioth. extantes, memorat Fabricius Biblioth. Med. Tom. VI. pag. 124. quod tamen falſum, quum unicum tantummodo exſtet Exemplar, uti animadvertimus Catalogi noſtri Tomo ſuperiore pag. 571.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. parum caſtigate ſcriptus, cum notis marginalibus aliis, ſed recentiori manu ſatis docta. Conſtat foliis ſcriptis 50. In Catal. Montfauc. ſub eodem num. XXV.

# PLVTEVS LXXVIII.

## CONTINENS LATINOS CODD. MSS XXV. ITALICVM I. SVO LOCO RECENSENDVM

## CODEX I.

### PETRARCHAE VARIA OPERA.

I. pag. 1. Franciſci Petrarchae Poëma, cui nomen Africa, Libris IX. cum ſex verſibus in fine, ut in Codice XXXV. Pl. XXXIII. Tomi ſuperioris pag. 131.

II. pag. 107. *b.* Somnium Scipionis excerptum ex Libro VI. de Rep. M. T. Ciceronis, ut alibi.

III. pag. 112. Franciſci Petrarchae Poëtae laureati Bucolica Eclogis XII. ut in Cod. XXVI. Plut. XXXIX. Tomi citati pag. 312. §. II. In calce legitur: *Explicit Conflictatio, viri-*

(1) In margine recentiori manu adnotatum eſt: *ab aliis Laur. Rufius appellatur.*

(2) In margine ſimiliter haec legas: *Cardinalis iſte Napoleo fuit ex illuſtri, & ampliſſima Vrſinorum familia, & in Cardinalium collegium cooptatus a Nicolao IV. Anno MCCLXXXIX.*

Digitized by Google

*vtrique placlariſſimi atque Poëtae inſignis Franciſci Petrarchae Florentini Romae nuper laureati Bucolicum Carmen explicitum eſt feliciter.*

IV pag. 141 *b*. Eiuſdem ad inſignem virum Ioannem Boccaccium de Certaldo contra ignaros atque invidos reprehenſores obiectorum ſtylo criminum purgatio Inc. *Aut tacere oportuit, aut latere*. Deſ. *ut cum illo ſiniam, qui talia multa paſſus eſt Hieronymo. Vale. Venetiis III Idus Martias. Explicit Invectiva, ſeu Purgatio criminum obiectorum ad inſignem virum Ioannem Boccaccium contra ignaros, atque invidos reprehenſores*. Eſt Rerum Senilium Libri II. Epiſtola I. ut in edit. Baſileenſi per Sebaſtianum Henticpetri ann. MDLIV. fol. Tom. II. a pag. 749. ad pag. 756.

V. pag. 151. Eiuſdem Epiſtolarum metricarum Libri III. ad Barbatum Sulmonenſem, ut in Codice VII. Pl. LIII. Tomi cit pag. 604.

VI. pag. 230. Clariſſimi Poëtae Florentini Dantis Aligherii ſumma Monarchia. Inc. *Omnium hominum, quos ad amorem veritatis natura ſuperior impreſſit, hoc maxime intereſſe videtur, quemadmodum de labore antiquorum ditati ſunt, ita ipſi poſteris prolaborent, quatenus ab eis poſteritas habeat quo ditetur*. Deſ. *illa igitur reverentia Caeſar utatur ad Petrum, qua primogenitus filius debet uti ad patrem, ut luce paternae gratiae illuſtratus, virtuoſus orbem terrae irradiet, qui ab illo profectus eſt, qui eſt omnium ſpiritualium & temporalium gubernator. Finis Clariſſimi Poëtae Dantis Aligherii Florentini ſumma Monarchia explicit*. Ex Aligheriorum Codice elata a Mario Philelpho illius ratio principii, quo Monarchiam ſuam movit Dantes. *Romano quidem* ( inquit ) *ſtylo edidit Opus, cui Monarchiae dedit nomen. cuius hoc eſt principium: Magnitudo eius, qui ſedens in throno cunctis dominatur*. Hoc quidem a Monarchiae editione diverſum, remotumque eſt. Monarchiae tamen libellus, qui noſtra aetate proſtat, exſtabat etiam Saeculo XV. quo a Marſilio Ficino, aliiſque Italicae datus eſt linguae.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum duplici pictura in principio, quarum una operum ſingulorum titulos, aureis & caeruleis literis exaratos, altera Mediceum ſtemma, & alia emblemata variis intermixta ornamentis exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 261.

## PETRARCHAE VARIA OPERA.

*Cod. II.* I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae Poëtae laureati de Vita Solitaria Libri III. quorum primus inc. *Viſus autem ſum mihi*. Vltimus deſ. *bene ſuades, recte conſulis, verum dicis*. In cit. eius Operum editione Baſileenſi Tom. I. a pag. 227. ad pag. 292. Deſunt autem in Codice prima duo Capita Libri primi.

II. pag. 61. Eiuſdem Invectivarum contra Medicum Libri IV cum Praefatione, quae inc. *Quatuor Invectivarum libros*. Deſ. *nemo inde maior fuit. Vale. Mediolani IIII. Idus Iunii*. Liber I. inc. *Quiſquis es, qui iacentem calamum &c.* Vltimus deſ. *laceſſentem oderis, & valeas, precor*. Ibid. Tom. II. a pag. 1087. ad pag. 1117.

III. pag. 104 Eiuſdem ad Ioannem Boccaccium contra ignaros, & invidos reprehenſores ſuorum Carminum, ut in Codice ſuperiore §. IV.

IV pag. 113. Eiuſdem de fide, & obſervantia uxoris. Praecedit Epiſtola Ioanni Boccaccio, quae inc *Librum tuum, quem noſtro materno eloquio &c.* Deſ. *Haec praefatus incipio*. Libellus inc. *Eſt ad Italiae latus occiduum*. Deſ. *quod pro ſuo mortali coniuge ruſticana haec muliercula paſſa eſt*. In cit. edit. Tom I. a pag. 540. ad pag. 546. lin. 16. ſub titulo: *De obedientia & fide uxoria Mythologia*.

V. pag. 120. Eiuſdem ad Gherardum Monachum Cartuſienſem germanum ſuum Epiſtola. Inc. *Quid mihi de hac vita &c.* Deſ *niſi dexter trames deferatur, via eſt. Vale. Inter colles Euganeos III. Kal. Decembris*. Ibid. Tom. II. pag. 703. & eſt Epiſt. VIII. Libri VIII. de Rebus Familiaribus.

VI. pag. 130. *b*. Eiuſdem de Rebus Memorandis Libri IV. praevia Capitum tabula. Liber primus inc. *Sed mihi cuncta verſanti*. Vltimus deſ. *& cladibus finem ſtatuat, labores noſtros miſeratus ipſe, qui poteſt*. Τέλος Ibid. Tom. I. a pag 392. ad pag. 494. ubi ſequitur Caput X. *de Modeſtia* inſcriptum, quod in Codice deſideratur.

VII. pag. 241. Eiuſdem Itinerarium a Genua uſque in Ieruſalem, & Alexandriam, praevia Epiſtola ad Amicum, quae inc. *Raro admodum ſpei noſtrae rerum exitus reſpondent*. Deſ. *iam iam reducem exoptamus*. Itinerarium inc. *Poſcis ergo, vir optime*. Deſ. *& hoc duce, doctior nobis ac ſanctior remeabis*. Ibid a pag. 556. ad pag. 564. Sed in Codice poſt editionis ultima verba. *O rerum finis humanarum*, haec alia ſequuntur: *certe, ut es ingenio promptus ac docilis, facile tantis ac talibus magiſtris, quantum proſperis ſit fidendum, diſces, perpetuoque memineris Sed iam ſatis eſt ſcriptum hactenus; tu remis ac pedibus maria & terras, ego hanc papyrum calamo properante ſulcaverim, & an adhuc tu feſſus ſis eundo, certe ego iam ſcribendo fatigatus ſum, eoque magis, quo celerius inceſſi; quod enim iter tu tribus forte vix menſibus, hoc ego triduo conſummavi: hic utrique igitur viae modus ſit; tibi domum, mihi ad mea ſtudia redeundum, quod ego confeſtim fecero; tibi vero pluſculum negocii ſupereſt peragendum. Chriſti ope feliciter, his ſpectaculis, & hoc duce doctior nobis ac Sanctior remeabis*.

VIII. pag. 252. Eiuſdem de ignorantia ſui & aliorum Liber. Inc. *Numquamne taceſcemus*. Deſ. *& amantem ament*. Ibid. Tom. II. a pag. 1036. ad pag. 1059.

IX.

IX. pag. 279. Eiuſdem de Secreto Conflictu curarum ſuarum Libri III. cum Praefatione, quae inc. *Attonito mihi*. Deſ. *aggreſſus eſt*. Liber I. inc. *Quid ais homuncio?* Liber III. deſ. *& fortuna non obſtrepat*. Ibid. Tom. I. a pag. 331. ad pag. 369. ubi hoc Opus inſcribitur. *De contemtu Mundi Colloquiorum liber* (1), *quem Secretum ſuum inſcripſit*.

X. pag. 322. Eiuſdem Liber de Sine nomine, ſeu Epiſtolae anepigraphae XVII. una cum Praefatione, quae inc. *Quum ſemper odioſa fuerit*. Deſ. *mundo teſte*. Epiſtola I. inc. *Quid agis bone vir?* Epiſtola ultima deſ. *& his ultra non addam*. Ibid. Tom. II. a pag. 709. ad pag. 732. ubi ſequitur Epiſtola XVIII. quae in Codice deſideratur.

XI. pag. 345. Eiuſdem Epiſtola (ſeu potius fragmentum Epiſtolae), quae intitulatur Invectivarium contra Gallos. Inc. *Nuper aliud agenti mihi*. Definit imperfecte in verbis: *ut vix mihi poſſibile videretur virum tolle* (2) *in illa . . . .* Ibid. a pag. 1068. ad pag. 1072. lin. 1.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſimus, cum litteris Librorum initialibus mirifice illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una Operum titulos auro & caeruleo colore expreſſos, altera Mediceae gentis ſtemmata & emblemata exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 349.

## PETRARCHAE EPISTOLAE,

Quibus accedit

*Eiuſdem Invectiva contra Gallum vituperatorem rerum Italicarum.*

*Cod. III.* I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae Poëtae laureati Florentini Epiſtolarum Rerum Senilium Libri XVII. cum Praefatione, quae inc. *Olim Socrati meo*. Deſ. *ſenum dona, quam iuvenum*. Epiſtola I. Libri I. inſcripta *Ad Franciſcum Sanctorum Apoſtolorum* (3) *de Florentia, fortunae blandicias contemtu magnifico repellendas*, inc. *Iam ante litterularum tuarum adventum &c.* Vltima vero, ſeu IV. Libri XVII. *Ad eumdem* (ſcilicet *Ioannem Boccaccium*) deſ. *quod natura ipſa loquacior eſt ſenectus. Valete amici. Valete Epiſtolae. Inter colles Euganeos VI. Idus Iunias MCCCLXXIV.* Tum rubrica ſubiungitur ab eadem manu: *Mortuus eſt Dominus Franciſcus auctor harum Epiſtolarum de menſe Iulii ſequentis XXIV. die.* Exſtant Epiſtolarum Rerum Senilium Libri XVI. cit. edit. Tom. II. pag. 735. uſque ad pag. 968. Progrediuntur autem eodem ordine cum editis uſque ad Epiſtolam VI. (4) Libri III. Heic enim pag. 40. *b*. lin. 15. poſt verba *& ut arbitror, niſi rationis officium* (5) immediate ſequuntur illa: *fratres damnat. noſti me mille tantae ſunt innumerae quas non facile oblivìſci poſſim &c.* (6) quae ſpectant ad Epiſt. VII. & ultimam Libri V. omnibus, quae interiacent praetermiſſis, quare ſequens Liber, qui in editione eſt VI. in Codice appellatur IV. Hunc autem defectum ex aliquot quaternionum vetuſtioris exemplaris, unde noſtrum defluxit, iactura, a librario minime animadverſa, profectum arbitramur.

Pag. 43. Poſt Epiſtolam IV. Libri IV. (in edit. VI.) ſequitur in Codice Epiſtola inſcripta *Ad Philippum Patriarcham Hieroſolymitanum, promiſſi Libri tranſmiſſio, & dilationis excuſatio*, quae inc. *Miſi tandem tibi, Pater, expetitum &c.* Deſ. *ac multorum requie. Vive felix, & vale. Venetiis octavo Idus Iunias.* Haec non legitur in cit. edit.

Pag. 45. *b*. Inter Epiſtolam vero V. & VI. huiuſce Libri, inſeruntur in Codice aliae duae, quarum prima inſcripta. *Contra avaritiae magiſtros, & de ſenum, divitumque, & regum avaritia*, inc. *Scio tibi magiſtrum avaritiae domi eſſe*. Deſ. *non diſſuadet paedagogus. Vale*. Altera pag. 47. *b*. inſcripta *De avaritia iterum, ingeniis ad vitam multorum, & de eius effectibus horrendis, ac miſeriis*, inc. *Et miramur, ſi avaritiae regnum late patet*. Deſ. *ter vocatus expergiſcere, & vale*.

Pag. 125. *b*. Inter Epiſtolam X. & XI. Libri XI. legitur in Codice alia Epiſtola anepigrapha, quae inc. *Quid mihi de hac vita quam degimus videatur interrogas; neque immerito &c.* Eſt autem ad Gherardum Monachum Carthuſienſem, ut ex Codice ſuperiore eruitur §. V.

Pag. 156. Inter Epiſtolam IV. & V. Libri XIII. interiacet alia item anepigrapha, quae inc. *Habes enim, amice, iam tandem exſpectatum promiſſumque librum &c.* Et eſt Praefatio in Librum de ſui ipſius & aliorum ignorantia ad Donatum Apenninigenam, Cit. Tom. II. pag. 1035.

Pag. 167. *b*. Ante Epiſtolam I. Libri XIV. legitur Epiſtola longiſſima inſcripta *Ad magnificum Dominum Dominum Franciſcum de Carraria Paduae Dominum; qualis eſſe debeat qui Rempublicam regit*. Inc. *Dudum tibi, vir clariſſime, ſcribere aliquid meditor*. Deſ. *rempublicam rege, & vale. Arquade tertio Kal. Decembr.* Eſt Liber de Rep. optime adminiſtranda. Operum Tom. I. a pag. 372. ad pag. 386.

Pag. 190. *b*. Inter Epiſtolam VI. & VII. eiuſdem Libri XIV. inſerta eſt Epiſtola *Ad Fratrem Lodovicum Marſilium Ordinis S. Auguſtini exhortatoria*. Inc. *Magnam tuis, uberemque materiam & laetandi tribuis, & ſperandi &c.* Deſ. *qui tibi adſuit & naſcenti. Vale*. Eſt Epiſtola XVIII., & ultima Libri ſine titulo, Cit. Tom. II. a pag. 732. ad pag. 734.

Pag.

(1) Qui autem in Codice dicuntur Libri, in editione Dialogi inſcribuntur.

(2) In editione *talem*.

(3) In edit. inſcribitur: *Simonidi ſuo S. Fortunae blanditias contemnendas eſſe*.

(4) In editione typographi incuria numero V. eſt deſignata.

(5) Editionis pag. 7 5. lin. 34.

(6) Edit. pag. 8-6. lin. 14

Digitized by Google

Pag. 221. *b.* Poſt Epiſtolam II. & ultimam Libri XVI. ſequuntur aliae duae, quarum prima inſcripta *ad eumdem* (ſcilicet *ad Ioannem Boccaccium*) *inſignis obedientia, & fides uxoria*, inc. *Librum tuum, quem materno eloquio &c.* Deſ. *ruſticana haec muliercula paſſa eſt*. Eſt de Obedientia, & Fide Vxoria Mythologia, & incidit in cit. Tom. I. a pag. 540. ad pag. 546. lin. 16. ubi ſeiuncta eſt Praefatio, ſeu Epiſtola ad Ioannem Boccaccium ab ipſa Mythologia. Alia Epiſtola pag. 227. *b.* inſcripta *ad eumdem*, inc. *Arſit amor tui, ut ſcriberem ſenex, quod iuvenis vix ſcripſiſſem*. Deſ. *valete amici, valete epiſtolae &c.* ut ſupra. Eſt continuatio, ſeu Epilogus praedictae Mythologiae, ut a cit. pag. 546. lin. 17. ad pag. 547. ubi pro voce *Arſit* habetur melius *Viſit*.

II. pag. 229. Eiuſdem ad Donatum Vguccionem de Thienis Vicentinum Invectiva contra Gallum vituperatorem rerum Italicarum, ut in Cod. ſuperiore §. XI. Heic tamen eſt integra, & deſinit in verbis: *illinc ſtrepitum galli fer. Patavii Kal. Martiis. Explicit.* In cit. Tom. a pag. 1068. ad pag. 1085.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus, cum litteris initialibus auratis & coloratis, & duplici pictura in principio, quarum una Codicis Epigraphem aureis & caeruleis litteris exaratam, & variis ornatam emblematibus, altera, praeter alia marginalia ornamenta, Mediceum ſtemma repraeſentat. Conſtat foliis ſcriptis 247.

## FRANCISCI PETRARCHAE DE REMEDIO VTRIVSQVE FORTVNAE.

Cod. IV. FRanciſci Petrarchae Poëtae laureati de Remediis utriuſque fortunae Libri II. per modum Dialogi, praevio Prologo, qui inc. *Quum res fortunaſque hominum cogito*. Deſ. *ac partium proportione. formoſum*. Libri primi Cap. I. inc. *Aetas florida eſt, multum fupereſt vitae*. Libri ſecundi Caput ultimum deſ. *Age res tuas, curam hanc linque viventibus*. In cit. edit. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 222.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus; cum duplici pictura in principio, quarum una inter laureos ramos, annulos, & flores, Operis titulum, aureis & caeruleis litteris exaratum, altera Mediceum ſtemma, thoreumata, & varia emblemata repraeſentat. Coſtat foliis ſcriptis 219.

## FRANCISCI PETRARCHAE DE SECRETO CONFLICTV.

Ac praeterea

*Quaedam eiuſdem Epiſtolae.*

I. pag. 1. DOmini Franciſci Petrarchae de Secreto Conflictu Libri III. ut in Cod. II. huius Plutei ſupra pag. 155. §. IX. Cod. V.

II. pag. 20. *b.* Eiuſdem Epiſtolae Familiares XXXVII. quae quum ferme omnes habeantur inter illas CLXXXVI. Codicis IV. Plut. LIII. Catalogi noſtri Tomo ſuperiore a pag. 579. ad 595. ubi ſingularum initium & finem protulimus, heic, brevitatis gratia, numerum tantummodo, quem unaquaeque in dicto Codice obtinet, indicabimus; ſunt autem iſtae:

I. pag. 20. *b.* Galeotto Spinulae. In dicto Codice VI. eſt Libri IX. Epiſt. 3.

II. pag. 21. Reſponſio ad Epiſtolam trium ſimul amicorum ——— IX. 9.

III. pag. ead. Franciſco. Neapolitano. ——— II. 5.

IV. pag. ead. Eidem. ——— II. 4.

V. pag. 23. *b.* Cretogrammatico. (1) V. 13.

VI. pag. ead. Franciſco. SS. Apoſtolorum Priori. ——— V. 11.

VII. pag. 24. Bernardo Ango Solu (ſic) Guidoni (2). ——— VI. 5.

VIII. pag. 25. Bernardo Ango Praeſidi Comenſi. ——— XI. 6.

IX. pag. 25. *Indignatio & querela &c.* (3). ——— XII 1.

X. pag. ead. *b.* Arveſco Arch. Pergamenſi (4). ——— X. 1.

XI. pag. 26. Franciſco SS. Apoſt. Priori (5). ——— VIII. 6.

XII. pag. ead. Nicolao Azzarolo (6), I. 1.

XIII. pag. 27. *b.* Zenobio grammatico Florentino. ——— I. 2.

XIV. pag. 28. *b.* Iacobo, ſive Lapo Florentino. ——— I. 7.

XV. pag. ead. Marco Longo. Pergamenſi (7). ——— I 16.

XVI. pag. 29. Guidoni Epiſc. Portuenſi. ——— II. 1.

XVII. pag. ead. *b.* Lucae Placentino Sacerdoti. ——— III. 3.

XVIII. pag. 30. Ad eumdem Epiſtola contra calumnias aemulorum. Inc. *Nolo mireris ſi in me aiunt hoſte notorio &c* Deſ. *& ut Aeneas pignora penateſque ſuos curva in valle recondidi.* Haec Epiſtola, neque in dicto Codice, neque inter editas occurrit.

XIX. pag. ead. Duci & Conſilio Ianuenſium. ——— III. 5.

XX.

(1) In dicto Codice inſcribitur *ad eumdem*, ſcilicet *ad Franciſcum SS. Apoſtolorum*.

(2) Ibid. *ad eumdem*, ſcilicet *ad Guidonem Archidiaconum Ianuenſem*.

(3) Exſtat etiam inter eius Epiſtolas de Rebus Familiaribus editas anno MDCI. apud Samuelem Criſpinum in 8. & eſt Epiſt. I. Libri XIII.

(4) In dicto Codice inſcrib. *Ad Arneſtum Ar[illegible] Prageuſem*, & in dicta edit. eſt Epiſt. I. Lib[illegible]

(5) In dicta edit. Epiſt. VI. Libri X.

(6) Ibid. Variarum Epiſtolarum Libri uni[illegible] XXII. (per errorem XXI.) pag. 549.

(7) In dicto Codice inſcrib. *Ad Matthaeum [illegible] Pergamenſem*.

Digitized by Google

xx. pag. 31. *b.* Petro Abbati S. Remigii. ——————— IV. 6.

xxi. pag. 32. Stephano de Columna Praepoſito S. Adomari. ——— IV. 7.

xxii. pag. ead. *b.* Clero Eccleſiae Paduanae. ——————— IV. 14.

xxiii. pag. 34. Ioanni Boccaccio de Certaldo (1). ——————— VII. 3.

xxiv. pag. ead. *b.* Franciſco SS. Apoſtolorum. ——————— VII. 11.

xxv. pag. ead. Creto Grammatico Pergamenſi (2). ——————— VII. 13.

xxvi. pag. ead. Eidem (3). —— VII. 14.

xxvii. pag. 35. Ioanni de Certaldo (4) ——————— VII. 15.

xxviii. pag. ead. Bonincontrio. XII. 4.

xxix. pag. ead. *b.* Eidem. — XII. 5.

xxx. pag. 36. Marco Tullio Ciceroni (5). ——————— XIII. 3.

xxxi. pag. ead. Eidem (6). — XIII. 4.

xxxii. pag. ead. *b.* *Reſponſio ad Epiſtolam magnam &c.* ——— XIII. 12.

xxxiii. pag. 38. *b.* Andreae Dandulo Duci Venetorum (7). ——— VII. 16.

xxxiv. pag. 39. *b.* Nerio Morando Forlivienſi (8). ——————— IX. 1.

xxxv. pag. 40. *b.* Caeſari. —— XII. 2.

xxxvi. pag. 42. Annae Imperatrici (9). ——————— X. 8.

xxxvii. pag. 43. Petro Pictavienſi Priori S. Eliſii. ——————— XI. 14.

III. pag. 46. Beati Bernardi Epiſtola de cura rei familiaris, inſcripta *Gratioſo & felici militi Ra. Domino Caſtri S. Ambroſii Bernardus deductus in ſenium ſalutem*, ut in Cod. XV. Plut. XLVI. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 387. §. II. Tum ſubiiciuntur carmina Maximiani ad propoſitum praedictorum, quae ſunt:

*Exultat levitate puer, gravitate ſenectus,*
*Inter utrumque manens ſtat iuvenile decus.*
*Felix qui meruit tranquillam ducere vitam,*
*Et laetos ſtabili claudere fine dies.*

IV. pag. 47. Eiuſdem doctrina amico ſuo. Inc. *Si plene vis adſequi, quod intendis, duo ſunt tibi neceſſario facienda.* Deſ. *lauda Dominum, ut tibi dimittat, qui eſt miſericors, pius, & benedictus in ſaecula &c.* Tum repetitur titulus: *Explicit doctrina B. Bernardi amico ſuo.* Exſtat in eius Operum edit. Pariſ. curante Io. Mabillonio MDCCXIX. fol. in Append. Tom. V. a pag 814. ad pag. 816. ſub titulo: *Varia & brevia documenta, pie, ſeu religioſe vivendi.*

V. pag. eadem *b.* Eiuſdem ſermo pulcherrimus. Inc. *O homo, qui ex anima rationali & humana carne ſubſiſtis, conditionis miſerae repletus multis miſeriis, miſer, & miſerabilis.* Deſ. *adiutor fortis & potens, pater futuri ſaeculi, & princeps pacis.* Ibid. a pag. 772. ad pag. 775.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV, cum indice Opuſculorum, & Epiſtolarum in principio, & notitia in calce primae paginae ſic appoſita: *Abbatie Settimi Flor. Dioec.* Conſtat foliis ſcriptis 48.

## LIB. VI. DECRETALIVM BONIFACII.

I. pag. 1. Liber ſextus Decretalium Domini Boaifacii VIII. cum Commentario ad marginem ſatis prolixo Ioannis Andreae (10), qui inc. *Quia propoſitus eſt ordo prius humana ſubſidia petere, ut illis deficientibus, divini favoris gratia poſtuletur.* Deſ. *nam, ſi Deus dederit, maiores & ſumme utiles eis in poſterum labores meos offeram, iam licet noviter inchoatos. Io. An.* De hoc Commentario, ſeu perpetuis gloſſis in Librum VI. Decretalium Bonifacii VIII. aliiſque eius ſcriptis loquitur Pancirolus de Claris Legum Interpretibus Lib. III. Cap. XIX. & alibi. *Cod. VI.*

II. pag. 98. Narratio quaedam manu Iulii Caeſarini de mundi huius inſtabilitate, & tolerantia in adverſis, hoc praevio titulo: *Haec ego Iulius Caeſarinus in hoc potiſſimum libro ſcribere adductus ſum, ut quum inter manus ſaepe ſaepius verſari ſoleat, ex hac ſcriptura mundi huius inſtabilitatem percipiens, & quae ſiniſtra ſint, non nimis aegre ferre; & in ſecundo vento tumentia diſcam vela contrahere, iuxta Horatii odam illam ſingularem, cuius principium eſt: Rectius vives Licini &c.* tum repetitur nomen *Iulius Caeſ.* Inc. *Xiſto Pontifice Maximo regnante eius nominis IV. Columnenſes nobiliſſimae familiae viri, & militari diſciplinae plurimum dediti, ob Hieronymi Comitis, ut quidam aiunt, odium, qui apud Pontificem tantum gratia poterat, ut ea tempeſtate Romae ſingula pro eius nutu regerentur, fortunae variis afflatibus eo depulſi ſunt, ut ni Xiſti nefanda mors ſuperveniret, omnibus fere caſtris, quorum numero radiabant, ſeſe partim dedentibus, partim vi, ferro, & fame deperditis, ad ultimam, quod ſolum reſtabat, deſperationem laberentur. Sed tam deteſtabile ſcelus unicus Deus, & tardus omnium arbiter, in ſuos ſervulos patrari non eſt paſſus. Nam dum ſtrictiſſima obſidione Columnenſes premerentur, inſperatus rumor ad eos advolat, Xiſtum Pontificem quodam repentino morbo correptum*

(1) In dicta edit. eſt Epiſt. III. Libri IX. inter Epp. Familiar.
(2) Ibid. Libri IX. Epiſt. XIII.
(3) Ibid. Libri IX. Epiſt. XIV.
(4) Ibid. Libri IX. Epiſt. XV.
(5) Ibid inter Epiſtolas ad Viros Illuſtres eſt Epiſt. I.
(6) Ibid. Epiſt. II.
(7) Ibid. inter Familiares eſt Libri IX. Epiſt. XVI. (per errorem XV.) pag. 338.
(8) Ibid. Libri XI. Epiſt. I.
(9) Ibid. Libri XII. Epiſt. VIII.
(10) Natus apud Mugellum in agro Florentino Bononiam venit, ubi politioribus litteris imbutus, Grammaticam primum docere coepit; iuri deinde Pontificio operam navans, & eius interpres factus, in hoc munere obeundo quinquaginta ferme annos inſumpſit Patavii, Piſis, ac Bononiae, ubi tandem obiit anno MCCCXLVIII. die VII. Iulii. Vide de eo Fabricium Biblioth. med. & inf. Latin. Tom. IV. pag. 49. &c.

Digitized by Google

*ptum ſuam animam clanculum exalaſſe , eiuſque mortem , nec ſui quidem flebilem extitiſſe referens &c.* Reliqua , brevitati conſulentes , praetermittimus , quae tamen ſatis curioſa ſunt . & digna , quae proferantur de morte eiuſdem Xiſti , de electione Innocentii VIII. & de ipſomet auctore , in intimo Codicis tegumento , & in prima pagina , quae vacua ſupererat , exarata .

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis diligentiſſime exaratus , cum initialibus auratis , coloratis , & figuratis , & antiqua pictura in principio , quae Bonifacium VIII. in Cathedra ſedentem exhibet , cui adſtant Cardinales , Archiepiſcopi , & duo Cucullati genuflexi , qui librum apertum tenent , cum ſtemmate poſſeſſoris in calce. Conſtat foliis ſcriptis 98. In Catal. Montfauc. ſub num. XXVI.

## AEGIDII ROMANI DE REGIMINE PRINCIPVM.

*Cod. VII.* AEgidii Romani (1) Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini de Regimine Principum Libri III. praevia ſingulorum librorum tabula , & Epiſtola nuncupatoria : *Ex Regia ac Sanctiſſima proſapia oriundo ſuo Domino ſpeciali , Domino Philippo primogenito , & heredi praeclariſſimi viri Domini Philippi Dei gratia illuſtriſſimi Regis Francorum &c. Clamat politicorum ſententia , omnes principatus non eſſe aequaliter diuturnos* Deſ. *ut veſtra reverenda nobilitas requiſivit .* Libri I. Caput I. inc. *Oportet , ut latitudo ſermonis in unaquaque re ſit ſecundum exigentiam illius rei .* Libri III. Caput ultimum deſ. *in qua eſt ſuprema requies , quam Deus ipſe ſuis promiſit fidelibus , qui eſt benedictus in ſaecula ſaeculorum . Amen . Liber de Regimine Principum editus a fratre Aegidio Romano ordinis fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini feliciter finit .* Opus hoc de Regimine Principum Hahnius in Collect. Veter. Monument. Tom. I. in Praef. quod editum a ſe fruſtra quaeſitum fuerit , ſe daturum propoſuit in principio Monumentorum ſuorum ; quod tamen poſtea totum minime dedit , ſed illam tantummodo partem , in qua Antiquitates Germanorum illuſtrantur. Vide Fabric. Bibl. med. & inf. Lat T. I. p. 20. qui Libros iſtos Hebraice etiam fuiſſe verſos , ac Gallice , adfirmat.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. mirae pulcritudinis , cum initialibus Librorum , & Capitum illuminatis , & pictura in principio , quae auctoris effigiem , & Leonis X. Pontificis ſtemma cum variis emblematibus exhibet . Conſtat foliis ſcriptis 327.

*Cat. Lat. Codd. Tom. III.*

## AEGIDII ROMANI DE REGIMINE PRINCIPVM.

*Cod. VIII.* OPus de Regimine Principum editum a Fratre Aegidio Romano Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini , cum Praefatione , & indice Capitum ſingulis Libris praemiſſo ut in Codice ſuperiore .

Codex chartac. Ms. in 4. Saec XIV. binis columnis , cum notulis aliquot marginalibus in principio. Conſtat foliis ſcriptis 120.

## AEGIDII ROMANI DE REGIMINE PRINCIPVM.

*Cod. IX.* ALiud ſuperioris Operis de Regimine Principum Exemplar cum Proemio , & indice Capitum ſingulis Libris praemiſſo , ut in ſuperioribus Codicibus.

Codex membranac. Ms in 4. min. Saec. XIV binis columnis , cum icone auctoris in littera initiali , in cuius ſummo margine legitur : *Iſte liber eſt Eremi Camaldulenſis.* Conſtat foliis ſcriptis 165.

## AEGIDII ROMANI DE REGIMINE PRINCIPVM.

*Cod. X.* QVartum de Regimine Principum Exemplar item cum Praefatione , & indice Capitum Libris ſingulis praemiſſo , ut ſupra .

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 69.

## COLVCCII SALVTATI DE NOBILITATE LEGVM ET MEDICINAE.

*Cod. XI.* I. pag. 1. COluccii Pierii Salutati Tractatus de Nobilitate Legum & Medicinae ad Bernardum Phyſicum de Faventia (2). Prooemium inc. *Scio quam arduum , quamque grave ſit . Doctor egregie .* Deſ. *finem affore cognoſcatis .* Caput primum , cui titulus *Quid ſit Nobilitas* , inc. *Nobilitas igitur , quoniam per ſyncopen , quaſi notabilitas dicta eſt .* Caput XXXIX. & ultimum deſ. *quo veritatem , & intentionem meam percipiatis declarare .* Tum rubris litteris ſubiicitur : *Explicit feliciter Tractatus de Nobilitate Legum & Medicinae editus per Colucium Pieris Salutatum ad magiſtrum Bernardum Phyſicum de Faventia anno Domini MCCCLXXXXVIIII Indictione ſeptima IV. Idus Auguſti .* Hunc memorat ipſemet Coluccius in Epiſt. ad Thomam de Rondello , & alibi . Prodiit Venetiis A. MDXLII. , eidemque reſpondit Bernardus Fornius . In Capite de Medicinae inventori-

L

(1) Aegidius de Columna Romanus , Thomae Aquinatis diſcipulus , ex Ordine Fr. Eremitarum , Theologiae Doctor Pariſiis , Epiſcopus ab Anno MCCXCIV. Bituricenſis , defunctus eſt anno MCCCXVI. die XXII. Decembris .

(2) Tam heic , quam in repetitione tituli in calce Operis adpoſita ſcriptum erat in Codice *Florentia* pro *Faentia* ; ſed haec ipſa vox ita fuit deinde utroque in loco manu recentiſſima eraſa , ut in praeſens neutrum legi poſſit ; nos tamen Faventiam repoſuimus , Cl. Laurentii Mehus auctoritatem ſequuti , qui in Praefat. ad Coluccii Epp. Florentiae MDCCXLII 8. Tom. I. pag. LXXXII. hunc ipſum Codicem memorans , *Bernardum Phyſicum de Faventia* nuncupat ; eoque libentius in eius ſententiam ire maluimus , quod Bernardus ille Phyſicus de Florentia , cuius varia Opera Medica recenſuimus Tomo I. pag. 659. & paullo ſupra pag. 64. Colucio multo recentior ſit .

toribus memorantur, Apollonius, filius eius Aeſculapius, Hippocrates, Themiſtus Syrus, Theſſalus, Trallianus, Mariaſſea, Dionyſius, Proceus, Antipater, Philomachus Mileſius, Menemachus Aphrodiſius, Soranus Epheſius, Leonides Alexandrenſis, Archigenes Syrus, Acron Agrigentinus, Delphinus, Serapion, Apollonius pater & filius, Antiocheni, Minodotus, Soſcus, Diaſcorides, Plinius, Diocles, Cariſtius, Praxagoras Cous, Scrophilus ( ſic ) Chalcedonenſis, Eraſiſtratus a Chio, Minſitheus Athenienſis, Galienus, Rhaſis. *qui librum maximum ſcripſit, quem, quod omnia medicinae contineat, nominant Continentem*, Avicenna, Averoys, Meſue, Rabi, Moyſes, Taddaeus Florentinus *gloſſator primus, qui Medicinam hanc logicam mira ſubtilitate tractavit, cuius adhuc ſcripta, non ex eo ſolum, quod ante omnes medicinae textus aperuit, in pretio ſunt, ſed quoniam veritatis aſſertor fideliſſimus habeatur*; Turiſianus Florentinus, *qui librum ſcripſit in Techni, pluſquam commentum*; Dinus de Garbo, *quem miris laudibus Muſattus Patavinus extollit*; filius eius Thomas, Gentilis de Fulgineo, Chriſtofanus de Honeſtis patria Bononienſis, Petrus de Hebeno Paduanus, *qui maximae divinitatis librum, qui Conciliator dicitur, edidit in medicina, quique Problemata Philoſophi declaravit, vir quidem univerſalis, pluſquam medicus, vereque Philoſophus, quo forte non habetis inter Medicos clariorem*.

II. pag. 62. Tractatus brevis anepigraphus, in quo habetur diviſio virtutum naturalium alia manu. Inc. *Sufficientia virtutum omnium exſiſtentium in nobis, ſumendo virtutem pro virtute naturali*. Deſ. *omnes iſtae virtutes ſunt una virtus*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. ineuntis, cum initialibus coloratis, diligentiſſime exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 62.

## COLVCCII SALVTATI DE TYRANNO.

Adde etiam

*Alia eiuſdem Opuſcula*.

*Cod. XII.* I. pag. 1. COlucii Pierii Cancellarii Florentini Tractatus de Tyranno ad Magiſtrum Antonium de Aquila ſtudentem in Artibus Paravii. Praefatio inc. *Quoniam rem arduam, & ſcitu dignam quaeris*. Deſ. *conabimur expedire*. Caput primum inc. *Haec dictio Tyrannus origine Graeca eſt*. Deſ. *quo ſis tuis decus, & omnibus charus. Amen*. Ex hoc Codice huius Operis notitiam dat Cl. Mehus l. c. pag. LXXXIII.

II. pag. 12. Eiuſdem Tractatus, quod Medici eloquentiae ſtudeant, & de Verecundia, an ſit virtus, aut vitium, ad Magiſtrum Antonium de Baruffaldis Phyſicum Faventinum, cuius Epiſtola ad Colucium Tractatui praemiſſa legitur, & inc. *Non vereor, clariſſime vir*. Deſ. *vale, & me amicum, precor, ſuſcipe. Datum Faventiae die vigeſima Ianuarii*. Reſponſum Colucii, ſeu Tractatus ipſe inc. *Habeo tibi magnas agere gratias*. Deſ. *ſemper erunt amicitiae tuae obſides atque vades. Vale felix, & mei memor. Florentiae II. Non. Februarii*. Ex hoc item Codice opus memorat laud. Mehus loc. cit.

III. pag. 20. Eiuſdem Tractatus ex Epiſtola ad Lucilium, ad inſignem virum Magiſtrum Antonium de Scarparia Phyſicum. Inc. *Quod a quamplurimis peti ſolet*. Deſinit imperfecte in verbis: *Architectum autem non dicimus templum agere, ſed facere* . . . . . . . Quinternio heic mala manu ſublatus apparet. Exſtat inter Epiſtolas cit. edit. Tom. I. a pag. 102. ad pag. 116.

IV. pag. 21. Sequitur alia manu Ariſtotelis Oeconomicorum, ſive de Re Familiari Liber primus, & initium ſecundi, cum Praefatione Leonardi Arretini ad Coſmam Medicem virum clariſſimum, quae inc. *Pretioſa ſunt interdum parvi corporis, quod lapilli, gemmaeque teſtantur*. Deſ. *nunc ad textum Ariſtotelis veniamus*. Liber I. inc. *Res familiaris & res publica inter ſe differunt, non ſolum quantum domus, & civitas, haec enim ſunt earum ſubiecta &c.* Deſ. *puta veſtium virilium a muliebribus, & cetera huiuſcemodi dictum valet*. Lib. II. inc. *Probam mulierem omnibus. In rei familiaris diſciplina conſideratio habetur perſonarum &c.* Deſ. *ſi nemini noceat, non eſſe vituperandam* . . . . . . . .

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. partim XIV., partim XV. duobus in locis mutilus. Conſtat foliis ſcriptis 36.

## BOET. DE PHILOS. CONSOLATIONE.

*Cod. XIII.* ANicii Manlii Torquati Severini Boëthii de Conſolatione Philoſophiae Libri V. anepigraphi, quorum primus inc.

*Carmina qui quondam ſtudio florente peregi*.

Quintus deſ. *quum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis*. Vt in editione Renati Vallinii Lugd. Batav. apud Franc. Hackium MDCLVI. 8. a pag. 1. ad pag. 143.

Codex membr. Ms. in 4o. min. Saec. XV. nitidiſſimus, elegantiſſimeque exaratus, cum initialibus ſingulorum Librorum litteris aureis & illuminatis, & pictura in prima pagina, quae inter alia ornamenta exhibet auctoris effigiem in littera initiali egregie depictam, & Mediceum ſtemma, tribus alatis pueris ſuſtentatum. Conſtat foliis ſcriptis 85.

## BOETHIVS DE CONSOLATIONE SINE PRINCIPIO.

*Cod. XIV.* BOëthii de Conſolatione Philoſophiae Libri V., quorum primus initio mutilus incipit a verbis . . . . . . . *que rubore verecun-*

Digitized by Google

*eundiam, limen triſtis exceſſit* (1) *&c.* Quintus deſinit, ut in Codice ſuperiori.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 46.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

*Cod. XV.* ALiud Boëthii de Conſolatione Philoſophiae Exemplar, ut in Codice XIII.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. cum initialibus litteris aureis & coloratis ſingulorum Librorum, & pictura in principio auctorem exhibente, in carcere detentum, & ſtemma quoddam gentilitium, tria continens cornua, quale in praeſens Gerinae familiae conſpicitur. Conſtat foliis ſcriptis 52.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

*Cod. XVI.* ALiud eiuſdem Operis Exemplar, cui ſequens titulus praecurrit: *Liber Boëcii Malii Torquati Anitii Severini de Conſolatione ad inſtruendum patientiam in adverſis, & humilitatem in proſperis, & ad Divinae cognitionis appetitum, & amorem aeternae felicitatis, & ſummi boni.* Clauditur autem hac ſubſcriptione: *Explicit Liber Boëcii. Deo gratias. Amen. Matheus ſcripſit.* Tum in ultimo folio deſcripta eſt figura quaedam rotunda varios circulos exhibens, quorum minores in maioribus continentur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis ad marginem, in quo initiales Librorum litterae ſunt aureae & illuminatae, initialis vero Libri primi auctorem exhibet ſedentem in carcere, cum nomine poſſeſſoris in ipſius tegumento, ſcilicet: *Mitia fata mihi. Franciſci Saxetti Thomae filii civis Florentini.* In eodem folio legitur etiam ſequens nomen: *Guido Pontecelo* (ſeu *Pontexelo*). Conſtat foliis ſcriptis 58.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

*Cod. XVII.* ALiud eiuſdem Operis Exemplar imperfectum, deſinit enim in verbis: *omnis bona eſt, quam vel iuſtam conſtat eſſe, vel utilem* . . . . . . . . quae pertinent ad Librum IV. circa finem, & incidunt in edit. cit. pag. 115. lin. 13.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. cum gloſſis nonnullis, & ſcholiis ad marginem, manu diverſa. Conſtat foliis ſcriptis 44.

BOET. DE CONSOLATIONE.

*Cod. XVIII.* ALiud eiuſdem Operis Exemplar, ut in Codice XIII. In calce Codicis rotundum quoddam ſchema rudi penicillo delineatum eſt, in cuius perimetria quatuor humanae figurae exhibentur adſcriptis verbis primae *ſum ſine regno*. ſecundae *regnabo*, tertiae *regno*, & quartae *regnavi*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. cum gloſſis quibuſdam interlinearibus, & initialibus Librorum aureis, quae t... vetuſtate aliquantum deturpatae ac corruptae ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 50.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE CHARACTERIBVS LONGOBARDIS SCRIPT.

ALiud eiuſdem Operis Exemplar, charactere Langobardo conſcriptum cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus uberrimis, eiuſdem veterrimae manus, ſed minutiori littera exaratis. Praecedit Prologus, cui titulus: *Quintus Fabius fecit hunc Prologum.* VR *Boëthius iſte, vel quidam ſcotigina.* Inc. *Tempore Teotrici Regis, inſignis auctor Boëthius claruit, qui virtute ſua Conſul in Vrbe fuit.* Deſ. *qui iam a Conſulatu exierint, ſeu diſceſſerint, peracto vicis ſuae anno.* Subiiciuntur genera metrorum in Libro Boëthii a Domino Lupo in lucem perducta. Inc. *Quinque Libros Philoſophicae Conſolationis inſignis auctor Boëthius XXII. varietatibus carminum reſperſit.* Deſ. *in reliquis per ſimplices computari.* Tandem ſequuntur verba Ioannis Scoti, quae inc. *Boëthius iſte de familia R. Malli Torquati nobiliſſimi viri,* Deſ. *de inſtabilitate & mutabilitate fortunae dicuntur.* *Cod. XIX.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. charactere Langobardo conſcriptus. Conſtat foliis ſcriptis 47. In Catal. Montfauc. ſub num. XXI.

B O E T H I V S.

ALiud eiuſdem Operis Exemplar cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis uberrimis recentioris manus. Praecedit Prologus, qui inc. *Conſolationes tuae laetificaverunt animam meam. Pſalmus. Inter laetari, & laetificari hoc intereſt. quia laetari dicimus quemcumque in actum laetitiae ſe prorumpentem, quamvis in eo nullus praeceſſerit motus triſtitiae.* Deſ. *repraeſentat Boëthius ſtatum miſeri, quo exiſtimavit ſe recipere.* Hic quoque Prologus diverſa manu eſt exaratus. Clauditur Opus hiſce verſiculis: *Cod. X...*

*Finit Boëthius, quem quis virtutis amator*
*Perſcripſit celeri continuaque manu,*
*Grammaticam diſcens, hominem quae reddit acutum.*
*Ergo illam ſapidus diſcere debet homo.*

In calce Codicis ſententiae quaedam ab aliquo eius poſſeſſore deſcriptae ſunt, ut plurimum verſibus expreſſae, ſed non mag... momenti.

Codex membranac. Ms. in 4. min. S...

L 2 X...

(1) Incidunt in cit. edit. pag. 4. lin. 1.

XIV. incuntis, &, ut ipſius integumento adnotatum eſt, *ſcriptus a me Bartolomaeo Ser Franciſci de Monte Politiano* (1) *morantis in Scholis Domini Mathiae Plebani Plebis Aioli Pratenſis Comitatus die vigeſima quinta menſis Aprilis ſub annis Domini milleſimo quadringenteſimo decimo nono, cuius anima quum a corpore ſeparabitur, in Paradiſi gloria requieſcat in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Conſtat foliis ſcriptis 53.

## BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

Cod. XXI. ALiud eiuſdem Operis Exemplar cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus uberrimis recentioris manus. Titulus Operi praefixus ita habet: *Liber primus Boecii Manlii Severini Anicii viri clariſſimi illuſtris ex conſulari ordine ex magiſtratione officii atque patricii Torquati de Conſolatione Philoſophiae*. In calce legitur: *Ego mutuavi Petro Florentino*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII., vetuſtate aliquantum corruptus. Conſtat foliis ſcriptis 71. In Catal. Montfauc. ſub num. XXII.

## BOETHIVS DE SCHOLASTICA DISCIPLINA.

Cod. XXII. ANnitii Mallii Torquati Boëthii Severini Exconſulis Ordinarii Patritii Liber de Scholarium Diſciplina. Inc. *Veſtra novit intentio*. Deſ. *inquinamenta permanebunt, iuxta illud, finis, non pugna coronat*. Tum verſiculus:

*Qui dedit expleri Angelo det gaudia caeli*.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. ineuntis. Conſtat foliis ſcriptis 24. In Catal. Montfauc. ſub num. XXIV.

## BOEZIO DELLA CONSOLAZIONE VOLGARE.

Cod. XXIII. HVius Codicis, utpote Italico ſermone conſcripti, recenſionem, in Tomum Codicibus Italicis deſtinatum reiecimus.

## FRANCISCI BARBARI DE RE VXORIA.

FRanciſci Barbari Veneti ad inſignem Laurentium de Medicis Florentinum de Re Vxoria Liber, ut in Cod. I. Plut. XLVI. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 369. §. I. quem vide. Clauditur heic ſequenti ſubſcriptione, nimirum: *IX. Kal. Iun. Florentiae Ioannes Arretinus feliciter abſolvit XVI. poſt MCCCC. anno Salvatoris*. XXIV.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 58. In Catal. Montfauc. ſub num. XXIII.

## FRANCISCI BARBARI DE RE VXORIA.

ALiud ſuperioris Operis Exemplar cum notulis quibuſdam in margine, in cuius fine legitur: *Liber Laurentii ac Ioannis Petri Franciſci de Medicis Num. LVII.* Cod. XXV.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initiali littera aurata & colorata. Conſtat foliis ſcriptis 48. In Catal. Montfauc. ſub num. VI.

## GLOSSAE CLEMENTINAE.

GLoſſae Clementinae cum quibuſdam allegationibus, collectae per D. N. Siculum Nomacenſem Abbatem, nunc autem Epiſcopum Panormitanum (2). Inc. *In prooemio apparatus iuris venit ius Civile Canonicum, & Synodale, ſeu Municipale*. Deſinit imperfecte in Titulo *De verborum ſignificatione*, & in verbis: *quia omnis cauſſa eſt plenaria, vel non L. Iudices Cap. de Iudic.* Cod. XXVI.

Codex chartac. Ms. in 8. min. Saec. XIV. cum indice rubricarum in principio. Conſtat foliis ſcriptis 276. In Catal. Monfauc. ſub num. XIX.

*FINIS PLVTEI LXXVIII.*

PLV-

(1) Haec verba *Ser Franciſci de Monte Politiano* fuerunt expuncta, ac pro iis ſuffecta *Ser Petri de Sancto Geminiano*.

(2) Nicolaus de Tudeſco, Catanenſis Siculus, diſcipulus Zabarellae, Abbas Panormitanus, Ord. Benedictini, *Iuris Pontificii Lucerna* dictus, docuit Catanae, Senis, Parmae, & Bononiae; Rotae etiam Romanae Auditor fuit; creatus deinde anno MCCCCXXXIV. Panormitanus Archiepiſcopus, & anno MCCCCXL. ab Antipapa Felice factus Cardinalis, diem obiit anno MCCCCXLV. Eius ſcripta recenſet Fabric. Bibl. med. & inf. Latin. Tom. V. pag. 134.

Digitized by Google

# P L V T E V S LXXIX.

## CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XXVIII. EDITOS IV.

### *C O D E X I.*

ETHICA ARISTOTELIS ARGYROPYLO INTERPRETE.

Adde etiam

*Leonardi Arretini pauca quaedam.*

I. pag. 1. ARiſtotelis de Moribus ad Nicomachum Liber ( ſeu Libri X. ) quem Ioannes Argyropylus Byzantius (1) gratia Magnifici Coſmae Medicis Civis Florentini traduxit. Praecedit Praefatio, cuius inſcriptio, & initium eſt: *Ioannes Argyropylus Byzantius magnifico viro Coſmae Medici S. P. D. Si ea mihi ſervanda ſunt erga te, quae iam olim inſtitui, ſapientiſſime Coſma, ea tantum ſunt a me tibi offerenda, quae praeclariſſime* ( ſic ) *rerum eſſe cenſentur; nec a quibuſvis hominibus facile offerri poſſunt.* Finis: *non enim univerſa, quae volumus, noſtra ſub poteſtate ſunt collocata. Vale.* Liber primus inc. *Omnis ars, omniſque doctrina, atque actus, itidem & electio bonum quoddam appetere videntur; quapropter bene veteres, bonum ipſum id eſſe dixerunt, quod omnia appetunt; finium autem differentia quaedam eſſe videtur: quidam enim ſunt operationes, quidam praeter has ipſas, opera quaedam.* Liber decimus deſ. *quaenam ſit Reſpublica optima, & quomodo quaeque diſpoſita, quibuſve legibus utens ac moribus erit optime conſtituta. Haec itaque aggredientes, deinceps dicamus.* Exſtat haec verſio ſine Praefatione inter Ethicorum Ariſtotelis tres converſiones Friburgi Briſgoiae per Io. Fabrum Emmeum Iuliacenſem MDXLI. fol. a pag. 2. ad pag. 106.

II. pag. 112. Leonardi Arretini Iſagogicon Moralis Diſciplinae ad Galeottum Ricaſulanum, ut in Cod. XXI. Plut. L. Tomo ſuperiore pag. 512. §. II. Exſtat & in cit. collectione trium verſionum Ethicorum Ariſtotelis a pag. 136. ad pag. 140. ubi inſcribitur *Dialogus de Moribus*.

III. pag. 121. *b.* Ariſtotelis Oeconomicorum, ſive de re familiari Libri duo, eodem Leonardo Arretino, licet nomen non adpareat, interprete, cum Praefatione ad Coſmum Medicem, ut in Cod. XII. Plut. LXXVII. ſupra pag. 136. §. II. Hoc & alia non pauca, quae tum in hac, tum in aliis deliteſcunt Bibliothecis, huiuſce verſionis Exemplaria Mss. recenſet diligentiſſime Mazzuchellius *Scrittori d' Italia* Vol. II. Part. IV. pag. 2207. not. 108.

Co-

(1) Ariſtotelis opera Argyropylo interprete Gr. Lat. edita ſunt Aureliae Allobrogum apud Petrum de la Roviere MDCV. fol. In Bibliotheca Riccardiana, ut ex Catalogo eruitur pag. 40. ſeqq. exſtat Argyropyli Expoſitio in Ethica, Phyſica, & in libros de Anima, & Mechanica Ariſtotelis. In libri tegmine legitur: *Praefationes Ioannis Argyropyli, dum Florentiae doceret.* Alibi: *In Libros Ethicorum die* 4. *Februarii hora* 14. *die Veneris* 1456. *Die prima Februarii* 1457. *hora* 14 *In Phyſica, die* 3. *Novembris* 1458. *hora fere* 14. *In Libros de Anima, die* 5. *Novembris hora fere* 14. *die Mercurii* 1460. *In Mechanica, die* 21. *Novembris* 1461. In Codice Ariſtotelis Phyſica, eodem interprete, continente, haec alia notata ſunt in fine: *Finis octavi libri Naturalis Auſcultationis Ariſtotelis, qui dum ab Ioanne Argyropylo Florentiae legerentur, ſunt ab eodem in latinum converſi anno MCCCCLX.* Ex Annalibus Barptolemaei Fontii relatis a Lamio in Catalogo Riccardiano pag. 193. haec habentur ad A. MCCCCLVI. *Ioannes Argyropylus Byzantius, Peripateticae Philoſophiae doctor egregius, magno ſalario Florentiam accitus, ſumma omnium admiratione ad annos XV. eſt profeſſus*; & infra ad annum MCCCCLXVI. *Ioannes Argyropylus Byzantius, annitente Laurentio Medice, Petri filio, civitate donatur a Florentinis.*

Digitized by Google

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſimus, cum initialibus illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una duos Centauros, Saxettae gentis emblema ſuſtinentes, adſcriptis in faſciola auro verbis *a mon pouvoir*, & in circulo ſupra poſito nomen *Franciſci Saxetti*; altera gentilitium ſtemma, & alia ornamenta repraeſentat. In fine vero legebantur verba: *Meſta ſata mihi. Franciſci Saxetti Thomae filii civis Florentini*, quae litura poſtea deleta fuerunt. Conſtat foliis ſcriptis 127.

## ARIST. ETHICA ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. II. OPus Ariſtotelis de Moribus ad Nicomachum Argyropylo Byzantio, cauſſa clariſſimi viri Coſmae Medicis Florentini Patris Patriae traductum, cum Praefatione, ut in Codice praecedenti §. I. In fine ſubiungitur Impreſſoris nomen hoc pacto: *Finit per me Nicolaum Florenciae*; tum rubrica adſcriptum eſt: *Iſte liber eſt mei Presbyteri Laurentii Silveſtri Prioris S. Laurentii Flor.*

Codex chartac. impreſs. in 4. maiori ſine anno, cum initialibus Capitum litteris rubricatis. Conſtat foliis 116.

## ARISTOTELIS ETHICA ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. III. LIber Ariſtotelis de Moribus ad Nicomachum, quem Ioannes Argyropylus Byzantius, gratia magnifici Coſmae Medicis Florentini traduxit, ſine Praefatione, at cum ſcholiis quibusdam marginalibus. In fine rubrica legitur: *Iſte Liber eſt mei Presbyteri Laurentii Prioris Sancti Laurentii Florentiae propria manu ſcriptus*: cuius fortaſſe ſunt memoratae animadverſiones, & ſummarium Operis in fine.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 70.

## ARISTOTELIS ETHICA ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. IV. ARiſtotelis Ethicorum Liber per Ioannem Argyropylum e Graeco in Latinum traductus ad Magnificum virum Coſmam Medicem, cum Praefatione, ut in Codice I. §. I.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum illuminatis, ac pictura in principio cum Mediceo ſtemmate. Conſtat foliis ſcriptis 157.

## ARISTOTELIS ETHICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. V. ARiſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X. Leonardo Arretino interprete, licet eius in Codice nomen reticeatur, una cum duplici Praefatione, quarum prima inſcribitur *Ad Sanctiſſimum ac Beatiſſimum Dominum Martinum Papam V.* (1) & inc. *Non novum eſſe conſtat, Beatiſſime Pater*. Deſ. *quaedam praemiſi*. Altera, cui titulus: *Praemiſſio quaedam ad evidentiam novae tranſlationis* (2), inc. *Ariſtotelis Ethicorum Libros facere Latinos nuper inſtitui, non quia prius traducti non eſſent, ſed quia ſic traducti erant, ut barbari magis, quam Latini effecti viderentur*. Deſ. *ut hos Libros nunc primum Latinos fecerim, quum antea non eſſent* (3). Liber primus inc. *Omnis ars, omniſque doctrina, ſimiliter autem & actus, & electio bonum quoddam appetere videtur*. Liber decimus deſ. *& quomodo unaquaeque Reſpublica conſtituta ſit, & quibus legibus, & moribus*. Una eſt ex tribus illis Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum verſionibus Friburgi Briſgoiae editis, ubi habetur a pag. 140. *b.* uſque ad pag. 180 ſed ſine Prooemio, & Epiſtola Dedicatoria ad Martinum V. Vide praefatum Laurentium Mehus ad Epp. Leon. Arretini pag. LXXVI. qui editam quoque fuiſſe Pariſiis hanc verſionem per Henricum Stephanum anno MDV. MDC. &c. adfirmat; ſed Cl. Mattairius in Annal Typogr. Tom. I. pag. 329. Romanam huius Operis tranſlationem per Sweynh. & Pann. A. MCCCCLXXIII. commemorat.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV perſpicuo charactere. Conſtat foliis ſcriptis 73.

## ARISTOTELIS ETHICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. VI. ARiſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X. cum Dedicatione & Prologo, ut in Codice praecedenti. Heic tamen Dedicationem praeit Prologus. In fine legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac Ms. in 4. Saec. XV. cum initialibus illuminatis, titulo aureo, icone interpretis in littera initiali, & Mediceo ſtemmate, variis ornamentis inſignito, & aureo annulo incluſo. Conſtat foliis ſcriptis 117.

## ARISTOTELIS ETHICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. VII. ARiſtotelis Ethicorum Libri X. Leonardo Arretino interprete, ut ſupra, ſed

(1) Haec eadem Dedicatio praemittitur Politicorum Libris ab ipſomet Arretino tranſlatis in editione Ariſtotelicarum quarumdam Arretini verſionum, quae Lugduni prodierunt per Iacobum Myt anno MDXXXVIII 8. pag. CL.

(2) In citata editione inſcribitur Prooemium ad Libros Ethicorum Ariſtotelis.

(3) Auctorem huius verſionis ignoravit Franc. Ant. Zaccaria in Itin. Litter. per Italiam pag. 27.

Digitized by Google

ſed ſine Epiſtola Nuncupatoria ad Martinum V. In fine maioribus rubris litteris legitur: *Explicit feliciter. Coſmae de Medicis Ioannes Arretinus abſolvit*. Tum paullo infra: *Liber Petri de Medicis Coſ fil.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 128.

ARISTOTELIS ETHICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. VIII. Aliud Ariſtotelis Ethicorum translationis Exemplar, cum Prooemio, & Epiſtola Nuncupatoria, ut in Codice VI. Prooemii titulus eſt: *Praemiſſio quaedam ad evidentiam novae translationis*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum initialibus illuminatis, & gloſſis quibuſdam in margine, in cuius prima pagina ſtemma poſſeſſoris abſciſſum eſt, relicto tantum ornamento. Conſtat foliis ſcriptis 110.

ARIST. ETHICA LEON. ARRETINO INTERPRETE.

Cod. IX. Aliud Ariſtotelis Ethicorum, Leonardo Arretino interprete, Exemplar, cum Epiſtola, & Prooemio, ut ſupra.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. titulis deſtitutus, ſed nitidiſſimus, & cum initialibus Librorum litteris aureis & illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 92.

ARISTOTELIS ETHICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. X. Aliud Ariſtotelis Ethicorum ex interpretatione Leonardi Arretini Exemplar, item cum Prooemio, atque Epiſtola ad Martinum V., ut in Codice VI. Clauditur hac ſubſcriptione: *Finit bonis avibus anno Domini MCCCCXXVII. menſe Sept. die XV hora nona per* . . . . . . Scriptoris nomen prorſus deletum eſt. Tum ſubiicitur manu autographa: *Liber Poggii Secretarii Apoſtolici*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum nonnullis ſummariis in margine, & correctionibus. Conſtat foliis ſcriptis 80.

ARISTOTELIS ETHICA INCERTO INTERPRETE.

Seu potius

*Interprete Leonardo Arretino*.

Cod. XI. Codex eſt anepigraphus, ſed continet Ariſtotelis Ethicorum Libros X Leonardo Arretino interprete, ut ſupra, ſed ſine Epiſtola, ac Prooemio. In tribus primis paginis adnotationes quaſdam habet ad marginem, manu diverſa, ſed valde docta. In fine legitur: *Ioannes Arretinus abſolvit Venetiis III. Kal. Septembr.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum illuminatis, titulis tamen Librorum, & epigraphe in principio deſtitutus. Conſtat foliis ſcriptis 37. In Catal. Montf. ſub num. XII. male indicatus.

ARISTOTELIS ETHICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. XII. Aliud Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum Exemplar, interprete Leonardo Arretino, ut in Codice ſuperiore. Clauditur hiſce verbis: *Liber Laurentii ac Ioannis Petri Franciſci de Medicis num. XIV.*

Codex membranac. Ms in 4. Saec XV. nitidiſſimus, cum initialibus litteris ſingulorum Librorum auratis & coloratis, atque effigie ipſius interpretis in prima littera Libri primi, & ſtemmate Mediceo in prima pagina. Conſtat foliis ſcriptis 124. In Catal. Montfauc. ſub num. XIII.

ARISTOTELIS ETHICA.

Cod. XIII. Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X. ex antiqua verſione (1) cum Commentario Euſtratii, & adnotationibus aliis marginalibus varia manu. Praecedit Praefatio Euſtratii, quae inc. *Philoſophia in duas partes diviſa*. Deſ. *ſicut & in aliis univerſis invocantes adiutorem*. Ariſtotelis Liber primus inc. *Omnis ars, & omnis doctrina, ſimiliter autem & actus, & electio bonum quoddam appetere videtur. Ideo bene enuntiaverunt bonum, quod omnia appetunt*. Liber X. deſ. *utique magis conſpiciemus, & qualis politia optima, & qualiter unaquaeque ordinata, & quibus legibus, conſuetudinibus utens. Dicamus igitur incipientes*. Tertia eſt ex tribus Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum verſionibus in cit. edit. Friburgi Briſgoiae editis, ubi habetur a pag. 180. ad pag. 221. Commentarius in primum Librum inc. *Conſuete Ariſtoteles univerſale praeordinat, & in praeſenti doctrina; plerumque enim propria incipiens negotia hoc faciens invenitur. Etenim in demonſtrativa, omnis, ait, doctrina, & omnis diſciplina intellectiva ex praeexiſtenti fit cognitione &c.* In decimum deſ. *ut enim oſtendet in Politiis, plures ſpecies Democratiarum ſunt, harum etiam hae quidem meliores, hae autem deteriores: Qualibet igitur utens, optima erit, & indiſſolubilis, ſimiliter, & regnum qualiter habens, permanebit in ſempiternum. Similiter & Ariſtocratia. Hic quidem finem habent quae in X. interpretationes habui, ſecundum meam poteſtatem. Si autem aliquis habet meliora, & pulcriora dicere, & ei utique, o Domine & conditor Crucifixe, propter ineffabilem philanthropiam, ideſt amorem hominum pro nobis, & amicorum. oro optimus doctorum ipſe inenarrabiliſſimus mihi, & mea quidem ſint* . . . . . . . . Sequebantur

(1) De antiqua verſione Operum Ariſtotelis infra erit agendum.

Digitized by Google

tur alii quinque verſus, poſtea penitus eraſi. Ariſtotelis textus grandiori, interpretatio vero minori charactere conſcripta eſt.

Codex membranac. Ms. in fol. min Saec. XIII. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 377. In Catal. Montfauc. ſub num. XIV.

## ARISTOTELIS ETHICA ARRETINO INTERPRETE.

Ac praeterea

*Eiuſdem Arretini alia Opuſcula.*

Cod. XIV. I. pag. 1. LEonardi Arretini Iſagogicon Moralis Diſciplinae, ut ſupra in Cod. I. huius Plutei §. II.

II. pag. 13. *b.* Ariſtotelis Ethicorum, ad Nicomachum Libri X. eodem Leonardo interprete, cum Epiſtola nuncupatoria, & Prooemio, ut ſupra in Cod. V. huius Plutei.

III. pag. 122. *b.* Eiuſdem Leonardi Arretini Epiſtola ad Hugonem Medicorum Principem, ut in Cod. III. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 545. §. IV.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 126.

## ARISTOTELIS ETHICA GREGORIO TIPHERNIO INTERPRETE.

Adde etiam

*Theopraſti quaedam, eodem Tipbernio interprete.*

Cod. XV. I. pag. 1. ARiſtotelis Magna Moralia, & Moralia ad Eudemum, Gregorio Tiphernio interprete (1). Praecedit Epiſtola Nuncupatoria ad Nicolaum V. Pont. Max. quae inc. *Quod M. Tullio Ciceroni in Rhetorica accidit pertractanda. Nicolae V. Pont. Max. idem Ariſtoteli in Ethicis conſcribendis accidiſſe video. = Sed ego feciſſe exiſtimo, ut ea ab hominibus noſtris legi poſſint, quamquam ex uno exemplari, eoque non ſatis emendato tranſtuli.* Deſ. *quae cum Rerumpublicarum gubernatrice politica affinitate plurima coniuncta ſunt.* Magnorum Moralium Liber I. inc. *Quoniam de moribus dicere volumus; conſiderandum prius eſt, cuius pars it ſint* Alter deſ. *quare conſiderandum eſt quomodo in amicorum aequalium amicitia, amico uti conveniat.*

II. pag. 71. *b.* Ariſtotelis Moralium ad Eudemum Libri V. eodem Gregorio interprete. Liber I. inc. *Qui apud Deum in Delo ſententiam ſuam protulit in Latonae templi veſtibulo conſcripſit, non omnia eidem adeſſe.* Liber V. deſ. *qui itaque honeſtatis, ac bonitatis terminus ſit, & quae ſimplicium bonorum intentio, dictum eſt.* Nullam neque de hoc, neque de inſequentibus verſionibus mentionem facit Fabricius in Biblioth. Graec. Tom. II. pag. 156. & in Biblioth. Med. Tom. III. pag. 101. vbi ait vertiſſe Libros ſeptem poſteriores, ſive Aſiam & Affricam Strabonis. De eo haec habet Lilius Gyraldus Lib. I. de Poëtis ſui temporis pag. 27. *Tiphernas, etſi Medicinae operam impendit, politioribus tamen ſtudiis magis eſt cognitus, quippe qui Latine & Graece bene doctus, Aſiam, & Africam Straboni latine vertit &c.* Dominici quoque Georgii, qui in Vita Nicolai V. alias cit. varias eiuſdem translationes, iuſſu Nicolai Papae factas commemorat, diligentiam effugerunt.

III. pag. 157. Theophraſti ta meta ta Phyſica, ſeu poſt naturalia, ab eodem Gregorio Thiphernio e Graeco in Latinum translata, cum Praefatione item ad Nicolaum V. Pont. Max. quae inc. *Hunc librum N. Q. Pont. Max. nec Andronicus, ut videtur, nec Hermippus, nec Laërtius Diogenes notum habent.* Deſ. *quaeſita ac dubitata attinguntur.* Liber inc. *Quomodo, & quibus rebus determinanda eſt ea ſpeculatio, quae de primis eſt.* Deſ. *hoc enim initium eſt, ut de univerſo ſpeculemur, in quibus ſint ea, quae ſunt, & quomodo invicem ſe habeant.*

IV. pag. 170. Eiuſdem de Piſcibus, eodemque interprete, quemadmodum etiam ea, quae ſequuntur. Inc. *Piſces quidam in ſicco manent, quod praeter naturam quidem videtur.* Deſ. *quod in aliis evenit; nam quidam, ut prius dictum eſt, aëre utuntur.*

V. pag. 174. Eiuſdem de vertigine. Inc. *Vertigo ſit, quum aut extrarius (ſic) ſpiritus, aut ſuperflua humiditas ad caput venit.* Deſ. *quum vero moveatur, certum, quod etiam ea dimota, vertiginem efficit.*

VI. pag. 177. Eiuſdem de natura ignis. Inc. *Ignis natura proprias quaſdam ex ſimplicibus poteſtates habet.* Deſ. *ignis enim maxime ſpirabile quiddam eſt. Sed de his hactenus ſatis dictum eſt, diligentius vero in aliis dicemus.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, grandiori littera exaratus, cum correctionibus variis, forte auctoris manu, & initialibus auratis & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 202. In Catal. Montfauc. ſub num. XXVI.

## EXPOSITIO ALBERTI IN ETHICA ARIST.

ARiſtotelis Stagyritae Ethica Nicomachaeia ſine titulo, expoſita a Fratre Alberto cum Prolegomenis, quae inc *Quam omnis ſcientia ſit de numero bonorum & honorabilium.* Deſ *quod & Socrates dixit, quod laus virtutis eſt, quia omnium verum perfectio conſiſtit in ipſa.* Expoſitio inc. *De virtute igitur intel-* Cod. XVI.

(1) Hic Gregorius Tiphernas Graecas litteras in Galliam intulit, qui a Gabriele Naudaeo in Additionib. ad Hiſtoriam Ludovici XI. Cap. VII. pag. 185. Caeſare Egaſſio Bulaeo Hiſtor. Vniverſit. Paris. Tom. pag. 875. aliiſque perperam conſul dicitur Graecus, quum Italus fuerit, & a patria Tipherno Vmbriae Oppido, Tiphernatis acceperit cognomen. Vid. Baylii Lexicon Hiſtoricum Criticum Verbo *Tiphernas Gregoire*.

*intendentes, primo oportet ſolvere dubitationem Socratis, quam Plato ponit in libro, qui dicitur Menonis.* Deſ. *conſpiciemus etiam qualis politia optima ſit, & qualiter unaquaeque ordinari deceat, & quibus legibus, & quibus conſuetudinibus ſit utendum. Ad haec igitur aliud facientes principium, dicamus incipientes. Explicit opus Fratris Alberti ſuper Ethicam:* Extſtat in eius edit. Oper. curante Petro Iammy Ord. Praedic. Lugduni MDCLI. Tom. IV.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 173. In Catalogo Montfauc. ſub num. XXIX.

ARIST. OECONOMICA LEONARDO ARRET. INTERPRETE.

Adde etiam

*Eiuſdem Ethica & Politica.*

Cod. XVII. I. pag. 1. ARiſtotelis Oeconomicorum Libri II interprete Leonardo Arretino, cum Praefatione ad Coſmum Medicem, ut in Cod. XII. Plut. LXXVII. ſupra pag. 136. §. II.

II. pag. 6. Eiuſdem Ethicorum Libri X. eodem Leonardo interprete cum Epiſtola Nuncupatoria ad ſanctiſſimum ac beatiſſimum Patrem Dominum Martinum PP. V. & Prooemio, ut in Codice V. huius Plutei ſupra pag. 172.

III. pag. 67. Eiuſdem Politicorum Libri VIII. eodem interprete cum Epiſtola ad SS. ac BB. Patrem D. Eugenium PP. IV. (1), quae inc. *Libros Politicorum multis a me vigiliis, multaque opera in Latinum traductos donare tibi, Beatiſſime Pater, non immerito, ut mihi videor, deſtinavi.* Deſ. *nunc autem huius Epiſtolae finis ſit, ne aures tuae Beatitudinis prolixitate nimia detineam.* Tum Praefatio ſequitur, cuius initium eſt: *Inter Moralis diſciplinae praecepta.* Deſ. *& quidem neceſſariarum ad vitam ſuſcepturos.* Liber I. inc. *Quoniam videmus omnem civitatem eſſe ſocietatem quamdam, & omnem ſocietatem boni alicuius gratia conſtitutam.* Liber VIII. deſ. *hae determinationes ſunt in doctrina faciendae medium poſſibile ac decens.* Habetur haec inter citatas verſiones ex officina Simonis Colinaei MDXLIII. fol. a pag. 1. ab pag. 134. ubi tamen deſideratur Epiſtola Nuncupatoria.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. ineuntis, cum initialibus auratis & coloratis, & cum Graecis notulis in principio. Conſtat foliis ſcriptis 144. In Catal. Montfauc. ſub num. XI.

(1) Hanc verſionem Arretinus Eugenio IV. Anno MCCCCXXXVII. conſecravit, ac per Flavium Blondum eidem Pontifici a ſecretis obtulit Vid. Epiſt. 14. Lib. X. & Epiſt. 1. Lib. VIII. cit. edit. Cl. Laur. Mehus.

ARIST. OECONOM. LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Ac praeterea

*Eiuſdem Ariſtotelis Ethica ad Nicomachum per quemdam Hermannum ex Arabico in Latinum verſa.*

I. pag. 1. ARiſtotelis Oeconomicorum, ſive de re familiari Libri II. (2) ad Coſmum Medicem virum clariſſimum, Arretino interprete, ut in dicto Cod. XII. Plut. LXXVII. §. II. Cod. XVIII.

II. pag. 11. *b.* Leonardi Arretini Commentarius in ſecundum tantummodo praedictorum Oeconomicorum Librum, ut in dicto Codice XII. §. I.

III. pag. 13. Eiuſdem Iſagogicon Moralis diſciplinae ad Galeottum Ricaſulanum, ut in Tomo ſuperiore pag. 512. Codice XXI. §. II.

IV. pag. 28. Ariſtotelis Ethica ad Nicomachum ex Arabico in Latinum verſa (3) apud urbem Toletanam in Capella SS. Trinitatis Anno MCCXL. ab Hermanno quodam Alemanno, ut habetur notatum poſt eorumdem Librorum Moralium ad Nicomachum Summarium, quod in calce Codicis occurrit. Interpretatio inc. *Dixit Ariſtoteles, quoniam omnis ars, & omnis electio rei eſt alicuius, per unamquamque quidem earum bonum aliquod intendi & deſiderari videtur.* Deſ. *& propter quid ſimilantur leges in uſu, earum conſuetudinibus; incipiamus ergo, & dicamus.* Tum ſubiicitur ſequens de hac interpretatione notitia: *Et hic explicit ſermo in hac parte huius ſcientiae, & eſt ea, quae habet ſe in ſcientia civili habitudine notitiae, quid eſt ſanitas & aegritudo in arte medicinae, & illa, quam promiſit, eſt pars, quae habet ſe in hac ſcientia habitudine effectivae ſanitatis, & diſtributivae aegritudinis in medicina, ut eſt in libro eius, qui nominatur de Regimine vitae; & nondum pervenit ad nos, qui ſumus in hac inſula, quemadmodum non pervenerant ad nos primitus de iſto libro, niſi primi quatuor Tractatus, donec perduxit eum ad nos amicus noſter vir nobilis domnus Omar, filius Martini, rogatu Amicorum ſuorum: & Deus retribuat ei retributione nobiliſſima, & regratietur ei pro nobis, regratiatione completa. Et fortaſſis erit aliquis amicorum, qui adducat librum, in quo eſt complementum huius ſcientiae, ſi Deus voluerit. Apparet enim ex ſermone Aby Narrin Alfarabii, quoniam inventus eſt in illis villis. Si vero hoc non contigerit, & Deus contulerit inducias vitae, perſcrutabimur de hoc intentione iuxta menſuram noſtri poſſe; nam apparet ex ſermone Philoſophi in hoc loco, quoniam quod eſt in libro Platonis de Regimine vitae, incompletum eſt, & videtur quod ſic ſe* M ha-

(2) Tres perperam enunciat Montfauc. in ſuo Catalogo.

(3) Notandum Scripturam huiuſce verſionis ſimilem eſſe Scripturae Cod. XVI. huius Plutei.

Digitized by Google

*habeat res in ſe ipſa. Nam in illo libro perſcrutatur Plato de duobus modis hominum tantum, & ſunt conſervatores & ſapientes; deinde oſtendit quomodo permutantur civitates ſimplices ad ſe invicem; ſed perſcrutatio artificialis exigit, ut rememorentur leges, & fori communes civitatibus ſimplicibus; deinde rememoretur poſt hoc, quod appropriatur ſingulis civitatibus ex eis. Intendo quod appropriatur aggregationi nobili, honorabili, & aliis ex aggregationibus; & ſimiliter rememoretur, quod impedit univerſas aggregationes, & quod impedit modos ſingulos ex ipſis; & inquirantur exempla huius in vita inventa in illo tempore, & hoc eſt illud ad quod innuit Ariſtoteles hic, & eſt res, quae non completur in libris Platonis. Qualiter ergo dixit Abugekrin filius aurificis, quod loquutio de aggregatione nobili iam expedita erat in libro Platonis, & quod loqui de eo, in quo iam loquutum eſt, dummodo inveniatur, eſt ſuperfluitas, aut ignorantia, aut malitia. Verumtamen non pervenerat ad ipſum completum* (ſic) *iſtorum Tractatuum. Et ego quidem explevi determinationem iſtorum Tractatuum quarto die Iovis, qui Arabice dicitur Ducalatin, anno Arabum quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, & grates Deo multae de hoc. Dixit translator: & ego complevi eius translationem ex Arabico in Latinum tertio die Iovis menſis Iunii Anno ab Incarnatione Domini MCCXL. apud urbem Toletanam in capella Sanctae Trinitatis, unde ſit Domini nomen benedictum.* Clauditur tandem Volumen hoc, Summario ſuperiorum Librorum, in cuius calce legitur: *Expliciunt Summaria librorum Moralium ad Nicomachum, unde inſcribitur liber Nicolamachiae* (ſic) *quem tranſtulit Hermannus Alemannus ex Arabico in Latinum* (1).

Codex membranac. Ms. in 4. maiori partim Saec XV. partim Saec. XIV. ſcilicet quoad Ariſtotelis Ethicam, quae eſt binis columnis diligenter exarata. Conſtat foliis ſcriptis 100. In Catal. Montfauc. ſub num. XXI.

## ARISTOTELIS OECONOM. LEON. ARRETIN. INTERPRETE.

*Cod. XIX.* ARiſtotelis Oeconomicorum, ſive de re familiari Libri II. Leon. Arretino interprete, praevia Epiſtola Nuncupatoria ad Coſmum Medicem, ſuoque ſingulis Commentario ſubiecto (2). In fine Commentarii in Librum primum legitur: *Finis Commentarii ſuper primo Libro Oeconomicorum. Leonardus Arretinus edidit. Antonius Marius Florentinus ſcripſit V. Non. Martii MCCCCXIX. Valeas qui legis.* In calce vero Codicis: *Liber Petri de Medicis Coſ. F.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus eleganter illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 38. In Catal. Montfauc. ſub num. XXII.

## ARISTOTELIS OECONOM. LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Accedit etiam

*Fr. Thomae de Vio Caietani Tractatus de Monte Pietatis.*

I. pag. 1. ARiſtotelis Oeconomicorum Libri II. interprete Leonardo Arretino, cum Epiſtola ad Coſmam Medicem, ut ſupra pag. 136. §. II. *Cod. XX.*

II. pag. 9. Eiuſdem Leonardi Arretini Commentarius in ſupradictos Oeconomicorum Libros, ut ſupra pag. 136. §. I.

III. pag. 26. *b.* Fratris Thomae de Vio Caietani Sacrae Theologiae Profeſſoris, Magiſtri Generalis Ordinis Praedicatorum Tractatus de Monte Pietatis ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Dominum Leonem Medicem X. Pontificem Maximum. Inc. *Quamquam oblata conſilia, non ſecus ac ultroneae merces apud homines parviſiant; quia tamen Deo ſponte dicata, gratiora ſunt exactis, merito Beatitudini tuae. Leo Pontifex Maxime, quandoquidem Dei es in univerſo terrarum orbe Vicarius, pauca haec Moralis Philoſophiae exercitia de Monte Pietatis obtuli.* Deſ. *humiliter ſupplicans, ut certae veritatis ſententiam a tuo ſuſcipiamus Apoſtolatu. Vale felix ſemper Auguſte. Romae die VIII. Februarii MDXV.* Conſtat autem Tractatus hic Capitibus XV. Hunc Tractatum de Monte Pietatis ſcripſit Papiae in S. Apollinaris, die XIII. Iul. MCCCCXCVIII Seorſim prodiit Romae typis Iacobi Mazzochii MDXV. 4. ſignat. A. B. C. D. ut teſtantur Iacobus Quetif, & Iac. Echard Script. Ord. Praedic. Tom. II. pag. 18.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. quoad verſionem Ariſtotelis & Commentaria XV., & quoad Librum Fr. Thomae XVI. duplici manu exaratus, cum litteris initialibus Librorum aureis & illuminatis, & ſtemmate Medicei Pontificis in principio Tractatus de Monte Pietatis. Conſtat foliis ſcriptis 76. In Catalogo Montfauc. ſub num. XXIII.

## OECONOMICA ARISTOTELIS LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

*Cod. XXI.* ARiſtotelis Oeconomicorum Libri II. Leonardo Arretino interprete, cum eiuſdem Praefatione ad Coſmam Medicem, & Commentario in eoſdem, ut in Cod. XX. ſuperiore §. I. & II. In calce legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum litteris initialibus Librorum aureis & illuminatis, & ſtemmate Mediceo, quod

duo

(1) Cl. Hieronymus Tiraboſcus *Storia della Letteratura Ital.* Tom. IV. Lib. II. Cap. 2. dubitat Hermannum Contractum Augienſem Monachum ſaeculo XI. ullam in vertendo Ariſtotele operam impendiſſe; huius tamen Codicis auctoritate contrarium eruitur.

(2) Corrigendus Montfauconius, qui Commentarium tantummodo in Librum Oeconomicorum ſecundum enunciat.

Digitized by Google

duo ſuſtinent alati pueri, in prima pagina. Conſtat foliis ſcriptis 37. In Catal. Montfauc. ſub num. XXIV.

ARISTOTELIS POLITICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. XXII. ARiſtotelis Politicorum Libri VIII. Leonardo Arretino interprete, ut in Codice XVII. §. III. Heic tamen deeſt Epiſtola ad Eugenium IV. In fine legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum aureis & illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 148.

POLITICA ET OECONOMICA TRANSLATA PER LEONARDVM ARRETINVM.

Cod. XXIII. I. pag. 1. ARiſtotelis Politicorum Libri VIII. quos Leonardus Arretinus traduxit, ut in Codice ſuperiori. In fine legitur: *Leonardus Arretinus traduxit anno ſalutis Chriſtianae MCCCCXXVIII.*

II. pag. 120. Eiuſdem Oeconomicorum Libri II. eodem Leonardo Arretino interprete, cum Praefatione ad Coſmam Medicem, ut in Codice XVII. ſupra pag. 177. §. I.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. pulcherrimus, & cum initialibus Librorum aureis & coloratis, ac ſtemmate Mediceo in prima pagina. Conſtat foliis ſcriptis 126. In Catal. Montfauc. ſub num. XVI.

ARISTOTELIS POLITICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. XXIV. ARiſtotelis Politicorum Libri VIII. Leonardo Arretino interprete, ut in Codice XXII. In fine legitur haec amanuenſis ſubſcriptio: *Anno MCCCCLXXI. menſe Februarii die lunae, hora paullo ante vigeſimam.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. cum initialibus Librorum auratis, & illuminatis, ſtemmate familiae Saxettae in prima pagina, in quo legitur eius emblema *a mon pouvoir*, & cum epigraphe *Franciſci Saxetti Thomae filii. civis Florentini*. Conſtat foliis ſcriptis 160. In Catal. Montfauc. ſub num. XVII.

ARISTOTELIS POLITICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. XXV. ARiſtotelis Politicorum Libri VIII. ex interpretatione Latina Leonardi Arretini, ut in dicto Codice XXII.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. cum initialibus Librorum aureis. Conſtat foliis ſcriptis 100. In Catal. Montfauc. ſub num. XVIII.

ARISTOTELIS POLITICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

ALiud Ariſtotelis Politicorum exemplar ex verſione Leonardi Arretini, ut in Codice XXII. Cod. XXVI.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum initialibus Librorum aureis. Conſtat foliis ſcriptis 142. In Catal. Montfauc. ſub num. XIX.

ARISTOTELIS POLITICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

ALiud Ariſtotelis Politicorum exemplar ex Latina verſione Leonardi Arretini, ut in Cod. XXII. Cod. XXVII.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, eleganti ſſimeque exaratus, cum initialibus ſingulorum Librorum aureis & egregie illuminatis, & prima pagina tota depicta, in qua titulum videre eſt aureis totum characteribus expreſſum; ſtemma quoque poſſeſſoris erat in ipſius calce depictum, quod poſtea eraſum eſt. Conſtat foliis ſcriptis 160. In Catal. Montfauc. ſub num. XX.

ARISTOTELES DE REGIMINE PRINCIPVM.

ARiſtotelis Liber de Secretis Secretorum, ſive de Regimine Regum, vel Principum, vel Dominorum ex Arabico in Latinum translatus a quodam Ioanne, cum Epiſtola Dedicatoria, & duobus Prologis, ut in Codice II. Plut. LXXXIII. ubi pleniorem huiuſce Operis recenſionem dabimus. Cum illo igitur concordat, praeterquam in nomine traductoris, qui ibi, tam in inſcriptione Epiſtolae Nuncupatoriae, quam in titulo ſecundi Prologi nominatur *Philippus*; heic vero in inſcriptione Epiſtolae verbis *ph's* (1) effertur, in titulo vero Prologi ſecundi *Ioannes* dicitur. Io. Picus Mirandula Lib. I. contra Aſtrolog. pag. 284. reiicit librum de *Secretis Secretorum* ad Alexandrum Magnum, qui Ms. exſtat in Bibliotheca Vaticana, unde iconem ingentis Cornu Stentorei exhibet Athanaſius Kircherus in Phonurgia pag. 140. Cod. XXVIII.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. in cuius calce legitur: *Liber Antonii Flaminii*. Conſtat foliis ſcriptis 32. In Catal. Montf. ſub num. XXVII.

AVLVS GELLIVS.

AVli Gellii Noctium Atticarum Libri XX. praevio ſingulis indice Capitum, ut in Codicibus XXV. XXVI. &c. Plut. LIV. Tom. ſuperiore pag. 679. & ſeqq. In fine legitur rubris Cod. XXIX.

M 2

(1) Hoc genere nexus Manuſcripti Codices ad indicandam vocem *Philoſophus* uti ſolent.

rubris litteris; *A. Gellii Noctium Atticarum Liber vigeſimus explicit Anno Domini* 1446. *die quinto Ianuarii*. Inde haec alia vernaculo ſermone adnotantur; *Queſto libero ſono di pocho valore a queli che legeno perchè non intendano & pocho conſtruto ſe cavano de quelli coſſe che contegano in lo predito per tanto datili uno* . . . . . .

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. in quo ad Graecas voces ſupplendas ſpatia heinc inde vacua relicta ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 255. In Catal. Montfauc. ſub num. XXVIII.

## GESNERI DE QVADRVPEDIBVS.

*Cod. XXX.* CONradi Geſneri Medici Tigurini (1) Hiſtoriae Animalium Liber I. de Quadrupedibus viviparis. Opus Philoſophis, Medicis, Grammaticis, Philologis, Poëtis, & omnibus rerum linguarumque variarum ſtudioſis, utiliſſimum ſimul, iucundiſſimumque futurum &c. Tiguri apud Chriſt. Froſchoverum anno MDLI. Praecedit Epiſtola Nuncupatoria ſatis prolixa; *Ampliſſimis & magnificis viris, pietate, prudentia, omnique virtutum genere ſpectatiſſimis, Conſulibus & Senatoribus Reipub. Tigurinae, Dominis ſuis venerandis, Conradus Geſnerus &c.* Inde aliud Prooemium legitur *Candidis lectoribus*. In fine occurrunt *Caſtigationes huius Libri, & Henrici Stephani Trimetri Graeci in laudem huius operis*.

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra in fol. cum figuris. Conſtat paginis 1109.

## GESNERVS DE AVIBVS.

*Cod. XXXI.* CONradi Geſneri Tigurini Medicinae & Philoſophiae Profeſſoris in Schola Tigurina Hiſtoriae Animalium Liber III. qui eſt de Avium natura, nunc denuo recognitus, ac pluribus in locis emendatus, multiſque novis iconibus & deſcriptionibus locupletatus, ac denique brevibus in margine adnotationibus illuſtratus, ſicut plenius decima pagina indicabit. Adiecti ſunt ad calcem libri indices alphabetici decem ſuper nominibus Avium, in totidem linguis diverſis, & ante illos enumeratio Avium eo ordine, quo in hoc volumine continentur. Francofurti ex officina typographica Ioannis Wecheli, impenſis Roberti Cambieri. MDLXXXV. cum gratia & privilegio S. Caeſareae Maieſtatis ad decennium. Praemittitur Epiſtola Nuncupatoria eiuſdem Geſneri *Illuſtri & generoſo viro D. Ioanni Iacobo Euggero Kirchbergae, & Weiſſenborni Domino &c. Domino & Maecenati ſuo*, cui ſubſequitur Epiſtola alia ad lectorem. Poſt indices in fine legitur; *Francofurti excudebat Ioannes Wechelus impenſis Roberti Cambieri MDLXXXV.* Conſtat pag. 819.

Cum hoc eodem volumine compactum etiam eſt; Conradi Geſneri Tigurini, Medicinae, & Philoſophiae Profeſſoris in Schola Tigurina, Hiſtoriae Animalium Liber II. qui eſt de Quadrupedibus oviparis &c. Francofurti ex officina typographica Ioannis Wecheli impenſis Roberti Cambieri MDLXXXVI. cum gratia & privilegio S. Caeſareae Maieſtatis ad decennium. Praecurrit Geſneri Epiſtola Nuncupatoria *Clariſſimo viro D. Valentino Gravio Decimario & Senatori Fribergenſi*. Conſtat pag. 119.

## GESNERI DE AQVATILIBVS.

*Cod. XXXII.* CONradi Geſneri Medici Tigurini Hiſtoriae Animalium Liber IV. qui eſt de Piſcium, & Aquatilium Animantium natura, cum iconibus ſingulorum ad vivum expreſſis fere omnibus DCCVI. Continentur in hoc volumine Gulielmi Rondeletii quoque Medicinae Profeſſoris Regii in Schola Monſpelienſi, & Petri Bellonii Cenomani Medici hoc tempore Lutetiae eximii de Aquatilium ſingulis ſcripta ad inviɛtiſſimum Principem Divum Ferdinandum Imperatorem ſemper Auguſtum &c. cum privilegiis S. Caeſareae Maieſtatis ad octennium, & potentiſſimi Regis Galliarum ad decennium. Tiguri apud Chriſtoph. Froſchoverum anno MDLVIII. Praemittuntur Epiſtola Nuncupatoria ad Sacratiſſimum ac inviɛtiſſimum Imperatorem Divum Ferdinandum, Praefatio ad candidum lectorem, enumeratio Auctorum, qui de Piſcibus ſcripſerunt exſtantium, & non exſtantium, veterum ac recentiorum &c. In fine legitur maioribus litteris: *Uni & ſoli Deo Deorum. Regi Regum O. M. infinito undequaque, incomparabili, conditori, motori, conſervatori, primo & ultimo, per verbum ſpiritumque ſuum, rerum univerſarum & ſingularum, quas omnes propter hominem, hunc vero propter ſe ipſum creavit, laus omnis, honor & gloria in omne aevum a piis, & ſanctis animis mirabilia eius opera contemplantibus pro thure, pro victimis offeratur.*

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra cum figuris. Conſtat pag. 1297.

*FINIS PLVTEI LXXIX.*

PLV-

(1) Conr. Geſnerus Polyhiſtor magni nominis, quanto iuvandae Reip. litterariae ſtudio teneretur, vel ex eo deprehendimus, quod lue peſtifera correptus, omni alia, praeter quam ſalutis aeternae cura poſthabita, ſupellectilem librariam ita diſpoſuit, ut ſcripta inedita poſt ipſius mortem publicari poſſent. Obiit A. MDLXV. aet. XLIX poſtquam perpetuam ſibi noctem praedixerat, vir, uti Thuanus indicat, longiſſima vita digniſſimus. Vid. Melch. Adam. in Vitis Medicor. p. 146.

Digitized by Google

# P L V T E V S LXXXII.

## CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XV. EDITOS VII.

### C O D E X I.

#### PLINII PARS PRIMA.

PLinii Secundi Novocomenſis Naturalis Hiſtoriae Libri XXXII. duobus voluminibus comprehenſi (1). Primum continet Libros XVI. priores cum Summariis ſingulorum Librorum, brevi vita, & brevibus duobus argumentis. & figura antiqua in principio Plinium Tito Caeſari opus ſuum offerentem repraeſentante, quibus adſurgit in medio arbor, in cuius ſummitate figura quaedam ſedet, faſciolam prae manibus geſtans, adſcriptis verbis *Petrus de Slagloſia me fecit*, unde pictoris nomen fortaſſe eruitur, qui in Librorum litteris initialibus ſacras & profanas hiſtorias rudi penicillo depinxit. Inde legitur Plinii Prologus (2), cuius initium eſt: *Libros Naturalis Hiſtoriae*. Deſ. *hoc ante me fecit in litteris noſtris Valerius Solanus in libris, quos Epotidon ſcripſit*. Tum praevia Capitum tabula, Liber primus (3) inc. *Mundum & hoc quocumque nomine alio Caelum appellare libuit*. Liber XVI. deſ. *cuius rationem recreationemque eodem volumine tradidit* (4). *Explicit Liber XVI. Naturalis Hiſtoriae Plinii Secundi Novecomenſis Oratoris* (5). Libris ſingulis index Capitum praemittitur.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis exaratus, optime ſervatus, cum initialibus figuratis, dignus certe, qui cum editis conferatur. Conſtat foliis ſcriptis 166. In Catal. Montfauc. ſub num. XVI.

#### PLINII PARS SECVNDA.

PLinii Secundi Novocomenſis Naturalis Hiſtoriae volumen ſecundum, incipiens a Libro XVII. (6). Poſt Capitum tabulam Liber inc. *Sequitur natura frugum, hortorumque ac florum*. Liber ultimus deſ. *in capillamento frigoris inconſtantia, priuſquam ad oculos perveniant, deſinens nitor* (7). *Explicit Plinius Secundus*. Cod. II.

In Ephemeridis Litterariis Florentinis num. 29. ſub die 18. Iulii MDCCLV., ubi locus Plinii de Etruria adfertur cum correctione, & ſine correctione, habetur deſcriptio Codicis Riccardiani Plinii Hiſtoriam Naturalem continentis, ex quo apographum hoc Laurentianum profluxiſſe videtur, ut cum Ioanne Lamio obſervavi, dum opus de Obeliſco Caeſaris Auguſti meum Romae impreſſum A. MDCCLI. fol. adornarem, primuſque eius miram ſaeculi IX. vel X. antiquitatem praedicavi. Eſt hic Codex membranaceus in fol. max. mutilus in pleriſque locis. Deeſt in maxima parte Praefatio ad Imperatorem Veſpaſianum a principio. In primo Libro deſideratur folium, in quo reliquum erat ſummarium Libri XXXIV. & aliorum trium Librorum; & principium Libri II. veteri manu ſignatum eſt, ſed non eius, qui Codicem ſcripſit. De illis praeambulis deficit unum folium. Secundus itaque Liber caret principio. In fine Libri XI. cum rubrica ſcribitur: *C. Plinii Secundi Naturae Hiſtoriae Libri XI. editus poſt mortem explicit*. In Lib. XII. deſunt XVII. Capita, rurſumque incipit, ubi agitur de calamo

(1) Memorat hos Mediceos Plinii Codices Io. Bapt. a Turre Rezzonicus in Opere, quo Plinium illuſtrare conatus eſt cuique nos in conferendis variis Plinianis locis operam noſtram contulimus. Politianus in Miſcell. Cap XXXII. *Sed in vetuſtis duobus exemplaribus, ex ipſa Mediceae gentis nobili Bibliotheca &c.* Cap. L. Codicem Plinii vetuſtiſſimum ex nobiliſſima Mediceae gentis Bibliotheca adlegat; & Cap LXI. *Sed enim in vetuſtiſſimo illo Mediceae Familiae Pliniano Codice, citato a nobis iam ſaepe, ſic invenias.*

(2) In edit. Harduini Pariſiis apud Ant. Vrbanum Couſtelier MDCCXXIII. fol. inſcribitur *Liber I.*

(3) In cit. edit. inſcribitur *Liber II.*

(4) In cit. edit. ita deſinit Liber XVII.

(5) Notandum ita ſemper in principio, & ſine Librorum denominari.

(6) In cit. edit. eſt Liber XVIII.

(7) In dicta editione Tom II. pag 796. per alios viginti circiter verſus Liber hic poſtremus extenditur. Interim notandum, in hac recenſione praegrandis non parum diſcriminis inter lectionem Codicis, & editionis fuiſſe a nobis deprehenſum.

Digitized by Google

mo odorato. Libri XIII. duae chartae ad calcem deſunt; inde ſeptem integri Libri deſiderantur. Rurſus itaque incipit a Libro XXI. Libri XXII. ea deſideratur pars, in qua de herbarum natura agitur, quae ſponte naſcuntur, neque apographum continuatur, quum ſit poſterior pagina ſcripturae expers. In fine vero huius paginae, veteri manu eſt: *Deficit hic Liber XXIII. in quo tractatur de cultis arboribus &c.* Item deficit Liber XXIV. in quo tractatur de pice, & lignis aromaticis. Inferius vero diverſa manu ſcriptum eſt, *hic deficiunt duo libri & plus*. Liber itaque XXV. caret principio, & fine, quum folium deſideretur. Duae columnae a pincipio Libri XXVII. deſunt. Charta quoque quum non ſit in ſuo ordine, ſcriptum eſt: *volve folium, & invenies*. In fine interpoſitae chartae: *deficit quaternio* ſcribitur. In fine Libri XXXII. legitur *Guilelmus Subdiac.* Scriptura eadem, qua textus. Ad finem Libri XXXV. in calce paginae ſubiungitur: *Hic deeſt aliquit paginae, quod in alio eſt circa dimidiam columnam*. Haec autem nota, diverſa manu ſcripta eſt prope finem Libri. Inferius vero adnotatum eſt eadem manu qua textus: *Elias Subdiac. ſcripſit* Caret fine Liber XXXVI.; totus vero Liber XXXVII. deſideratur; hinc ad calcem adſcribitur: *De iſto Libro XXXVI. deficiunt circa dua folia. Trigeſimus ſeptimus totus deficit*. Poſt hunc, eadem manu, habentur Epiſtolae Plinii iunioris cum titulo: *C. Plinii Secundi Epiſtolarum Libri numero decem*. Sed in iſto Codice quatuor priores tantum Libri habentur, & quinti principium, quum ceteri quaterniones perierint. Hoſce Epiſtolarum Libros contulit Cl. Ant. Franc Gorius menſe Auguſti anno MDCCXXIX. Nullus Cenſor perpendit, neque correxit hoſce Epiſtolarum Libros. Nulla enim ineſt ibi emendatio, mutatio, expunctio; uti frequentiſſimae ſunt in Hiſtoria Naturali Plinii; non tamen in tota, ſed a prioribus paginis uſque ad Librum XI. Hinc prope finem huius Libri varias videmus lacunas, quae implendae erant cum titulis Capitulorum, ac rubrica exaratorum. In Libro XXVI. Cenſoris continuantur correctiones uſque ad finem Libri XXXI. neque inde amplius habentur. Scriptura textus ſubrubra eſt: nigriores tamen correctionum characteres. Qua ſcriptae ſunt correctiones, eadem videtur eſſe manus Guilielmi Subdiaconi, qui ex magna parte apographum exaravit, & minutiori, ſed elegantiori, quam Elias Subdiaconus ſcribit. Obſervandum eſt viciſſim hoſce duos, modo unam, modo alteram ſcripſiſſe Codicis partem. Guilelmus ad ſuam uſque epigraphen ſcripſit, cui iungitur Eliae ſcriptura ad ſuam uſque epigraphen. Vlterius diverſa ſcriptus eſt manu Codex, qui ſi integer eſſet, tertii quoque Scriptoris erueretur epigraphe. Epiſtolae vero a quarto amanuenſe ſcriptae fuiſſe videntur, quorum omnium accuratiſſimus, diligentiſſimuſque eſt Guilelmus, qui non ſolum ſcripſit, ſed totum & ab aliis ſcriptum perpendit, correxitque. Codicis aetas eſt incerta, ſed ex forma characterum IX., vel ſaltem X. ſaeculi diiudicari poteſt, licet alii ad octavum referant. Atramentum evaneſcens, venerabilem redolet antiquitatem. Maiores characteres, ubi ſunt, remotiora reſpiciunt tempora. Nullus nexus, nulla Langobardicarum litterarum forma, antiquiſſimum nobis praeſeferunt; ac dolendum certe non eſſe integrum tam inſigne antiquitatis monumentum, quo multa in Plinio corrigi poſſent. Hortamur tamen ſtudioſos bonarum litterarum cultores, ut in nova adornanda Plinii editione, illud cum Harduiniana diligenter conſulant, atque perpendant, ideoque illius deſcriptionem heic dare haud ſupervacaneum putavimus.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. optime ſervatus & exaratus, cum initialibus figuratis. Conſtat foliis ſcriptis 174. In Catal. Montfauc. ſub num. XVII.

## PLINIVS.

Plinii Veronenſis (1) clariſſimi Oratoris ad Titum Caeſarem Imperatorem Hiſtoriae Naturalis Libri XXXVII cum Summariis ſingulorum Librorum, argumentis tribus, Prologo, & indicibus. Liber poſtremus deſinit, ut in Codice ſuperiori. In fine legitur: *Explicit Liber XXXVII. Naturalis Hiſtoriae Novocomenſis Oratoris, Liber Petri de Medicis Coſ. Fil.* *Cod. III.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. mirae pulcritudinis; nam praeter initiales litteras Librorum mirifice illuminatas, duplici pictura exornatur in principio, quarum una titulum maioribus aureis & caeruleis litteris exaratum, altera, quae totum marginem undequaque ambit Mediceum ſtemma plurimis incluſum annulis, una cum puerulis, centauris, quadrupedibus, & volucribus varie inter ſe ludentibus, exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 426. In Catal. Montfauc ſub num. XIX.

## PLINII HISTORIA NATVRALIS.

Plinii Secundi Novocomenſis Hiſtoriae Naturalis Libri XXXVII. cum Summariis ſingulorum Librorum in principio, argumentis tribus, Prologo ad Titum Imperatorem, & indicibus, ut in Codice III In fine maioribus rubris litteris legitur: *Explicit Liber trigeſimus ſeptimus & ultimus Naturalis Hiſtoriae Plinii Secundi Novocomenſis* (ſic) *Oratoris ad Titum Imperatorem Auguſtum Ve-* *Cod. IV.*

(1) Heic dicitur *Veronenſis*, & in calce *Novocomenſis*.

Digitized by Google

*Veſpaſiani filium feliciter*, & paullo infra: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. vere inſignis, cuius ſi pulcritudinem & admirandas picturas, quae initio ſingulorum Librorum obſervantur deſcribere vellem, verba me profecto deficerent. Titulus Operis auro variiſque coloribus depictus totam paginam implet. in cuius inferiori margine legitur: Φραγκίσκος, in averſa vero pagina Mediceum ſtemma, & emblemata, inter varias figuras, animalia, volucres, & puerulos exhibentur. Titulus eſt aureus, & Capitum, in quae Libri ſinguli dividuntur initia mirifice ſunt illuminata. Conſtat foliis ſcriptis 487. In Catal. Montf. ſub num. XVIII.

## PLINII HISTORIA NATVRALIS.

Cod. V. C. Plinii Secundi Novocomenſis Hiſtoriae Naturalis Editio Romana anni MCCCCLXXIII. (1) cum Prooemio ad Veſpaſianum ſuum, & indice Capitum ſingulorum Librorum in principio. Liber trigeſimus ſeptimus, qui perperam heic dicitur trigeſimus ſextus, deſinit in Cap. XLIX. & in verbis: *Ab ea, exceptis Indiae fabuloſis, proxime quidem duxerim Hiſpaniam, quaecumque ambitur mare*. Vt in editione Harduini ſupra citata, licet Capitum diviſio diverſa ſit. Clauditur hoc hexaſticho, in quo impreſſorum nomina exprimuntur:

*Aſpicis illuſtris lector quicumque libellos,*
*Si cupis artificum nomina noſſe, lege.*
*Aſpera ridebis cognomina Teutona, forſan*
*Mitiget ars muſis inſcia verba virum:*
*Conradus Suueynheym: Arnoldus Pannartzque magiſtri* (2)
*Romae impreſſerunt talia multa ſimul.*
*M.CCCCLXXIII.*
*Die Veneris VII. Maii.*

Animadverte eſſe hac antiquiorem Plinii editionem, quam vidi in Catalogo Boziano num. 254. *C. Plinii Secundi Hiſtoria Naturalis editio princeps. Venetiis Ioh. de Spira MCCCCLXIX.* in fol. max. Harduinus hanc editionem ignoravit. Sallengrius in Memorabilibus Litteraturae Part. II. Art. 4. de hac verba fuſius habet. In fine memoratae Venetae editionis leguntur hi verſus:

*Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet,*
*Quique etiam fractus paene legendus eram,*
*Reſtituit Venetis me nuper Spira Iohannes,*
*Exſcripſitque libros aere notante meos.*
*Feſſa manus quondam, moneo, calamuſque quieſcat;*
*Namque labor ſtudio ceſſit, & ingenio.*

Codex chartac. impreſſus ut ſupra. cum pictura in principio, & ſtemmate Epiſcopi cuiuſdam. Conſtat paginis 397. In Indice Montf. ſub num. XX.

## PLATONIS DIALOGI MARSILIO FICINO INTERPRETE.

Cod. VI. PLatonis Opera omnia duobus Tomis comprehenſa, quorum primus continet Dialogos XXVI. e Graeco in Latinum per Marſilium Ficinum traductos. Praecedit Epiſtola Nuncupatoria ad Laurentium Medicem Patriae Conſultorem. quae inc. *Divina providentia fortiter attingens omnia*. Deſ. *incredibilis in te amor valde commendat*. Inde ſequitur pag. 2. *b.* Platonis Vita, cuius initium eſt: *Plato Athenienſis Ariſtonis & Perictiones, ſive Potonae filius*. Finis: *nos Platonica familia nihil novimus niſi feſtum laetum. caeleſte ſupernum*, quae omnia habentur in Prolegomenis Platonis Operum ex interpretatione Marſilii Ficini Francofurti apud Claudium Marnium & heredes Ioannis Aubrii An. MDCI. fol. a pag. 3. ad pag. 10. Subſequuntur tandem Dialogi ipſi cum argumentis in ſingulos, prout leguntur in citata editione; ordo tamen diverſus ita habet:

I. pag. 7. Hipparchus de lucri cupiditate.
II. pag. 9. De Philoſophia.
III. pag. 11. De Sapientia, qui Theages inſcribitur.
IV. pag. 15. Menon, ſeu de Virtute.
V. pag. 24. Alcibiades primus de Natura hominis.
VI. pag. 34. Alcibiades ſecundus de Voto.
VII. pag. 38. Minos de Lege.
VIII. pag. 41. Euthyphron de Sanctitate.
IX. pag. 46. Parmenides de uno rerum omnium principio.
X. pag. 58. Philebus de Hominis bono.
XI. pag. 74. Hippias maior de Pulcro ad Petrum Medicem Patriae Patrem.
XII. pag. 82. *b.* Lyſis de Amicitia ad eumdem.
XIII. pag. 94. Theaetetus de Scientia ad eumdem, praevia Epitome.
XIV. pag. 114. *b.* Ion de Furore Poëtico ad Laurentium Medicem virum magnanimum.
XV. pag. 120. Sophiſta de eo quod eſt, ad eumdem.
XVI. pag. 134. De Regno ad Federicum Vrbini Ducem ſemper invictum. praevio, praeter argumentum, etiam Apologo in eumdem Librum, qui inc. *Iuppiter optimus maximus quum optaret tale in terris quandoque regnum proſpicere &c.* Deſ. *tum ex teſtimonio veritatis optime merito feliciſſime tribuit* (3).

XVII.

(1) Egregie de hac editione ediſſerit Eminentiſſ. S. R. E. Card. Ang. Mar. Quirinus in libro de Optimorum Scriptorum editionibus. Lindaugiae MDCCLXI. 4. pag. 176. ſeqq.

(2) Hi Typographi ediderunt etiam Lactantii Firmiani Inſtitutiones A. MCCCCLXVIII.

(3) Hic Apologus deſideratur in cit. edit.

Digitized by Google

XVII. pag. 152. Protagoras, vel Sophiſtae ad Laurentium Medicem.

XVIII. pag. 171. Euthydemus, ſeu Litigioſus ad Petrum Medicem.

XIX. pag. 185. Hippias Minor de Mendacio ad eumdem.

XX. pag. 190. *b.* Charmides de Temperantia ad eumdem.

XXI. pag. 200. Laches de Fortitudine ad eumdem.

XXII. pag. 209. Clitophon Exhortatorius ad eumdem, ſine argumento, utpote inter nothos recenſendus.

XXIII. pag. 211. Cratylus de recta nominum ratione ad eumdem.

XXIV. pag. 233. Gorgias de Rhetorica ad Laurentium Medicem.

XXV. pag. 262. Convivium de Amore, praevio Commentario.

XXVI. pag. 313. Phaedrus de Pulcro, ad Laurentium Medicem.

Dialogus primus, ſcilicet *Hipparchus*, poſt argumentum Marſilii Ficini inc. *Quidnam lucri cupidipitas eſt.* Dialogus ultimus, nempe *Phaedrus, ſeu de Pulcro*, deſ. *Phae. mihi quoque eadem opta; amicorum enim communia omnia. So. abeamus.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. ſupra quam dici poſſit elegantiſſimus, cum initialibus mirifice illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una Dialogorum titulos aureis & caeruleis litteris exaratos, altera Mediceum ſtemma, & emblemata, adſcripta quatuor in locis littera R. exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 330. In Cat. Montf. ſub num. VII.

## PLATONIS OPERA MARSILIO FICINO INTERPRETE.

Cod. VII. PLatonis Operum Tomus alter, in quo continentur (uti docet Epigraphe aureis, & caeruleis litteris exarata) Libri XXX. tranſlati a Marſilio Ficino Florentino ad magnanimum Laurentium Medicem. Horum vero Librorum, ſeu Dialogorum, quorum unicuique ſuum praefigitur argumentum, ſequens ordo eſt:

I. pag. 1. Apologia Socratis.

II. pag. 13. Crito, ſeu de eo quod eſt agendum.

III. pag. 18. Phaedon de Anima.

IV. pag. 44. Menexenus, vel Funebris Oratio.

V. pag. 51. De Republica Libri X.

VI. pag. 167. Timaeus, praevio in ipſum Compendio.

VII. pag. 221. Critias de Attico & Atlantico Bello.

VIII. pag. 229. De Legibus Libri XII.

IX. pag. 362. Epinomis, ideſt Legibus additus, vel Philoſophus.

X. pag. 372. Epiſtolae XII. item cum argumentis in ſingulas.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. admirandae pulcritudinis, cum initialibus ſingulorum Librorum & Capitum mirifice illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una in duodecim aureis circulis Operum titulos, aureis item & caeruleis litteris exaratos, alia Mediceum ſtemma & emblemata varia exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 397.

## PLATONIS GORGIAS, LEONARDO ARRETINO INTERPRETE,

Seu potius

*Platonis, Demoſthenis, & Aeſchinis varia ex interpretatione Leonardi Arretini.*

I. pag. 1. PLatonis Gorgias Leonardo Arretino interprete, ut in Cod. II. Plut. LII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 345. §. II. Cod. VIII.

II. pag. 42. Ipſius Phaedon eodem Leonardo Arretino interprete, praevia Epiſtola anepigrapha ad Innocentium VII. Pontificem Max. Ibid. §. III.

III. pag. 78. Demoſthenis & Aeſchinis Orationes quaedam interprete Leonardo Arretino, praeviis ſingularum argumentis, & Praefatione ad Nicolam Medicem (1), quae inc. *Quod ſit optimum ac probatiſſimum dicendi genus, ii ſolum, o Nicola, mihi videntur & argute diſcernere, & incorrupte iudicare poſſe.* Deſ. *hunc igitur, o Nicola, ſi commodo tuo conſulere vis, numquam tu quidem pones e manibus. Quod ut facere queas, Orationibus quibuſdam eius a me hactenus in Latinum verſis alias inſuper adiunxi, & in hoc volumine perſcriptas ad te mittere conſtitui, quarum una eſt iudicialis in cauſſa Cteſiphontis, una mixta pro Diopythe, quatuor deliberationis. Aeſchinis quoque Accuſationem & Philippi Regis Epiſtolam annexui, quae ad dilucidationem illarum pertinere videbantur. Et quia Graecam hiſtoriam non perinde tibi notam exiſtimavi, argumenta ſingularum Orationum perſcripſi, quo nihil in earum cognitione deſiderare poſſes.* Oratio prima contra Philippum inc. *Prae multis, o viri Athenienſes, pecuniis ſuſciperetis, ut arbitror, ſi de rebus nunc propoſitis quid factu ſit optimum diſcernatur.* Deſ. *utile vero foret omnium gratia.* De his Demoſthenis Orationibus a Leonardo Arretino traductis adhuc Mss. docte ediſſerit Mazuchellius *Bibliot. degli Scrittori d' Italia* Tom. II. P. IV. pag. 2216. §. XXXIII.

IV. pag. 87. Eiuſdem Oratio ſecunda in Philippum. Inc. *In multis, o viri Athenienſes, ut mihi quidem videtur, intueri licet Deorum benivolentiam huic urbi manifeſte impenſam.*

(1) Forte eſt Nicolaus ille Medices Arretini diſcipulus, cui idem Arretinus Epiſtolam XIII. Lib. I. inſcripſit.

*ſam*. Deſ. *multo melius rebus omnibus ſeſe habentibus*.

V. pag. 90. *b*. Eiuſdem Oratio tertia in Philippum, ut in Cod. XVII. Plutei LIII. Catalogi noſtri Tomo ſuperiore pag. 613. §. III.

VI. pag. 94. Eiuſdem Oratio quarta de Pace ſervanda. Inc. *Video, Athenienſes praeſens quidem tempus difficultatem plurimam & turbationem habere*. Deſ. *nunc adverſus omnes ſimul pro in Delphis umbra bellum ſuſcipere*.

VII. pag. 96. *b*. Eiuſdem pro Diopythe Oratio, ut in dicto Cod. XVII. Pl. LIII. cit. pag. 613. §. IV. ubi inſcribitur *de Cherſoneſo*.

VIII. pag. 103. b. Aeſchinis Oratio contra Cteſiphontem, ut ibid. §. I.

IX. pag. 132. Demoſthenis Oratio pro Cteſiphonte. Ibid. §. II.

X. pag. 165. Epiſtola Aeſchinis Atromiti Senatui Populoque Athenienſi. Inc. *Ego me ad Remp. contuli XXXIII. aetatis meae anno*. Deſ. *quam Melanopo contra nos roganti annuere*; ut alibi. Mſs. innuit Cl. Mazuchellius l. c. pag. 2216. § XXXVIII. Inde rubris litteris ſubiicitur: *Liber generoſi & litteratiſſimi viri Petri Coſmae de Medicis tranſcriptus Florentiae MCCCCLVII.* Tum manu ipſius Petri: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus eleganter illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 176. In Catal. Montfauc. ſub num. XV.

## PLATONIS PARMENIDES, MARSILIO FICINO INTERPRETE.

### Seu potius

### *Marſilii Ficini in aliquot Platonis Dialogos Commentarius.*

Cod. IX. MArſilii Ficini Florentini, Commentaria in Platonis Parmenidem, Sophiſtam, Timaeum, Phaedrum, & Philebum, quibus adnectitur Platonis de mutatione Reipublicae per numerum fatalem in octavum de Republica. Accedit in fine Epiſtola eiuſdem Marſilii Ficini inſcripta *Paullo Orlandino in Angelorum aede monacho conphiloſopho ſuo*, quae inc. *Poſtquam heri multa mecum*. Deſ. *& noſtro Guidoni Laurentino Angelicae aedis inſtauratori nos ſaepe commenda. Florentiae XIII. Novembris MCCCCLXXXXVI.* Tandem occurrit impreſſionis nota, quae ita habet: *Impreſſum Florentiae per Laurentium Francici* (ſic) *de Venetiis anno ab Incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti MCCCCLXXXXVI. die II. Decembris*.

Codex membranac. impreſſus ut ſupra Gothico charactere, cuius ultimi quaterniones bibliopegi incuria tranſpoſiti ſunt. Conſtat foliis 164.

## PLOTINVS.

VIta Plotini, & eius Libri LIV. a Marſilio Ficino traducti, & expoſiti ad magnanimum Laurentium Medicem Patriae ſervatorem, & in duo Volumina diſtributi, a Nicolao Valorio honeſtioribus veſtibus decorati, qui tenui ac nimis philoſophica induti, Bibliothecam Regiam ingreſſuri erant. Cod. X. Varia autem Praeliminaria occurrunt, ac primo quidem Philippi Valoris Epiſtola (1) magnanimo Laurentio Medici Patriae Servatori, quae inc. *Plotinum Platonicum iampridem repperi propemodum egredientem Marſilii noſtri liminibus ad te, ut videbatur, e veſtigio profecturum*. Deſ. *quae quidem apud te Valoriae caritatis erga te. Medicamque domum dignus eſt*. Secundo Prooemium *Marſilii Ficini ad magnanimum Laurentium Medicem Patriae ſervatorem*, quod inc. *Magnus Coſmus Senatuſconſulto Patriae Pater, quo tempore Concilium inter Graecos atque Latinos ſub Eugenio Pontifice Florentiae tractabatur, Philoſophum Graecum, nomine Gemiſtum, cognomine Pletonem, quaſi Platonem alterum de myſteriis Platonicis diſputantem frequenter audivit*. Deſ. *& quantum nos amas, dilectiſſime Laurenti, tantum, precor, noſtrum ama Valorem, Philippum, inquam, egregium virum, & Platonicae ſapientiae ſtudioſum, & te ardenter amantem*. Tertio Plotini Vita compoſita a Porphyrio diſcipulo ſuo, traducta vero a Marſilio Ficino, cuius initium eſt: *Plotinus philoſophus noſtro Saeculo ſingularis*. Deſ. *ac ſi quid aliud nos moveat opus ipſum ſignificare poteſt*. Quarto Exhortatio eiuſdem Ficini ad auditores in lectionem Plotini, & ſimiliter ad legentes, quae inc. *Principio vos omnes admoneo, qui divinum audituri Plotinum*. Deſ. *quo mihi undique placeo ipſum audite*. Hiſce praemiſſis, ſuccedunt tandem Plotini ipſius Libri, & quidem priores XXVII. ſeu Enneades tres priores, cum argumentis &c.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec XV. admirandae pulcritudinis, & elegantiae, cuius ornamenta, quibus ſinguli Libri, & Capita exornantur deſcribere ſi vellem, verba me profecto deficerent, quum nihil in hoc genere magnificentius videri poſſit. Tres tamen picturae potiſſimum ſunt obſervandae, quarum priores duae Prooemium Marſilii Ficini praecurrunt, tertia Exhortationis initium exornat; ſingulae autem totam implent paginam. Prima titulum aureis litteris & mirifico ornatu, altera Medicea emblemata, & Ficini effigiem ad vivum expreſſam, tertia alia item Medicea gentis emblemata exhibet, in ſingulis autem ex hiſce tribus picturis, videre eſt circulos ſex, Graecorum philoſophiae Platonicae



(1) Non adparet in Flor. edit. nec in Baſileenſi Graec. Lat. A. MDLX. T. II. fol.

cae inſtauratorum icones, vivis expreſſas coloribus repraeſentantes. Conſtat foliis ſcriptis 450. In Catal. Montfauc. ſub num. I.

## PLOTINI LIBRI XXVII. POSTERIORES MARSILIO FICINO INTERPRETE.

Cod. XI. TItulus huius ſecundi Voluminis, quod eſt ſuperioris continuatio, ita indicatur aureis & caeruleis litteris in circulo mirifice illuminato, & laureis truncis, & foliis exornato: *In hoc volumine continentur Libri Plotini XXVII. qui ſequuntur alios XXVII. qui in ſuperiore volumine comprehenduntur, traducti & expoſiti a Marſilio Ficino Florentino ad Laurentium Medicem Patriae ſervatorem*. In fine legitur: *Ego Lucas Marſilii Ficini amanuenſis exſcripſi hoc opus, & finem impoſui in agro Caregio die XII. Novembris* 1490. Clauditur tandem hoc Volumen Epiſtola eiuſdem Marſilii Ficini ad Magnanimum Petrum Medicem, quae occurrit etiam in editione Miſcomini infra recenſenda. Libri autem Plotini omnes eodem ordine progrediuntur, ac in cit. editione.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus & ornatiſſimus, cum duplici pictura in principio, & Mediceo ſtemmate. Conſtat foliis ſcriptis 411. In Catal. Montfauc. ſub num. XI.

## MARSILII FICINI COMMENTARIA IN PLOTINVM.

Cod. XII. LIbri Plotini LIV. cum Commentariis Marſilii Ficini Florentini ad Magnanimum Laurentium Medicem, cum Prooemio, & Plotini vita in principio, ut in Codicibus ſuperioribus. In fine maioribus litteris legitur: *Magnifico ſumptu Laurentii Medicis Patriae ſervatoris impreſſit ex Archetypo Antonius Miſcominus Florentiae anno MCCCCLXXXXII. nonis Maii*. Tum ſubiicitur regiſtrum, & emendatio in Plotinum.

Cod. membran. impreſſus in fol. ut ſupra cum perſpicuo, ac rotundo charactere, initialibus eleganter illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una Operis titulum aureis & caeruleis litteris exaratum, altera Ficini effigiem, & Cardinalis Medicei gentilitium ſtemma repraeſentat. Conſtat foliis 440. In Catal. Montfauc. ſub num. III.

## PLOTINVS.

Cod. XIII. ALiud Exemplar Operum Plotini Editionis Florentinae, quam exhibebat Codex ſuperior.

Codex chartac. impreſſus ut ſupra in fol. Conſtat pag. 440.

## PLOTINVS MARSILIO FICINO INTERPRETE.

ALiud Exemplar eiuſdem Editionis Florentinae. Cod. XIV.

Codex chartac. impreſſus ut ſupra in fol. Conſtat pag. 440.

## SYNESIVS DE SOMNIIS, FICINO INTERPRETE.

Adde etiam

*Michaëlis Pſelli, Iamblichi, Proculi, Porphyrii, & Priſciani Lydi varia ex Marſilii Ficini interpretatione.*

I. pag. 1. SYneſius de Somniis translatus a Marſilio Ficino Florentino ad Petrum Medicem Virum Clariſſimum. Cod. XV. Praecedunt eiuſdem Ficini Epiſtolae duae, quarum prima inſcribitur *Laurentio Medici Patriae Servatori*. & inc. *Syneſius, atque Pſellus*. Deſ. *& philoſophos tantos apud te colloquentes feliciter audi*. Altera *ad Petrum Medicem virum magnanimum*, inc. *Quamquam multa*. Deſ. *veteres arbitrantur* (1). Pſellus inc. *Vetus mos eſt*. Deſ. *aliquid creditur*. Concordat cum editione Platonicorum Aldina A. MDXVI. fol. a pag. 43. *b.* ad pag. 50.

II. pag. 22. Ex Michaële Pſello de Daemonibus, interprete eodem Marſilio Ficino. Inc. *Natura Daemonum non eſt abſque corpore*. Deſ. *tum congrua quadam affectione mulcentes*. Ibid. a pag 50. ad pag. 53.

III. pag. 32. Iamblichus, Marſilio item Ficino interprete, cum Prooemio ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum Ioannem Medicem Sanctae Romanae Eccleſiae Card. quod inc. *Quum epiſtolam ad te ſcribere ſtatuiſſem*. Deſ. *ſenſerias expreſſurum*. Tum ſequitur argumentum, cuius initium eſt: *Porphyrius, qui inter Platonicos &c.* Liber inc. *Aegyptii ſcriptores putantes omnia inventa eſſe a Mercurio*. Deſ. *& amicitiae concordiaeque inter nos mutuae auctoritas omnis atque firmamentum*. Ibid. a pag. 1. ad pag. 23.

IV. pag. 94. Excerpta Marſilii Ficini ex Graecis Proculi Commentariis in Alcibiadem Platonis, cum Prooemio ad eumdem Ioannem Medicem S. R. E. Card. quod inc. *Deus omnipotens Ioanni Biccio Medici inſigni pietate viro*. Deſ. *in hortis academiae fingas*. Excerpta inc. *Principium Dialogorum Platonicorum totiuſque philoſophiae praecipuum atque firmiſſimum arbitramur naturae noſtrae cognitionem*. Deſ. *atque turpe ſimiliter inter ſe convertuntur*. Ibid. a pag. 23. ad pag. 35. ubi tamen deſideratur Epiſtola ad Ioannem Biccium Medicem.

V. pag. 125. *b.* Proculi Opuſculum de Sa-

(1) In edit. Aldina adiicitur: *Vale XV. Aprilis MCCCCLXXXIX.*

Digitized by Google

Sacrificio, eodem Ficino interprete. Inc. *Quemadmodum amatores*. Deſ. *in Deorum ſe conſortium receperunt*. Ibid. a pag. 35. *b.* ad pag. 36.

VI. pag. 129. Porphyrius de occaſionibus, ſive cauſis ad intelligibilia nos ducentibus, interprete eodem Ficino. Inc. *Omne corpus eſt in loco*. Deſ. *utriuſque ſit particeps*. Ibid. a pag. 36. ad pag. 38.

VII. pag. 153. *b.* Ex Porphyrio de Abſtinentia Animalium, interprete eodem Ficino. Inc. *Abſtinere animalibus praecipimus*. Deſ. *non tam male vivere eſt, quam diu mori*. Ibid. a pag. 38. *b.* ad pag. 43.

VIII. pag. 147. Priſciani Lydii interpretatio in Theophraſtum de Senſu, Phantaſia, & Intellectu, traducta, & capitulatim expoſita a Marſilio Ficino Florentino, cuius praecurrit Epiſtola *Philippo Valorio viro nobili atque magnanimo*, & inc. *Qui praecipit, cognoſce te ipſum*. Deſ. *& ceteris praebe legendum*. Interpretatio inc. *Ad hoc ut fiat ſenſus*. Deſ. *nec umquam fieri poteſt*. Ibid. a pag. 53. *b.* ad pag. 74.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. admirandae pulcritudinis; ad ſingulos enim Libros pictura auro varioque colore diſtincta, medium implet marginem, cum initialibus Librorum, & Capitum auratis, & coloratis, ac duplici pictura in principio, quarum una titulum auro illuminatum, altera Mediceum ſtemma, & Marſilii effigiem exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 208. In Catal. Montfauc. ſub num. VI.

## THEOPHRASTVS DE HISTORIA PLANTARVM THEOD. GAZA INTERPRETE.

Cod. XVI. I. pag. 1. THeophraſti de Hiſtoria Plantarum Libri X. a Theodoro Gaza Theſſalonicenſe e Graeco in Latinum traducti ad Summum Pont. Nicolaum V. Epiſtola Nuncupatoria inc. *Quam magna exſultare laetitia poſſint homines*. Deſ. *te enim, non ſecus, ac Deum piiſſime invocantes, opus incepimus*. Tum ſequitur Praefatio, cuius initium eſt: *Praefandum illud Heracliti dictum*. Deſ. *& fructum nonnullum noſter hic labor pariat hominibus facias*. Liber I. inc. *Plantarum differentias, reliquamque naturam*. Fragmentum Libri X. deſ. *& quidem foliis inſitas vires, herbas magna ex parte vocare herbarii ſolent*. Horum X. Librorum Theophraſti verſionem in gratiam Nicolai V. adornavit Theodorus Gaza, quam Venetiis A. MDIV. editam, & alibi recuſam Dan. Heinſius, & Io. Bodaeus a Stapel ad Graeca caſtigarunt, ſicque emendatam ille in ſua Theophraſti Operum editione, hic in eiuſdem Hiſtoria Plantarum, cum Commentariis ſuis evulgata exhibuerunt. Vid. Chriſtian. Frid. Boërnerum in Libro de Doctis Hominibus Graecis Lipſiae MDCC. 8. pag. 132., qui tamen nihil de ſequenti verſione ſubiungit. Agit etiam de hac verſione Cl. Dominicus Georgius in vita Nicolai V. pag. 152.

II. pag. 164. Eiuſdem de Cauſis Plantarum Libri VI eodem Theodoro Gaza interprete. Liber primus inc. *Plantarum complures eſſe generationes, & quot, & quae ſint inter Hiſtorias antea expoſuimus*. Liber ultimus deſ. *haec ſeorſum per ſe explanari dignius eſt*.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum Summariis & correctionibus in margine, & initialibus auratis & coloratis, in cuius prima pagina Theodori Gazae effigies. & Nicolai Papae V. gentilitium ſtemma viſitur. Conſtat foliis ſcriptis 324. In Catal. Montfauc. ſub num. X.

## NICOLAI TIGNOSII IN LIB. DE ANIMA EXPOS.

Cod. XVII. NIcolai Tignoſii Fulginatis Commentum in Libros Ariſtotelis de Anima ad Laurentium Medicem virum praeſtantiſſimum. Dedicatio inc. *Magno ingenio viri, Laurenti clariſſime = Sed enixiſſime impellens me ad ipſum opus audacius peragendum, & tuae claritati etiam dedicandum; arbitratus me nulli poſſe decentius elargiri, quam ei, a quo beneficia ſuſcepiſſem. Sciebat enim id te mihi praecipuum impendiſſe, ſcilicet, quod apud Piſas urbem, cuius gymnaſium omnium liberalium artium iam centum & triginta annis, una cum civitate deperditum, tua ope, induſtria, diligentia, labore ad omnes bonarum artium diſciplinas ſumma cum laude, & non ſine tua gloria reviviſcit, innumero caetu, ornatiſſimoque virorum conſeſſu, quibus haec noſtra aetas ad inſtruendam iuventutem cunctis in ſcientiis nullos habuit doctores, me tua humanitate coaequalem principalioribus collocaſſes = Nec ut accepti beneficii iam oblitus, placuit hos Commentarios tuo nomini dedicaſſe*. Deſ. *Commentum aggrediar*. Commentarius inc. *Quum omnem ſcientiam rem eſſe bonam arbitremur &c Quaerendum primo, an inter Philoſophiae naturalis partes ſcientia de anima ſit exactior*. Deſ. *ex dictis aperte concluditur ſine tactu nullum eſſe animal, nec poſſe animal dici. Sic placuit ſummo rerum opifici, cui ſit honor &c.* Extant typis deſcripti hi Commentarii ad Laurentium Medicem virum praeclariſſimum ex Bibliotheca Medicea MDLI. In fine: *Florentiae excudebat Laurentius Torrentinus Typographus Ducalis V. Non. Iul. MDLI.* in fol. pag. 460.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis diligenter exaratus, & cum initiali aurata, & colorata, Mediceoque ſtemmate in principio, quod duo alati pueri ſuſtentant. Conſtat foliis ſcriptis 253. In Catal. Montfauc. ſub num. XI.



Digitized by Google

## PAVLLI VENETI NATVRALIA.

Cod. XVIII. SVmma Naturalium Magiſtri Paulli de Venetiis (1) Ordinis Eremitarum S. Auguſtini cum indice in fine. Praecedit Prologus, qui inc. *Plurimorum adſtrictus precibus*. Deſ. *meorum numero delictorum*. Summa inc. *Servando igitur ordinem, quem nunc ſervare promiſi*. Deſ. *ubi tamen incautus aliqua non dicenda ſcripſiſſem, ut initio mei operis poſtulavi, mihi ſupplico univerſa turba legentium poenitenti ignoſcat, exemplo piiſſimi Ieſu Chriſti, qui ſe hoſtiam immaculatam obtulit Deo Patri &c.* Tum ſubiicitur impreſſionis nota hiſce verbis expreſſa: *Explicit ſexta & ultima pars Suumae Naturalium acta & compilata per Reverendum Artium & Theologiae Doctorem Magiſtrum Paullum de Venetiis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini tranſumpta ex proprio originali manu propria praefati Magiſtri confecto. Venetiis impreſſionem habuit impenſis Ioannis de Colonia, ſociique eius Manthen de Gherretzem Anno a Natali Chriſtiano MCCCCLXXVI.*

Cod. chartac. impreſs. ut ſupra in fol. binis columnis ac Gothico charactere, in cuius interiori tegumento legitur: *Iſte liber eſt Presbyteri Laurentii Prioris Sancti Laurentii Florentiae*, cuius item ſunt notulae quaedam marginales, quae variis in locis occurrunt. Conſtat foliis ſcriptis 224. In Catal. Montfauc. ſub num. XII.

## PETRI DE EBANO IN PROBLEMATA ARISTOTELIS EXPOSITIO.

Cod. XIX. EXpoſitio praeclariſſimi atque eximii Artium ac Medicinae Doctoris Petri de Ebano Patavini in Librum Problematum Ariſtotelis. Inc. *Iuxta ſententiam Ariſtotelis*. Deſ. *caro enim rara vel depenſa talem colorem repraeſentat vel alterum*. Tum nota impreſſionis ſubiicitur hoc pacto: *Explicit Expoſitio ſuccincta Problematum Ariſtotelis, quam Petrus edidit Paduanus, ea nullo prius interpretante, incaepta quidem Pariſius (ſic) & laudabiliter Paduae terminata arte ac impenſa Ioannis Herbort Alemani, qui non ſolum ſummam curam adhibet, ut ſint haec ſua ſuave* (ſic) *quoque ſine vicio, verum ut laute ſint etiam elaborata. Anno MCCCCLXXXII. die XXV. Februarii*. Rubris tandem litteris poſſeſſoris nomen adnotatur ita: *Liber Flaminii*, cuius ſunt marginales notae rubrica itidem exaratae. Memorat hanc editionem Cl. Io. Mar. Mazuchellius in Vita P. De Abano inſerta Tom. XXIII. Opuſculorum Angeli Calogerà pag. XLIV.

Codex chartac. impreſſus in fol. ut ſupra binis columnis & Gothico, ut aiunt, charactere. Conſtat foliis 309. In Catal. Montfauc. ſub num. XIII.

## SENECAE QVAESTIONES NATVRALES.

Ac praeterea

*Declamationum Libri X.*

Cod. XX. I. pag. 1. L. Annëi Senecae Quaeſtiones Naturales ad Lucillum Libris VI. cum Scholiis marginalibus, ut in Codice XXXV. Plut. LXXVI. huiuſce Tomi pag. 107. §. XIII. ubi tamen ſunt Libri VII. In hoc enim Librorum diverſa eſt diviſio, & in fine legitur *Explicit Liber VI. Annaei Senecae de Naturalibus Quaeſtionibus. Deo gratias*. Subiiciuntur deinde Anonymi obſervationes aliquot non adſpernandae.

II. pag. 32. L. Annaei Senecae Rhetoris Declamationum Libri X. praevia Capitum tabula, item cum ſcholiis, ut in cit. Cod. § XII.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis. Conſtat foliis ſcriptis 62. Omiſſus in Catal. Montfauc.

## OLIVERII SENENSIS DE DEO, ET RERVM NATVRALIVM PRINCIPIIS.

Cod. XXI. TRactatus editus ab Oliverio Senenſe de Deo, & rerum naturalium principiis, & ſumma beatitudine. Inc. *Omnis mortalium cura, quam multiplicium ſtudiorum labor exercet, diverſo quidem calle procedit, ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire*. Deſ. *vitam ſperamus aeternam, ad laudem eius, & gloriam, qui Trinus, & Vnus vivit ſemper Deus in ſaecula*. Tum in calce Summarium totius Operis ſubiicitur hoc pacto: *Oliverius Senenſis, Artium & Medicinae Doctor, digniſſimo Equiti utriuſque iuris conſulto praeclariſſimo Domino Dominico de Martellis Tractatum hunc tradidit, in quo determinatur:*

*De Deo quid dicendum ſit, ſecundum omnes poſitiones & veritatem.*
*De Creatione rationalis creaturae, & Angelorum cuſtodia.*
*De rerum omnium naturalium principiis.*
*De aeternitate Mundi & eius creatione.*
*De ideis & formis exemplaribus.*
*De ſumma beatitudine, & fine ſummi Boni.*
*De morali ſapientia & virtutibus moralibus.*
*De rationali ſcientia, atque eius utilitate.*
*De naturali Philoſophia, eiuſque laudibus.*
*De medicinali ſcientia, & ipſius origine.*

*Tan-*

(1) Paullus de Venetiis, quia in illa urbe educatus, quamquam Vtinenſis patria, Auguſtinianus, Philoſophus, ac Theologus, defunctus Patavii A. MCCCCXXVIII. varia ſcripſit, quae inter adnumeratur opus in hoc contentum Codice. Vid. Fabric Biblioth. Med. Tom. V. pag. 220.

Digitized by Google

*Tandem de Vno ſolo Deo & Trino, per quem omnia facta ſunt, a quo dependet Caelum, & tota natura, qui vivit &c.*

Hunc Codicem illuſtravit Stephanus Maria Fabruccius Opuſculo XL de Acad. Piſana pag. 100. Fuit autem hic Magiſter Oliverius patria Senenſis, Magiſtri Michaëlis neſcio cuius filius, profeſſione Medicus, Moralis Philoſophiae Profeſſor Piſanus anno MCCCCXCVIII. Ad hunc celeberrimum Medicum Florentiae ſiſtendum, Civitate Florentina donatus eſt iam ab anno MCCCCLXXIV. publicoque decreto ſancitum, quod exſtat in volumine Florentinarum Reformationum ſignato littera Q. ſub die 26. Auguſti 1474. *quod eius filii legitimi naturales, tam nati, quam naſcituri per lineam maſculinam, ut veri originarii Cives Florentini, & gaudeant, & tractentur, & reputentur*. Plura quaere apud laudatum Fabruccium, qui promittit ſe in notis uberius de eo diſputaturum.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum Summariis in margine, pictura in principio, & ſtemmate familiae cuiuſdam poſtea eraſo. Conſtat foliis ſcriptis 30.

NICOLAI FVLG. DE IDEIS.

*Cod. XXII.* Nicolai Fulginatis (1) Opuſculum de Ideis ad virum praeſtantiſſimum Laurentium Medicem. Inc. *Etſi cuiquam vel docto inquirere liceat, Laurenti clariſſime, de Ideis, rectius an Plato, an Ariſtoteles ſit loquutus, ne cui mirum ſit, ſi & ego volo mihi, quamvis ſciolo, etiam liceat; nam quanto res altior eſt, tanto cupiditas ardentior animum excitat ad ſciendum. Natura quidem nobis inſitum eſt, ut ſapere cupiamus. Quumque diebus hiſce ſuperioribus Commentarios illos legerem, quos diſertiſſimos ac elegantiſſimos in Ethicorum Ariſtotelis Libros ad virum praeſtantiſſimum, ac inter eos, qui umquam vixerint celebratiſſimum, Coſmam Medicem, prudentiſſimum avum tuum, Donatus Azarolus, vir & doctus & probus, rem, aedepol, optimo philoſopho dignam, edidit, & dicavit; inveniremque pulcre atque ſubtiliter praeſtantem iſtum hominem ſumma induſtria, miriſque ſuaſionibus indulſiſſe, quo vel tantos philoſophos conciliaret &c.* Deſ. *Donato Azarolo habeo gratias ingentes, Laurenti clariſſime, qui cauſſa fuit, ne hos paucos dies in vanum pertranſierim, nec tempus in vanum triverim; ſed longe ingentiores tibi, ſiquidem has lucubrationes te intellexero benignius ſuſcepiſſe, cui quantum ſim obnoxius, in maioribus demonſtrabo.* Ignotum fuit hoc Opuſculum Nicolai Tignoſii Cl. Stephano Mar. Fabruccio in Opuſculo VI. de Piſana Vniverſitate pag. 54. ubi de eo perquam ieiune agit.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum correctionibus ad marginem, & additionibus, forte manu ipſius auctoris. Conſtat foliis ſcriptis 47. In Catal. Montfauc ſub num. XIV.

*FINIS PLVTEI LXXXII.*



PLV-

(1) Ad hunc Nicolaum de Fulginio extant Carmina Porcellii. Carm. Illuſtr. Poët. Ital. Tom. VII. pag. 55.

Digitized by Google

# P L V T E V S LXXXIII.

## CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XX. EDITOS VIII.

---

## C O D E X I.

### DE CAVSSIS PROPRIETATVM ELEMENTORVM,

Seu potius

*Alberti Magni Opera quaedam*,

I. pag. 1. ALberti Magni de Cauſſis proprietatum elementorum. Inc. *Quoniam autem iam nos complevimus ea, quae communiter de natura & diſtinctione locorum dicenda ſunt*. Deſ. *de generatione & corruptione generabilium & corruptibilium, Deo auxiliante, diſſeramus*. Exſtat inter eius Opera edit. Lugdunenſis curante F. Petro Iammy MDCLI. fol. Tom. V. a pag. 292. ad pag. 329.

II. pag. 20. Eiuſdem Liber de Natura loci ex latitudine & longitudine proveniente. Inc. *De natura locorum, quae provenit ex habitudine loci*. Deſ. *ab oriente in meridiem*. Ibid. a pag. 262. ad pag. 292. Sed finis aliquantum diverſus.

III. pag. 36. Eiuſdem de Motibus animalium. Inc. *Tempus & ordo expoſtulant*. Deſ. *terminatum ſit a nobis*. Ibid. a pag. 109. ad pag. 131.

IV pag. 45. *b*. Eiuſdem de Principiis motus ſucceſſivi. Inc. *Generaliter intelligendum, quod animalia habentia motum*. Deſ. *ſecundum intentionem praeſentis operis*. Ibid. a pag. 508. ad pag. 527.

V. pag. 54. Eiuſdem de Senſu & Senſato. Inc. *Quoniam autem de anima ſecundum ipſam conſiderata &c.* Deſ. *quae in libro de anima ſunt conſiderata*, Ibid. a pag. 1. ad pag. 51.

VI. pag. 77. Eiuſdem de Memoria & Reminiſcentia. Inc. *Reliquorum autem primum conſiderandum eſt de memoria*. Deſ. *contingit utrumque ipſorum*, Ibid. a pag. 52. ad pag. 63.

VII. pag. 82. Eiuſdem Libri II. de Intellectu, & Intelligibili. Primus inc. *Sicut a principio iſtius operis diximus*. Alter deſ. *egens inquiſitione*. Ibid. a pag. 239. ad pag. 262.

VIII. pag. 93. *b*. Eiuſdem de Aetate, ſive de Iuventute, & Senectute. Inc. *Iam complevimus omnia*. Deſ. *quae nos determinavimus in quarto Phyſicorum*. Ibid. a pag. 131. ad pag. 138.

IX. pag. 97. Eiuſdem de Natura & Origine Animae. Inc. *De anima quidem ſecundum quod eſt*. Deſ. *tantum dictum eſt a nobis*. Ibid. a pag. 185. ad pag. 217.

X. pag. 113. Eiuſdem Liber de Nutrimento, & Nutrito. Inc. *De anima ſecundum ſe ipſam in praecedenti libro dictum eſt*. Deſ. *dicta ſint a nobis*. Ibid. a pag. 175. ad pag. 184.

XI. pag. 117. *b*. Eiuſdem Libri III. de Somno, & Vigilia. Primus inc. *Somnus & Vigilia non ſunt paſſiones*. Vltimus deſ. *quod intendimus a principio quaerere de hac materia*. Ibid. a pag. 64. ad pag. 109.

XII. pag. 139. *b*. Eiuſdem Liber de Virtutibus interioribus cognoſcitivis. Inc. *Quaeritur de ſenſu communi*. Deſ. *de quinque viribus apprehenſivis ſenſitivis*.

XIII. pag. 143. *b*. Eiuſdem de Motu cordis. Inc. *Quoniam eſſe quod movetur neceſſe eſt habere motorem*. Deſ. *cor caleſcit & infrigidatur*.

XIV. pag. 144. *b*. Eiuſdem Libri II. de Spiritu & Reſpiratione. Primus inc. *Multa ſunt animalia*. Alter deſ. *haec igitur de differentiis eorum dicta ſunt*. In dicto Tomo V. a pag. 139. ad pag. 159. In fine legitur: *Explicit Liber de Spiritu & Inſpiratio-*

Digitized by Google

*ratione per me Cornelium filium Iohannis Veriaers de Brug .*

XV. pag. 154. Eiuſdem Tractatus de Lapidibus , & Metallis , Mineralibus &c. Libris V. Primus inc. *De commixtione , & coagulatione .* Vltimus deſ. *de facili poterunt agnoſci .* In Tomo II. a pag. 210 ad pag. 272. Tum repetitur amanuenſis ſubſcriptio : *Explicit liber quintus Mineralium Alberti Magni per me Cornelium filium Iohannis Vertaers de Brug in profeſto .*

XVI. pag. 184. Eiuſdem Tractatus IV. anepigraphi . Inc. *Difficultates quae ſunt cieca totius etiam principia utcumque tangere cupientes .* Deſ. *& aſſiduis poſtulationibus ſociorum noſtrorum potius extoeta quam impetrata .* In dicto Tom. V. a pag. 528. ad pag. 655. ſub titulo *de Cauſſis & Proceſſu Vniverſitatis .* Tandem occurrit titulus & inſcriptio Capitis primi Libri VII. Vegetabilium eiuſdem Alberti Magni , & in fine legitur : *Hic Liber eſt M. Antonii Benivenii .*

Codex chartac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. ineuntis , binis columnis , cum initialibus Librorum litteris auratis & coloratis , & icone Alberti Magni barbati in principio . Conſtat foliis ſcriptis 245.

SECRETVS SECRETORVM ARISTOTELI ATTRIBVTVS.

Adde etiam

*Ricobaldi Ferrarienſis Chronicon .*

Cod. II. I. pag. 1. LIber Moralium de Regimine Dominorum , qui alio nomine dicitur *Secretus Secretorum* editus ab Ariſtotele (1) ad Alexandrum Regem . Praecurrit Epiſtola ita inſcripta : *Domino ſuo excellentiſſimo , & in cultu Chriſtianae religionis ſtrenuiſſimo Guidoni de Valentia civitatis Tripolitanae glorioſiſſimo Pontifici Philippus ſuorum minimus Clericorum ſe ipſum & fidele devotionis obſequium* (2) Haec autem ita inc. *Quantum Luna ceteeis ſtellis eſt lucidior , & Solis radius luciditate Lunae fulgentior , tantum ingenii veſtri claritudo veſteaeque ſcientiae profunditas , cunctos citea mare modeenos in litteratuea exſupeeat , tam barbaros , quam Latinos = Ad hoc tu in ſcientiis liberalibus litteratiſſimus , in Eccleſiaſticis , & Legalibus peritiſſimus , in Divinis , & Moralibus eruditiſſimus ; ideo dignum fuit , ut habeat veſtra clementia librum praeſentis Operis , in quo de omnibus fere ſcientiis aliquid utile continetur . Quum igitur vobiſcum eſſem apud Antiochiam , reperta hac peetioſiſſima Philoſophiae Margarita , placuit veſtrae Dominationi , ut transferrem de lingua Arabica in Latinam = . Veſtrae igitur prudentiae , Pater clementiſſime , iſtud devoveo Opus , quod ad veſtram teanſtuli gloriam , & honorem , ut mei memoria firmius apud vos maneat , & appareas erga veſtrum obſequium devotio mentis meae .* Deſ. *concedat vobis ad aeteenae beatitudinis gaudia feliciter pervenire .* Hanc Epiſtolam ſequitur index Capitum , quae ſunt LXXXVII. ac Prologi duo . Primus cuiuſdam Doctoris in commendationem Ariſtotelis , inc. *Deus omnipotens cuſtodiat Regem noſtrum .* Deſ. *omnes aliae nationes .* Alter Philippi , qui tranſtulit librum iſtum , inc. *Philippus , qui tranſtulit librum iſtum filius Patritii , linguarum interpretatoe periſſimus , inquit . Non reliqui locum .* Deſ. *in primis igitue , ſicut inveni in iſto Codice tranſtuli librum periſſimi Ariſtotelis , in quo libro reſpondit ad Regis Alexandri petitionem ſub hac forma .* Ariſtotelis tandem Liber inc. *O fili glocioſiſſime .* Deſ. *veſtis camillina bona , rubea , vel nigra non bona .* Tum verſiculus .

*Finito libro ſit laus & gloria Chriſto ,*

II. pag. 41. Catalogus Imperatorum Romanorum ab Octaviano Auguſto ad Fridericum II.

III. pag. 42. Ricobaldi de Ferraria , Canonici Ravennatis Maioris Eccleſiae Chronica deſumpta ex libro obſoletiſſimo , cuius paginae putruerant , inſcripto , *Chronica B. Hieronymi ex Euſebio , a nativitate Abraham uſque ad tempora Honorii Imperatoris* , quem librum , quum inveniſſet Ricobaldus in Archivo illius Eccleſiae , tranſcripſit , & ordinavit in meliorem formam , & addidit uſque ad tempora Henrici Auguſti , illius , qui Brixiae potitus eſt . Sed collectorem ipſum audiamus : *Quum relicta non ſponte genialis ſoli dulcedine in urbe Ravenna relegatus degerem , & cum Canonicis Eccleſiae maioris in choro . ac eorum lateribus converſarer , frequenter aliquando non vana curioſitate perquiſivi in eius archivio Eccleſiae libros divinarum ſceipturarum , qui mihi eſſent in oblectamentum honeſtum . Dum libros obſoletos volverem , venit in manus meas vetuſtiſſimus & obſoletus . viſu mirabilis , tum ſerie inviſa , tum litteris plurimis coloribus ſcriptis . Hic erat Libee dictus Chronica beati Hieeonymi . Difficile eſſet exprimere , quantum artificioſe ordinatus eſſet ad rerum veterum tempora indicanda . Ex libris Euſebii erat deductus , per multa tempora intactus manſerat ; eius membeanae libri putrueeant . Aperui illum , & intuitum legendo defixi Continebat multarum rerum , & illuſtrium virorum tempora a nativitate Abraham uſque ad tempus Honorii Imperatoris . Dolui rem tam dignam probo-rum cognitione vicorum eſſe abditam ac perditam , ut Theſaurus ſuffoſſus ; propoſui ad publicam utilitatem opus chronicum ordinare , non difficille intelligi , & ſcriptura breviter moderatum ; plura quae non expediebant ſciri praeterivi , alia cognitione digna digeſſi quam breviter . Et quum ultra tempus Honorii Auguſti nil poneret , ex aliis commentariis &*

*libris*

(1) De hoc Opuſculo Ariſtoteli perperam adſcripto multa habet Fabricius Biblioth. Graec. Tom. II. pag 167.

(2) Haec eadem verſio una cum Epiſtola Nuncupatoria Philippi Clerici legitur in Cod. membr. Saec. XV. Biblioth. Turinenſis , ut ex eius Catalogo eruitur Part. II. pag. 296.

Digitized by Google

*libris Hiſtoriarum multa addidi & inſerui ad tempus Henrici Auguſti, qui obſeſſa Brixia eam obtinuit. Porro ſi in hoc opere apparuerit quid erratum, lector nequaquam miretur; nam exemplaria, ut plurimum depravata reperiuntur errore ſcriptorum. Si quoquam ipſe erravi, veniam poſco, nam quamquam non ſcite, attamen egi fideliter.* Chronica inc. *Prima mundi aetas incipit ab Adam, & durat uſque ad diluvium.* Deſ. *nigra cuculla, pendente lato capucio.* Poſt Chronicon, quod producitur uſque ad annum MCCCXIV. ſubiicitur pag. 73. brevis notitia de nominibus nobilium familiarum Romanarum Conſularium, de computatione temporum ante nativitatem Chriſti de Romanorum, Ieroſolymitanorum, Antiochenorum, & Ravennatum Pontificum aetate, nec non Principum Hebraeorum, Regum Perſidis, Imperatorum, Italiae Regum &c. Gervaſius Ricobaldus Ferrarienſis, de quo agit Fabricius Biblioth. Med. Tom. III. pag. 54. ſcripſit *Pomarium*, ſive *Chronicon* totius orbis, ex pomariis multis unum conſerere ſe profeſſus. Quae ab Eccardo edita fuerant, auctiora, & caſtigatiora prodierunt Tom IX. Scriptor. Italic. Muratorii pag. 97. Idem Muratorius teſtatur Tom. XX. pag. 867. ſe vidiſſe Codicem Ms. *de origine Vrbium Italiae, & ipſius Italiae primo incolatu per Ricobaldum Ferrarienſem*, plura ex antiquiſſimis libris Ravennae repertis, ſe hauſiſſe profitentem; ſed fabulis ſcatere, ac proinde nullius pretii eſſe iudicat. Eius quoque eſt compendium hiſtoriae Romanae, & deſcriptio Provinciarum orbis, illud in Biblioth. Card. Ottoboni, haec in Patavina, teſte Fabricio Biblioth. Med. Tom VI. pag. 90. ſed de eo, eiusque ſcriptis erudite, ut adſolet; diſputantem conſule Cl. Tiraboſchium *Storia della Letteratura Italiana*. Tom. IV. pag. 261. ſeqq.

Codex membranac. Ms. in. 4. Saec. XIV. binis columnis, cum icone interpretis in principio libri Ariſtotelis. Conſtat foliis ſcriptis 78.

M. T. DE NATVRA DEORVM ET SERVIVS IN VIRG. AENEID.

Adde etiam

*Alia eiuſdem Ciceronis Opera Philoſophica.*

Cod. III. I. pag. 1. M. T. Ciceronis Opera quaedam philoſophica, & anepigrapha, videlicet De Natura Deorum Libri III. ut in Cod. XXVII. Plut. L. Catalogi Tomo II. pag. 514. §. IV.

II. pag. 24. *b.* Eiuſdem de Divinatione Libri II. ut in Cod. VI. Plut. LXXVI. ſupra pag. 89. §. X. In fine legitur: *Marci Tulli Ciceronis de Divinatione Liber ſecundus explicit 18. Iulii 1469.* (1)

III. pag. 44. Eiuſdem de Finibus Bonorum, & Malorum Libri V. ut in Cod. I. Plut. LXXVI. ſupra pag. 85. §. I.

IV. pag. 76. Eiuſdem Tuſculanarum Quaeſtionum Libri V. ut in Cod. VI. Plutei L. Catalogi Tomo II. pag. 504.

V. pag. 108. Servii Honorati Mauri Grammatici Expoſitio in Virgilii Aeneida ſine titulo, cum Prolegomenis. Inc. *In exponendis Auctoribus.* Deſ. *cum quo adhuc habitare naturae lege poterat. Sic Homerus*, ut in Codice I. Plutei XLV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 334 §. III. Spatia ubique ad Graeca ſupplenda relicta ſunt.

Codex chartac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 231.

(1) Male legit Montf. 15. *Iulii* 1595.

M. T. DE NATVRA DEORVM,

Nec non

*De Divinatione, & de Fato.*

I. pag. 1. M. T Ciceronis de Natura Deorum Libri III. ut ſupra. Cod. IV.

II. pag. 65. Eiuſdem de Divinatione Libri II. ut ſupra.

III. pag. 118. *b.* Eiuſdem de Fato Liber, ut in Cod. VI. Plut. LXXVI. ſupra pag. 89. §. III.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Operum coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 126.

M. T. DE NATVRA DEORVM,

Ac praeterea

*De Divinatione.*

I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis Dialogus de Natura Deorum Libris III. ad Brutum. Cod. V.

II. pag 49. Eiuſdem de Divinatione Libri II. In fine rubrica ſcriptum legitur. *Taciti Cicero.*

Codex chartac. impreſſus in fol. minori ſine loco, & anno, ſed fortaſſe Romae apud Sweynheym & Pannartz. Conſtat fol. 87.

M. T. DE NATVRA DEORVM,

Item

*De Divinatione, & de Fato.*

I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Natura Deorum Libri III. Cod. VI.

II. pag. 67. Eiuſdem de Divinatione Libri II.

III. pag.

Digitized by Google

III pag. 118. Eiuſdem de Fato Liber, ut ſupra. In fine maiuſcula littera adſcriptum eſt: *M. T. Ciceronis de Fato Liber Explicit feliciter. Bernardo Portinario Ioannes Arretinus plurimam ſalutem dicit. Vale diu felixque ſis.*

Codex membranac. M. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, & ſtemmate Saxettae gentis in littera Codicis initiali. Conſtat foliis ſcriptis 126.

## M. T. DE NATVRA DEORVM,

Seu potius

*Opera varia Philoſophica.*

Cod. VII. MArci Tullii Ciceronis clariſſimi Oratoris Opera quaedam philoſophica, videlicet.

I. pag. 1. De Natura Deorum Libri III.

II. pag. 86. Eiuſdem de Divinatione Libri II.

III. pag. 152. Eiuſdem de Fato Liber, in cuius calce legitur rubris maiuſculis litteris ſcriptum: *Non amplius repertum eſt.*

IV. pag. 164. Eiuſdem de Legibus Libri III. ut in Cod. III. Plutei LXXVI. ſupra pag. 87. §. III.

V. pag. 208. Eiuſdem Somnium Scipionis, ut in Cod. XXII. Plut. XLIX. Catalogi Tom. II. pag 478. §. II.

VI. pag. 214. Eiuſdem pars libelli de Philoſophia, ut in Cod. IV. Plutei LXXVI. ſupra pag. 88. §. II. ſub titulo: *Eiuſdem fragmentum de Academicis.*

VII. pag. 225. Eiuſdem pars Academicarum Quaeſtionum, ſeu ipſarum Libri II. quorum primus inc. *Magnum ingenium Lucii Luculli, magnumque optimarum ſtudium &c.* Alter deſ. *vos ad naviculas noſtras deſcendimus.* Hoſce duos Libros in unum conflatos habes etiam in Cod. III. Plut. LXXVI. ſupra pag. 87. §. II. In fine legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, initialibus Librorum mirifice illuminatis, titulo aureo, Mediceo ſtemmate. ac Ciceronis icone in principio decoratus. Conſtat foliis ſcriptis 267.

## MARSILIVS FICINVS DE IMMORTALITATE ANIMORVM.

Cod. VIII. MArſilii Ficini Florentini Platonica Theologia de Immortalitate Animorum ad Laurentium Medicem Virum Magnanimum Libri XVIII. (1). Praecedunt Capitula Librorum, quae dicuntur diviſa in Libros XVIII. Quaedam addita, & quaedam emendata, & Prooemium ad Laur. Medicem, cuius initium eſt: *Plato Philoſophorum pater.* Deſ. *in rebus publicis auctoritate coniunximus.* Liber I. inc. *Quum genus humanum.* Liber ultimus deſ. *tandem eius vita vivamus in aevum.* Tum ſubiicitur impreſſionis nota, videlicet: *Theologia Platonica Marſilii Ficini Florentini de Animorum Immortalitate. In omnibus, quae, aut hic, aut alibi a me tractantur tantum adſertum eſſe volo, quantum ab Eccleſia comprobatur. Impreſſum Florentiae per Antonium Miſcominum Anno ſalutis MCCCCLXXXII. VII. Idus Novembris.* Tandem ſequitur regiſtrum.

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, in 4. maiori charactere rotundo ac nitidiſſimo. Conſtat foliis 318.

(1) Perperam Montf. legit *XVII.*

## FICINI DE IMMORTALITATE ANIMORVM.

Cod. IX. ALiud Exemplar ſuperioris editionis Florentinae, quod item conſtat foliis 318.

## MARSILII FICINI DE IMMORTALITATE ANIMORVM.

Cod. X. MArſilii Ficini Platonica Theologia de Immortalitate Animorum Libri XVIII. cum Prooemio ad Laurentium Medicem virum magnanimum, ut in editione ſupra deſcripta, ex hoc enim Exemplari illam profluxiſſe crediderim. In fine rubrica adſcripta ſunt haec: *In omnibus, quae, aut hic, aut alibi a me tractantur, tantum adſertum eſſe volo, quantum ab Eccleſia comprobatur.* Concordat etiam cum cit. edit. Baſil. Tom. I. a pag. 74. ad pag. 424.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. vere elegantiſſimus, cum icone auctoris, & Mediceo ſtemmate in principio. Conſtat foliis ſcriptis 319.

## MARSILII FICINI THEOLOGIA PLAT.

Seu potius

*Argumentum in Theologiam Platonicam, & alia Opuſcula.*

Cod. XI. I. pag. 1. MArſilii Ficini Florentini Argumentum in Platonicam Theologiam cum Prooemio ad Laurentium Medicem, quod inc. *Decrevi, Magnanime Laurenti, antequam grande illud &c.* Deſ. *quia cuncta debebam.* Argumentum vero inc. *Tres ſunt contemplationis Platonicae gradus.* Deſ. *det operam in primis oportet, ut corporis ſenſibus utatur quidem, ſed non fruatur.* Exſtat inter Epp. Lib. II. cit. edit. Tom. I. a pag. 706. ad pag. 716.

II. pag. 20. Eiuſdem Platonicae Sapientiae claues quinque. Prima poſt argumentum inc. *Videmus elementa a terra uſque ad caelum moveri mobiliter.* Vltima deſ. *& ſummus ipſe naturae luciſque cuiuſque fons. Siti quadam naturali proprie quaeritur, amatur*

*tur & colitur*. Ibid. a pag. 686. ad pag. 697.

III. pag. 50. *b.* Eiuſdem Quaeſtiones quinque de mente, cum argumentis. Prima inc. *Sapientia ſummo Iovis omnium creatoris capite nata*. Vltima deſ. *ſecura tutaque totius poſſeſſio boni ; gaudium undique plenum*. Ibid. a pag. 675. ad pag. 682.

IV. pag. 66. Eiuſdem de raptu Paulli in tertium caelum, cum argumentis, & effigie D. Paulli eleganter expreſſa. Inc. *Dic, oro, Beatiſſime Paulle*. Deſ. *nihil tibi aliud placere, quam ipſum*. Ibid. a pag. 697. ad pag. 706.

V. pag. 83. *b.* Eiuſdem de lumine, cum argumentis. Inc. *Odi maxime omnium tenebras, quarum culpa diſplicent mihi, quaecumque diſplicent*. Deſ. *ac revera omnia conſpicit in ſe ipſo, dum eſſe ſe perſpicit omnia*. Ibid. a pag. 717. ad pag. 720. In fine legitur: *Lucas Fabiani de Ficinis Notarius Florentinus veloci calamo exaravit VII. Septembris MCCCCLXXXXI. Florentiae*.

Codex membranac. Ms. in 4 Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus, cum duplici pictura in principio, quarum una in novem circulis aureis, mirifice exornatis, Opuſculorum, quae in hoc continentur volumine, titulos, altera Medicea ſtemmata & emblemata cum variis ornamentis exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 90.

## MARSILII FICINI IN THEOLOGIAM PLATONICAM.

Ac praeterea

*S. Io. Chryſoſtomi Homilia de proditione Iudae, interprete Laurentio Lippio.*

Cod. XII. I. pag. 1. ARgumentum Marſilii Ficini Florentini in Platonicam theologiam cum Prooemio, ut in Codice ſuperiore §. I.

II. pag. 45. S. Ioannis Chryſoſtomi Homilia de proditione Iudae &c. e Graeco in Latinum traducta per Laurentium Lippium Collenſem, cum Prooemio ad Magnum virum Laurentium Medicem, quod inc. *Solent, magne Laurenti = verum novum tributorum genus tibi admirationem concitabit; quippe qui ſoleam aliquod pöeticum, aut oratorium exſolvere, nunc aliquid ex ſacrario Theologiae deprompſerim. Suaſu enim Franciſci Religioſi integerrimi & Obſervantiae Divi Franciſci Profeſſoris Homiliam Ioannis Chryſoſtomi Latinam feci = Inſuper tempus Quadrageſimae adhortabatur, ut poſthabitis pöetarum, & oratorum libris, in mentis ſeceſſum me revocarem. = Accipe igitur, magne Laurenti, a Laurentio tuo hanc divinam Ioannis Chryſoſtomi Homiliam, in qua agitur de proditione Iudae, de iniuriarum oblivione, de myſtica Chriſti coena, & multa pulcherrima praecepta continet, tum ad excolendam animam, tum etiam ad purgandam Dei ad caeleſtem patriam regrediemur*. Tum ſequitur argumentum, quod inc. *Ioannes Chryſoſtomus hanc Homiliam edidit, in qua de Iudae proditione differit*. Deſ. *templum Dei efficiamur*. Homilia tandem ipſa inc. *Vellem, amici, de more Patriarchae rurſus mihi materiam aſſumere*. Deſ. *in hereditatem accipite, quo fiat, ut gratia & humanitate Domini noſtri Ieſu Chriſti fruamini, & cum hoc, Patri gloria, & Sancto Spiritui nunc & ſemper, & in ſaecula ſaeculorum. Amen*. De hac verſione ne verbum quidem Fabruccius facit in Opuſculo VI. de Piſana Vniverſitate pag. 63. ſeqq. nec Fabricius in Biblioth. Graec. Tom. VII. pag. 560. ſeqq. ubi ſingulas Chryſoſtomi Homilias, earumque interpretes recenſet.

Codex partim membranac. partim chartac. Ms. in 12. Saec. XV. duplici manu exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 70.

## FICINI EXPOSITIO MERCVRII TRISMEGISTI.

MErcurii Triſmegiſti Liber de Poteſtate & Sapientia Dei, e Graeco in Latinum traductus a Marſilio Ficino Florentino, cum argumento ad Coſmum Medicem Patriae Patrem, quod inc. *Eo tempore, quo Moyſes natus eſt floruit Atlas aſtrologus*. Deſ. *ac diu vive; ut & diu patria vivat*. Liber inc. *Quum de rerum natura cogitarem, ac mentis aciem ad ſuperna erigerem*. Deſ. *cuncta enim quatuor ſunt, ac Deus, & generatio, quibus omnia comprehenduntur*. Vt in cit. edit. Baſileenſi Tom. II. a pag. 1836. ad pag. 1857. ubi habentur etiam Commentaria ſingulis Libri Capitibus ſubiecta, quae deſiderantur in Codice. Cod. XIII.

Codex membranac. Ms. in 8. nitidiſſimus, elegantiſſimeque ſcriptus. Conſtat foliis ſcriptis 76.

## MERCVRII TRISMEGISTI PIMANDER, MARSILIO FICINO INTERPRETE.

ALiud exemplar Libri Mercurii Triſmegiſti de Poteſtate, & Sapientia Dei e Greco in Latinum traducti per Marſilium Ficinum Florentinum ad Coſmum Medicem Patriae Patrem, ut in Codice ſuperiori. Cod. XIV.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. cum littera initiali aurea. Conſtat foliis ſcriptis 50.

## PLATO, MARSILIO FICINO INTERPRETE.

PLatonis Opera a Marſilio Ficino Florentino e Graeco in Latinum traducta, & Florentiae impreſſa per Laurentium Venetum, ſine anno. Praecedunt Prolegomena quaedam ipſius Marſilii, ſcilicet I. Prooemium in Platonis Libros ad Laurentium Medicem virum magnanimum; II. Vita Pla- Cod. XV.

Platonis, in qua bibliopolae incuria, duo priora folia ſunt tranſpoſita; III. Tabula Librorum Platonis a Marſilio traductorum; IV. Monitum ad lectorem; V. Eorum recenſio doctiſſimorum virorum, quorum iudicio cenſuraeque ſuam ſe traductionem ſubieciſſe adfirmat Marſilius. Ad calcem vero ſubiiciuntur emendationes errorum Librarii, quae octo poſtrema folia integra complent. Libri autem Platonis, qui in hoc habentur Volumine a Ficino tranſlati, ſunt iſti, Hipparchus de lucri cupiditate; De Philoſophia; Theages de Sapientia; Menon de Virtute; Alcibiades primus de Natura Hominis; Alcibiades ſecundus de Voto, Minos de Lege; Euthyphron de Sanctitate; Parmenides de uno rerum omnium Principio; Philebus de Hominis Bono; Hippias de Pulcro; Lyſis de Amicitia; Theaetetus de Scientia; Ion de Furore Poëtico; Sophiſta de Ente; Civilis de Regno; Protagoras (1); Euthydemus, ſive Litigioſus; Hippias minor de Mendacio; Charmides de Temperantia; Laches de Fortitudine; Clitophon, ſive Exhortatorius; Cratylus de recta nominum ratione; Gorgias de Rhetorica, Libri XII. de Legibus; Epinomis, ideſt Legibus additus; & Epiſtolae. Hiſce autem omnibus Libris praecedunt ipſius Marſilii Ficini Argumenta.

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, in 4. maiori. Conſtat foliis 342.

## MARSILII FICINI COMMENTARIVM IN CONVIVIVM PLATONIS.

Seu potius

*Operum Platonis ex interpretatione Ficini Pars altera.*

Cod. XVI. ALterum Volumen Platonis Operum a Marſilio Ficino Latine redditorum, impreſſum Florentiae per Laurentium Venetum, ut Volumen ſuperius, ſine anni nota. In hoc habentur ſequentes Libri, ſcilicet: Convivium de Amore, praevio longiſſimo Ficini Commentario; Phaedrus de Pulcro; Apologia Socratis; Crito, vel de eo quod agendum; Phaedon de Anima, Menexenus, vel Oratio funebris; Libri X. de Republica; Timaeus, praevio uberrimo in ipſum Compendio; Critias; Libri XII. de Legibus (2); Epinomis, ideſt legibus additus; ac tandem Epiſtolae; Omnia cum argumentis ipſius Ficini. Subſequuntur emendationes errorum Librarii, quae poſtrema XIII. complectuntur folia; & ultimo loco Epigramma Naldi Naldii Florentini in huius operis laudem.

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, in 4. maiori, binis columnis, & Gothico charactere. Conſtat foliis 832.

## FICINI COMMENTARIA IN CONVIVIVM PLATONIS.

Sive potius

*Aliud ſuperioris editionis Exemplar.*

SEcundae Platonis Operum Partis ex verſione Marſilii Ficini Editio eadem atque illa ſuperioris Codicis XVI. In hoc tamen Exemplari deſinunt in Critia, & deſiderantur ea omnia, quae ſubſequuntur, ſcilicet De Legibus Libri XII., Epinomis, & Epiſtolae. Cod. XVII.

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, in 4. maiori, binis columnis, & Gothico charactere, cum notulis aliquot in margine manu ſatis diligenti exaratis. Conſtat foliis 222.

## QVAESTIONES VII. PROPOSITAE A LAVRENTIO MEDICE IN CARMINE QVODAM.

Nec non

*Marſilii Ficini, & aliorum ad ipſum Epiſtolae quaedam.*

I. pag. 1. GEorgii Benigni Salviati (3) Artium & Sacrae Theologiae Profeſſoris, in Rythmum acutiſſimum magni Laurentii Medices Quaeſtiones ſeptem ad Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & D. N. D. Leonem Divina providentia PP. X. (4). Praecedit Epiſtola Nuncupatoria in Librum ſeptem Quaeſtionum a Magno Laurentio Mediceo propoſitarum, olim amiſſum, nuper inventum. Inc. *Omni homini, Pater Beatiſſime, Pontifexque ſapientiſſime, ut ſua teneriori ac tenaciori complectatur amore, ſuapte natura inſertum eſſe conſtat = Quorſum haec? Magnus ille Laurentius genitor tam praeclarae, tamque divinae prolis, dum Florentiae lectionibus meis etiam concionatoriis saepius interfuiſſet, Carmen quoddam ſeptem difficillimarum in fide noſtra Quaeſtionum ad me vernacula lingua conſcriptum per Franciſcum Berlengerium, quondam amicum optimum tranſmiſit, arbitratus illas exactius declarare poſſe neminem. Maximus vir ille tenue ingenium meum adeo magnifaciebat, ut crederet me ſuperiorem univerſis noſtrae tempeſtatis Philoſophis, ſeu Theologis &c. = Nam eo tempore, quo doctus ille Ioannes Picus Concordiae Comes nongentas diſputaturus concluſiones, ad Vrbem ſe contulit, ſuper quibus etiam Defenſorium quoddam ipſi genitori Sanctitatis* Cod. XVIII.



(1) Male Montfauc. legit. *Pythagoras*.

(2) Hi de Legibus Libri XII. Epinomis, & Epiſtolae habebantur etiam in Volumine ſuperiori.

(3) De hoc Benigno praefati ſumus in Tomo I. Catalogi Latin. Codd. pag. ~~496~~. 468

(4) Exſtant etiam in Bibliotheca Riccardiana, ut ex Catalogo Io. Lamii eruitur pag. 268.

*ctitatis tuae inſcripſit , ipſum Defenſorium illico , ut ſibi adlatum ex Vrbe fuit , ad me per fidiſſimum illum atque ſollertiſſimum Secretarium Petrum de Bibiena cum hoc admirando verborum tenore dedit „ quia eruditiorem ac probiorem non agnoſco , neque eſſe credo , ad te dumtaxat hunc librum deſtino , adhortans , ut quemadmodum ego nulli , praeterquam veritati , afficior , ita & tu ſola veritate ad probandum , vel improbandum movearе : „ haec eadem ipſe , dum illum adiiſſem , coram repetiit . Et inter loquendum narravi Suae Excellentiae , quanta benivolentia , & gratia me Beſſario ille , vir eruditiſſimus , Cardinalis Nicaenus , amplectebatur ; idque praecipue , quia ſolitus erat mihi perſaepe dicere Tu eris heres meus . Poſt multa , dum recederem Petro Parente* (1) *Cive Florentino , tunc diſcipulo meo , magnus ille Laurentius ſic concluſit : ora Deum , ut poſſim , nam ea , quae Beſſario cupiebat , ego pro virili perficere curabo . Ex quo hanc rem aggreſſus ſum , afferam & aliud . Dum quadam vice Petro illi magnifico , fratri Sanctitatis Tuae , Philoſophi Moralia declararem , eſſentque duo mecum ſocii , Ioannes Pratenſis , nunc Epiſcopus Aquilanus , vir non mediocris famae & doctrinae , & Antonius Barbarinus etiam Theologiae Profeſſor , haec verba protulit : Noſti , Benigne , eſſe nobis Epiſcopatus atque Archiepiſcopatus , & in Regno , & in terris Eccleſiae plurimos . Poſſemus equidem ea via tuis virtutibus aliquod praemium tribuere . Sed quid ? Neſciremus te alterius provehere : actum eſſet apud nos tectum domus tuae . Cogitamus itaque te ad Tuſciae Miniſteriatum , deinde ad Generalatus officium , tandem ob ſcientiam , & humaniſſimos mores tuos , ad Cardinalatus dignitatem erigere , quod nobis huius Pontificis tempore facillimum erit . Sedebat autem tunc Innocentius Cibo Papa VIII. vir profecto optimus & benefactor praecipuus . Subito Aquilanus Epiſcopus de inſolita admiratus ſententia , quaſi exclamando adiunxit : Vtinam daretur eum videre Summum Pontificem . Ille prudenter reſpondit : Hucuſque poſſumus ; ad ulteriora ipſum Dei gratia , & eius virtus provehat . Sed redeamus ad Carmen . Reſpondi ad ſeptem Quaeſtiones ſatis , ut arbitror , pro captu ingenii mei diſerte ac docte . Enimvero , dum ſimul cum patronis exſularem , dumque omnibus , quae Florentiae haberem ſpoliatus fuiſſem , & duris compedibus per undecim dies adſtrictus , etiam hic libellus , quem , ut natum meum , amabam , mihi ſublatus fuit . Quaeſieram eum ſaepiſſime , neque umquam invenire potui : oravi , ſuſpiravi , tamquam pro filio , qui periiſſet , & mortuus fuiſſet , ſpeque omni de ipſius ſalute fruſtratus , offendi Patrem egregium & virum doctum Ioannem Baptiſtam Boncianum familiarem antiquum , & nunc Sanctitatis Tuae Referendarium , qui me ita adloquitur : Libellus , quem ſuper Carmen magni Laurentii edidiſti , tantoque tempore quaeſiſti , apud me reperitur .* Deſ. *ita & votorum ſuorum erga me optimus exſequutor exſiſtere dignetur .* Tum Prooemium inc. *Franciſcus Berlengerius , qui orbem luculenter deſcripſit , vir quidem eruditus , & amicus optimus , attulit mihi tuo nomine , magnanime Laurenti , Carmen equidem graviſſimum , quo divini animi tui magnitudinem omnibus ſaeculis aperuiſti .* Deſ. *ipſum Carmen tuum , ſuper quo ſumus diſputaturi huic operi inſerendum atque reponendum cenſui .*

Initium Carminis eſt:

*Lo ſpirito talora ad ſe reducto &c.*

Septem vero Quaeſtiones miro artificio in Carmine illo connexae inc. *Septem Quaeſtiones ſcitu digniſſimas , Laurenti , ſupernae amice ſapientiae , virgula quadam , ut aiunt , divina hoc in Carmine coadunaſti .* Deſ. *alias , quum tua praeſtantia , fortunatiſſime Laurenti , iuſſerit , aperire enitemur .*

II. pag. 49. Eiuſdem ad optimae indolis adoleſcentes , Ioannem ſedis Apoſtolicae Protonotarium , & Petrum , magnanimi Laurentii Medices filios , in Dialecticam novam Pooemium , quod inc. *Etſi Ariſtoteles , = quapropter apes imitatus , ex univerſis Dialecticae ſcriptoribus , quae vobis conductura putaram excerpſi , nil afferentia praetermiſi , errata correxi , acute reor , pleraque addidi , univerſa e media Philoſophia collecta in unum corpus redegi , vobiſque dicavi .* Deſ. *familiae decus , Reip. ornamentum afferatis .* Huic autem Prooemio monitum praemittitur , quod eſt huiuſmodi : *Ne parcamus huic quae ſuperfluit periturae chartae , utque Sanctitas Tua videat vaticinium iſtius feliciſſimi Pontificatus , exordium Dialectices olim impreſſae , atque Tuae Sanctitati , & magnifico Petro germano appoſuimus .*

III. pag. 51. Epiſtolae variorum , videlicet :

I. Invitatio ad ſcribendum , Epiſtola Laurentii Medices Marſilio Ficino Platonico . Inc. *Quum iſthinc huc , iucundiſſime Marſili , me reciperem .* Deſ. *litteras tuas deſiderare . Vale . Piſis .* Inter Epp. edit. Baſil. Lib. I. pag. 620.

II. Gratiarum actio , Marſilii Ficini Epiſtola Laurentio Medici viro magnanimo . Inc. *Multa abs te quondam .* Deſ. *per maria ſubſtulit . Vale . XIII. Ianuarii* 1473. *Florentiae .* Ibid. pag. 621.

III. Amatoria Laurentii Medices Epiſtola Marſilio Ficino Platonico . Inc. *Credo iam .* Deſ. *quod in amore non ſit . Iterum vale . Piſis XIV. Kal. Febr.* 1473. Ibid.

IV. Mirabilium auctor Deus eſt , non homo , Marſilii Ficini Epiſt. Laurentio Medici . Inc. *Quid agam in praeſentiarum .* Deſ. *poſſe valere . XXI. Ianuarii* 1473. *Florentiae .* Ibid. pag. 622.

V. Amatoria Laurentii Medices Epiſtola Mar-

(1) Petrus Parens , Marci filius , hiſtoricus Florentinus . Chronicon Italicum ſuorum temporum compoſuit ab A. MCCCCLXXVI. ad A. MDXVIII. Ms. apud Subdecanum Riccardium , & inter Codices Gaddianos , de quibus infra .

Marſilio Ficino Platonico philoſopho. Inc. *O falſum meum de te iudicium*. Deſ. *ac delere poſſint. Vale. Piſis X. Kal. Febr.* 1473. Ibid.

vi. Amatoria, quomodo amandus quiſque ſit, & quomodo laudandus, Marſilii Ficini Epiſt. Laurentio Medici. Inc. *Quod me diligas*. Deſ. *ab aevo conatur in aevum. Vale. XXIV. Ianuar.* 1473. *Florentiae*. Ibid. pag. 623.

vii. Reſponſio ad Epiſtolam de tempore parce expendendo, Laurentii Medices Epiſt. Marſilio Ficino. Inc. *Periucunda mihi fuit epiſtola tua*. Deſ. *metu mortis liberum. Vale & valitudinem cura. Florentiae X. Kal. Octobr.* 1474. Ibid. pag. 647.

viii. De felicitatis deſiderio, Coſmi Medices Epiſt. Marſilio Ficino Platonico. Inc. *Contuli heri me in agrum Charegium*. Deſ. *veni ad nos non abſque Orphica lyra*. Ibid. pag. 608.

ix. De modeſtia componendi, Beſſarionis Cardinalis Sabini Epiſt. Marſilio Ficino. Inc. *Superioribus litteris*. Deſ. *& an librum acceperis, nos facies certiores. Ex Vrbe Idibus Septembr.* 1469. Ibid. pag. 616.

x. Gratia Iobelei, Franciſci Cardinalis Senenſis Epiſt. Marſilio Ficino. Inc. *Marſili cariſſime ſalve. Tui memores*. Deſ. *Vale optime, noſtri memor. Romae die IV. Decembris* 1475. Ibid. pag. 670.

xi. Non cuilibet dandi ſunt Sacri Ordines, Marſilii Ficini Epiſtola Mariano Epiſcopo Cortonenſi. Inc. *Venit ad te Baſtianus Salvinus amitinus noſter*. Deſ. *apud utrumque adoleſcens eſt educatus*. Ibid. pag. 643.

xii. Quos Deus coniunxit moribus, coniunget felicitate; Marſilii Ficini Epiſtola Ioanni Cavalcanti amico unico. Inc. *Heri in agro Novolano*. Deſ. *vale noſtrae navigationis Achates, ac portus denique condimentum*. Ibid. pag. 631.

xiii. Sebaſtiani Salvini Epiſt. Marſilio Ficino amitino ſuo. Inc. *Gratulationes tuas in infantis ortu ad Bartholomaeam Medicem legimus*. Deſ. *hortatus ſum. Vale*. Non occurrit.

xiv. Marſilii Ficini Epiſt. Sebaſtiano Salvino amitino ſuo. Inc. *Implevit deſiderium*. Deſ. *ſi liberaliter adoleſcunt. Angelum Politianum noſtrum toties ſalvere iubeto, quoties ſalutaveris. Vale*. Ibid. pag. 728. ubi in fine aliquanto brevior eſt.

xv. Sebaſtiani Salvini Epiſt. Marſilio Ficino amitino ſuo. Inc. *Iampridem Marſili*. Deſ. *feliciter revolemus*. Non occurrit.

xvi. Marſilii Ficini Epiſt. Sebaſtiano Salvino amitino comphiloſopho ſuo. Inc. *Accepi epiſtolam tuam de rerum mutabilitate*. Deſ. *veritati vivunt. Idibus Septembr.* 1480. *in agro Charegio*. Ibid. pag. 723.

xvii. Beſſarionis Cardinalis Sabini Epiſtola ad Pium Pont. Max. Inc. *Quinto kalendas Novembris per litteras Reverendiſſ. Domini Cardinalis Portuenſis*. Deſ. *uno ore precentur. Valeas Tua Beatitudo feliciter. Datum Venetiis die IX. Novembris MCCCCLXIII.*

*T. S. inutilis Servus Beſſarion*
*Epiſcopus Tuſculanus.*

Codex, quoad Opuſculum primum membranac., & quoad Epiſtolas chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XVI. ineuntis, nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, & ſtemmate Leonis X. in prima pagina. Conſtat foliis ſcriptis 74.

## IO. FRANC. PICI DE AMORE DIVINO.

IOannis Franciſci Pici Mirandulae Domini, Cod. XIX.
Concordiaeque Comitis Opus de Amore Divino Libris IV. praevia Epiſtola Nuncupatoria ad Leonem X. Pontif. Max., quae inc. *Libros de Amore noſtros dicavi tibi, Leo Max. Pont.* Deſ. *in praeſentia publicemus*. Epiſtolam ſequitur Tabula Capitum totius Operis, ac Prooemium, cuius initium eſt: *Si vetus illa ſententia*. Finis: *ipſoque in amore unde factum eſt exordium, feliciſſime conquieſcere*. Liber primus inc. *Etſi antiqua opinio eſt*. Liber quartus deſ. *aeternoque arſurus munere felix*. Non adparent inter opera eiuſdem Pici edita Baſileae per Seb. Henripetri MDLI. fol. Hos autem libros memorat in Epiſtola de ſuis operibus ad Fr. Lilium cit. edit. pag. 878. & quidem his verbis. *Verum quoniam fides, niſi amore nitatur, mortua dicitur eſſe, quatuor de amore divino libri ſeſe ingerunt alacres &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. ineuntis nitidiſſimus, cum initialibus aureis. & ſtemmate Leonis X. in principio. Conſtat foliis ſcriptis 97.

## IOANNIS CANONICI QVAESTIONES IN OCTO LIBROS PHYSICORVM.

IOannis Marbres Catalani Magiſtri in Ar- Cod. XX.
tibus Toloſae, & Canonici Dertuſenſis Quaeſtiones ſuper octo Libros Phyſicorum Ariſtotelis. Inc. *Venite ad me omnes*. Deſ. *virtualiter contenta; & ſic finitur Quaeſtio, & per conſequens totum Opus Quaeſtionum Phyſicorum, compilatum a Domino Ioanne Marbres Magiſtro in Artibus Toloſae, & Canonico Dertuſenſe, qui natione fuit Catalanus*. Poſt Tabulam Quaeſtionum legitur: *Expliciunt Quaeſtiones profundiſſimi Doctoris Ioannis Canonici Ordinis Minorum ſuper VIII. Libris Phyſicorum Ariſtotelis Paduae impreſſae* 1475. *die* 25. *menſis Aprilis*. Tum rubrica adnotatum eſt: *Iſte liber eſt ad uſum mei Presbyteri Laurentii Canonici Sancti Laurentii Florentiae, & amicorum meorum, quem ego propria mea emi pecunia*.

Codex chartac. impreſſus in 4. maiori, binis columnis, rotundo charactere, ſed cum difficillimis nexibus, & cum notulis Presbyteri Laurentii. Conſtat foliis 208.

IAN.

Digitized by Google

## IANDVNI QVAESTIONES SVPER LIBRVM DE ANIMA.

Cod. XXI. IOannis de Ianduno Quaeſtiones ſuper tres Libros Ariſtotelis de Anima. Poſt tabulam Opus inc. *Ineſt enim mentibus hominum veri boni naturalis inſerta cupiditas*. Deſ. *reliqua vero eſſe vera, aut probabilia non diffido ad laudem Dei beatiſſimaeque Virginis Mariae. Expliciunt Quaeſtiones Domini Ioannis de Ianduno ſuper tres Libros de Anima Ariſtotelis, impreſſae Venetiis per Franciſcum de Hailbrun, & Nicolaum de Franckfordia ſocios MCCCCLXXIII.*

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, in fol., binis columnis, cum initialibus ſingulorum Librorum, & Capitum rubricatis. Conſtat foliis 92.

## LEONARDVS NOGAROLA DE IMMORTALITATE ANIMAE.

Cod. XXII. LEonardi Nogarolae de Immortalitate Animae ad Magnificum ac mirabilis ingenii virum Laurentium de Medicis. Prooemium inc. *Librum editurus, quem de Immortalitate Animae nuper compoſui, cogitabam, cuinam potiſſimum inſcriberem, quum tu mihi primus occurriſti, quem hoc ſcribendi genere dignum eſſe cenſerem*. Deſ. *hunc tibi librum, vir optime ac praeſtantiſſime, dedico, ut ipſe te legendo delectet, tu ipſum fovendo nobilites. Accedit ad cumulum, ut quum tibi ſumma omnia debeam, quod optimum virum Ioannem Borromaeum avunculum meum ſingulari benevolentia ac humanitate complecteris, hanc lucubratiunculam meam, grati ac memoris animi quamdam quaſi teſtem eſſe voluerim. Bene valere te opto*. Opus inc. *Quaeritur utrum anima intellectiva hominis ſit incorruptibilis, & arguitur, quod non*. Deſ. *ad argumentum in principio quaeſtionis patet per praedicta*. Nullum huius Operis mentionem facit Fabricius Biblioth. Med. Tom. V. pag. 141. ubi de eo agit; memoratur tamen a Cl. Scipione Maffeio *Verona Illuſtrata* pag. 98. Fuit autem Leonardus hic Nogarola Protonotarius Apoſtolicus, eiuſque Liber *de Beatitudine* prodiit Vicentiae MCCCCLXXXV. fol. & alter *de Mundi aeternitate* ibid. MCCCCLXXXVI. Vide Mattair. Annal. Typogr. Tom. I. pag. 421. & 461.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. cum ſtemmate Mediceae gentis in principio, & icone auctoris. Conſtat foliis ſcriptis 65.

## EXPOSITIO IN METAPH. ARISTOTELIS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXIII. I. pag. 1. COmmentarius in Metaphyſicam Ariſtotelis ſine nomine Auctoris. Inc. *Omnes homines, immo omnes naturae intellectuales quum naturaliter ſcire deſiderent*. Deſ. *quod eſt ens, inquam ens &c. Explicit. Deus laudetur, & Virgo Maria*.

II. pag. 94. Fragmentum alterius Commentarii in Metaphyſicam in fine mutilum. Inc. *Quoniam autem ſciendi & intelligendi naturale deſiderium omni intellectui eſt innatum &c.*

Codex partim membranac. partim chartac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, breviato charactere exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 96.

## EXPOSITIO LIBRORVM ARISTOTELIS DE ANIMALIBVS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXIV. ANonymi Scriptum ſuper Librum Ariſtotelis de Animalibus. Inc. *Intentio Auctoris huius eſt determinare de modis Animalium; finis eſt cognitio*. Deſ. *radix ergo prima in complementum eſt materia*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, & difficili littera exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 85.

## EXPOSITIO TIMAEI PLATONIS INCERTI AVCTORIS.

Ac praeterea

*In Ciceronis Lib. de Fato, Topica, & de Officiis Comment. Georgii Vallae.*

Cod. XXV. I. pag. 1. ANonymi (1) Expoſitio in eam Timaei Platonici partem, quam Cicero ſibi tranſtulit, ad Hermolaum Barbarum. Prooemium inc. *Platonis liber, qui Timaeus, vel de Natura inſcribitur, in quo more modoque Platonico, per dialogum loqui inducuntur Socrates, Timaeus, Hermocrates, Critias, doctiſſimorum omnium conſenſu, ut te non latet, vir undecumque peritiſſime Hermolae Barbare, abſtruſus atque reconditus non iniuria haberi ſolet, & perinde perquam pauciſſimis, iiſdemque doctiſſimis dumtaxat obvius & apertus eſt, dum arithmeticas ſimilitudines perſerutandae rerum naturae accommodat*. Deſ. *ita ab his tot tantiſque virtutibus ad hunc laborem meum laudem aliquam derivare poſſe mihi viſus ſum, ſi tuae acerrimi iudicii ſubiiceretur incudi. Vale*. Commentarius inc. *Multa ſunt a nobis in Academicis noſtris conſcripta &c. Terentio Varrone, & Pomponio Attico per dialogum contra eos, qui rerum naturae cauſſas non ſatis probabiliter attigerant differente*. Deſ. *denique, quum de una hac re excellentiſſima ipſius eloquentia digna diſputaſſe ſibi viſus ſit, in Philoſophiae laudibus, quae hanc cognitionem praeſtiterit, omnem*

(1) Forte Georgii Vallae Placentini, Medici, & humaniorum litterarum Venetiis Profeſſoris, qui Timaeum de Mundo tranſtulit, ut habet Fabricius Biblioth. Med. Tom. VI. pag. 281.

Digitized by Google

*omnem quam caeperat diſputationem concinniſſime concluſit.*

II. pag. 33. Anonymi (1) Expoſitio in librum Ciceronis de Fato ad Iacobum Trivultium. Praefatio inc. *De fato Ciceronis Opuſculum ſane reconditum & argutum a me nuper interpretatum tibi, Ioannes Iacobe Trivulti, nequaquam deſtinandum cenſuiſſem, niſi veterum de Fato Philoſophorum ſententias acri te ingenio penſitare, & inſigni iudicio definire poſſe cognoviſſem.* Deſ. *ſed de re ipſa iam dicere ordiamur.* Commentarius inc. *Quoniam de Fato tota fere noſtra futura eſt oratio, primo quid ſit Fatum, & unde Fati cauſſa proveniat, nomenque deſcendat.* Deſ. *declinatio tribuenda atomis eſt, ſi minus omnibus, ſaltem aliquibus, idque ipſorum ita iubente natura.* Cl. Mattairius Annal. Typogr. Tom. V. Part. II. pag. 310. & Peregrinus Orlandus *Origine, e progreſſi della ſtampa Bologna MDCCXXII.* pag. 423. huius Georgii Vallae memorant Commentaria in Ciceronis Rhetoricorum Libros Venet. MCCCCXC. fol. itemque in Libros de Fato, Topicorum, & de Vniverſitate Venet. MCCCCXCII.

III. pag. 58. Georgii Vallae Placentini (2) Commentarius in Ciceronis Topica, cum Epiſtola Nuncupatoria ad Bernardum Salvaticum Genuenſem Patricium, quae inc. *Obſervantia praecipuaque benivolentia, quo me, ex quo tempore diſcipulus iampridem meus fuiſti, in diem uſque hodiernum perpetuo obnixeque proſequutus es, me profecto, Bernarde Salvatice, adigunt operam dare, ut lucubrationum mearum aliquo ad te munere meum tibi animum mutuo reſpondere deprehendas. Quum igitur Ciceronis librum Topicorum &c.* Deſ. *quare, Bernarde mi, non equidem ero praefatione longior, ne avidam (uti iam mihi videor intueri) mentem tuam a Ciceroniani Operis lectione differam. Vale.* Tum ſequitur M. Tullii Ciceronis Epiſtola C. Trebatio, quae inc. *Vide quanti apud me ſis,* Deſ. *& ſalva iſta offenderimus. Vale. Kalend. Sextil. Regio.* Inde aliud occurrit auctoris Prooemium, & inc. *In Topicis Ciceronis, poſt Marii Victorini, Boëthiique ingentes Commentarios, gloſſemata, & breves interpretationes poſituris, ſatius nobis fuerat ſiluiſſe, niſi & labori noſtro apud aliquos daretur, quo ſe reciperet locus. Propoſitum autem nobis eſt, quae ab illis explicata pluribus fuere voluminibus, in brevem ſummam contrahere, ne longius tractata, eademque inculcata ſaepius, e mente effluant.* Deſ. *Quod eo libentius fecimus, Bernarde Salvaticae, ut totus hic Topicorum Liber interprete non careret, quum tam Victorinus, quam Boëthius totum non fuerint interpretati; nos vero ad finem uſque evecti, Commentariolos, & breves interpretatiunculas concludamus. Sed ne principiis te longius traham, Ciceronis ad Trebatium Epiſtolam paucis, eiuſdem deinceps obſcurius dicta enubilaturi, pro viribus interpretemur.* Expoſitio inc. *Maiores nos res ſcribere ingreſſos, C. Trebati &c. Omne orationis cuiuſcumque Prooemium, Rhetorum omnium conſenſu, & conciliat; artem tum facit &* (ſic) *docilem* (3) *quibus rebus Trebatium hic Cicero, quod unuſquiſque facile poterit intueri adloquitur.* Deſ. *quo tanta res ſuis partibus abſoluta videretur.* Vt in editione cui titulus: *In omnes de Arte Rhetorica M. T. Ciceronis Libros doctiſſimorum virorum Commentar. Baſileae ex officina Roberti Winter MDXLI. fol.* a pag. 125. ad pag 212.

IV. pag. 108. Anonymi (4) Commentarius in Ciceronis Libros de Officiis ſine titulo (5). Praecurrit Epiſtola Nuncupatoria anepigrapha, quae inc. *Cato ille Cenſorius, immo naturae opus mirabile, & virtutum viva imago, Reverendiſſime Praeſul, in principio ſuarum Originum cenſuit, hominum, qui in aliquo numero ſint, & e natura vivunt, non minus ocii, quam negocii rationem extare oportere. = Ne igitur ocio, quod poſt varios labores & moleſtias ſub te tandem nactus ſum, & melius mihi ipſi iam polliceri audeo, clementia tua & generoſo animo fretus, abuti viderer; diu multumque cogitavi, quid potiſſimum mihi cum decore agendum eſſet, qui ab ineunte aetate ſacris inſtitutis & caeremoniis initiatus eſſem & addictus. Tandem id elegi, quod meae profeſſioni congrueret, & in ſe plurimum honeſtatis haberet & utilitatis. Ciceronis Officia ſcilicet ad uſum, eruditionem, cultumque vitae communis interpretari.* Deſ. *tibi autem a teneris unguiculis exploratum & cognitum. Iure igitur hae lucubrationes, quarum cauſſa fuiſti, dedicandae tibi erant, cui maiora debeo, ad quae nondum idoneus his praeludiis tota mente, & ingenii viribus me comparo. Interea Opuſculum hoc, monumentum ocii mei, nominique tuo ſacratum accipe, ut auſpiciis tuis, quibus id quantulumcumque eſt, auſpicatus ſum, legatur, vigeat, ametur, & illis proſit, quorum cauſſa Tullius Officia ſcripſit. & ego quoad potui, interpretatus ſum, & depravata recognovi, ne toto C. munere fraudarentur.* Sequitur deinde Prooemium quod inc. *De Morali Philoſophia, cuius auctorem fuiſſe Socratem dicunt.* Deſ. *ſed de his hactenus, iam ad interpretationem veniamus.* Tandem in ipſa Ciceronis Officia Interpretatio inc. *Quamquam te, Marce fili &c. In omni re ſeptem circumſtantiae requiruntur: perſona, res cauſſa, locus, tempus, modus, materia, quae maximam habent vim, ut ſi quis eas neglexerit decorum ſuum ſervare non poſſit.* Definit imperfecte in verbis: *Niſi enim &c Reddis rationem, quare iure plectebantur, quoniam non animadverterunt in Caeſarem, quum ad tyrannidem apertis iudiciis tenderet. Scelera &c.*

quae

(1) Forte eiuſdem Georgii Vallae.
(2) Heic tantum legitur nomen Georgii Vallae.
(3) Hic locus in editione inferius citata ita legitur: *conciliat & attentum facit.*
(4) Forte eiuſdem Georgii Vallae.
(5) Omiſit in ſuo Catalogo Montfauc.

Digitized by Google

*quae in Rempublicam commiſerunt* . . . . . . Interim notandum Ciceronis textum cynnabari eſſe expreſſum, multaque heinc inde ſpatia ad Graeca ſupplenda, relicta fuiſſe.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, in quo ad litteras initiales Librorum illuminandas ſpatia vacua relicta ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 298.

## QVAESTIONES PHILOSOPHICAE INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

*Aegidii Romani Commentaria varia in Libros Phyſicorum, & in primum Sententiarum &c.*

Cod. XXVI. I. pag. 1. AEgidii Romani (1) ( ita enim recentiſſima manu inſcribitur in primo folio ) ſuper Libro Phyſicorum, cum Prologo, qui inc. *Naturalis ſcientia eſt una ſcientiarum ſpeculativarum, ut dicitur 5. Metaph. ſpeculativa autem ſcientia differt a practica quoad finem &c.* Primum Caput inſcribitur: *Vtrum ſcientia naturalis ſit prior ſcientia divina*. Eſt autem Tractatus hic in fine mutilus, & deſinit in verbis: *ſecundum locum, ſecundum ritum*.

II. pag. 11. Tractatus de Sponſalibus, forte eiuſdem, Inc. *Poſtquam de his, quae ad Clericos pertinent ſuperius eſt tractatum*. Deſ. *dicitur etiam filii ſecundum legem veterem*.

III. pag. 17. Aegidii ſuper primo Libro Sententiarum, ut eruitur ex fine, ubi legitur: *Explicit ſententia Fratris Aegidii ſuper primo Libro Sententiarum*. Primum Caput eſt *de Summa Trinitate, & Fide Catholica*, & inc. *Summa quidem, quae dicitur Trinitas*. Deſ. *tunc perfecte conformantur ſibi*.

IV. pag. 37. Sententia Fratris Thomae ſuper primo Libro Sententiarum; & hic Tractatus in fine mutilus eſt. Agitur autem de Sacramentis. Primum Caput eſt: *Quid importet nomen Sacramenti*. Vltimum. *An pueri teneantur ad ieiunium*, Inc. *Secundum proprietatem vocabuli*. Deſ. *tanto magis ad ieiunium ſunt arcendi*.

Codex chartac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. ſcriptus Latina quidem lingua, ſed litteris Graecis peſſime tamen formatis, lectuque difficillimis. Conſtat foliis ſcriptis 64. Simillimum huic alium habemus Codicem Plut. XXIV. Num. VIII. qui ab eodem ſcriptore videtur exaratus.

## TRACTATVS DE CAVSSIS INCERTI AVCTORIS.

Cod. XXVII. I. pag. 1. ARiſtotelis Liber de Cauſſis. Inc. *Omnis cauſa primaria plus eſt influens ſuper cauſatum ſuum, quam cauſa ſecundaria univerſalis. Quum ergo removet cauſa ſecunda univerſalis virtutem ſuam univerſalem a re &c.* Deſ. *faciens adquirere non adquiſitum, ſicut oſtendimus*.

II. pag. 3. *b.* Anonymi Opuſculum, cui titulus: *Ars fidei Catholicae*, Clementi Papae nuncupatum Libris V. quorum primus eſt de una omni cauſſa, ideſt de Vno Deo, eodemque Trino; ſecundus de Mundi & Angeli & Hominis creatione, & arbitrii libertate; tertius de Filio Dei Incarnato pro homine redimendo; quartus de Sacramentis Eccleſiae; & quintus de Reſurrectione. Auctoris intentio eſt Infideles ridicula Mahometis doctrina ſeductos humanis rationibus impugnare, quum ſacras ſophiſmis eludant; ſed praeter exordium, & definitiones quaſdam, ac propoſitiones, nihil aliud occurrit. Exordium inc. *Clemens Papa, cuius rem nominis, & vitae ſubiecta ſentiant, & tu a Domino conſequaris zelum ſcribentis hoc opus*. Deſ. *& efficacius viſa animos movent*. Propoſitio prima eſt. *Quidquid eſt cauſa cauſae, eſt cauſa cauſati*. Vltima: *tormento perpetuo damnatorum nulla maior eſt poena*.

III. pag. 7. *b.* Anonymi Tractatus Metaphyſicus. Inc. *Omnes homines natura ſcire deſiderant; ſignum autem eſt ſenſuum delectatio*. Deſ. *quod autem eſt, praeter hoc & illud, nec maſſam habet, nec materiam, nec accidens, ſed eſt ſeparatum a ſubſtantiis, & accidentibus, hoc eſt ſolus Deus, qui eſt benedictus, & excelſus ſuper omnes Deos per infinita ſaecula &c.*

IV. pag. 21. Metaphyſicorum Libri XI. auctore Anonymo, cum uberrimis ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus. Liber I. inc. *Conſideratio quidem de veritate difficilis eſt uno modo, & facilis alio modo*. Liber XI. deſinit imperfecte in verbis: *medicina eſt aliqua modo ſanitas, & impoſſibile eſt etiam non ponere contrarium boni, & intellectus* . . . . . appoſito in margine *hic deficit*. In poſtremo folio fragmentum occurrit anepigraphum, & acephalum de rebus item Metaphyſicis, & verſiculi quidam leonini levis quidem momenti de ratione accumbendi ad menſam.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. ineuntis charactere valde perplexo, ac per compendia exarato, in cuius primo folio legitur litteris prorſus evanidis: *Iſte Liber eſt Lucani Conventus Ordinis Frilug.* Conſtat foliis ſcriptis 91.

## QVAESTIONES NATVRALES INCERTI AVCTORIS.

COllectio Philoſophica ſine titulo, in qua primo agitur de motu, ac de potentiis animae, ſecundum Ariſtotelem. Inc. Cod. XXVIII.
*Natura eſt principium motus & quietis eius, in*

(1) Haec Aegidii de Columna Romani, diſcipuli Thomae Aquinatis, ex Ordine Fratrum Eremitarum A. MCCXCIV. Epiſcopi Bituricenſis, Opera recenſentur a Fabricio Biblioth. Med. Tom. I. pag. 20.

Digitized by Google

*in quo eſt per ſe , & non ſecundum accidens . Iſtam definitionem ponit Philoſophus , & Commentator 2. Phyſicorum .* Deſ. *& in materia & forma ſecundi compoſiti .*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. peſſimae ſcripturae. Conſtat foliis ſcriptis 113.

# PLVTEVS LXXXIV.

## CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XXV. EDITOS IV.

## *CODEX I.*

### ARISTOTELIS OPERA ARGYROPYLO INTERPRETE.

I. pag. 1. ARiſtotelis Phyſicorum Libri VIII. e Graeco in Latinum traducti per Ioannem Argyropylum. Praecedit Epiſtola Nuncupatoria ad praeſtantiſſimum virum Petrum Medicem, digna certe, quae proferatur, & eſt eiuſmodi:

*Quum ad ſtudiorum priſtinam inſtitutionem, atque ad hunc librum tandem traducendum, ut noſtris placuit, animum appuliſſem, magnificentiſſime Petre, non minorem animo cepi dolorem, quam acerbiſſimo eo die, quo illud immortalitate dignum ingenium, illa humanitas, illa ſumma virtus praeſtabiliſſimi patris, non ſine omnium detrimento, exſtincta eſt. Nam etſi diuturnitas temporis ſedare tales dolores tandem mitigareque ſolet, ſit tamen interdum, ut attrectatione rerum earum, quae ad exſtinctum olim nobis chariſſimum, quum viveret pertinebant, quaeque nobis cum illo erant communes, vetus ille dolor, quem illius obitu cepimus, atque moleſtia renovetur. Vt enim me ad id negocii retuli, longo intervallo morte illius divini hominis intermiſſum, eum, ad quem omnis meus labor, omnis actio, omnis inſtitutio vitae referebatur, continuo mente atque animo requiſivi. Et heu ſaepius repetito, ubi eſt noſter parens? ubi lux noſtra? ubi ſtudiorum noſtrorum princeps ac concitator? ubi auctoritas illa ſumma? iterum atque iterum exclamavi. Et quamquam antea ſaepius, nunc mecum ipſe, nunc cum neceſſariis commune omnium incommodum detrimentumque deflevi, tamen, quaſi tum de illius obitu mihi primum eſſet renuntiatum, novo quodam dolore vehementer perculſus, atque commotus, non ſine plurimis lacrymis orbitatem communem noſtrûm omnium acerbiſſimam deploravi. Subminiſtrabat mihi dolorem, partim praeteritorum temporum felicium recordatio, inde ſtatim emerſa, partim rerum praeſentium turbulentiſſimus ſtatus, partim ſtudiorum noſtrorum tepiditas, ne dicam interitus, incommodorumque turba ceterorum animadverſa. Augebat moleſtiam ipſe etiam metus; cuius enim ſapientia, cuius innocentia, cuius integritate, cuius auctoritate ſumma Reſpublica gerebatur, is e medio ſublatus eſt, hac in aſperitate rerum, horumque temporum formidoloſiſſimorum conditione; perindeque eveniſſe videtur, atque ſi media tempeſtate navis gubernatorem ſuum peritiſſimum amiſiſſet, cuius ſumma induſtria, ſummaque arte ſaepius antea urgentibus in procellis atque periculis incolumis, tempeſtate iam minitante ſubverſionem, evaſit. Indicarunt id ita eſſe complures rerum eventus, & calamitates etiam complurium civium circa rem pecuniariam, poſt interitum illius ſtatim exortae, quum, fortunis amiſſis, ſolutione impedita, ſidem conſtitit concidiſſe; quod quantum rebus publicis noceat, nemo eſt qui ignoret. Iam vero iucundiſſimarum illarum congreſſionum memoria, quibus tantum delectationis, tantumque fructus percipiebam, ut inde me ſemper laetiorem diſcedere doctioremque ſentirem, refricabat animum ac vehementer angebat. Quid plura? illae ſeſe mihi ultro offerebant exſtinctae virtutes, quae, neque tot ullo in homine ſimul*

umquam, neque tam exactae fuere, fortitudo, modeſtia, benignitas, magnificentia, magnitudo animi, humanitas, iuſtitia, ſapientia, ceterae omnes, quibus ampliſſimus ille animus imbutus ac perornatus, non humanus iam animus, ſed altioris eſſe naturae cuiuſdam particeps videbatur. Quis enim illo fortior umquam in periculis fuit, formidoloſiſque rebus? Omne diſcrimen ſumma virtute, omne periculum ſuperavit; nullis minus umquam fortunae, nulli temeritati ſuccubuit. Quantae vero modeſtiae fuit, homines, qui in tanta proſperitate rerum collocantur licentiaque, oſtendunt. Cuius, non dico privati hominis, non unius cuiuſdam principis regionis, ſed multarum gentium nationumque Regis, aut tam multa, aut tam ampla magnificentiae opera propria in civitate, aut audivit quiſquam, aut vidit exſtare? Aedes Deorum, quas ille ampliſſimas atque pulcherrimas condidit, ipſam fere totam civitatem occupare videntur. Nec ſatis id fuis ad amplitudinem tantae virtutis; ſed extra maenia urbis, inſtar oppidi, fanum inſuper addidit, omni diligentia, omni ornatu, ut nihil ſupra conſtructum, proinde quaſi ſtatuiſſet nullum patriae locum his ornamentis, quae ab hac virtute proficiſcuntur carere oportere. Omitto ea, quae difficillimis temporibus, facultatibus propriis ultro magnificentiſſime Reipublicae, ne poſtulanti quidem, perſaepe ſubminiſtravit. Praetereo beneficentiae liberalitatiſque munera in quibus etiam nulli prorſus hominum exſuperationem reliquit. At quantum animum extulit, externarum rerum contemptio, deſpicientiaque declarat; nihil enim praeter virtutem, nihil praeter honeſtum atque decorum optavit. Etenim honores quidem, ſi mediocres eſſent, parvipendebat; neque enim faſtigii tanti quidquam eos umquam attingere poſſe putabat; ſin magni, ne expetebat quidem. At haud tamen accedentes properanteſque cunctos repudiabat, non propterea quod ad tantam amplitudinem accommodarentur (quid enim tantae per Deos immortales! ut praemium accomodari virtuti poteſt?) Sed ut partim ipſe offerentium honeſtae voluntati obtemperaret, ne humanitatis quidquam officium omittatur, partim non ingrati ſui cives, atque patria erga ſe viderentur; ne vitio quidquam ſua ex parte charae patriae tribuatur. Divitias autem tanti faciebat, ut id inde tantummodo conſequi poſſet, quod benignitas atque magnificentia flagitabat. Quocirca patrimonium adeo auxit, facultateſque ſibi tantas ſine ulla prorſus iniuria comparavit, ut ad perpetuos ſibi ſumptus ſuppeditare, non liberales modo, ſed magnificos etiam abundantiſſime poſſent. Non enim erat tantae prudentiae, pecuniarum munus atque officium ignorare, ſed maxime omnium id ad eas accommodavit, quod & natura ipſa, & hominum vita & inſtitutio Reipublicae inde ab humanarum rerum exordiis eis tribuiſſe videtur. Eum vero affectum, quo miſere circa ipſas hominum exorbitando complures afficiuntur, floccipendit atque contempſit; ſordidorumque hominum, & opificum, non liberorum eſſe recte putavit. In utroque etiam rerum ſtatu qualem ſe praeſtitit? Evenerunt enim & ea quae videntur acerba, haud ſcio, an potius divino quodam conſilio, quam temeritate fortunae, ut hac etiam ex parte virtus ampliſſima huiuſce hominis eluceſcat. Nemo mediusfidius indiciis ullis umquam, quibus adverſitates in vita proſperitateſque facile admodum indicantur, nunc adverſam in hoc homine, nunc proſperam ineſſe fortunam, ſive id ſignificari vultu, ſive voce, ſive geſtu, ſive quovis alio ſoleat, diſcernere potuit; adeo ſeſe conſtantem, adeo ſibi ſimilem, adeo cum aequanimitate ſemper utroque in ſtatu rerum praeſtabat. Nam & ea quae pleriſque eximia praeclaraque videntur, parva ducebat, rationeque firma ſemper ac ſtabili contemnebat; & ea rurſus, quae videntur acerba, quae multa & varia in hominum vita fortunaque verſantur, ita ferebat, ut nihil a ſtatu naturae, nihil a decore, nihil a dignitate dimoveri atque diſcedere videretur. Venit hoc in loco mihi in mentem id, quod poſtero die poſt obitum clariſſimi filii, illo in homine vidi, mirabile ſane, & hominum natura longe ſuperius. Nam, ut alia omittam, quibus in illo acerbiſſimo funere celſitudinem animi cunctis oſtendit hominibus, poſtero die, ut dixi, nos quidem eum, ut fieri conſuevit, adivimus, ut cum praeſentia noſtra, tum verbis eum leniremus aliqua ex parte dolorem, quo illum tanto filio orbatum affici putabamus. At ille, quaſi nihil mali, nihil incommodi contigiſſet, quaſi nullus eſſet in aedibus luctus, nullus civitatem recentiſſima filii morte maeror, nulla penitus afflictio occuparet, de imperatorio munere, de Reipublicae gubernatoris officio, caſu neſcio interloquendum oblato, diſſerere diſceptareque aggreſſus eſt, perinde atque de hoc ipſo tunc de induſtria ageretur; ubi patrocinio Reipublicae Praefecti ſuſcepto, tum auctoritatibus ſapientum hominum, tum ſubtiliſſimarum copia rationum, civilis hominis officium longe anteire muneri ductoris exercitus, adverſus eos, qui rebus urbanis bellicas anteponunt, ſimul etiam interloquendum, proh dii immortales! arridens, accuratiſſime ſumma cum vehementia, ſummaque cum elegantia demonſtravit. Obſtupui mehercle, atque hoc tantum, quum diſcederemus, ad illum dixiſſe memini, nos, non a nobis ſibi conſolatione, ſed a ſe nobis allata diſcedere; quandoquidem tam excelſo animo praeſtabiliſſimi filii perferre mortem ſentimus, ut neque eam tam recentem animadvertere videatur. Quis haec Cato, quis haec Socrates, quis haec Lyſander egiſſet? Sunt haec profecto hominis incredibili robore animi ſepti, qui omnia ſua in ſe eſſe duxit, caſuſque humanos virtute inferiores eſſe putavit, qui ſibi firmiſſimum in virtute praeſidium, nullam in fortuna rationem vitae, nullam in humanis rebus omnino ſpem collocavit,

vit. Atqui tanta humanitate, tanta manſuetudine fuit, ut ſit difficile dictu, utrum in virtutibus iam dictis magis, an hoc genere virtutis ceteros homines ſuperaverit. Etenim non minus privatis, quam in dignitate conſtitutis, non magis elegantibus, quam multitudini ſeſe praeſtare facilem videbatur. Nulli umquam difficilis ad eum aditus fuit; omnibus aeque fores patebant; atque qui adeo dignitate, qui auctoritate ceteris ſuis civibus anteibat, is par infimis facilitate eſſe videbatur; & quem graviſſimum eſſe, quem ſeveriſſimum omnes uno ore dicebant, is omnium iucundiſſimum, venuſtiſſimum, urbaniſſimum ultro ſeſe omnibus offerebat; tantam & in hoc genere virtutis palmam, tantum exceſſum ſibi vir ille praeſtabiliſſimus comparavit. Quid de iuſtitia dicam, qua ſocietas hominum vitaeque humanae communitas continetur? Nonne omnes ipſius partes & conſequutus eſt exactiſſime, & ad uſum contulit ſumma cum aequitate? Atque ut omittam qualem ſe ſemper in hiſce rebus praeſtiterit, quae vel civitati, vel aliis ad ipſum erant ſervandae, (qui namque nihil omnino magnum, praeter virtutem ac honeſtatem eſſe cenſebat, iſce facile qualiſnam & in illis fuiſſet perſpicitur) nonne communibus pro communibus, privatis, ut ſuis, quemque civium uti coëgit? Nonne in quemque bonorum ſuis pro meritis in Republica partim honores, partim utilitates accommodatiſsime conferebat? Nonne ut virtutem omnino praemiis, ſic pravitatem poenis afficiebat? Cupidos pluris aſpernabatur, ſuis contentos amplectebatur: hos enim aptos, illos ineptos ad conſervandam hominum ſocietatem eſſe putabat. Quapropter his ad gerendam Rempublicam utebatur, illos ut peſtem eiuſdem, luem atque perniciem poſthabebat. Praeterea nec inopes umquam quidquam moliri contra divites permittebat, & locupletum potentumque cupiditates ſemper atque libidines coërcebat; quae quidem maxime ſi negligantur, civitates evertere ſolent. Numquam etiam cuiquam ex rebus publicis commodi plus, vel incommodi minus, ob amicitiam, aut contra ob inimicitiam viſus eſt attuliſſe; ſi benivolum etiam cuiquam, aut malivolum fuiſſe finxerimus, qui talia cuperet, aut virtutis aliquid prae ſe veſtigium ferret, ſed ad univerſos aequitate perpetua, ſumma cum integritate ac innocentia utebatur, cunctaque meritis ſemper atque virtute metiebatur. Quid plus ille Rhadamantus in adminiſtranda iuſtitia, quid exactius ille Minos egiſſet? Equidem ſemper cenſui, ſi Poëtae propterea, relictis olim mortalibus, Aſtraeam petiiſſe caelum dixere, quod divina iura, humanaque pervertebantur, tempeſtate illius divini hominis aſſerendum eſſe, illam a ſuperis non iniuria deſcendiſſe, propterea quod univerſae ſanctae ſocietatis humanae partes ab illo ſumma cum aequitate ac ſingulari iuſtitia adminiſtrabantur. Age vero paucis admodum, quis, aut qualis exſtiterit hiſce virtutibus, quae ad res, aut agendas, aut contemplandas mentem diſponunt, conſideretur. Nam quum prudentia ſit ratio quaedam, quam in proſpiciendis, diſponendis, exſequendiſve rebus opportune pro conſequendo fine, non ſine honeſtate conſiſtere ſcimus, quis eſt adeo rerum ignarus, adeo iudex iniquus, ut hac in ratione quemquam anteponere illi conetur? Quem enim, aut in inveniendis illis acutiorem, aut in ordinandis habiliorem, aut in exſequutioni mandandis celeriorem afferre poteſt? Niſi quoſdam fortaſſe rerum eventus in ſummo ſtatu fortunae viriumque copia, rebus adverſariorum iam declinatis, in medium afferre, ac illis gradus huiuſce rationis metiri diiudicareque velit. At haud ignoret oportet, in aliis magis illos, quam in hac conſiſtere ratione; neque enim dux ſi victoriam paucioribus copiis conſequatur, minus laudari ſolet, quam ſi pluribus eadem eſſet potitus; & hominum eos, qui nullis, aut tenuibus facultatibus magna quaedam ſibi ſuiſque comparavere, magis efferre laudibus conſuevimus, quam eos, qui iam magnis, aut adauctis facultatibus, magna pro magnitudine rerum ſunt conſequuti. Huius enim maximam ſane partem, quaſi ſuo iure copiae ſibi facultateſve, illud paene totum prudentia, non iniuria ſibi vendicare videtur. quae quum ita ſint, ſi grandior res evenerit in agendo, non eam a grandiore continuo prudentia profectam eſſe putare oportet, niſi ſint & cetera paria, quae quidem ad agendum expedire atque conducere ſolent. Quis igitur, ut eo redeamus, unde parumper digreſſi ſumus, perſpicaciorem umquam in agendo, celerioremve quemquam illo fuiſſe dicet, qui res quidem agendas, uti geſtas percipiebat, deliberatione vero praemiſſa, ſine ulla mora rem exſequi, quamque ſuo in tempore aggrediebatur, praeterque omnium opinionem tempore breviori ſemper conficiebat? Erat in illo nimirum acumen ingenii ſummum, erat peritia rerum, atque experientia ſingularis, nemo mores hominum exactius illo voluntateſque novit; nemo quae antecedere, quaeque ſequi ſolent ac evenire certius illo ſciebat; omnes praeterea res geſtas incredibili memoria, omnia monumenta, omnia vetuſtatis exempla, non domeſtica ſolum, ſed etiam externa tenebat; totam inſuper diſciplinam civilem, totam adminiſtrationem inſtitutionemve Reipublicae, omnia denique ſociorum iura, foedera, pactiones exactiſſime cognoſcebat. Nihil omnino rationis rerum agendarum divino illi homini, nihil prorſus ſupellectilis prudentiae defuit. Quae quum facultatem ſummam ad res agendas conſtare, hominemque promptum atque idoneum ad facile celerrimeque agendum ſuapte natura reddere ſine controverſia ſoleant, dubitabitne quiſquam, quin illi primae tribuendae ſint in hac quoque virtute perfectioneve partes, in quo tanta rerum copia fuit, tam immenſa lautaque ſupellex? Teſtis eſt illius ſummae prudentiae civitatis huiuſce praeclariſſimae, tam in bello, quam in pace, tam in difficilibus,

*quum in facilibus temporibus adminiſtratio non vulgaris, ſtatuſque ſummus, in quem ſuis ille conſiliis, ſua induſtria, ſuis laboribus, ſummis ipſam perſaepe periculis liberatam perduxit. Teſtis eſt quiſque civium, teſtes Italiae civitates, teſtes denique omnes eiuſdem Principes, qui non pro communibus ſolum, ſed privatis etiam, propriiſque rebus ad illius aedes, tamquam ad Apollinis oraculum aſſidue proficiſcebantur. Non enim haec ſolum ampliſſima civitas publice, privatimve, ſed etiam omnes fere civitates Italiae, regna omnia conſiliis illius identidem regebantur. Quod ſi unius rei familiaris peritiam, ſi civitatis unius rectam Reique publicae gubernationem nemo eſt, qui non ab exacta quadam emanare prudentia fateatur, quid de hominis illius ſapientia tandem ſuſpicari, credere, aſſerereque debemus? At vero, quod difficillimum eſſe conſtat, eumdem utroque in genere elaborare, rebuſque agendis ac contemplandis operam dare, id illo in homine ſolo perfacile videbatur. Non enim, ut omnes fere facere conſueverunt, aut propter Rempublicam gerendam ſtudia litterarum contempſit, aut propter ſtudia humanitatis a negociis publicis ſe removit; ſed quaſi neutrum genus alterum impediret, alterumque alterius indigeret, utrumque ſane complexus eſt, ac utriuſque ſtudio perflagrabat. Etenim utrumque per ſe difficile eſſe, ac ingenium acutum valde requirere, totumque hominem, neglectis ceteris omnibus, occupare ipſa experientia magiſtra rerum omnium docet. Quod quum ita ſit, quanta ſit difficultas utrique ſimul ſtudio incumbendi, percipi facillime poteſt. Atque hinc efficitur, ut & ſimul vix in eodem utrumque reperiatur, & alteri impedimento alterum eſſe putetur. At ille adeo utrumque ſequutus eſt, ut non ſolum inter illa pugna eſſe penitus nulla, ſed ne perfectam quidem alterum eſſe poſſe ſine altero videatur, & inſuper, neque hominem ullum umquam perfectiſſimum evadere poſſe, niſi utrumque fuerit conſequutus. Vidit enim homo ſapientiſſimus, & quid natura homini pollicetur, & quid ipſe ingenio poterat habilitateve naturae. Quamobrem ſpatio vitae ad utrumque officium exercendum inſtituto ac diſtributo, modo gubernationi rei civilis, rebuſque agendis omnino, modo contemplationi ſumma cum voluptate vacabat. Nec minus haec in infirmiſſima valetudine, affectaque iam aetate facere videbatur, ſed intentum animum in ipſa etiam ſenectute, perinde atque arcum habebat, neque ullis omnino ſenectutis umquam incommodis ſuccumbebat. Perlegit poëtas omnes, perlegit hiſtorias omnes, perlegit facultatis dicendi diſſerendique praecepta; ſcientiam morum, ſcientiam civilem percepit; inveſtigavit exacte rerum naturas; divinarum inſuper rerum complexus eſt veritates; omnium omnino bonarum artium ſcriptores atque doctores pervolutavit; nihil omiſit ſibi incognitum, quod ſit libero homine dignum. Quem igitur univerſae virtutes adeo perornarunt, perfectiſſimumque hominem reddiderunt, eumne quiſquam finem humanum non conſequutum eſſe putabit? At quibus in aliis aequitatem ſervavit? Cives vero illum omnes, & dum aura veſcebatur, ut heroa ſemideumque venerabantur, & poſteaquam exceſſit e vita, Deorum honoribus proſequuntur, patremque patriae appellarunt, quod quidem nondum apud eos cuiquam proditum eſt memoria contigiſſe; adeo plus illi, quam felici homini tribuerunt. Haec igitur omnia, atque plura, quum ad hunc librum traducendum, uti noſtris placuit, animum appuliſſem, magnificentiſſime Petre, mihi, ut ſupra dixi, continuo in mentem venerunt; & quamquam illi clariſſimo homini nihil ex morte prorſus incommodi contigit, (quid enim ei mali contigiſſe quiſpiam dixerit, qui felicitatem ſummum hominum bonum finemque ultimum conſequutus, honoribuſve maximis ac Reipublicae muneribus perfunctus ampliſſimis, exacta iam aetate, non ad inferos deſcendiſſe, ſed ad ipſos non minoria ſuperos, ob tres etiam divinas virtutes, quas maxime prae ceteris eſt adeptus, evolaſſe tecta, perveniſſeque videtur?) tamen non dolere, tantumque a nobis ſublatum bonum, ac noſtrûm omnium inde emerſum incommodum, orbitatemque acerbiſſimam non deflere, deplorareque non poteram, praeſertim noſtrorum ſtudiorum recordatione commotus, quae quidem ad illum ſemper referebantur; nam eo homine iam ſumus orbati, ad quem ſolum omnes illorum redigi labores ſolebant. Itaque & omiſiſſem hoc opus profecto, ad quod amici ſuſcipiendum me compulere, nec honeſtae illorum obſequutus voluntati fuiſſem, niſi tu mihi occurriſſes, digniſſima illius divini hominis proles, ad quem, ut cetera omnia, ſic & has noſtras lucubrationes atque labores hereditario iure accommodatiſſime referendos eſſe putavi. Scio enim te & ingenio inferiorem non eſſe patre, & inſtituto iamdudum illius optimo vivere, & non ſolum hereditatem illius gloriae, ſed factorum, geſtarumque rerum imitationem, ad te ipſum maxime pertinere putare; neque quidquam abs te deferendum eſſe, quod aut a patre erga alios, ſi vita maneret, aut ab aliis erga patrem ſervandum eſſe putares. Quare ad utriuſque noſtrûm officium pertinebit, ſi & ipſe tibi ea obtulero, quae patri offerre ſemper inſtitui, & tu ea laeto ſuſceperis animo, quae a me ille libenter, ut grata ſibi, ſuſcipiebat. Hoc etiam pacto & mihi aliqua ex parte dolor ille vehemens lenietur, (te enim ſtudiorum noſtrorum principem, uti patrem, te auctorem habebimus) & tute ipſe tibi, quem chariſſimum habeo, non mediocrem utilitatem ac voluptatem ex hiſce noſtris ſtudiis comparabis. Eſt autem opus hoc divini Ariſtotelis Liber ille, quem Primam Philoſophiam, quem Theologiam, quem Sapientiam, & librum poſt naturales libros Peripatetici nuncupare conſuevere; cuius ſi utilitatis ubertatem, ſi ſubtilitatem, ſi dignitatem, ſi excellentiam enitar*

*nunc*

*nunc recenſere, & longioris ſane temporis indigebo. & tibi fortaſſe non incognita recenſebo. Hoc unum ſcias velim, hunc omnium librorum Ariſtotelis praeſtabiliſſimum & nobiliſſimum eſſe, ac finis ad illos rationem ſubire. Eſt enim de altiſſimis praecipue & nobiliſſimis rebus, a quibus & omnis ſeries rerum earum, quas ſenſu percipimus, & omnis varietas emanat ac proficiſcitur. Quod ſi nobilitate ſubiectae materiei ſcientiarum facultatumque nobilitatem venari, non incongrue conſuevimus, quantum hunc ceteris praeſtare & nobilitatis dignitate, & auctoritatis pondere putare debemus? Accedit eodem & beatitudinis humanae felicitatiſve ratio, quam omnes ſapientes homines in huiuſcemodi rerum cognitione contemplationeque maxime conſiſtere dicunt. Accipe igitur hunc praeſtabiliſſimum librum a me tuo nomini dedicatum, & ſtudio perlege acriore. Invenies, certo ſcio, faciliores nunc cognitu ſententias omnes eius, quas perobſcuras olim interpretandi modus ille rudis reddebat. Vale, & ſi quid hoc pacto tibi gratum videor, ſi quid iucundum ſubminiſtrare, id omne vinculo tribuas benivolentiae velim, quod quidem me bonitatis amatorem, & patri tuo beatiſſimo, & tibi ſtudioſiſſimo, ut par erat, vehementer coniunxit.*

Epiſtolam ſequitur Prologus item ad eumdem Petrum Medicem, qui ita habet: *Superioribus annis prope ſtudiorum noſtrorum exordia, quae patrem tuum, divinum hominem illum. & te auctorem habuerunt, ac fautorem, ſapientiſſime Petre, Libri Naturalis Auſcultationis Ariſtotelis raptim traducti quum legerentur, patri oblati ſunt, recte quidem ſententias referentes auctoris, latius autem eas explicantes, pluribuſque verbis, ut auditores optarunt ac poſtularunt; & illi namque faciliorem cognitu reddi doctrinam hoc pacto putarunt, & ipſe voluntati illorum conſentaneae rationi non obſequi, non humanum eſſe exiſtimavi. Nunc vero alio modo longe praeſtabiliori, legibuſque muneris huiuſce magis accommodato Libros eoſdem traductos, nonnullorum hominum poſtulatione, quorum auctoritati deeſſe contra officium eſſet, tibi offero, meo iudicio iure, & ut meae, tuaeque rationes poſtulare videntur; nam & ipſe meum omnem laborem, ſtudium, officium, operam, diligentiam, ſemper ad amplitudinem tuam, tuorumque conferre, iam olim inſtitui, & nemo ſanae mentis hoc actum eſſe ſine iniuria dicet, ſi libri illi, qui patri dati ſunt, dicto exarati modo, raptimque traducti, poſt illius obitum exactius meliuſque longe confecti, non tibi, ſed alii eſſent oblati. Si hominibus praeterea ſtudioſis res iſtiuſmodi magis ſunt offerendae, ſit hac etiam ratione. ut tibi ſummis praedito virtutibus, ſtudioſiſſimoque homini iure libri hi tribuantur. Accedit eodem & meus erga te vehementiſſimus amor, qui quidem id, & hac in re facit, quod & in ceteris efficere ſolet. Accipe igitur & hoſce libros tibi oblatos, poſt nonnullos alios a me nomine tuo traductos, ſapientiſſime Petre, & quum animum interdum a gubernatione patriae Reique publicae ad ſtudia revocas (requies enim haec tibi relaxatioque laborum ac turbae illius eſſe putantur) dedita opera diligentius lege. Cuncta nunc ea dilucida, certo ſcio, claraque ſeſe tibi offerent, quae perobſcura omnibus antea videbantur. Ego vero ſi rem hoc pacto tibi gratam ſubminiſtrare videor, gaudeo, remque mihi gratiſſimam efficio ſane; nihil enim mihi mediusfidius gratius accidere poteſt, quam ſi a me tibi. mihi omnium chariſſimo, res grata ſubminiſtretur. Vale perpetuo felix, atque beatus, & me, ut ſoles, ama.*

Phyſicorum Liber primus inc. *Quum circa omnes doctrinas, quarum ſunt principia, vel cauſſae, vel elementa, ex horum perceptione cognitio fiat, atque ſcientia.* Liber VIII. deſ. *patet igitur ipſum indiviſibile eſſe, vacareque partibus, ac magnitudinem nullam prorſus habere.*

II. pag. 88. Eiuſdem Metaphyſicorum Libri XII. quos Ioannes Argyropylus Byzantius cauſſa Magnifici viri Coſmae Medicis Florentini traduxit. Liber primus inc. *Omnes homines natura appetunt ſcire, ſignum cuius eſt ipſe ſenſuum amor.* Liber XII. deſ. *multos principes eſſe, bonum non eſt:. unus ſit princeps.*

III. pag. 180. Eiuſdem de Anima Libri III. interprete Ioanne Argyropylo, cum Praefatione ad praeſtantiſſimum virum Coſmam Medicem, quae inc. *Hominem, ut te non praeterit, magnifice atque honoratiſſime Coſma, non ſua fortuito cauſſa procreavit &c.* Deſ. *haec quum ita ſint, conſtetque felicem perinde atque Deum inter homines eſſe, quibus te nos, o vir felix, hominibus* (1), *quibus muneribus afficiemus, ac proſequemur? Nam & offerenda ſunt omnino munera tibi, & in offerendis muneribus adhibenda eſt diligentia, ut honeſtas, ut decorum, ut dignitas conſervetur; paret igitur, atque offerat quiſque tibi, quod ſibi magis videtur ad conſervandum decorum accedere. Mihi ſemper ea tibi ſunt offerenda, quae iampridem accommodata eſſe dignitati tuae putavi, quaeque offerre inſtitui, partimque obtuli; genere quorum, nihil tibi profecto gratius, nihil charius, nihil iucundius, nihil denique accommodatius eſſe poteſt. Quid enim vir animi magni ſibi oblatum magni faciet umquam, praeter res eas, quae continuo ſuapte natura, ſineque intervallo ad ipſam aſſequendam humanam ducunt felicitatem, qua quidem nihil omnino praeſtabilius homini poſſe contingere putat? Poſt Librum itaque Ariſtotelis Naturalis Auditus cauſſa tua traductum, tibique oblatum, Librum eiuſdem de Anima traductum nunc offero, praeclarum & ipſum, ut ſcis, & admirabile opus. Quod quidem eo ceteris operibus naturalibus antecellit, quo ſcientia animae mentiſque humanae cognitio omni ſcien-*

(1) Ita eſt in Codice, ſed legendum forte *honoribus*.

Digitized by Google

*ſcientiae naturae cognitionive praeeſt. Hinc hominis ſane natura perfecte perſpicitur, hinc cognitionis lumen humanae notum evadit, hinc ſcientia naturalis exactius, hinc moralis Philoſophia tota percipitur, hinc & immortalitas animae demonſtratur, & mentes a corporibus eſſe ſeparatae probantur, & Philoſophia prima ſuae proceſſionis exordia ſumit. Accipe igitur & hunc Librum a me tua traductum, ut dixi, cauſſa, felix, & ſtudio tibi perlege conſueto. Invenies ſaltem, ut puto, nunc faciliores illas omnes ſententias cognitu, quas perobſcuras olim interpretandi modus ille ſimplex reddebat. Vale, & ſi quid tibi gratum, ſi quid iucundum hoc pacto ſubminiſtramus, id omne vinculo benivolentiae tribuas velim, quod quidem me virtutum amatorem tibi ſtudioſiſſimo, ut par erat, vehementer coniunxit.* Liber primus inc. *Quum omnem ſcientiam rem eſſe bonam arbitremur ac honorabilem.* Liber tertius deſ. *ut ipſum aliquid alii per ipſam ſignificet.*

IV. pag. 214. Eiuſdem Opus de Caelo, quod Ioannes item Argyropylus Byzantius cauſſa Reverendiſſimi Patris D. Ioannis Pannonii Archiepiſcopi Strigonienſis traduxit. Praefatio inc. *Si res praeclarae viris inſignibus probitate ſunt offerendae, cuinam potius hoc Opus alii, Pater optime, quam tibi eſt offerendum?* Deſ. *Accipe igitur hoſce libros, ſapientiſſime Pater, in Romanam e Graeca linguam a nobis nuper, tua iure optimo cauſſa, tuoque nomine verſos, & perlege felix. Non mediocrem ex hiſce te puto voluptatem ſumpturum; invenies enim in ipſis & dilucidıtatem ſummam; quas namque ſententias olim perobſcuras interpretandi modus ille rudis efficiebat, eas nunc omnes claras atque dilucidas, ultro ſeſe offerre videbis, & concinnitatis ac elegantiae ſatis, quoad ipſe vertendi modus efflagitare, materieſque pati videtur; non enim, ut ſcis, in talibus pervagari licet, neque campus amplus ad dicendum conceditur. Accedet & illud inſuper, quod magis quam cetera, praeſertim in libris talibus exoptatur. Vale, & tibi perſuade neminem te mihi chariorem ob probitatis excellentiam eſſe.* Liber primus inc. *Scientia naturalis fere plurima circa corpora &c.* Liber quartus deſ. *hoc a nobis modo ſit definitum.*

V. pag. 258. Eiuſdem de Moribus ad Nicomachum Libri X quos Ioannes idem Argyropylus Byzantius gratia magnifici viri Coſmae Medicis Florentini traduxit, cum Epiſtola Nuncupatoria, ut in Codice I. Plutei LXXIX. ſupra pag. 169. §. I. Tum rubris maioribus litteris adſcriptum eſt: *Ariſtotelis Peripatetici de Moribus Liber decimus, & ultimus explicit. G. Hiſpanus.* In prima pagina, quae vacua ſupererat, legitur ſequens Epigramma:

*Leonem Pontificem Maximum Liber adloquitur.*

*Reddidit errantem tibi me, Sanctiſſime Paſtor,*
*Arcimboldus, avi munera prima tui.*
*Aſt ego pro meritis quae reddam praemia, qui me*
*Orbatum domino non ſinit eſſe meo?*
*Hoc ſat erit, ſi quando manus me fauſta revolvet,*
*Dicam, Arcimboldi ſis memor, oro, mei.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum initialibus Librorum & Capitum litteris mirifice illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una Operum titulos, aureis & caeruleis litteris exaratos, altera praeter alia ornamenta, Auctoris effigiem, nec non Coſmi, & Petri Medicei numiſmata exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 356.

## FLAMINII COMMENTARIA IN LIBRVM ARISTOTELIS DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

ARiſtotelis de Generatione, & Interitu Libri duo a Flaminio Nobilio (1) in Latinam linguam converſi, & accurata verborum explanatione illuſtrati. Eiuſdem Nobilii in eoſdem libros Quaeſtiones ſingulis capitibus appoſitae ad Coſmum Medicem Florentinorum & Senenſium Ducem, ac Franciſcum eius Principem. Epiſtola Nuncupatoria inc. *Quaeſtiones Logicas in tuo, Coſme Dux, clariſſimo nomine divulgatas, libros de vera & falſa voluptate, ac de honore ad eam fere Philoſophiae partem, quae vitam moreſque hominum format referendos, tibi, Franciſce Princeps, inſcriptos, ſequentur hi in libros Ariſtotelis de Ortu & Interitu Commentarii ad alteram illam Philoſophiae partem, quae in naturae obſcuritate verſatur, pertinentes, qui utriuſque veſtrûm communes erunt.* Deſ. *quod ſi mihi vita ſuppetet, paulloque firmiore valetudine me uti Deo meo placuerit, vi deſiderii, quo vobis non inutilem operam navandi totus ardeo, fretus, audeo polliceri, fore aliquando, quum inter ceteras inſignes laudes veſtras, atque inter cetera in ſtudioſos collata beneficia, quod clariſſimos doctores maximis propoſitis praemiis undique ſemper, Coſme, acciveris, quod Laelium Taurellium ſapientiſſimum hominem, ac plane divinum, & Philippum Meliorium, quo nemo umquam probior; prudentior, omnibus* Cod. II.

arti-

(1) Is eſt Flaminius Nobilius, Lucenſi in urbe natus, & in Bononienſi Archigymnaſio bonis artibus, & maxime in Philoſophicis ſub Ludovico Buccaferreo inſtitutus, quem Logicae praeceptorem excepit Piſanum Athenaeum anno MDLVIII. Eius Opera recenſet Stephanus Mar. Fabruccius in Opuſc. XIV. de reliquis inſignibus Piſani Gymnaſii Profeſſoribus, qui ſub fauſto Coſmi I. regimine floruerunt pag. 69. ſeqq. ubi hunc Tractatum de Generatione & Interitu in lucem protuliſſe adſirmat, quum ad Phyſicas lectiones fuiſſet promotus. De eo rurſus loquitur in Opuſculo XIII. pag. 85. de Piſano Gymnaſio ſub Coſmo I. Mediceo feliciter renovato. Obiit anno MDXC. aetatis LVIII. Vide Spondani Annales. & Richardum Simonem Hiſt. Critic. du Vieux Teſtament Lib. II. Cap. 11.

Digitized by Google

*artibus, quibus humanitatis ratio continetur, eruditior ſuis, Academiae praefeceris, quod Philippo ex hac in meliorem vitam profecto, Antonium filium, effigiem oris eius, imaginem virtutis, ingenii, humanitatis in eius locum ſuffeceris, quodque nullam omnino de Scholaſticis bene merendi remiſeris occaſionem; neque tu a patris veſtigiis tibi, Franciſce, diſcedendum duxeris, benignitatem quoque in me, & liberalitatem homines commendavunt, quodque veſtro quaſi numine adiutus, locos obſcuriſſimos in Philoſophia illuſtrarim, vobis agendas eſſe gratias exiſtimabunt*. Epiſtolam ſequitur Prologus ad lectores, cuius initium eſt: *Inter ceteros Philoſophiae Ariſtotelicae libros*. Finis: *an adſpernando retardandam*. Inde Quaeſtionum elenchus. & argumentum Librorum, *Cur duo libri ſint, cur de Ortu & interitu inſcripti*, quod inc. *De Capitibus his, quae a Graecis interpretibus proponi ſolent*. Deſ. *quare ipſum iam Ariſtotelem poteſtis audire*. Liber I. inc. *De generatione autem, & interitu eorum, quae natura generantur, & intereunt*. Deſ. *ita ex cadavere ignis extinctus recedit, terra remanet expretior, atque integrior, quam antea in corpore mixto eſſent*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XVI. diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 367.

## ARISTOT. METAPH. INCERTO INTERPR.

Seu potius

*Ariſtotelis Opera Philoſophica ex antiqua verſione.*

Cod. III. I. pag. 1. ARiſtotelis Metaphyſicorum Libri XIV. Primus inc. *Omnes homines natura ſcire deſiderant*. Liber ultimus deſ. *non ſeparabilia ſunt mathematica a ſenſibilibus, ut quidam dicunt, neque haec eſſe principia*.

II. pag. 65. Eiuſdem Phyſicorum Libri VIII. Primus inc. *Quoniam quidem intelligere & ſcire contingit circa omnes ſcientias, quarum ſunt principia, aut cauſſae*. Vltimus deſ. *indiviſibile eſt, & impartibile, & nullam habens magnitudinem*.

III. pag. 107. Eiuſdem de Caelo, & Mundo Libri IV. Primus inc. *De natura, ſcientia fere plurima videtur eſſe*. Vltimus deſ. *determinatum ſit nobis hoc modo &c.*

IV. pag. 132. Eiuſdem de Generatione, & Corruptione Libri II. Primus inc. *De generatione autem, & corruptione non generatorum, & corruptorum univerſaliter de omnibus*. Vltimus deſ. *talis qualis contingit non eſſe corruptibilis*.

V. pag. 145. *b*. Eiuſdem de Anima Libri III. Primus inc. *Bonorum honorabilium notitiam opinantes*. Vltimus deſ. *quatenus ſignificet aliquid alteri*.

VI. pag. 162. *b*. Eiuſdem de Senſu, & Senſato Liber. Inc. *Quoniam autem de anima ſecundum ipſam determinatum eſt*. Deſ. *primo conſiderandum de memoria, & reminiſcentia*.

VII. pag. 169. Eiuſdem de Memoria & Reminiſcentia Liber. Inc. *De memoria autem, & memorari dicendum quid eſt*. Deſ. *& de reminiſci quid eſt, & quomodo fit, & propter quam cauſſam, dictum eſt*.

VIII. pag. 171. Eiuſdem de Somno, & Vigilia Liber. Inc. *De ſomno autem, & vigilia conſiderandum eſt*. Deſ. *& de ea, quae in ſomnis eſt, divinatione dictum eſt*.

IX. pag. 176. *b*. Eiuſdem de Longitudine & Brevitate Vitae Liber. Inc. *De eo autem quod eſt, hoc quidem eſſe longae vitae alienum*. Deſ. *finem utique habebit, quae de animalibus methodus*.

X. pag. 178. Eiuſdem de Morte & Vita Liber. Inc. *De iuventute autem, & ſenectute, & vita, & morte*. Deſ. *de cognatis huius ſpeculationis fere dictum eſt de omnibus*.

XI. pag. 184. *b*. Eiuſdem de Bona Fortuna Liber. Inc. *Habitum autem vitium eris*. Deſ. *& de virtute articulatim tractandum ea, quae ex his, quoniam vocamus kalokagathi, qui &c.*

XII. pag. 186. Eiuſdem de Lineis Liber. Inc. *Utrum ſunt indiviſibiles lineae*. Deſ. *puncta autem habes*.

XIII. pag. 188. *b*. Eiuſdem de Inundatione Nili Liber. Inc. *Propter quid aliis fluminibus in hieme quidem augmentatis*. Deſ. *de Nilo quidem igitur haec dicta ſunt*.

XIV. pag. 190. Eiuſdem de Motu Animalium Liber. Inc. *De partibus autem opportunis animalium ad motum*. Deſ. *conſequens eſt de anima contemplari*.

XV. pag. 194. *b*. Eiuſdem de Cauſſis, & Proprietatibus Elementorum Liber. Inc. *Poſtquam praemiſſus eſt ſermo a nobis in caelo*. Deſ. *hoc eſt ergo illud, cuius volumus declarationem*.

XVI. pag. 200. Eiuſdem de Coloribus Liber. Inc. *Simplices colorum ſunt quicumque &c.* Deſ. *quae dicta ſunt, poteſt videre*.

XVII. pag. 203. *b*. Eiuſdem de Cauſſis Liber. Inc. *Omnis cauſſa primaria plus eſt influens ſupra cauſſatum ſuum*. Deſ. *unitates facientes adquiſitum, non adquirens, ſicut oſtendimus, completus eſt ſermo*.

XVIII. pag. 210. Eiuſdem de Mundo Liber. Inc. *Multoties mihi divina quaedam ac mirabilis quippe res. Alexander, viſa eſt eſſe Phyſica*. Deſ. *& felix a principio confeſtim particeps eſſet*.

XIX. pag. 216. Eiuſdem Epiſtola ad Alexandrum. Inc. *Miſiſti mihi quod ſaepe ſubſtinuiſti*. Deſ. *ſed unamquamque ſpeciem adſumentes*.

XX. pag. 217. Anonymi Vita Ariſtotelis. Inc. *Ariſtoteles philoſophus, de gente ſuis quidem Macedo*. Deſ. *& multorum teſtimonium ferre*.

XXI. pag. 218. *b*. Eiuſdem Ariſtotelis Meteoro-

Digitized by Google

reororum Libri IV. Primus inc. *De primis quidem igitur cauſſis naturae, & de omni motu naturaliter*. Vltimus deſ. *& tandem ex his conſtituta, velut de homine plantam, & alia talia*.

XXII. pag. 247. *b*. Eiuſdem de Plantis Liber. Inc. *Quia enim, ut ait Empedocles, in tota rerum varietate principia*, Deſ. *& e it fructus amarus*.

XXIII. pag. 257. Eiuſdem de Differentia Spiritus & Animae Liber. Inc. *Interrogaſti me de differentia ſpiritus & animae*. Deſ. *ut det tibi fortunam in hoc ſaeculo & in futuro. Amen*.

XXIV. pag. 260. *b*. Eiuſdem de Phyſiognomia Liber. Inc. *Quoniam & animae ſequuntur corpus*. Deſ. *in quibus & ſapientiae plurimae ſuper apparentia ſit*.

Quoniam hic primus eſt Codex, qui pleraque Ariſtotelis Opera antiquae verſionis contineat, obiter adnotandum eſt, Graecorum quorumdam, & in his potiſſimum Ariſtotelis ſcripta, in Academia Neapolitana, ac Panormitana Latine fuiſſe anno circiter MCCXXIV. traducta, eo videlicet tempore, quo Fridericus Imperator II., & Manfredus Siciliae Rex ſummae rei praeerant (1). Quaedam etiam Latine verſa fuerant ab Italis, qui Orientis Eccleſias adminiſtrabant, iiſque in locis inſederant. Hi vero, ut animadvertit Cl. Mehus in cit. Praefat. tam Graecas, quam Latinas minus calluere litteras; nam & Graeca multis in locis male accepere, & Latina pueriliter & indocte reddiderunt. Quin etiam verborum, quae optima, & probatiſſima latinitas habet, ignari, atque in opulentia noſtra mendicantes, quum Graecum verbum reddere neſcirent, ita ut iacebant Graeca dimiſerunt. Ita ſemigraeci quidam, & ſemilatini ſunt libri, in utraque deficientes lingua, in neutra integri. Hinc Vrbanus IV. Pont. Max. univerſae Philoſophiae ſtudioſiſſimus, D. Tomae Aquinati anno circiter MCCLXI. auctor fuit, ut totam Ariſtotelis Philoſophiam, ſive Moralem, ſive Naturalem exponeret, & illuſtraret; ſed quum ea, quae circumferebatur verſio plurimis ſcateret erroribus, ut nova caſtigatior adornaretur a Guillelmo de Morbecta curavit, teſtibus Quaetiſo & Echardo Tom. I. Script. Ord. Praedic. pag. 388. & laudato Hier. Tiraboſco pag. 133. Sed nihilominus, Petrarchae verba ſunt, *Ariſtoteles interpretum ruditate, atque invidia, ad nos durus, ſcaberque pervenit* (2). Eo vero in loco, quo Ariſtotelis eloquentiam in eius operum traductione exſtinctam deplorat (3): *ſaepe igitur*, inquit, *de hac re cogitanti nihil aliud occurrit, quam Ariſtotelicos libros transferentium, vel pigritiam certe, vel invidiam, vel inſcitiam denique, quocumque voces nomine vitium, fuiſſe, cuius tam late contagia fluxerunt, & iam ſpes remedii nulla ſit*. Hac fortaſſe de cauſſa factum eſt, ut tanta in Ariſtotelicorum Operum verſionibus varietas intercedat.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, diligentiſſime exaratus, cum initialibus quibuſdam Librorum auro figuratis, & rubricatis, & indiculo in principio, manu antiqua, & inſuper icone Salvatoris in prima voluminis littera. Conſtat foliis ſcriptis 266.

## ARISTOTEL. PHYSIC. AVSCVLT.

Seu potius

*Opera varia Philoſophica*.

I. pag. 1. ARiſtotelis Phyſicorum Libri VIII. ut in Codice ſuperiori §. II. Cod. IV.

II. pag. 84. *b*. Eiuſdem de Caelo & Mundo Libri IV. Ibid. §. III.

III. pag. 130. *b*. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. Ibid. §. IV.

IV. pag. 1,5. Eiuſdem Meteororum Libri IV. Ibid. §. XXI.

V. pag. 208. *b*. Eiuſdem de Nilo Liber. Ibid. §. XIII.

VI pag. 2.3. *b*. Eiuſdem de Proprietatibus Elementorum Liber. Ibid. §. XV.

VII. pag. 223. Eiuſdem de Anima Libri III. Ibid. §. V. In fine legitur: *Explicit liber de Anima Ariſt. & eſt ſextus Librorum Naturalium. Deo gratias. Amen*.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XIV. grandiori littera diligenter exaratus, cum ſcholiis marginalibus, gloſſis interlinearibus, indiculo in primo folio, manu antiqua, & initialibus rubricatis, in quarum prima Franciſcanum quemdam, volumen Salvatori offerentem adſpicias. Conſtat foliis ſcriptis 256.

## ARISTOTELES DE ANIMALIBVS THEODORO INTERPRETE.

I. pag. 1. ARiſtotelis de Hiſtoria Animalium Libri V. Theodoro Theſſalonicenſi interprete, cum Praefatione ad Sixtum IV. Pontificem Maximum, quae inc. *Lycurgum Lacedaemonium*. Deſ. *pluraque in dies afferre huiuſmodi opera poſſim*. Liber primus inc. *Animalium partes, aut incompoſitae ſunt*. Liber ultimus deſ. *cui motum tribuimus*. Tum nota impreſſionis in calce ita exprimitur: *Finiunt Libri de Animalibus Ariſtotelis, interprete Theodoro Gaze V. Cla-* Cod. V.

(1) Conſulendus ea de re Cl. Laur. Mehus in eruditiſſima Praefat. ad Ambroſii Camald. Epp. pag. CLV. & Cl. Hieron Tiraboſchus *Storia della Letteratura Italiana* Tomo IV. pag. 129. ſeqq. editionis Mutinenſis in 4.

(2) In Libro de Ignorantia ſui pag. 12. edit. Venet. A. MDL. fol.

(3) Lib. II. Rerum Memorandarum Tract. II. Cap. XVI. De eloquentia Ariſtotelis.

Digitized by Google

*V. Clariſſimo , quos Ludovicus Podocatharus Cyprius ex Archetypo ipſius Theodori fideliter & diligenter auſcultavit , & formulis imprimi curavit . Veneſiis per Ioannem de Colonia , ſociumque eius Ioannem Manthen de Gherretzen anno Domini M. CCCC. LXXXVI.* Adfert Mattairius Annal. Typogr. Tom. I. pag. 366.

Codex chartac. impreſſus , ut ſupra , in fol. nitido charactere, cum pictura in principio , ſtemmate familiae cuiuſdam , variiſque floribus exornata , & cum initialibus Librorum , & Capitum rubricatis, Conſtat foliis 250.

## ANT. TROMBETTAE DE EFFICIENTIA PRIMI MOTVS.

Cod. VI. ANtonii Trombettae (1) Vrbinatis Epiſcopi , necnon Theologi ac Metaphyſici acutiſſimi quaeſtio profunda de efficientia primi principii ad mentem Ariſtotelis, adiecta ſubtili quaeſtione , numquid adultus non baptizatus ſalvari poſſit , ſecundum Scoti doctrinam optime diſcuſſa . Praecurrit Epiſtola Nuncupatoria Sanctiſſimo D. N. Leoni X. Pont. Max. ac glorioſiſſimo, quae inc. *Quum ex ſententia Salvatoris = S. V. labefactatam Academiam Romanam , & paene collapſam inſtauras , & excellentiſſimis Doctoribus accerſitis ad legendi munus , exornas , & florentiſſimam reddis , ut habeant de quo contendant ad profectum Scholaſticorum , & iuvenum inſtruendorum , quam libenter quaeſtiunculam hanc exaravi .* Deſ. *qui ad veritatem dilucidandam , ingenium , ſtudiumque converti .* Quaeſtio inc. *Quaeritur utrum primum Ens ſit infinitum .* Deſ. *ſed haec ſint a me collecta , quantum ſentio , de opinione Doctoris ſubtilis .* Tum ſubiungitur : *Expliciunt ſubtiliſſimae quaeſtiones Antonii Trumbetae Vrbinatis Epiſcopi de efficientia primi principii ad mentem Ariſtotelis , necnon de adulto non baptizato , quomodo ſcilicet ſalvari & iuſtificari poſſit , ſecundum doctrinam Doctoris ſubtilis , nunc primum in lucem editae , accuratiſſimeque emendatae , mandato , & impenſis heredum nobilis viri Domini Octaviani Scoti civis Modoetienſis , & ſociorum , impreſſae Venetiis ſumma diligentia per Georgium Arrivabenum anno reconciliatae Nativitatis 1513. die 20. Decembris .*

Codex membranac. impreſſus in fol. ut ſupra , Gothico charactere , binis columnis , cum pictura in principio , floribus , numiſmatibus , & Pontificio Mediceo ſtemmate inſignita , & cum typographi ſigno in calce . Conſtat foliis 11.

## ARISTOTELIS PHYSICA INCERTO INTERPRETE.

Seu potius

*Interprete Ioanne Argyropylo .*

ARiſtotelis Phyſicorum Lib. VIII. interprete , ut ex ſequenti Codice , qui huic ſimillimus eſt , eruimus , Ioanne Argyropylo . Praecurrit Epiſtola Nuncupatoria , heic quidem anepigrapha , ſed quae eſt ad Coſmam Medicem , ut in dicto Codice apparet . Inc. *Si qua me umquam tenuit admiratio = Quum te nunc Remp. regere ſumma cum prudentia video , perindeque atque ſi in hoc ſtudium ſolum , nullumque in aliud doctrinae umquam incubuiſſes , nunc in percipiendis cauſſis rerum , inveſtigandaque veritate , ſumma cum ſubtilitate verſari = Te namque ex nobiliſſimo ſplendidiſſimoque ſanguine natum , honeſtiſſimis moribus , praeclariſſimis virtutibus , humanitatis , ingenuarumque artium , ac Philoſophiae ſtudiis ſub praeſtantiſſimo patre tuo , praeclariſſimoque omnium , adeo egregie educatum , regieque inſtructum eſſe percepimus , ut antiquorum iam liceat nemini , ſi cui praeclara umquam contigit educatio , pace id omnium dicam , primas in hac poſt te ortum ſibi tribuere , atque ſine iniuria vindicare . = Licet cuivis hominum id ita eſſe facile admodum intelligere , ſi partim tuae Patriae florentem hunc ſtatum , quem quidem ſumma cum prudentia conſervas , & auges , partim aedes ſacras intueantur , quae tum religionis , tum perornandae urbis cauſſa complures maximis tuis ſumptibus vaſtae molis exſtant exſtructae , partim omnium civitatum , omniumque Principum erga te amorem , benivolentiam , admirationem , obſervantiam , cultumve ſentiant ſummum , qui te mediusfidius patrem omnes communi conſenſu & exiſtimant , & appellant , quod nondum cuiquam Principum contigiſſe percepimus . Etenim quum de ſe loquuntur , ſaepe autem id faciunt , patrem te cum veneratione maxima vocitant = Nonnulli quoque perſaepe , viſendi tui cauſſa tantum , proinde quaſi debitum inde quoddam paternum , officiumque ſuum abſolvant , ad te maxima cum aviditate proficiſcuntur ; licetque ſaepenumero tuas magnificas aedes , praeclariſſimos homines , Praeſides urbium , Principeſque ingredientes , egredienteſque conſpicere .* Deſ. *quandoquidem nihil aliud , praeter id genus munerum , aut nos tibi offerre , aut te a nobis accipere decet .* Liber primus inc. *Quum in univerſis doctrinis , quare ſunt principia , vel cauſſae , vel elementa , ex eorum perceptione cognitio , ſcientiaque fieri , comparari que ſoleat .* Liber ultimus deſ. *perſpicuum igitur eſt , ipſum indiviſibile , ac impartibile eſſe , atque adeo tale , ut expers* Cod. VII.



(1) Antonius Trombetta , ſive Tubetta Patavinus , Ord Min. Patavii Metaphyſicam profeſſus per annos XLII. inde Archiepiſcopus Athenarum , & Epiſcopus Vrbinas , ſcripſit *formalitates e doctrina Scoti* . Obiit A. MDXVIII. teſte Fabricio Biblioth. Med. Tom. I. pag. 131.

*ſit penitus magnitudinis, nullamque prorſus habeat molem. Finis*. Interim notandum verſionem hanc ab illa plurimum differre, quam exhibet Codex I. huiuſce Plutei §. I. ut manifeſtum omnino ſit, Libros hoſce fuiſſe ab ipſo interprete bis traductos, verſionemque Codicis I. praedicti illam eſſe, quam curis poſterioribus caſtigavit.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, ſpatiis ad litteras initiales Librorum pingendas relictis. Conſtat foliis ſcriptis 146.

ARISTOTELIS PHYSICAE AVSCVLTATIONES ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. VIII. ARiſtotelis Phyſicorum Libri VIII. per Ioannem Argyropylum e Graeco in Latinum traducti, cum Epiſtola Nuncupatoria ad clariſſimum virum Coſmam Medicem, ut in Codice praecedenti.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum titulis, & initialibus Librorum aureis, & Mediceo ſtemmate in principio. Conſtat foliis ſcriptis 183.

ARISTOTELES DE ANIMALIBVS GEORGIO TRAPEZVNTIO INTERPRETE.

Cod. IX. I. pag. 1. ARiſtotelis de Animalibus Libri X. Georgio Trapezuntio interprete, cum Praefatione ad Sanctiſſimum Patrem Papam Nicolaum V. quae inc. *Ariſtotelis Libros de Animalibus ex Graeco in Latinum non parvo traductos labore*. Deſ. *ſin minus, veniam tua Sanctitas, veniam ceteri concedant, oro. magnitudine rerum, ſenio, ingenti familiae cura, & intenſo dolore lateris oppreſſo atque confecto*. Liber primus inc. *Animalium partes quaedam ſunt incompoſitae*. Liber ultimus deſ. *frigidus erit tactu, & non ſiccus, ſemperque os ſimile habebit*.

II. pag. 167. Eiuſdem de partibus Animalium Libri IV. eodem interprete. Liber primus inc. *In omni theoria & methodo*. Liber ultimus deſ. *quibus determinatis, conſequens eſt, ut quae ad generationes animalium pertinent percurramus*.

III. pag. 215. Eiuſdem de generatione Animalium Libri V. Primus inc. *Verum, quoniam de aliis animalium partibus &c*. Vltimus deſ. *ſed ex neceſſitate, & propter motivam cauſſam gigni accidit*. De his Trapezuntii verſionibus conſulendus Cl. Dominicus Georgius in Vita Nicolai V. Romae typis Palearin. MDCCXLII. 4. pag. 178. Vide etiam de iis iudicium Cl. Boerneri in toties cit. Libro de Doctis Hominibus Graecis pag. 117.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. elegantiſſimus, cum ſcholiis aliquot marginalibus eadem manu, & cum initialibus Librorum, & Capitum mirifice illuminatis. Pictura inſuper, & Pontificio forte Nicolai V. ſtemmate ſinguli Libri exornantur. Conſtat foliis ſcriptis 300.

LIBER PHYSICORVM ARISTOTELIS,

Adde etiam

*Alia eiuſdem Opera Philoſophica.*

I. pag. 1. ARiſtotelis Phyſicorum Libri VIII. ex antiqua verſione, Cod. X.
ut in Codice III. huius Plutei ſupra pag. 237. §. II.

II. pag. 57. Eiuſdem de Caelo & Mundo Libri IV. Ibid §. III.

III. pag. 93. Eiuſdem Meteororum Libri IV. Ibid. §. XXI.

IV. pag. 141. Eiuſdem de Anima (1) Libri III. Ibid. §. V.

V. pag. 167. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. (2) Ibid. §. IV.

VI. pag. 184. *b*. Eiuſdem de Senſu & Senſato Liber. Ibid. §. VI.

VII. pag. 193. Eiuſdem de Memoria & Reminiſcentia Liber. Ibid. pag. 238. §. VII.

VIII. pag. 195. *b*. Eiuſdem de Somno & Vigilia Liber. Ibid. §. VIII.

IX. pag. 203. Eiuſdem de Morte & Vita Liber. Ibid. §. IX. ſub titulo *de Longitudine, & Brevitate Vitae*.

X. pag. 205. Eiuſdem de Cauſſis Liber. Ibid. §. XVII. ſed poſt verba *unitates faciens adquirere, non adquiſitum, ſicut oſtendimus* (3), in quibus deſinit Codex III paucis mutatis, heic alia multa adnectuntur, quae quo pertineant alii inquirant. Incipiunt autem: *Summa in hoc capitulo noſtrae intentionis eſt rerum difficiliora naturalium breviter colligere &c*. Deſ. *ideo nunc inter ſpecies quantitatis non eſt enumerata*.

XI pag. 217. Eiuſdem de Plantis Liber. Ibid. pag. 239. §. XXII. Interpres autem horum Ariſtotelis Operum diverſus aliquantum videtur ab illo Codicis III.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum initialibus Librorum, & Capitum rubricatis, ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus. Conſtat foliis ſcriptis 218.

ARISTOTELES DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE ANDRONICO INTERPRETE.

ARiſtotelis de Generatione & Corruptione Libri II. Andronico Calliſto Byzantio Cod. XI.
interprete ad clariſſimum virum Laurentium Medicem Florentinum. Epiſtola Nuncupatoria inc. *Diu dubitavi, fateor, clariſſime*

(1) Montf. perperam legit *de Scientia*.
(2) Male item Monfau legit *Lib. I*.
(3) E regione iſtorum verborum in margine adnotatum eſt manu aliquanto recentiori, *uſque huc & non plus*.

Digitized by Google

*riſſime vir Laurenti, quaenam & fructuoſa ſimul & gratiſſima munera pro tuis in me ampliſſimis beneficiis viciſſim tibi retribuenda eſſent, quae cum meis ſtudiis, diuturniſque in Philoſophia laboribus, tum vero tui animi magnitudini, eximioque philoſophandi deſiderio accommodata forent. Haec mihi diu cogitanti, atque incredibili quadam aviditate efficere exoptanti, id tandem placuit, & equidem recte, Libros Ariſtotelis, viri in omni doctrinae genere eruditiſſimi, de rerum naturalium ortu atque interitu in Latinam linguam a me traductos, tibi exhibere, nominique ſuo dicare*. Deſ. *haec ſunt naturalis ſcientiae clariſſima inſtituta, quae & te perlegere velim, & aliis ad legendum praebere, quos & ad intelligendum, & ad diiudicandum idoneos eſſe putabis*. Εὐτύχει. Liber primus inc. *Quum de generatione & corruptione ſit eorum pertractandum, quae natura generantur, atque corrumpuntur*. Liber ſecundus deſ. *at non ea, quorum ſubſtantia generabilis eſt, atque talis nimirum, qualem non eſſe contingit*. Pleraque huius Andronici Callixti Opera latere in Bibliothecis notat Chriſtianus Frid. Boërnerus in Libro de Doctis Hominibus Graecis Lipſiae apud Io. Gleditſchium MDCCL. 8. pag. 169. ubi hunc ipſum Codicem Libros duos Ariſtotelis de Generatione & Corruptione continentem commemorat.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum pictura in principio, & initialibus Librorum, & Capitum litteris eleganter illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 62.

## ARISTOTELES DE LONGITVDINE ET BREVITATE VITAE.

Seu potius

*Ariſtotelis Opera quaedam Philoſophica, ac nonnihil etiam Divi Thomae, & Anonymi*.

*Cod. XII.* I. pag. 1. ARiſtotelis de Longitudine, & Brevitate Vitae Liber, ut in Codice III. huius Plutei, ſupra pag. 238. §. IX.

II. pag. 7. *b*. Eiuſdem de Bona Fortuna. Ibid. §. XI.

III. pag. 8. *b*. Boëthii de Hebdomadibus Liber. Inc. *Poſtulas, ut ex hebdomadibus noſtris*. Deſ. *omnia bona*. In editione Operum Baſileenſi apud Henricum Petri MDXLVI. fol. a pag. 963. ad pag. 965. ubi inſcribitur: *An omne quod eſt, bonum ſit*.

IV. pag. 10. Eiuſdem de Vnitate, & Vno Liber. Inc. *Vnitas eſt quae unaquaeque res*. Deſ. *id quod eſt unus*. In cit. editione a pag. 965. ad pag. 967.

V. pag. 11. Eiuſdem de duabus Naturis, & una Perſona Chriſti adverſus Eutychen & Neſtorium. Inc. *Anxie te quidem diuque ſuſtinui*. Deſ. *atque omnium bonorum cauſſam perſcribit*. Ibid. a pag. 948. ad pag. 957.

VI. pag. 14. *b*. Anonymi Liber de Eſſe, & Eſſentia. Inc. *Omne eſſe, aut purum, & per ſe exſiſtens, & infinitum*. Deſ. *& haec de Eſſe & Eſſentia ſufficiant*. Similem titulum praefert D. Thomae Aquinatis Opuſculum, quod occurrit inferius in Cod. XX. huius Plutei §. II. Sed ab hoc prorſus diverſum eſt.

VII. pag. ead. D. Thomae de Aquino Liber de Motu Cordis. Inc. *Quia omne quod movetur*. Deſ. *cor caleſit & infrigidatur*. In edit. Oper. Venet. MDXCIII. fol. a pag. 214. ad pag. 215. Habes etiam ſupra in Codice I. Plutei LXXXIII. pag. nimirum 204. §. XIII. variis Alberti Magni Operibus permixtum, & auctoris nomine deſtitutum.

VIII. pag. 16. Anonymi Fragmentum de Motu. Inc. *De Motu autem, eoque animalium quaecumque quidem contra unumquodque genus ipſorum exſiſtant*. Deſinit imperfecte in verbis: *a ſe ipſo, & augmentato de generatione a* . . . . . .

IX. pag. 17. Ariſtotelis Liber de Phyſiognomia, ut in dicto Cod. III. huius Plutei ſupra pag. 239. §. XXIV.

X. pag. 23. Eiuſdem Liber de Bona Fortuna, ut ſupra §. II. bis repetitus. In fine legitur:

*Adſit principio Sancta Maria meo,*
*Qui me ſcribebat nomen eius Fr. neſcio cuius habebat.*

XI. pag. 25. Anonymi Tractatus de rebus, ex quibus componitur corpus caeleſte. Inc. *In Tractatu iſto intendimus ſcrutari de rebus, ex quibus componitur corpus caeleſte*. Deſ. *& ſcias hoc, quod eſt valde bona quaeſtio*. Atque heic ſubiicitur indiculus eorum, quae huc uſque in Codice contenta ſunt.

XII. pag. 33. Ariſtotelis de Anima Libri III. ut in dicto Codice III. §. V.

XIII. pag. 48. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. Ibid. § IV.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, diverſa manu, intricato charactere exaratus, & cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus. Conſtat foliis ſcriptis 63.

## ARISTOTELES DE ANIMA ARGYROPYLO INTERPRETE.

ARiſtotelis de Anima Libri III. per Dominum Ioannem Argyropylum e Graeco in Latinum traducti, ad magnificum clariſſimumque virum Coſmam Medicem, praevia Epiſtola Nuncupatoria, ut in Codice I. huius Plutei, ſupra pag. 234. §. III. *Cod. XIII.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum titulis aureis, & initialibus Librorum litteris mirifice



Digitized by Google

ſice illuminatis, ac Mediceo ſtemmate in prima pagina. Conſtat foliis ſcriptis 76.

ARISTOTELES DE ANIMA ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. XIV. ARiſtotelis de Anima Libri III., quos Ioannes Argyropylus Conſtantinopolitanus gratia magnifici Coſmae Medicis traduxit, cum Praefatione, ut in Codice ſuperiori.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. cum initialibus auratis, & coloratis, ac pictura in principio, cum Mediceo ſtemmate. Conſtat foliis ſcriptis 70.

ALEXANDRI DE ALEXANDRIA EXPOSITIO V. LIB. MET. AR.

Cod. XV. FRatris Alexandri de Alexandria Ordinis Minorum (1) Expoſitio in Librum V. Meteororum Ariſtotelis. Inc. *Principium dicitur &c. In hoc quinto Libro Philoſophus intendit diſtinguere nomina, de quibus tractatur*. Deſ. *& hoc modo patet quomodo ſit per accidens hoc ſomno, & hic explicit Liber V.* In fine notatum eſt; *Iſte liber eſt mei Fratris Ioannis de Sard. Ord. Min. num. 686.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, ac difficillimis litteris, & breviatis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 48.

ALEXANDRI APHRODISIEI PROBLEMATA GEORGIO VALLA INTERPRETE.

Adde etiam

*Plutarchi quaedam, interprete Guarino, & Priſciani Lydii, interprete Marſilio Ficino.*

Cod. XVI. I. pag. 1. ALexandri Aphrodiſiei Problemata (in ſectiones VII. diviſa) per Georgium Vallam Placentinum in Latinum tranſlata (2). Praecedit Epiſtola Nuncupatoria *Ioanni Marliano Mathematico, & in tota Philoſophia, Medicinaque praeſtantiſſimo*, quae inc. *Alexandri Aphrodiſiei Philoſophi, ac Medici praeſtantiſſimi Problemata, hortatu, & auſpicio tuo in Latinum, vir longe doctiſſime Ioannes Marliane, converti, quod te interpretari ea velle mihi dixiſſi; ipſa multis de cauſſis tibi dicanda eſſe exiſtimavi, & quod a me diſcipulo tuo, quum Medicinam, Mathematicaſque ſcientias publice profitebare, tamquam ab ea, quam tu inſerueris ſtirpe fructum aliquando repoſcere iure tu quidem videaris. = Deinde quod hunc laborem ad te meum, fructum non mediocrem filiis Hieronymo, Petro Antonio, Paullo, eximiae indolis in ipſis futurae eruditionis adoleſcentibus, adlaturum confido*. Deſ. *Alexandro ipſi Aphrodiſieo cedamus, me interprete loquuturo*. Problemata inc. *Problematum quaedam per ſe ſunt fidem facientia, & cognita, omnis ambiguitatis ac quaeſtionis expertia*. Deſ. *quo amiſſam rurſus repares, inſtaureſque humidiatem*. Inde rubris litteris adſcriptum eſt; *Finis eſt Libri Problematon Alexandri Aphrodiſiei e Graeco in Latinum a Georgio Valla iampridem rogatu praeceptoris ſui Ioannis Marliani Mathematici longe praeſtantiſſimi tranſlati, & nunc demum, quum imprimendum datur, ab eodem, propter varias occupationes, curſim, & uno ut aiunt oculo recogniti*.

II. pag. 57. *b.* Breves clarorum virorum inter ſe contentiones a Plutarcho collectae, Guarino Veronenſe interprete. Praecedit Epiſtola Nuncupatoria eiuſdem Guarini Iacobo Lavagnolo, quae inc. *Quom te Polianum, ſuaviſſime Iacobe, me vero Polyzelanus ager in praeſentia teneat, non indignari, & tempori ſuccenſere arbitrari non poſſum, quod noſtram interruperit conſuetudinem = Accipies breves clarorum virorum inter ſe contentiones a Plutarcho noſtro collectas, a me nuper in Latinum converſas*. Deſ. *Plutarchum, vel me in Plutarcho audi*. Contentio prima inc. *Complures ſunt, qui vetuſtiſſimas hiſtorias ob rerum geſtarum admirationem, fictiones & fabulamenta exiſtiment*. Vltima deſ. *a quo derivatum declinativum Praeneſte Romani vocitant, ut Ariſtides tertio Rerum Italicarum ſcriptum reliquit*. Vid. Apoſtol. Zenum Diſſert. Voſſian. Tom. I. pag. 219. ubi de hoc Opuſculo ediſſerit.

III. pag. 68. Interpretatio Priſciani Lydii in Theophraſtum de Senſu, Marſilio Ficino interprete, ad Philippum Valorium, ut in Cod. XV. Plutei LXXXII. ſupra pag. 197. §. VIII. Heic tamen praeter Ficini Epiſtolam ad Valorium, alia quoque praecedit ipſius Valorii ad Sereniſſimum Pannoniae Regem Mathiam ſemper invictum, cui illam dicavit. Haec autem ita inc. *Quum nuper Marſilius Ficinus noſter Platonicus Librum Theophraſti de Anima mihi potiſſimum, tamquam alteri cuidam animo ſuo, dedicare conſtituiſſet*. Deſ. *Marſilium Ficinum, eiuſque Valorem Maieſtati tuae commendo quamplurimum*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum, & Capitum litteris eleganter illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 122.

ALE-

(1) Totius Ordinis Generalis Miniſter Barcinone A. MCCLXIII. electus, in varios Ariſtotelis Libros expoſitiones adornavit. Vid. Waddingum in Scriptor. Ord Minor. pag. 7. qui tamen hoc Opus non innuit.

(2) Non video memorari hanc verſionem a Fabric. Biblioth. Med. Tom. VI. pag. 281. ubi eius Operum adfertur elenchus. Mattairius Annal. Typogr. Tom. I. pag. 657. Alexandri Aphrodiſiei Problemata ſumptibus Benedicti Fontanae die VI. Maii Venetiis MCCCCXCVII. fol. prodiiſſe teſtatur; ſitne autem Vallae, an alterius haec verſio, quum librum non viderim, adfirmare non audeo.

Digitized by Google

## ALEXANDRI EXPOSITIO IN LIBRVM METEOR.

Ac praeterea

*Avicennae Arabis Philoſophi Liber de Anima in Latinum translatus &c.*

Cod. XVII. I. pag. 1. ALexandri Aphrodiſiei Expoſitio Libri Meteorologicorum Ariſtotelis, translata de Graeco in Latinum apud Nicaeam urbem Graeciae anno Chriſti 1268.. Inc. *De primis quidem igitur cauſſis naturae, & de omni motu*. Deſ. *quae ſunt ex his. Anno Domini M. ducenteſimo LX. in vigilia Marchi Evangeliſtae explicit*.

II. pag. 57. In charta, quae vacua ſupererat, perſcripta eſt alia manu, ſed minutiſſimis ac difficillimis litteris, Bulla Nicolai Papae IV. quae inc. *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororum Fratrum de Poenitentia, tam praeſentibus, quam futuris ſalutem & Apoſt. bened. Super montem catholicae fidei quamplures populos gentium*. Deſ. *datum Reate decimoquinto Kal. Septembris Pontificatus noſtri anno ſecundo*. Huius autem Bullae poſtrema pars, quum charta eſſet impleta, adfertur in fine Codicis. Exſtat in Bullario Magno, opera & ſtudio Caroli Cocquelines Romae per Hier. Mainardi MDCCXXXIX ſeqq. fol. Tom. III. parte II. a pag. 53. ad pag. 56. & inſcribitur. *Approbatio Tertiae regulae Fratrum & Sororum Tertii Ordinis a B. Franciſco inſtitutae, pro ſaecularibus in propriis domibus viventibus, Tertiariis nuncupatis*.

III. pag. 58. Liber ſextus de Naturalibus, ſive Liber de Anima, diviſus in partes quinque, & unaquaeque pars in capita, Avicennae Philoſophi Arabis, translatus ab Avenderuch, Iſraëlita Philoſopho, iuſſu Reverendiſſimi Toletanae ſedis Archiepiſcopi, & Hiſpaniarum Primatis, & converſus in Latinum a Domino Archidiacono ( melius *Archidiacono* ) eiuſdem Archiepiſcopi. Inc. *Iam explevimus in primo libro verbum de his, quae ſunt communia naturalibus*. Deſ. *& quaedam expellunt, nunc poſtea ſcies, quum loquemur de animalibus. Completus eſt liber de Anima, qui eſt ſextus liber collectionis ſecundae de Animalibus, & ei qui dedit intelligere ſint gratiae infinitae. Poſt hunc ſequitur liber ſeptimus de Vegetabilibus, & octavus de Animalibus, qui eſt finis ſcientiae naturalis. Poſt ipſum autem ſequitur collectio tertia de Diſciplinalibus in quatuor libris, ſcilicet Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtrologia, & poſt hunc ſequitur liber de Cauſſa Cauſſarum. Deo gratias*. Legitur deinde Epiſtola Dedicatoria, quae inc. *Reverentiſſimo Toletanae ſedis Archiepiſcopo, & Hiſpaniarum Primati Avenderuch, Iſraëlita Philoſophus gratum debitae ſervitutis obſequium. Quum omnes conſtent ex anima, & corpore &c.* Deſ. *habetis ergo librum vobis, percipite, me ſingula verba vulgariter proferente, & Domino Archidiacono ſingula in Latinis convertente. ex Arabico translatum, in quo quidquid Ariſtoteles dixit in libro ſuo de Anima, & de Senſu, & Senſato, & de Intellectu, & de Intellecto, ab auctore libri ſciatis eſſe collectum; unde poſtquam volente Domino hunc habetis, in hoc illos tres pleniſſime vos habere non dubitetis*. Claudit tandem Codicem Tabula Capitum. Notandum in fine quartae partis pag. 83. *b.* legi: *Et hic eſt finis eius, quod tranſtulit Anohavet ex capitulis illius libri ad hunc locum huius libri de Anima*.

Multa in Hiſpania ex Arabo Sermone in Latinum ſunt deducta. Magna ſiquidem eruditionis laude Arabes floruerunt, & quidquid bonae notae, vel in Graecis, vel in Latinis haberetur Auctoribus, Arabum id litteris tradidere. Exſtat Codex Pl. XXX. num. 26. Membr. fol. Geometrica quaedam continens a Magrobono Arabe compoſita, & ab Ioanne de Dantibus Arretino anno circiter MCCCLXX. Italice ex Arabo ſermone converſa. Haec autem ex Arabo in Latinum traducendi provincia vigebat in Hiſpania ſaeculo XII & ſequenti tempore, in eaque obeunda, prae reliquis celebrantur Philippus Clericus, & Ioannes Gerardus Cremonenſis. In Bibliotheca Paullina Lipſienſi (1) exſtat adhuc Vita Magiſtri Gerardi, una cum indice librorum, quos ex Arabo Latine traduxit. Magna fuit Arabum opera in effodiendis Graecorum exemplaribus, quae integra eſſent, & incorrupta, qua quidem in re felicioribus ſaeculis longe ipſi praeſtitere. Vberiora enim fuere apud Arabes Ariſtotelis exemplaria, quam apud Italos ſaeculo XV. Quo factum eſt, ut Georgius Trapezuntius, qui illius Problemata e Graecis Latina reddidit, ad calcem Codicis Gaddiani ita adnotatum reliquerit: *non erant plura in Exemplari Graeco, unde traduxi*. In veteri autem interpretatione parva quaedam adduntur, quae ſi cui placet, huc transferat.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. intricatiſſimis litteris, & diverſa manu exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 92.

## ALBERTVS MAGNVS DE NATVRA ANIMALIVM.

ALberti Magni de Animalibus Libri XXVI. Cod. XVIII.
Primus inc. *Scientiam de Animalibus, ſecundum eam, quam in principio praemiſimus diviſionem, poſt ſcientiam de vegetabilibus, in huius noſtrae naturalis Philoſophiae calce ponemus*. In calce Libri XIX. cuius finis eſt: *determinatum eſt a nobis ſufficienter*, legitur: *Et hic terminatur totus Liber Ari-*

(1) Vid. Catal. pag. 256.

Digitized by Google

*Ariſtotelis de Animalibus*. *Libros vero ſex* (ſic) *ſequentes addidit Albertus*; qui quidem Libri VII. alia manu ſunt exarati, eorumque primus inc. *Sequens autem ſermo de corporis animati natura pertractabit*. Vltimus deſ. *& ego talium hominum parum curo reprehenſiones*. *Explicit Opus Naturarum*. Tum rubrica haec alia ſubſcriptio adiicitur: *Explicit Liber de Animalibus Alberti*; & paullo inferius ridicula haec verba: *Vinum, vinum, & adhuc bonum vinum, vel caligas*. Exſtant hi Libri in Tomo VI. eius Operum editionis Lugdunenſis ſupra citatae a pag. 1. ad pag. 684 Hunc ipſum Codicem memorant Quetifus & Eccardus in Hiſtoria Scriptor. Ordinis Fratrum Praedicat. Tom. I. pag. 174. col. 1. ubi adſerunt etiam epigraphem ad calcem Libri XIX. adiectam, ſubduntque, *revera Ariſtotelis eſſe tantum decem libros de Hiſtoria Animalium, quatuor de eorum partibus, quinque de eorumdem generatione: & ultimum Caput Libri XIX. Alberti Commentum eſſe ultimi Capitis de generatione animalium eius Philoſophi*.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. exeuntis, duplici manu, binis columnis diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 274.

## ALBERTVS THEVTONICVS DE MINERALIBVS.

Cod. XIX. Libri V. de Mineralibus editi a Fratre Alberto Theutonico Ordinis Fratrum Praedicatorum, ut in Codice primo Plutei LXXXIII. ſupra pag. 205. §. XV.

Codex membranac. Ms in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum variantibus aliquot in margine, manu diverſa, & auctoris effigie in littera initiali. Conſtat foliis ſcriptis 77.

## ALBERTI MAGNI CONTRADICTIO ADVERSVS EOS QVI DICVNT NON REMANERE POST MORTEM NISI VNVM INTELLECTVM.

Nec non

*Thomae Aquinatis Liber de Eſſe & Eſſentia*.

Cod. XX. I. pag. 1. ALberti Magni contradictio adverſus eos, qui dicunt poſt ſeparationem animae a corpore non remanere ex omnibus animabus, niſi intellectum unum, & animam unam. Inc. *Quia apud nonnullos eorum, qui Philoſophiam profitentur, dubium eſt de animae ſeparatione a corpore &c.* Deſ. *& hoc dicimus de anima humana, & non de alia. Hic igitur ſit finis quaeſtionis, ubi eſt finis dubitationis*.

II. pag. 51. Thomae Aquinatis de Eſſe & Eſſentia Liber. Inc. *Quia parvus error in principio, magnus eſt in fine*. Deſ. *nec definitio propter ſuam ſimplicitatem. In quo ſit finis & conſummatio huius Sermonis*. Adſunt in margine breves quaedam adnotationes, rubrica ut plurimum exaratae. Exſtat hic Liber inter eius Opera edit. Pariſ. A. MDCLX. fol. Tom. IV. a pag. 515. ad pag. 646. ubi habentur etiam Commentarii Cardinalis Thomae de Vio Caietani, ſingulis Capitibus ſubiecti. Hunc autem ipſum Codicem memorant Quetifus & Eccardus in Hiſt. Script. Ord. Praedic. Tom. I. pag. 285. ubi de hoc agunt Opuſculo. Variis editiones recenſet Fabricius Biblioth. Lat. Med. Tom. VI. pag. 241.

Codex chart. Ms. in 4. min. Saec. XV. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 68.

## QVAESTIONES ALBERTI DE SAXONIA.

MAgiſtri Alberti de Saxonia Quaeſtiones ſuper octo Libros Phyſicorum. Cod. XXI. Inc. *Circa primum librum Phyſicorum quaeritur a Reverendo Magiſtro Alberto Epiſcopo, utrum ſcientia naturalis tractet de ente morali, tamquam de ſuo ſubiecto proprio & adaequato*. Deſ. *& haec ſufficiunt ſuper iſto octavo, & ei qui dedit intelligere ſit tibi laus, Ieſu Chriſte, & gratia in multa ſaecula. Amen. Et ſic eſt finis quaeſtionum totalis libri Phyſicorum*. Tum verſiculus:

*Explicit hoc opus, in ſundo da mibi potum*.

ac poſt repetitum titulum ſupra relatum ſubditur: *ſcriptae per Fratrem Ioannem de Auſtria anno LXXXXI.* (1) *Paduae*. Tandem adſertur tabula Capitum Librorum octo. In poſtrema pagina duorum poſſeſſorum ſubſcriptiones leguntur; quarum prima ita habet: *Iſte liber eſt Fratris Henrici Roppach de Provincia Reni Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini*; altera litteris evanidis ſequens eſt: *Iſte liber eſt Fratris Allardi Avignonenſis in Francia*.

Albertus de Saxonia, Auguſtinianus, floruit circa annum MCCCXXXII. de quo Fabricius Biblioth. Med. Tom. I. pag. 49. ubi hoſce Commentarios tamquam ineditos recenſet.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 123.

## BERNARDI PORTINARII DISPVTATIONES DE DAEMONIBVS.

BErnardi Portinarii Philoſophi, & Medici Cod. XXII. Diſputationes II. de Daemonibus ad Leonem X. Pont. Max. Praecurrit Epiſtola Nuncupatoria, quae inc. *Quum praeteritis diebus Romam veniſſem, Pontifex Sanctiſſime, ut par erat, primum ſacratiſſimas aedes Beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli petii, ad aram-*

(1) Omiſit ſcriptor numerum *MCCC*.

Digitized by Google

*araſque, ubi eorum corpora glorioſa requieſcunt converſus, a dextris turbam, & non parvam, iuxta columnam quamdam marmoream, fere vallatam conſpexi. Percunctatus quidnam talis hominum conventus ſibi vellet, intellexi, illam eſſe columnam, una cum aliis ibidem circumſtantibus, e templo Salomonis olim evectam, iuxta quam ſaepius ſaepe pientiſſimus Chriſtus noſter manebat; huic quandoque adhaerens ſe appodiabat dum gentibus evangelizaret.* Deſ. *dabiſque manus, ut me ad alia praeparem; quod faciam ſane, ſi minutula haec Sanctitati tuae non fuiſſe ingrata cognovero, quae diu feliciſſime ac fauſtiſſime vivat.* Diſputatio prima inc *Haeſitatum quidem eſt olim, & maxime in ſchola Philoſophorum, Pont. Max. circa Daemones; primo, an ſint; ſecundo, quid ſint; tertio, quales ſint; quarto, propter quid ſint &c.* Vltima deſ. *& quae de his teneat Chriſtianae religionis veritas breviter patet, Sanctiſſime, ac diu feliciſſime Pontifex. Finis Diſputationum de Daemonibus.* Nihil de hoc Scriptore apud Fabricium, nec apud Nigrium in Hiſt. Flor. Script.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. Conſtat foliis ſcriptis 43.

## FRANCISCI DIACCETII PARAPHRASIS IN LIB. ARIST. DE CAELO.

Cod. XXIII. FRanciſci Catanei Diaccetii Paraphraſis in Libros IV. Ariſtotelis de Caelo, & Mundo cum brevi Praefatione ad Leonem X. Pont. Max., quae inc. *Athenienſes magnificentiſſime Graecorum omnium rem divinam faciebant.* Deſ. *modo puritas adſit, precantiumque amor. Vale.* Paraphraſis inc. *Ariſtoteles in eo Opere, cui de Naturali Auſcultatione titulus eſt.* Deſ. *atque haec tum de gravi & levi, tum etiam de gravit, & levit accidentibus ſatis ſint.* Occurrit inter eius Opera editionis Baſil. A. MDLXIV. fol. a pag. 179. ad pag. 281.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. ineuntis. Conſtat foliis ſcriptis 167.

## CHALCIDIVS IN TIMAEVM PLATON.

Cod. XXIV. I. pag. 1. CHalcidii Interpretatio, & Commentum in Timaeum Platonis diviſum in partes duas. Praecurrit Prologus *Oſio ſuo* inſcriptus, qui inc. *Socrates in exhortationibus ſuis virtutem laudans.* Deſ. *maiorem audendi faceret fiduciam.* Timaei pars prima inc. *Quartum e numero, Timaee, veſtro requiro, quod heſterni quidem epuli convivae fueritis, hodierni praebitores, invitatoreſque ex condicto reſideatis.* Deſ. *naturae nanciſceretur imaginem.* Expoſitio Chalcidii in hanc primam partem inc. *Timaeus Platonis, & a veteribus difficilis habitus eſt, atque exiſtimatus ad intelligendum.* Deſ. *haud ſciam, an in quibuſdam regionibus terrae proventura ſit ulla ex invocatione iactura. Hactenus de mundi ſenſilis conſtitutione tractavi.* Timaei pars ſecunda inc. *Etiam cuncta fere provenerant uſque ad genituram temporis.* Deſ. *neque incognito, ſed ex levi admonitione perſpicuo* Expoſitio in hanc ſecundam partem inc. *Mundi totius perfectionem ab opifice abſolutam Deo, praeteriti operis textu ſecrevimus Platonicis dogmatibus.* Deſ. *ſimul habet exhortationem ſermo ad affectionem inſtitutionis ingenuae.* In quo quidem Commentario habentur paſſim inſertae figurae mathematicae, ſumma cum diligentia delineatae. Eſt autem interpretatio Latina partis prioris Timaei Platonici, ſive Dialogi de ſtatu univerſae rei, uſque ad verba pag. 53. edit. Serrani: δι' ὧν ἐνδεικνύσθαι τὰ λεγόμενα ἀνάγκη συνέψεσθε) & in eamdem prolixus & eruditus Commentarius Oſio inſcriptus. Prodiit primum ex Auguſtini Iuſtiniani Epiſcopi Nebienſis recenſione Pariſ. apud Iac. Badium Aſcenſium A. MDXX. fol. inſertis paſſim figuris Mathematicis, & variis quibuſdam lectionibus ex alio Codice in margine adnotatis. Emendatiorem, & notis illuſtratum nuper edidit Fabricius ad calcem Vol. II. Oper. S. Hippol. Hamburgi MDCCXVIII. fol. a pag. 226. ad pag. 407.

II. pag. 89. Apuleii Madaurenſis Liber de Deo Socratis, ut in Codice XII. Plut. LIV. Tomo ſuperiore pag. 652. §. I.

III. pag. 96 Eiuſdem Triſmegiſtus. Ibid. §. II.

IV. pag. 107. Eiuſdem de habitudine, doctrinaque, & nativitate Platonis Philoſophi Liber ſecundus. Ibid. pag. 653. §. III. ſub titulo *de Dogmate Platonis.*

V. pag. 118. *b.* Eiuſdem de habitudine, doctrinaque Platonis Liber tertius. Ibid. §. IV. ſub titulo *de Mundo.*

VI. pag. 1-8. Eiuſdem Metamorphoſeos. Libri XI Ibid. §. V.

VII. pag. 201. *b.* Altividi (*ſic*) de Immortalitate Animae Libri V. Primus inc. *Quadam die, quum fraterno funere propinquo affluentior fletus incubuiſſet.* Vltimus deſ. *tu vero, quod conſequens eſt, conſequenter intelligas. Ego quoque abſolutus ſum debito, requieſcam.* Nihil de hoc Altivido apud Fabricium occurrit, neque in Bibliotheca Latina, neque in Biblioth. Med. niſi nomen a Chalcidio corruptum dicamus; quod ſi ita eſſet, ad rem noſtram fortaſſe pertinerent, quae legas apud ipſum Fabric. Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 68. ubi Gerhardi Langbaenii locum adfert in Elencho Scriptorum Platonicorum, qui ita habet: *Exſtat Ms. in Bibl. Bodleiana Tractatus per modum Dialogi, charactere Hibernico Saxonico exaratus, maioris operis particula (decem circiter chartarum) in quo de ſtatu animae poſt obitum; Platonico more diſceptatur: quem Chalcidii auctoris eſſe non uno argumento adducor, ut credam.*

VIII. pag. 232. Sancti Thomae de Aquino Expoſitio ſuper Boëthium de Trinitate. Inc.

Inc. *Ab initio nativitatis inveſtigavo*. Deſ. *& hoc eſt propter eminentiam illius finis*. Inter eius Opera cit. edit. Venet. fol. Tom. XVI. a pag. 114. *b*. ad pag. 135.

IX pag. 279. *b*. Eiuſdem Expoſitio ſuper Boëthium de Hebdomadibus. Inc. *Praecurre prior in domum tuam*. Deſ. *& tamen omnia ſunt bona, in quantum derivantur a primo bono, & in hoc terminatur Expoſitio Libri. Benedictus Deus per omnia*. Ibid. a pag. 111. ad pag. 114.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum initialibus Librorum mirifice illuminatis, & duplici pictura in principio, quarum una Operum ſingulorum titulos, in totidem aureis circulis, aureo & caeruleo charactere exaratos, altera Mediceum ſtemma & emblemata exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 287.

## GASPARIS CONTARENI DE ELEMENTIS.

Cod. XXV. GAſparis Contareni Opus vere divinum de Elementis eorumque mixtionibus, in quinque Libros diſtributum. Liber primus inc. *Nullus eſt omnium hominum, Matthaee Dandule, ingenii adeo tardi, ac fere ſtupidi, qui non ſingularem quamdam voluptatem capiat ex rerum naturae contemplatione*. Vltimus deſ. *quae nos efficit prope divinos*. Hi Libri quinque de Elementis impreſſi fuerunt Pariſiis per Nicolaum Divitem MDXLVIII. Exſtant etiam in editione Operum Veneta per Damianum Zenarium MDLXXXIX. fol. a pag. 1. ad pag. 90.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. cum Summariis in margine, & nomine poſſeſſorum in principio, & in fine, qui ſunt, Carolus Strotius. & Benedictus Varchius. Conſtat foliis ſcriptis 359.

## DIOGENES LAERTIVS.

Cod. XXVI. LAërtii Diogenis de Vitis, Dogmatis, & Apophthegmatis eorum, qui in Philoſophia claruerunt Libri X. Thoma Card. Aldobrandino interprete, cum adnotationibus eiuſdem ad Sereniſſimum Hiſpaniarum Principem. Superiorum permiſſu. Romae apud Aloyſium Zanettum MDXCIV. Graec. & Lat.

Codex chartaceus impreſſus, ut ſupra, in fol. Conſtat pag. 303. quoad Laërtium, & pag. 125. quoad adnotationes.

## GALEOTTVS MARTIVS DE HOMINE.

Cod. XXVII. GAleotti Martii Narnienſis de Homine Libri II. Praecedit Epiſtola Nuncupatoria ad R. D. Archiepiſcopum Strigonienſem, quae inc. *Quum Opus de Homine bis diebus proxime elapſis abſolutum*. Deſ. *ut par eſt exordium ſumitur*. Liber primus inc. *Caput dicitur totum illud, quod collo ſuſtentatur*. Liber ſecundus deſ. *ut ſint monumentum & pignus amoris*. Vide quae de hoc Opere animadvertimus in Cod. ſubſequenti.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, & ſtemmate Saxettae gentis. Conſtat foliis ſcriptis 119. In Catal. Montf. ſub num. 28.

## GEORGIVS MERVLA IN LIBRVM GALEOTTI DE HOMINE.

GEorgii Merulae Alexandrini in Librum Galeotti de Homine cenſura ad Laurentium, & Iulianum Medices. Praecurrit Dedicatio, cuius initium eſt: *Veterem legimus profeſſorum morem fuiſſe*. Deſ. *ut ſcilicet aliquando recte diiudicari poſſit, verius ne Galeottus, an Georgius de re Latina diſſerat. Valete Venetiis Non. Septembribus*. Liber inc. *Scripturus de homine, vel potius de membris humani corporis Galeottus*. Deſ. *illa praeterire ſilentio ſtatui*. Prodiit, teſte Mattairio Annal. Typogr. Tom. I. pag. 519. ſub hoc titulo: *Galeotti Martii Narnienſis liber de Homine, cum Georg. Merul. in Galeot. & rurſus Galeotti refutatione obiectorum Mediolani per Philippum de Montegatii MCCCCXC. fol.* Vide plura de hoc Opere apud Cl. Ioſeph. Ant. Saxium in Biblioth. Script. Mediol. pag. CCCCXXVIII. Cod. XXVIII.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. mirae pulcritudinis & elegantiae, cum Summariis in margine rubricatis, & elegantiſſima pictura in principio, cum Mediceo ſtemmate. Conſtat foliis ſcriptis 50. In Catal. Montfauc. ſub num. XXVII.

## ARISTOTELES DE ANIMALIBVS THEODORO INTERPRETE.

ARiſtotelis de Hiſtoria Animalium Libri V. Theodoro Graeco Theſſalonicenſe interprete. Exemplar nitidiſſimum, impreſſum Venetiis per Ioannem de Colonia, ſociumque eius Ioannem Manthen de Gherrezem. Anno Domini MCCCCLXXVI. cui ſimile aliud recenſuimus ſupra ſub num. V. Cod. XXIX.

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, in fol. cum initialibus Librorum auratis, & coloratis, in cuius prima pagina in circulo nigro maiuſculis rubris litteris nomen forte poſſeſſoris ΑΛΕΞΙΟΣ legitur. Conſtat pag. 250.

*FINIS PLVTEI LXXXIV.*

ET TOTIVS RECENSIONIS CODICVM LATINORVM BIBLIOTHECAE MEDICEAE, ABSOLVTAE DIE IV. IANVARII MDCCLXXVI.

CO-

Digitized by Google

# CODICES GADDIANI LATINI
# FRANCISCI IMPERATORIS
## SEMPER AVGVSTI IVSSV
## IN MEDICEO-LAVRENTIANAM
## BIBLIOTHECAM TRANSLATI
### DIE XXIV. APRILIS CIƆ. IƆ. CC. LV.

# PLVTEVS LXXXIX. SVPER.

*Animadvertas, benevole lector, Graecorum Codicum ſub numeris XIII. XXII. XXV. XLVIII. LXXVII. LXXVIII. LXXIX LXXXIII LXXXV. recenſiones reperiri in calce noſtri tertii Voluminis Codicum Graecorum Laurentianae Bibliothecae; Italicos vero Codices invenies in poſtremo huius Catalogi Volumine.*

---

### D. AVRELII AVGVSTINI OPERA OMNIA IN XI. TOMOS DISTRIBVTA HOC ORDINE.

Cod. I. Divi Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, omnium Operum primus Tomus, ad fidem vetuſtorum exemplarium ſumma vigilantia repurgatorum a mendis innumeris, notata in contextu & margine ſuis ſignis veterum exemplorum lectione, ut optimo iure tantus Eccleſiae Doctor renatus videri poſſit. Inſpice lector, & fateberis hanc non vanam eſſe pollicitationem: quod ſi gratus etiam eſſe voles, non patieris, tantum laboris, tantumque impenſarum, fruſtra ſumptum eſſe. Cui acceſſerunt Libri, Epiſtolae, Sermones, & fragmenta aliquot, hactenus numquam impreſſa. Additus eſt & index, multo quam Baſileenſis fuerat, copioſior. Apud Hugonem & heredes Aemonis a Porta MDXLI. fol. Praevia erat huic editioni Eraſmi Roterodami Epiſtola Nuncupatoria Reverendo in Chriſto Patri, eidemque Principi clariſſimo, Alphonſo Fonſecae Archiepiſcopo Toletano, totius Hiſpaniae Primati, Friburgi Briſgarae A. MDXXIX. (1) Huius editionis ordo idem eſt ac Frobenianae, quam Cl. Eraſmus curavit Baſileae A. MDXXIX. de qua conſulendus Cl. Caſimirus Oudinus in Comment. de Script. Eccl. Tom. I. pag. 937. ſeqq.

Cod. II. Tomus II. complectens Epiſtolas, non mediocri cura emendatas per Deſ. Eraſmum Roterodamum, nunc poſtremo accuratiori, quam antea diligentia excuſus. Ibid.

Cod. III. Tomus III. complectens τὰ διδακτικὰ, hoc eſt, quae proprie ad docendum pertinent. Ibid.

Cod. IV. Tomus IV. complectens reliqua τῶν διδακτικῶν. Pleraque, quae erant plane convulſa, & luxata, ea ad fidem exemplarium veterum Victorinorum reſtituta ſunt. Ibid.

Cod. V. Tomus V. continens XXII. Libros de Civitate Dei, cui acceſſerunt Commentarii Io. Ludov. Vivis, ab auctore recogniti. Ibid.

Nihil mirum, quod Commentarium hunc Eraſmus collectioni ſuae Operum D. Auguſtini inſeruerit, quum Ludovicus Vives, Eraſmi conſilio, celeberrimum S. Auguſtini Opus de Civitate Dei recognoſcendum, & commentariis elucidandum ſuſceperit. Quanto id ſucceſſu praeſtiterit, norunt eruditi, & quicumque bonas litteras amant. Opus ſuum A. MDXXII. abſolutum, & data Lovanii Epiſtola Henrico VIII. Angliae Regi inſcriptum, Baſileae edendum in fol. curavit, quod integrum amicus Eraſmus ſuae editioni inſeruit.



(1) Quae tamen primis quatuor foliis reciſis deperiit in noſtro Exemplari, in quo praeterea ubicumque inci dunt Praefationes Eraſmi, ab eadem impia manu aliae chartae adglutinatae ſunt.

Digitized by Google

*quaecumque in calce ſui ſignum vivificae crucis habens, a beato Maximo Confeſſore ac Monacho inventa narrantur; cetera vero Sancti Ioannis Scythopolitani Antiſtitis eſſe feruntur.* Speciminis loco haec duo, quae prima occurrunt habeto. Vnum ad titulum Dionyſii Areopagitae, quod ita ſe habet: *Quia priſci Sancti cognomina, quae quum eſſent Gentiles habebant, etiam poſtquam ad Chriſtum convertebantur, ſine verecundia praeſcribebant ſibi. Ecce enim Ariopagitam ſeſe nominavit, ſicut & ſacratiſſimus Iuſtinus Sermonem, quem ſcripſit contra Paganos, Iuſtini Philoſophi praetitulavit.* Alterum ad verba *de Caeleſti Hierarchia*, eſt quod ſequitur: *Quoniam ſuperſcriptio Hierarchia habet, vocare Hierarchas conſuevit Epiſcopos. Sciendum ergo, quoniam quidem Hierarchia eſt principatus ſacrarum ordinationum; Hierarches autem, ideſt Pontifex, qui ſacris principatur, conſulit, & curam impendit; nihilominus & ſacerdotibus, ſed & qui ſacra & ordinem eorum, & Eccleſiae ac myſteriorum diſponit. Hanc autem rationem & ipſe magnus Dionyſius deorſum exponit in Sermone, quem de Eccleſiaſtica Hierarchia conſcripſit.* In calce huius Libri maioribus litteris legitur: *Angelicarum deſcriptionum illuminationes defudiſti hominibus, revelaſti videre animo compoſitum aſtrum.* Inde repetitur titulus; *Dionyſii Areopagitae Epiſcopi Athenarum ad Timotheum Epiſcopum de Caeleſti Hierarchia.*

II. pag. 24. Eiuſdem ad Timotheum Epiſcopum Epheſi de Eccleſiaſtica Hierarchia Liber, praevia Capitum VII. tabula, & Epigrammate, quod ita habet:

*Symbola divinorum mirabilium ſacrorum uniformi ratione*

*In ſingularitate reſolviſti unius luminis unam claritatem.*

Liber inc. *Quia quidem ſecundum nos Hierarchia puerorum divinorum ſacratiſſima intenta atque divina habetur deifica ſcientia.* Deſ. *confido enim ex his, quae dicta ſunt ego repoſitos in te divini ignis aſcendens uſque vapores*, ut in cit. edit. a pag. 194. *b.* ad pag. 342. Tum repetitur titulus: *Dionyſii Ariopagitae Epiſcopi Athenarum ad Timotheum Epiſcopum Epheſi de Eccleſiaſtica Hierarchia.*

III. pag. 51. Eiuſdem ad eumdem de Divinis Nominibus Liber, in Capita XIII. diviſus. Praecedit *Epigramma in beatum Dionyſium in hoc de Divinis Nominibus*, quod ita habet:

*In animum ſplendor in divinas ſcripturas mille tingens formas*

*Varietatibus, ſacra nomina, & poſt ſtultam mortem vitalibus ſapientiae eloquiis, ſanantibus divinos manifeſtatorios hymnos.*

Liber inc. *Nunc autem, o beate, poſt theologicos characteres in Divinorum Nominum replicationem, quantum licet, tranſeamus.* Deſ. *quoniam ſymbolicam Theologiam, duce Deo, tranſcendemus*, ut in cit. edit. a pag. 382. ad p. 616. Poſt repetitum titulum, maiuſculis litteris aliud hoc Epigramma adſcribitur:

*Tuam mentem irrigans, Dionyſi, fluentis Paulli,*

*Aeterni fulgoris Deitatis totum radium deſiderans,*

*Indeficientem hominibus Dei nominationis adquiſiſti ſplendorem.*

IV. pag. 89. Eiuſdem ad eumdem de Myſtica Theologia Sermo, quinque conſtans Capitulis. Praecedit *Epigramma in beatum Dionyſium in hoc de Myſtica Theologia*, nimirum:

*Novam claritatem in reliqua, & ſcientiam ſubſiſtentium*

*ſeu aliter*

*Et ſenſum refulgentem penetraſti & ſcientiam exiſtentium*

*Noctem per divinam quam non iuſtum licet nominare.*

*ſeu aliter*

*Noctem per divinam quam non eſt fas nominare.*

Liber inc. *Trinitas ſupereſſentialis, & ſuperdeus.* Deſ. *& ſummitas omnium*, ut in cit. edit. a pag. 625. ad pag. 638. Tum repetitio tituli maioribus litteris adiicitur: *Dionyſii Ariopagitae Epiſcopi Athenarum de Myſtica Theologia.*

V. pag. 91. Eiuſdem Epiſtolae diverſae X. praeviis hiſce verſiculis maiori littera exaratis:

*In caliginem clariſſimam ingreſſus, in qua fovetur principium,*

*Duplici ſapientia metra theologiae manifeſtas.*

Epiſtola prima inc. *Tenebrae quidem obſcuratae ſiunt lumini.* Vltima deſ. *& his qui tecum ſunt trades.* In cit. edit. a pag. 655. ad p. 666. Tum legitur: *Expletae ſunt decem Epiſtolae Dionyſii Ariopagitae Archiepiſcopi facti Athenarum*; quibus verbis continua ſerie ſubiungitur: *Policrati ſucceſſoris Archiepiſcopi Epheſi exempla ad Victorem ſucceſſorem Archiepiſcopum Megalae* (1). *Etenim per Aſiam magna elimenta dormiunt, quae reſurgent noviſſima die adventus Domini, in qua inveniet cum gloria ex caelo, & reviviſicabit omnes ſanctos, Philippum, qui eſt duodecimus Apoſtolorum, qui dormit in Ierapoli, & duae filiae eius, honorabiles virgines, & altera eius filia in ſancto ſpiritu converſata in Epheſo quieſcit. Adhuc autem Ioannes ipſe ſuper pectus Domini recumbens, qui factus eſt ſacerdos, petalum ferens, & martyr, & magiſter ipſe in Epheſo dormit.* Inde occurrit: *Clementis Presbyteri Alexandriae Ducis ſcholae ex ſuperſcripto ſuo Sermone, quis ſalvatus dives.* Inc. *Vt autem confidas ſic poenitens vere, quia tibi manet ſalutis ſpes, digne utiliter audi non fabulam, ſed verum verbum.* Deſ. *variis autem ornamentis verborum conſequens eius notitiam, non prius receſſit, ut aiunt, quam eum reſtitueret Eccleſiae, dans magnum exemplum poenitentibus, veram & magnam notitiam, iterum generationis trophaeum reſurrectionis conſpi-*



(1) Ad hoc verbum *Megalae* antiquus ſcriptor in margine adnotavit: *Graecus magnae Romae habet, ut in emendatioribus invenimus exemplaribus.*

*cuae*. Huic Excerpto, maiori littera ſubiungitur: *huius hiſtoriae meminit Ioſebius Pamphili & Ioannes Epiſcopus Conſtantini Civitatis*. Subſequuntur alia Excerpta ſeptem, quibus praemittitur titulus: *Philonis de ex circumciſione credentibus in Aegypto Chriſtianis ſimul & Monachis ex ſupraſcripto ab eo Sermone de vita theorica, aut de orantibus*. Primum inc. *Multiplex quidem orbis terrarum eſt genus. Oportebat enim optimum perfectum formare & Graecum & Barbarum; abundant autem in Aegypto per ſingulos vocatis manſionibus, & maxime circa Alexandriam*. Vltimum deſ. *beati autem Dionyſii Ariopagitae meminit Lucas Evangeliſta in Actibus Apoſtolorum, & Dionyſius Epiſcopus Corinthi vir antiquus, & beatus Polycarpus in Epiſtola ad Eccleſiam Athenarum. & Ioſebius Pamphili in Eccleſiaſtica Hiſtoria. Finitus eſt cum Deo Liber Dionyſii Ariopagitae* . . . . . . . Reliqua, ſcriptoris forte nomen indicantia, eraſa ſunt.

VI. pag. 104. Sequitur abſque ullo titulo narratio quaedam de origine haereſis Vvecelini, cuius initium eſt: *In diebus Heinrici Regis, qui poſtea benedictione Apoſtolica Imperator effectus eſt, quidam Vvecelinus, qui fuerat Ducis Cuonradi Clericus, illuſione diabolica ſeductus, errori Iudaeorum conſenſit, & contra Chriſtum, eiuſque ſanctae Eccleſiae ſtabile firmamentum, Epiſtolam auſus eſt eructare. Hoc audiens Rex, nimia, ut iuſtum fuit conturbatione compunctus eſt, atque illius iuſſione unus diſcipulorum ſuorum, nomine Heinricus, praedictum Apoſtatam veraciſſimis ſacrae ſcripturae teſtimoniis, ut eius Epiſtola affirmat, falſa verba in Chriſtum, eiuſque ſanctos dixiſſe devicit. Verum referre nunc volo de illo Apoſtata, qui relicta religione Clericatus, in perfidorum voraginem incidit Iudaeorum. Sed in ipſa relatione exſolvenda totus contremiſco, & horrentibus pilis capitis terrore concutior, diabolum potuiſſe homini perſuadere, ut tantas ſordes auſus eſſes contra Chriſtum, & ſanctos eius iactaſſe. Scripſerat enim funeſtis litteris infeliciſſimus ille: Quid contradicis iuſto inſipiens? Lege Abacuch prophetam, in quo Deus dixit: Ego ſum Deus, & non mutor. Si ille ſecundum veſtram maledictam fidem mutaretur, & mulieri commiſceretur, principium verborum ſuorum non eſſet veritas &c.* Poſt alios recitatos errores ſubiungitur Heinrici Epiſtola, cuius initium eſt: *Reſpondere calumniae tuae, o Iudaee incredule, quam ex blaſphemo ore in Chriſtum, eiuſque ſanctos nunc noviter evomuiſti, cuique in militia Chriſtiana inſtructo facile eſſet, ſi non facilius eſſet ſaxa in mollitiem poſſe converti, quam corda veſtra ad recipiendam veritatem diſcindi*. Deſ. *niſi enim credideritis, inquit Propheta, non intelligetis. Ergo credenti colligitur meritum, videnti redditur praemium, quoniam ſi vides, non eſt fides. Quamdiu enim peregrinamur in huius mundi tenebris, fide mundantur corda eorum, qui Deum viſuri ſunt*.

VII. pag. 105. Beati Auguſtini Epiſcopi ad Pollentum de adulterinis coniugibus Libri II. praevia Retractatione, ut in edit. Maurina alias citata Tom. VI. a pag. 387. ad pag. 418.

VIII. pag. 113. *b*. Eiuſdem Epiſtola ad Ecdiciam illuſtrem de ſua ſancta continentia. Ibid. Tom. II. Ep. CCLXII. In fine maioribus rubris litteris legitur: *Explicit Epiſtola Sancti Auguſtini Epiſcopi ad Egdiciam illuſtrem de qualitate ſuae ſanctae continentiae cum proprio viro*.

IX. pag. 115. Eiuſdem de bono coniugio Liber, (ut in Codice notatur *Opus XLVIII.*) praevia Retractatione. Ibid. Tom. VI. a pag. 319. ad pag. 340.

X. pag. 120. *b*. Eiuſdem Liber de ſancta virginitate, cui praecedit quid in libro Retractationum de eo ſenſerit, & inſcribitur *Opus XLIX*. Ibid. Tom. VI. a pag. 341. ad pag. 368. In fine maiuſculis litteris adſcriptum eſt: *Incipit Expoſitio Sancti Aug. de ſecreto glorioſae Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti*; ſed praeter titulum, nihil aliud invenies. Subiicitur tamen Excerptum de Epiſtola Hieronymi ad Heliodorum Epiſcopum, cuius initium eſt: *Perfectus ſervus Chriſti nihil praeter Chriſtum habet, alioquin perfectus non eſt &c.*

XI. pag. 129. Eiuſdem S. Auguſtini ad Iulianam de viduitate ſervanda. Ibid. a pag. 369. ad pag. 386.

XII. pag. 134. Eiuſdem, & Alypii Epiſcopi Epiſtola ad eamdem alia. Ibid. Tom. II. Ep. CLXXXVIII.

XIII. pag. 135. Beati Proſperi Epiſtola ad ſanctam virginem Demetriadem. Inc. *Dum ſplendidiſſimae ſanctimoniae tuae ſublime propoſitum*. Deſ. *ex ſua perfici ſe putant virtute*. In editione eius Operum Coloniae Agrippinae, curante I. Olivario, MDCXXX. 8. a pag. 857. ad pag. 865. lin. 12.

XIV. pag. 136. Auguſtini ad Hieronymum Epiſtola in dialogi formam redacta de origine animae hominis. Inc. *Sancte frater Hieronyme. Conſulens te de his, quae neſcio, fructuoſum eſſe nobis velim*. Deſ. *hoc certe ſentis, quod ſingulas animas ſingulis naſcentibus etiam modo Deus faciat; cui ſententiae ne obiiciatur, quod omnes creaturas ſexto die confirmaverit Deus, in ſeptimo requieverit*. Habes inter Epiſtolas Hieronymi citatae Veronenſis editionis apud Iacobum Vallarſium MDCCXXXIV. fol. Tom. I. ſub num. CXXXI. a pag. 992. lin. 2. ad pag. 996. lin. 54. ubi tamen interloquutores deſiderantur, ſcilicet Aug. & Hieron. qui in Codice majori & rubricata littera indicantur.

XV. pag. ead. *b*. Adiiciuntur Capita IV. Canonica. Primum anepigraphum inc. *Quomodo intelligendum eſt: nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu Sancto, & non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum. Solvitur ſic. Dicit beatus Hieronymus &c.* II. Inquiſitio ſacerdotum de peccatis populorum. III. De accuſatoribus Epiſcoporum, vel reliquorum ſacerdo-

Digitized by Google

dotum. IV. Epiſtola II. Sixti Papae univerſis Eccleſiis directa, de ſacris vaſis, non ab aliis, quam a Deo dicatis contrectandis, quae inc. *Cognoſcat veſtra ſapientia &c.*

XVI. p. ead. S. Auguſtini Dialogus de quantitate animae habitus cum Deodato carnali ſibi filio. Inc. *Quoniam video te abundare otio.* Deſ. *ſed etiam me ipſum opportuniorem obſervabo*. Vt in editione Operum Tom. I. a pag. 401. ad pag. 440.

XVII. pag. 146. *b.* Redeunt alia Capita Canonica, quorum tituli ſunt I. De anima Chriſti; II. De ſpiritu, & anima Hieronymus ad Hydibiam. III. Interrogatio Auguſtini in Lib. Quaeſtionum. IV. Sanctus Iſidorus de Spiritu Sancto. V. Item eiuſdem de ſpiritu, & anima, quod unum ſit. VI. De Adam primum Can. Carthaginenſem haberi. VII. Sententia Papae Leonis de apocryphis ſcripturis. VIII. Decretalis de recipiendis libris; haec ſcripta eſt a Gelaſio Papa cum LXX. Epiſcopis eruditis. IX. Item alia. X. Item de libris non recipiendis.

XVIII. pag. 147. *b.* Agobardi Epiſcopi ad Clerum Lugdunenſis Eccleſiae Epiſtola. Inc. *Dilectiſſimis in Chriſto fratribus, & praecipue Cantoribus Eccleſiae Lugdunenſis Agobardus in eodem Chriſto Domino, & Salvatore noſtro ſempiternam ſalutem. In Divinis laudibus exſolvendis, quanto ſtudio fugienda ſit levitas, gravitaſque ſectanda, frequenter dilectioni veſtrae in mutua conloquutione ſuggeſſimus, ſcilicet, ut rationabili conſideratione, ſicut prudentes Eccleſiae filii, & rationabili eius lacte ab incunabulis enutriti, quod Deo diſplicet refugientes, concordi ſtudio, id quod gratum, acceptumque eſt, ſicuti & facitis ſectaremini.* Deſ. *ubi iſta ſufficere, & ſuperabundare noſcuntur*. In hac Epiſtola ſatis prolixa praecipue oſtendit, qualiter orare, & canere in Eccleſia deceat.

XIX. pag. 150. Beati Auguſtini Reſcriptum ad Eſitium (1) Salonitanum Vrbis Epiſcopum de fine ſaeculi, ut in edit. cit. Tom. II. num. CXCIX.

XX. pag. 155. *b.* Bedae ſententia de eadem re, cuius initium eſt: *Cunctis in commune fidelibus ſuademus, ut ſive quis ex Hebraica veritate, quae ad nos per beatum interpretem Hieronymum pura perveniſſe etiam hoſtibus Iudaeis in manifeſto eſt*. Deſ. *quando revertatur a nuptiis*.

XXI. pag. ead. Sequuntur Excerpta quaedam Sanctorum Patrum, videlicet Gregorii Papae de tempore ficorum, Anacleti, Fabiani Papae, Cornelii Papae, Clementis Papae, Hieronymi in Ieremiam, Calliſti Papae, Hieronymi de Iudaeis.

XXII. pag. 157. *b.* Egeſippi viri illuſtris de Bello Iudaico Libri V. (2) ut in Cod. I. Plut LXVI. Tomo ſuperiore pag. 781. §. II. Heic tamen praecurrit notitia vitae eiuſdem, quae inc. *Egeſippus vir quidem illuſtris, fideliſſimus ſuorum temporum, quibus haereſes plurimae deſervebant, Chriſtianus fuit; de hoc autem Divus Hieronymus Euſebius in Catalogo Sanctorum ſic inquit: Egeſippus vicinus Apoſtolorum temporum &c.* Notandum in fine libri ſecundi, litteris maiuſculis, partim nigris, partim rubris haec adnotari: *Explicuit de Machabeis lib. ſecundus*. In fine vero ultimi: *Explicuit lib. Hiſtoriarum Egeſippi Hieruſolymitani Excidii a beato Ambroſio e Graeco ſermone in Latinum tranſlatus decenter*.

*Accipe completum devoto pectore librum*
*Ingenio ſtudioque mei, ſanctiſſime Abbas,*
*Quo tibi noſter manus (3) amor ſudavit nocte dieque.*

*Continet iſte Codex Lib. XXII.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori, Saec. XI. binis columnis, nitide, grandiori littera exaratus, punctis tantummodo inter verba adſcriptis; titulos vero Operum, & Capitum, maiuſcula littera, ac rubricata, necnon initiales vario colore non ineleganter depictas exhibens, quaternionibus numeratis conſtans XLIII. cum indiculo in principio recentiori manu. Conſtat foliis 253.

## IO. DE SACROBOSCO, LEONARDI ARRETINI

*Luciani, Gregorii PP. Io. Damaſceni, Chryſoſtomi, Auguſtini, Pii II. Pont. Max. Baſilii, Hieronymi, Ambroſii, Plutarchi, Leonardi Aſſerico, Franc. Petrarchae, Maximi, Guarini Veron. &c. Opuſcula quaedam.*

I. pag. 1. IOannis de Sacroboſco, licet nomen in Codice reticeatur, Tractatus de Sphaera, ut in Cod. XV. Plutei XXIX. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 35. §. III. *Cod. XVI.*

II. pag. 14. *b.* Leonardi Arretini ad Pont. Max. pro honore Secretariorum contra Advocatos Conſiſtoriales tuendo. Inc. *Novam litem, Beatiſſime Pater*. Deſ. *ut probavimus, ſuperentur*. Exſtat inter Arretini Epiſtolas Lib. V. Ep. V. Florentinae edit. curante Laur. Mehus, ubi adfirmat, in Codicibus Martino V. Pontifici inſcribi.

III. pag. 16. Annaei Lucii Senecae de quatuor Virtutibus Cardinalibus Liber, ut in Cod. IV. Plutei XLV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 339. § III.

IV. pag. 21. Luciani Dialogus, qui inſcribitur Charon, Latinus per Rinutium (4) denuo factus ad Rev. Patrem D. Ioannem Cardinalem Morinenſ. Inc. Praefatio: *Seraphinus Vrbinas, vir utriuſque iuris interpres noſtri temporis primarius, Rever. Pater, Gentilium libros de optimarum artium ſtudiis, quum datur otium, frequentius legere ſolet. Is nuper, quum Luciani philoſophi apud Graecos ſuo tempore clariſſimi quemdam legeret dialogum, qui inſcri-*

(1) In edit. *Heſychium*.
(2) Initium Libri I. deperdita charta, a recentiori manu ſuppletum fuit.
(3) Vox illa *manus* abundat.
(4) Has Rinuccii Arretini verſiones non memorat Fabric. Biblioth. Graec. Tom. III. pag. 494. ubi de Luciano, neque Apoſtolus Zenus Diſs. Voſs. Tom. II. pag. 210. ſeqq.

Digitized by Google

*ſcribitur Charon, Latinum, neſcio quo interprete, iamdiu factum, me pro mutua inter nos conſuetudine rogavit. ut illum ſua gratia emendarem, corrigeremque; quoniam exſtarent quam multa eo mendoſa, quod ad ſententias explicandas, ut plurimum eſſet opus Sibylla interprete. Ego vero illi viro, in primis doctiſſimo, mihique amiciſſimo, morem gerere cupiens, Dialogum illum cepi, prius Graecum, deinde pariter & Latinum, quem ut vidi, minime ſum miratus, ſi parum, aut nihil Latine intelligi poterat, quoniam non converſus, ſed maiori ex parte confuſus, ac perverſus erat; Graece enim quum diſtincte, atque dilucide loquatur, apud nos diſtorte, & conturbate per omnia fere procedis. Itaque his in menſibus calotibus,* (ſic) *denuo e Graecia in Latium traduxi, verbis Latinis ita inſtructum, ut cum iucunditate legi, & ſine difficultate poſſit intelligi.* Deſ. *hunc igitur Dialogum, quem tuo dedicavi obſequio, ut qua me ſoles, ea cum benignitate ſuſcipias rogo, quem quidem quum legeris, nimirum, & proculdubio laetaberis. Sed opus eſt attentione, quoniam Mercurius tam loquitur cum Charone.* Dialogi argumentum inc. *Daemon ille nomine Charon* Deſ. *ſuique riſus cauſſam rogas, ſic inquiens.* Dialogus, cuius interloquutores primi ſunt Mercurius, & Charon, inc. *Quid rides, o Charon, & quid apud ſuperos, relicta cymba, veniſti &c.* Deſ. *omnes ante obitum tamen verbum de Charone faciunt nullum. Finis.*

V. pag. 26. Eiuſdem Dialogus, qui inſcribitur Philoſophorum illuſtrium vitarum venditio, Latinus per eumdem factus (1) ad Seraphium Vrbinatem, eximium utriuſque iuris interpretem, cum Prooemio, quod inc. *Luciani Dialogum, qui inſcribitur Philoſophorum illuſtrium vitarum venditio, ſuaviſſime mi Seraphi, his proximis caloribus e Graeco in Latinum verti; nam quum aegrotantium Vrbs haec fere diverſorium eſſes, ceteris omnibus poſthabitis, intra parietes domeſticos me continui, tum, ut ipſarum aegritudinum, ſi quo pacto valerem, caſum vitarem, tum & maxime, ne ſuccumberem perſequutionibus illis, quas quum putabam iamdiu eſſe ſopitas, fortuna, ſolito dirior, exulceravit longe quam antea acriores. Quae res quum te non fugiat, eam in praeſentia valere ſinamus, putemuſque homini in adverſis conſtituto, non parum conferre, poſſe gaudere conſcientia ſua, & iuxta Platonis ſententiam exiſtimare, minus miſerum eſſe illum, ſi miſer appellari debet, qui patitur, quam qui agit iniuriam = Hunc Dialogum nuper Latinum factum, non de nihilo ad te ſcripſi; nam pro diutina inter nos conſuetudine percepi te maiori quodam animi ardore, Luciani Opera in diem magis ac magis complecti.* Deſ. *ſed de his in praeſentia ſatis. Ad interpretationem ipſam iam accedamus.* Argumentum inc. *Nundinas Atticas.* Deſ. *Iuppiter Mercurium ſic adloquitur.* Dialogus, cuius interloquutores ſunt in primis Iuppiter, & Mercurius, ultra hos, Vita, & Mercator, inc. *Tu quamprimum diſpone ſedilia.* Deſ. *cum pecunia modo venerit emptor.*

VI. pag. 31. *b.* Quum Sanctus Chryſogonus ob fidem Chriſti in carcere, & Sancta Anaſtaſia in arcta cuſtodia a marito ſuo Publio, quam magam dicebat, detinerentur, Beata Anaſtaſia has litteras, captata opportunitate, per anum quamdam ad Sanctum Chryſogonum tranſmiſit. Inc. *Sancto Confeſſori Chriſti Chryſogono Anaſtaſia. Licet pater meus cultor fuerit idolorum.* Deſ. *ſollicite exercebo, ut caeperam, Vale vir Dei, & memento mei.* Tum ſequitur reſponſum Chryſogoni, quod inc. *Fluctuanti tibi inter procellas.* Deſ. *per quam ſine dubio conſequeris aeternam. Vale in Domino, & ora pro me.* Tum ſequuntur reliqua acta eiuſdem Sanctae Anaſtaſiae, quorum finis eſt: *ita famulorum Domini neceſſitates procurabat.* Huius Anaſtaſiae nobilis matronae Romanae, martyrio coronatae ſub Diocletiano Imp. circa annum CCCIII. Epiſtolae duae ad S. Chryſogonum martyrem Graece & Latine exſtant apud Svidam Cantabrigiae MDCCV. Tom. III. pag. 692. & ſeq. & apud Nicephorum Lib. XIV. Hiſt. Eccl. Pariſiis MDCXXX. & Latine tantum apud Surium ſub die XXV. Dec. Col. Agripp. MDCLXXXI. pag. 1072.

VII. pag. 33. Sancti Auguſtini Sermo de Prophetiis Chriſti. Inc. *Vos inquam convenio, o Iudaei &c.* ut in Cod. I. Plutei XIV. Catalogi Lat. Codd. Tom. I. pag. 69. §. X.

VIII. pag. 36. S. Gregorii Papae Homilia. Inc. *Audiſtis, fratres chariſſimi, quia ad unius iuſſionis vocem.* Deſ. *nihil quippe offertur Deo ditius bona voluntate.* Eſt Homilia V. habita ad Populum in Baſilica B. Andreae Ap. in die natali eius, ut in edit. Pariſ. cura Monachor. S. Mauri apud Claudium Rigaud MDCCV. fol. Tom. I. a pag. 1450. ad pag. 1451. lin. 31. unde in Codice fere media pars deſideratur. Exſtat integra in Codice XXXVI. Plut. XVII. Catalogi Lat. Codd. Tom. cit. pag. 179. §. CLXXVII.

IX. pag. 37. Sancti Ioannis Damaſceni de venerabilibus & ſanctis Imaginibus Liber. Reverendi Patris Domini Petri Balbi (2) Epiſcopi Tropienſis translatio. Inc. *Honorandi ſunt Sancti, ut amici Dei.* Deſ. *& quemadmodum tradidi vobis, traditiones continetis.*

X. pag. 39. S. Ioannis Chryſoſtomi de Divinis Sacramentis non contemnendis Sermo, cui praecedunt duae Epiſtolae Domini Petri Balbi Epiſcopi Tropienſis. Prima ad Pium Secundum Pont. Max. qua Sermones XXI. Chryſoſtomi a ſe latinitate donatos eidem inſcribit, inc. *Sententia mea ſemper fuit, Pontifex digniſſime, a primis uſque temporibus, quibus Graecarum litterarum ſtudio operam dedi, quod ſi quando facultas daretur vertendi ali-*

(1) Nil apud Fabric. l. c.
(2) De hoc Petro Balbo Piſano, qui ortus eſt A. MCCCXCIX. deque eius verſionibus exſtantibus in hoc Gaddiano Codice agit Mazzuchellius *Scrittori d' Italia* Tom. II. Part. I. pag. 89. ſeqq.

Digitized by Google

*aliquid e Graeco in Latinum, id potius de noſtris Chriſticolis, quam de Gentilibus facerem = Tranſtuli tamen ex Operibus Gentilium aliqua, ut Epitoma Alcynoi Platonici, & Platonis Theologiam per Proculum collectam, ut Rever. D. meo Cardinali Sancti Petri ad Vincula placerem, qui non alia de cauſſa eiuſmodi Theologiae opera videre appetebat, niſi ut inſtar apis argumentoſae, rebus ſupervacaneis declinatis, inde quidquid boni eſt excerperet, & noſtrae verae ſolidaeque religioni, in qua ipſe fundatiſſimus eſt coaptaret. Ego vero, ut meum primum ſequerer propoſitum, ad noſtrorum Chriſticolarum utilitatem, inter Opera Graecorum Doctorum celeberrima, unum profecto egregium delegi ſanctiſſimi, & eloquentiſſimi Conſtantinopolitani Praeſulis Ioannis Chryſoſtomi τῶν ἀνδριάντων, quod nos ſtatuarum dicere poſſumus, in quo una & viginti Homeliae continentur, quas ipſe ea tempeſtate ad populum Antiochenum, Spiritus Sancti gratia repletus, recitavit = Hos itaque unum & viginti Sermones huius ſanctiſſimi Doctoris Chryſoſtomi per me de Graeco in Latinum converſos ad te mitto, Opus profecto, ut videbis, egregium, quod quidem diuturnis licet laboribus confecerim, magna tamen in transferendo potitus ſum voluptate.* Deſ. *lege igitur feliciter, optime Patrum, hoc aureum Opus, tuo ſancto nomini dicatum; nam pius es nomine, ſed piiſſimus opere; tua enim erga me humanitate, tuiſque aeternis in me beneficiis, non modo pius, ſed etiam mihi piiſſimus fuiſti. Vale quam diutiſſime, & me quaeſo, ut caepiſti, ſemper commendatum habeto.* Altera Epiſtola eiuſdem Petri Balbi. Epiſcopi Tropienſis, ad doctiſſimum Theologum, atque optimum Praeſulem Dominum Henricum Epiſcopum Policaſtrenſem, inc. *Franciſcus Marrades, vir nobilis, ac Regius heic Gubernator. quum querimoniam apud Regem per litteras faceret, me ſibi ſanctiſſima Eccleſiae Sacramenta denegaſſe, cogitavi, doctiſſime atque optime Praeſul, haec duo ſanctiſſimi, atque eloquentiſſimi Ioannis Chryſoſtomi Opuſcula ad te mittere, quae his equidem diebus de Graeco in Latinum traduxi.* Deſ. *legas igitur velim, optime Praeſul, hos illius ſanctiſſimi Chryſoſtomi Sermones, & ad me quaeſo ſcribas, ſi hoc meum transferendi exercitium tibi gratum videatur; plura enim ſunt huius Doctoris, quae adhuc ad Latinos noſtros non venerunt. Quamobrem ſi abs te, Theologe doctiſſime, hoc transferendi genus laudabitur, ad alia quoque ſua, tuo integerrimo iudicio, tuaque exhortatione, ingenti animo me conferam. Vale.* Tum ſequitur S. Io. Chryſoſtomi de Dei Eccleſia, deque Divinis Sacramentis non contemnendis Sermo, inchoatus hora XXII. die XX. Ianuarii. Inc. *Pauci nobis hodie, fratres chariſſimi, adeſtis. Quid igitur cauſſae?* Deſ. *quem decet gloria, & imperium, nunc, & ſemper, & in ſaecula ſaeculorum. Amen.* In fine legitur: *Finitus fuit hic Sermo, & traductus per me Pe. Ba. civem quidem Piſanum, ſed Dei, & Apoſtolicae Sedis gratia Epiſcopum Tropienſem, hac die XXVI. Ianuarii anno Domini MCCCCLXVIII. in aedibus noſtris Epiſcopalibus, hora tertiatum. Deo gratias. Amen.*

XI. pag. 46. *b.* Eiuſdem Sermo de Poenitentia per eumdem Rev. Patrem Ep. Tropienſem de Graeco in Latinum translatus, qui ab eodem inceptus fuit die XVI. Ianuarii, hora XVI. anno MCCCCLXVIII. Inc. *Hac de cauſſa frequenter de Poenitentia verba facio.* Deſ. *nequaquam ſecundis frueremur bonis, quae quidem nos omnes aſſequi mereamur, gratia, & clementia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt gloria &c.* Tum haec leguntur: *Finitus eſt hic Sermo, traductus e Graeco in Latinum per me Petrum Balbum, civem quidem Piſanum, ſed Dei, & Apoſtolicae Sedis gratia Epiſc. Tropienſem, hac die XIX. Ianuarii, anno MCCCCLXVIII. in noſtris Epiſcopalibus aedibus feliciter hora XXII.*

XII. pag. 51. Eiuſdem Sermo de Nativitate D. N. I. C. per Petrum Balbum Epiſcopum Tropienſem e Graeco in Latinum converſus, cum Praefatione ad optimum, atque humaniſſimum Antiſtitem D. Conradum Pontificem Beneventanum, quae inc. *Quanta ſit huius Dominicae Nativitatis celebritas = Rogaſti denique, ut eumdem Sermonem tibi Latinum traderem; feci igitur, ut iuſſiſti.* Deſ. *atque illam aeternam Domini clementia conſequamur. Vale optime Praeſul, & me Pontifici Maximo commenda.* Sermo inc. *Quae Patriarchae parturiebant, Prophetae praedicebant.* Deſ. *in pace miſericordiam adipiſcamur, qua omnes ſemper frui mereamur, gratia, clementiaque D. N. I. C. &c.*

XIII. pag. 57. *b.* S. Auguſtini de Annuntiatione B. Mariae Virginis Sermo. Inc. *Caſtiſſimum Mariae Virginis uterum.* Deſ. *ut pater dicaris Salvatoris, qui vivit &c.* In Appendice eius Operum Tom. V. Part. II. ſub n. CXCV.

XIV. pag. 61. Luciani Dialogus de Amicitia, interprete Auriſpa (1), viro clariſſimo, ad Leonellum, & Ludovicum filios Marchionum Ferrariae, & Mantuae. Praefatio inc. *Amicitiam extortanti mihi, quae bona ea naſcuntur, quas laudes habeat, inprimis dicere par eſſe videbatur = Quum igitur patres veſtri. duo clariſſimi, atque munificentiſſimi per omnem Italiam Principes, tanta inter ſe benivolentia, tanto amore coniuncti ſint, ut non moderatis ſolum, aut publicis, ſed antiquis, & privatis amicitiis conferri poſſint, vos hortor, immo oro, & obſecro, ut cum in ceteris virtutibus, quae multae claraeque ſunt, tum praecipue in amicitia, illos imitemini; ac non minori cura, benivolentiae, quam regnis genitorum ſuccedere ſtudeatis; quod etſi veſtra excellenti natura ſequuturos ſatis opinor, tamen, ut ad eam rem alacriores vos redderem, Opus Luciani de Amicitia, viri inter Graecos doctiſſimi, & eloquentiſſimi, Latinum feci.* Deſ. *at exordium dicto-*

rum

(1) Haec verſio non recenſetur a diligentiſſimo Mazzuchellio *Scrittori d' Italia* Tom. I. Part. II. pag. 1277. ſeqq. qui tamen alteram Dialogi inter Scipionem, Alexandrum, & Annibalem apud inferos verſionem commemorat.

*nis Miniſippo datur*. Dialogus in quo colloquutores ſunt Miniſippus, & Toxaris, inc. *Quid ais, o Toxari? Faciтis rem divinam Oreſti, & Pyladi vos Scythae, Deoſque illos creditis*. Deſ. *qualis tu nobis eſſe videris praeſenti oratione*.

XV. pag. 76. *b*. Excerptum ex Svida auctore Graeco, & in Latinum translatum. Inc. *Tempore Iuſtiniani Imperatoris Chriſtianiſſimi factus eſt homo quidam inter Iudaeos princeps; ei nomen Theodoſius erat*. Deſ. *quamobrem credere licet veram fuiſſe Iudaei narrationem. Laus Deo. MCCCCLXXI.* Eſt hiſtoria quaedam de Iudaeo, quem quum Philippus quidam ut Iudaiſmo renunciaret, exhortaretur, conſilium in eo perſiſtendi ſuum exponit, narrationem quamdam inſtituens, in cuius calce ita rubrica adſcriptum eſt: *Si vera hic Iudaeus narravit, magnum profecto argumentum fidei noſtrae prodidit; ſed ſeſe levitate maxima damnavit*. Tum ſubiicitur breviſſimum Excerptum ex vita S. Macrinae per Gregorium Nyſſenum eius germanum compoſita.

XVI. pag. 81. Pii Secundi Pontificis Maximi, qui Aeneas de Piccolominibus de Senis antea appellatus eſt, ad illuſtrem Principem Turcorum Epiſtola. Inc. *Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei illuſtri Machumeti Principi Turcorum, timorem divini nominis, & amorem. Scripturi ad te aliqua pro tua ſalute & gloria*. Deſ. *Chriſtus regnabit in aeternum, cui eſt honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Eſt Epiſtola cccxcvi. in editione Operum Baſileenſi A. MDLI. per Henricum Petri fol.

XVII. pag. 109. Leonardi Arretini Vita Ariſtotelis, praevia Epiſtola ad praeſtantiſſimum Cardinalem Sanctae Crucis, ut in Cod. III. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 547 §. X.

XVIII. pag. 114. *b*. Magni Baſilii ad Gregorium de vita ſolitaria Liber, anonymo interprete, ſed forte Petro Balbo ſupra laudato. Inc. *Agnovi litteras tuas, ut ii, qui amicorum filios ex ingenita, quam praeſeferunt parentum ſimilitudine ſolent recognoſcere*. Deſ. *quae ſtudioſe proponit*. Eſt Epiſtola II. editionis Pariſienſis apud Io. Bapt. Coignard MDCCXXX. Tom. III. fol. pag. 70.

XIX. pag. 117. Sancti Auguſtini Epiſcopi ad Clericos de contemptu terrenorum. Inc. *Audite, fratres chariſſimi, ſalutiferam patris noſtri doctrinam*. Deſ. *reddamus gratias Ieſu Chriſto Domino noſtro &c.* In Append. cit. edit. Tom. VI. a pag. 293. ad pag. 295.

XX. pag. 119. *b*. Eiuſdem Sermo ad caſtitatem exhortans. In App. Sermonum cit. edit. ſub numero cexciii.

XXI. pag. 121. Eiuſdem Sermo de Verbis Domini: *Utinam ſaperent, & intelligerent, ac noviſſima praeviderent*. Inc. *Quoniam, chariſſimi, in via huius vitae fugientis ſumus*. Deſ. *aeternam damnationem evadatis, & cum Domino noſtro I. C. vitam aeternam poſſideatis &c.* In Append. Operum Tom. VI. a pag. 155. ad pag. 160.

XXII. pag. 125. Vita Beati Paulli primi Eremitae per glorioſum Hieronymum edita, ut in Cod. XXXV. Plut. XVII. Catalogi Lat. Codd. Tom. I. pag. 300. §. II.

XXIII. pag. 128. *b*. Beati Ambroſii Archiepiſcopi Mediolanenſis & Doctoris Catholici, eximiique de Paradiſo Terreſtri Epiſtola ad Sabinum, quae in edit. Operum Pariſ. A. MDCXC. fol. ſtudio & labore Monachor. S. Mauri eſt XLV.

XXIV. pag. 130. Eiuſdem de veſtibus alieni ſexus non utendis Epiſtola. Inc. *Ambroſius Hirenio ſalutem. Pertuliſti ad me, quaſi filius &c.* Deſ. *quia nos te, ut parentes diligimus*. Ibid. Epiſt. LXIX.

XXV. pag. ead. *b*. Anonymi hexaſtichon rhythmicum in duodecim Apoſtolos. Inc.

*Diſcipulis bis ſex, quibus eſt commiſſa Dei*
*lex &c.*

Tum diſtichon elegiacum in Virginem. Inc.

*Stella maris, candoris ebur, &c.*

XXVI. pag. 131. Beati Ambroſii Epiſtola ad Simplicianum, quod omnis ſapiens ſit dives. Inc. *Videbamur proxime in diſceptationibus incidiſſe Philoſophiae*. Deſ. *vitae aeternae hereditatem. Vale, & nos dilige, quia & nos te diligimus*. In cit. edit. Epiſt. XXXVIII.

XXVII. pag. 132. Cincii Romani (1) Praefatio in Sermonem de Virtute & Malitia ex Plutarcho per eumdem traductum. Inc. *Ab hac tantula mea lucubratione, praeſtantiſſime Pater, non me deterruerunt ii, qui de litteris iudicare poſſunt*. Deſ. *a Philoſophia oculos non deiiciens, ſemper laetabitur*.

XXVIII. pag. 133. *b*. Leonardi Aſſerico Epiſtola ad Franciſcum Petrarcham, in qua de habitatione ſua ruſtica & urbana tractat. Inc. *Fervet animus te videndi deſiderio, Pater alme, ſed civitas tentitat, obſtatque viſco illita tenaci, cuius odio charitatis vincitur ardor. Crebro ad te venire aſſiduus quidem impetus urget. Tunc ſine mora egredior, & verſus incedo patriam; mox perhorreſco murorum ingreſſu. Tunc redeo & intro, & mihi ſolamen unicum tecum pia parte mentis contemplor, ibique cerno tui effigiem meo pectori ſculptam, hinc te video, hic acquieſco, & mihi tecum moranti fari tuo incipis eloquio*. Deſ. *remaneo. Tu peroptime vale. Rure*. De hac & inſequenti Epiſt. conſule Cl. Laur. Mehus in Praefat. ad Ambroſ. Camald. Epp. pag. CCL.

XXIX. pag. 135. *b*. Franciſci Petrarchae reſponſum Leonardo Aſſerico. Inc. *Scripſiſti mihi, quo laetius de te nil audire poteram, neque nunc id metior, quod tu magno mei deſiderio tenearis; ita quidem eſſe, immo aliter eſſe non poſſe certus ſum. Nota mihi fides tua, notus amor, non verbis inanibus, aut a riſu, amicitiarum fragili caducarum vinculo, ſed re-*

rerum

(1) Franciſcus Philelphus in Mediolanenſi Convivio primo MS. in Biblioth. Magliab. Cl. VIII. Cod. XIX. 4. ait: *Cincium Romanum, hominem graviſſimum, neque Latinis, neque Graecorum eruditiſſimis cedere*. Eius Epiſtolam ad Franciſcum de Fiana in Diatriba praeliminari pag. VIII. ſeqq. ad Franc. Barbari Epp. in lucem extulit Emin. Quirinus.

*rum infallibilibus argumentis, animorum nexu valido ac tenaci; & quamvis hoc tuo deſiderio delecter ac gaudeam, mirum, & paene incredibile magis delector impedimento*. Deſ. *dignus vulgi mores, moraſque urbium odiſſe. Vale*. Docta eſt, & ſententiarum referta Epiſtola.

XXX. pag. 140. Preces habitae a Pio Papa Secundo in Miſſa ſolemni Mantuae XIV. Ianuarii MCCCCLX. Inc. *Tu Domine Ieſu Chriſte, fili Dei vivi*. Deſ. *Dei perfecta ſunt opera, & omnes viae eius iudicia. Amen. Domine exaudi orationem meam &c.* Nihil de his habet Cl. Manſius in Prologis ad Orationes Pii II. a ſe noviter editas Lucae MDCCLV. ſeqq. III. Voluminibus in 4. neque eruditiſſimus Stephanus Borgia a Secretis ſacrae Congr. Propagandae Fidei in Praefatione ad Orationem eiuſdem Pontificis, habitam dum bellum ſacrum adverſus Turcas parans, Anconam proficiſceretur A. MCCCCLXIV. Anecdotor. Romanor. apud Gregorium Sectarium 8. Tom. III. pag. 249. ſeqq. ubi pluribus de eiuſdem Pontificis vita ediſſerit;

XXXI. pag. 141. Eiuſdem Oratio habita in Conventu Mantuano VI. Kal. Octobris MCCCCLIX. Inc. *Quum bellum hodie adverſus impiam Turcorum gentem*. Deſ. *quam ut noſtris mentibus inferat ille, rogamus, qui cum Patre &c.* Edidit Cl. Io. Dominic. Manſius inter Orationes Politicas & Eccleſiaſticas Pii II. Vol. II. pag. 9.

XXXII. pag. 150. *b.* Eloquentiſſimi viri Petri Balbi Piſani, Epiſcopi Tropienſis, ad Coſmam Archidiaconum Tarraconenſem Praefatio in Sermonem Ioannis Oſaurei, per eum de Graeco in Latinum verſum. Inc. *Efflagitaſti ſaepe, Coſma Theologorum doctiſſime, ut ſaltem Sermonem illum* (adde de Statuis (1)) *quem e Graeco verteram in Latinum*. Deſ. *ſed mirum in modum omnem fidentiam, atque animi fortitudinem praeſtabit. Vale*. Tum ſequitur Ioannis Chryſoſtomi τῶν ἀνδριάντων Sermo primus e Graeco in Latinum verſus, qui inc. *Audiſtis, fratres chariſſimi, Apoſtoli vocem, tubam caeleſtem, lyram ſpiritalem*. Deſ. *&, quod ſummum eſt, futuris illis potiemur bonis, gratia & clementia D. N. I. C. qui una cum Patre, & Sancto Spiritu vivit, & regnat in ſaecula ſaeculorum. Amen. Laus Deo clementiſſimo, & glorioſis Leoni, Petroque, ac Paullo, quorum memoriam hodie, cras, & ſequens cras facimus, & iubente Deo glorioſius faciemus* 1460.

XXXIII. pag. 160. *b.* Eiuſdem de Statuis Sermo ſecundus, eodem interprete, cum Praefatione ad venerandum Theologum Coſmam Archidiaconum Tarraconenſem, quae inc. *Ecce poſt primum τῶν ἀνδριάντων Sermonem, ſecundum ad te mitto, virorum optime Coſma*. Deſ. *vellem & ceteros ante diſceſſum hinc meum huius operis Sermones emendatos reddidiſſe, ſed fortuna tulit, &, ut noſti, modus hic noſter vivendi, ut non ſolum id feciſſe me, quod maxime appetebam, non fuerit facultas, ſed ne hoc quidem Opuſculum, quod ad te mitto tam parvum, eadem de cauſſa ſatis emendatum fortaſſe reperies. Accipe igitur ab amico, ut retuli occupatiſſimo & hoc parvum munuſculum, in ſignum ſaltem optimae erga te meae voluntatis. Vale*. Sermo inc. *Quid dicam, aut quid loquar, fratres chariſſimi? Lacrymarum tempus hoc eſt*. Deſ. *& futura illa adſequamur bona, quae omnes adipiſci mereamur, gratia & clementia D. N. &c.*

XXXIV. pag. 168. *b.* Maximi Confeſſoris Sanctiſſimi Epiſtola ad Ioannem Cubicularium de dolore ſecundum Deum, e Graeco in Latinum traducta ab eodem Petro Balbo Piſano, cum Praefatione ad venerabilem Patrem, Sacerdotem Romanum, Dominum Franciſcum Rectorem Eccleſiae S. Bernardi. Inc. *Praedicatio tua, optime Pater, quam in Beatae Virginis Viſitationis celebritate, de Dei timore, doloreque ſecundum Deum eleganter copioſeque, ut ſoles, habuiſti, mihi in memoriam duxit Epiſtolam quamdam Sanctiſſimi Confeſſoris Maximi, quam inter cetera opera ſua teneo*. Deſ. *non huius muneris parvitatem penſes velim, ſed potius benivolentiam, & deſiderium erga te meum. Vale, & pro me ora*. Epiſtola inc. *Quum benedictum Dominum meum laudabili dolore dolentem reperiam*. Deſ. *verum etiam ut promptiſſimus ad faciendum opere rogamus, gratia Ieſu Dei, & Salvatoris noſtri, qui nos advocavit ad gloriam & regnum ſuum. Amen. Deo gratias, & Nazario, quem ſcito, lector, hodie martyrio coronatum*. 1460.

XXXV. pag. 170. *b.* Epiſtolae XIV. Paulli ad Senecam, & Senecae ad Paullum. Prima inc. *Credo tibi Paulle*. XIV. deſ. *vale Seneca chariſſime nobis*. Tum ſcriptor addit: *Volve & lege quod ſequitur: Praecedentes Paulli & Senecae Epiſtolas, etſi de his dubia ſit apud Eccleſiam opinio, nihilominus teſtimonium glorioſi Hieronymi ſatis approbare videtur. Is enim praeſcriptis motus Epiſtolis, Senecam in Catalogo, ut ipſe ais, Sanctorum non dubitavit inſerere, ita in libro de Viris Illuſtribus inquiens*. At nil aliud legitur.

XXXVI. pag. 173. S. Ioannis Damaſceni de aſſumptione Corporis, & Sanguinis Domini Sermo, interprete Petro Balbo Epiſcopo Tropienſe, cum Praefatione ad venerabilem S. Mariae Maioris Canonicum D. Marcellum de Planca, cuius initium eſt: *Quum paucis ante diebus, quam ultimo conveniremus, de S. Doctoris Ioannis Damaſceni theologia in ſermonem incideremus, dixiſti te perdiligenter quaeſiviſſe, an eius Tractatus in Romanorum Religioſorum Bibliothecis reperires Latinis litteris conſcriptos, & nihil denique eiuſdem Sancti inveniſſe; quapropter Graeco eius Codice accepto, Tractatum, & de Sanctorum Reliquiis, & de Imaginibus tuo nomine in Latinum, ut ſaepe efflagitaſti, verti; ac deinde de ſanctis, atque intemeratis Sacramentis viſum fuit ad te tranſlationem mittere, ut meo labore ſaltem illud intelligas, quod de hoc praeclariſſimo Doctore ti-*



(1) Ita in nota quadam marginali rubrica exarata ſuppletur, adiiciturque: *Scitoque has omnes XXI. homilias ab eodem eloquentiſſimo viro Petro Balbo latinas factas eſſe*.

*conſulerem*. Deſ. *ad rerum intelligentiam conſequendam*. *Vale*. Sermo inc. *Bonus*, *& quam maxime bonus*, *& ſuper bonus Deus*, Deſ. *tum vero perſolvam viſionem*.

XXXVII. pag. 175. *b*, S. Maximi Confeſſoris de Charitate Capita XVIII. eodem Rev. P. Epiſcopo Tropienſe interprete. Cap I. inc. *Charitas quidem eſt diſpoſitio animi*, Vltimum deſ. *ſummiſque deliciis illis epulatur*. Inde rubrica haec ſunt adnotata: *Iſta Capitula vide completa in alio volumine, ubi ſunt Sermones Beati Auguſtini ad Eremitanos*.

XXXVIII. pag. 177. Deſcriptio Virginis Mariae per Theophanium Doctorem, eius familiarem. Inc. *De dominabili*, *& vere veraci Dei Genitrice*, *ſemperque Virgine Maria multi Prophetae multis ſignis praedixerunt &c.* Huic ſubſequitur ratio quaedam orandi ad B. Virginem, cui praecurrit inſequens titulus: *A Magiſtro Dominico Ordinis Servorum haec habui, a quo & quod ſequitur didici*.

XXXIX. pag. 178. Beati Baſilii Caeſareae Cappadociae Archiep. Homiliae duae de Ieiunio latine converſae a clariſſimo viro Guarino Veronenſe (1), quibus praecurrit Prooemium ad B. Papam Eugenium Quartum, quod inc. *E Rhodo nuper ad me ſacrarum ſcripturarum liber allatus*, *ſanctiſſime Pater*, *mirum in modum & oculos ad legendum*, *& mentem ad perdiſcendum incitavit*. Deſ. *cui me*, *humillime adorans*, *procidenſque commendo*. Homilia prima inc. *In hac menſis novitate*, *& inſigni ac feſto nobis die*. Deſ. *quoniam iuſtum erit Chriſti iudicium*. *cui gloria &c.* *Laus Deo*, *ſanctiſque martyribus Petro*, *ac Marcellino*, *quorum feſta in craſtinum celebrabuntur 1473*. Homilia II. inc. *Exhortamini*, *inquit*, *ſacerdotes*, *& invitate populum*. Deſ. *laetitia digni comperiamur in Chriſto Ieſu &c. Laus Deo*, *in die Pentecoſtes*, *tranſcriptum die VI. Iunii* 1473. Haec verſio cum inſequenti Opuſculo Guarini memoratur ab Iacobo Gaddio de Scriptoribus non Eccleſ. Tom. I. pag. 118. & quidem his verbis: *Praeterea in vol. ſignato num. 65. exſtat Ms. clariſſ. viri Guarini Veronenſis ad B. Papam Eugenium IV. Prooemium*, *in duas Magni Baſilii Homilias latine converſas e Graeco*. *Poſt has duas Homilias ſequuntur*: *Cl. viri Guarini Veronenſis ad Illuſtrem Principem Leonellum Eſtenſem de aſſentatoris*, *& amici differentia &c.*

XL. pag. 187. Clariſſimi viri Guarini Veronenſis ad Illuſtrem Principem Leonellum Eſtenſem de aſſentatoris, & amici differentia Liber (2) cum Prooemio, quod inc. *Platonem virum doctiſſimum*. Deſ. *ſed prius pauca de eius ortu ſubiecero*. Tractatus inc. *Maximos*, *& praeſtanti ingenio viros*. Deſinit imperfecte in verbis: *haud enim iniucunda*, *& dulcedinis* . . . . . . . . ſpatium quatuor paginarum ad reliqua exſcribenda relictum eſt.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. varia manu exaratus, circa finem aliquantum madore corruptus, & cum indiculo eorum, quae in ipſo continentur in prima pagina deſcripto. Inter Gaddianos num. 326. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 188.

## B. ANTONII, S. CYPRIANI, HIERONYMI MONACHI CAMALD S. HIERONYMI PR SB. METHODII ATHEN. EPISC. &c SERMONES, ET OPVSCVLA.

I. pag. 1. PRaecedit in primis duobus foliis Opuſculorum elenchus, quae in hoc continentur volumine, eaque ſunt, primo Beati Antonii Abbatis Sermo de virtutibus. Inc. *Timor Dei expellit omnem nequitiam*; *negligentia vero expellit timorem Dei*; *per eam namque deſolatur mens hominis*. Deſ. *ſalvus per gratiam Chriſti effici poterit*. *Cod. VII.*

II. pag. ead. Eiuſdem Sermo de vanitate. Inc. *Tempus operationis eſt*. Deſ. *in illa terribili die iudicii eius*. Exſtat in Biblioth. PP. Lugd. Tomo IV. pag. 85.

III. pag. 2. Beati Ephraim Abbatis Sermo de iudicio, & reſurrectione. Inc. *Venite*, *dilectiſſimi fratres*, *exhortationem meam ſuſcipite*. Deſ. *trahatur ad vitam aeternam*. Legitur ſub diverſa interpretatione Operum Tom. II. Romanae editionis per Io. Mar. Salvioni MDCCXLIII. fol. pag. 50. ubi inſcribitur *De iudicio & compunctione*.

IV. pag. 5. *b*. Eiuſdem Sermo de contemptu ſaeculi. Inc. *Beatus qui odio habuit hunc mundum*, *& ſolummodo meditatio eius in Deo fuerit*; *beatus qui exſecratus fuerit peccatum*, *& malitiam*. Deſ. *qui deſideraverunt ad patrem luminis pervenire*. In cit. edit. Tom. I. pag. 282 ſub titulo: *Beatitudines Capitula LV.* Concordant, licet ſub diverſa interpretatione, uſque ad Caput XIX. Inde vero ita in Codice Sermo proſequitur: *Venient enim Angeli aſſumere animam*, *& ſeparabunt eam a corpore*, *& perducent eam ante tribunal immortalis metuendi iudicis*. Finem ſupra dedimus.

V. pag. 7. *b*. Caecilii Cypriani Epiſcopi ad Presbyteros & Diacones ſuos Epiſtola. Inc. *Quales litteras ad Clerum Romae agentem fecerim*. Deſ. *opto vos ſemper bene valere*. Eſt Epiſtola XXXII. edit. Pariſ. typis regiis MDCCXXVI. fol. curante Steph. Baluzio pag. 45.

VI. pag. 8. Eiuſdem ad eoſdem Sermo de Dominica Oratione, ut in Cod. XXII. Plut. XVI. Catalogi Tom. I. pag. 267. §. IV.

VII. pag. 14. *b*. Domni Hieronymi Monachi (3) Eremi Ordinis Camaldulenſis Sermo de vera & falſa poenitentia ad quoſdam Monachos Monaſterii Sancti Benedicti de Porti prope Florentiam anno Domini MCCCCXXX. Inc. *Niſi poenitentiam egeritis*, *omnes ſimul peribitis*. *Haec verba Domini ſcribuntur originaliter Lucae XIII. Cap.* Deſ. *& promittere ei re-*

(1) Cl. Scipio Maffeius *degli Scrittori Veroneſi* Lib. III. pag. 79. memorat tantum *Recollecta in Baſilium*, hanc verſionem omnino reticens.

(2) De eo agit Cl. Scipio Maffeius l. c. pag. 78.

(3) Plura de hoc Hieronymo Pragenſe, deque eiuſdem Mss. operibus ſcitu digna ſuggeſſit Cl. Laur. Mehus in toties cit. Praefat ad Ambroſii Camald. Generalis Epiſtolas pag. CCCCII. ſeqq.

*remiſſionem omnium peccatorum, & vitam aeternam, ad quam nos perducat Chriſtus &c.*

VIII. pag. 23. *b.* Eiuſdem Sermo modernus in feſtivitate B. Benedicti Abbatis anno D. MCCCCXXX. Inc. *Benedictus qui venit &c. Haec verba originaliter ſcribuntur Matthaei XXI. Cap.* Deſ. *ac inter choros Angelorum ad caeleſtem gloriam feliciter pervenit, ad quam nos perducat Ieſus &c.*

IX. pag. 31. *b.* Eiuſdem in feſtivitate Beati Romualdi eiuſdem Ordinis primi praeceptoris Sermo. Inc. *Adeſt, dilectiſsimi, S. Romualdi Patris noſtri praeclara ſolemnitas.* Deſ. *ut dum glorioſum Patrem nunc amando, & imitando proſequimur, ipſo intercedente ad regni caelorum gaudia pervenire mereamur, quod nobis praeſtare dignetur Dominus noſter &c.* Dividitur in Capita quaedam, ita inſcripta: I. De Monachis curioſis. II. De Monachis guloſis. III. De Monachis cirovagis. IV. De Eremitis vagabundis. V. De Monachis proprietariis. VI. De Sancto Adalberto Epiſcopo Pragenſi. VII. De malis Praelatis. VIII. De ſacra Eremo Camaldulenſi. IX. De bona doctrina ad ſuos Eremitas. X. De Monaſterio Vallis Caſtri. XI. De Simoniaca haereſi. XII. De vita eius (ſcilicet Romualdi). XIII. De obitu eius. XIV. De eius ſepultura. In fine rubris litteris hi verſiculi (1) ſubſcribuntur:

*En ego quem genuit urbs olim pia Pragenſis,*
*Quem tenet incluſum Eremus ſacra Camaldulenſis,*
*Hos egi ſermones magnos tolerando labores,*
*Sed labor eſt facilis veſtro ſuperatus amore.*

X. pag. 51. *b.* Sequuntur duo alii Sermones anepigraphi, quorum primus de miſeria conditionis humanae auctorem habet D. Auguſtinum, & inc. *Omnis homo in tribulatione aliqua conſtitutus, & in ſua cauſſa deficiens.* Deſ. *dimittite, & dimittetur vobis*, ut in edit. alias cit. ſub num. LX. Alter de miſericordia inc. *Miſericordia, fratres chariſsimi, peccatorum eſt medium.* Deſ. *qui dederit uni ex minimis iſtis, mihi dederit. Si credis, da pauperibus, quia Chriſto das...* Videtur in fine mutilus ſpatio vacuo duarum paginarum cum dimidia relicto.

XI. pag. 58. Caecilii Cypriani Epiſcopi de Idolis fugiendis, & de vero Deo colendo Sermo, ut in dicto Cod. XXII. Plut. XVI. Catalogi Tom. I. pag. 168. §. X.

XII. pag. 60. Eiuſdem de patientia habenda contra iniurias. Ibid. pag. 267. §. VII. ſub titulo *De bono patientiae.*

XIII. pag. 65. Eiuſdem de contemptu mundi, & morte conſolatoria. Ibid. §. V. ſub titulo *De mortalitate.*

XIV. pag. 70. Eiuſdem Presbyteris, & Diaconibus, inducens eos in cognitionem peccatorum Sermo. Ibid. pag. 268. §. XV. num. IX.

XV. p. ead. Euſebii Hieronymi Presbyteri Aurelio Auguſtino Epiſcopo Hipponenſi Epiſtola. Inc. *Domino &c. Crebras ad me dirigis epiſtolas.* Deſ. *ad me primum facias pervenire.* In edit. Operum Veronenſi apud Iac. Vallarſi MDCCXXXIV. fol. Tom. I. inter Epiſtolas ſub num. CV.

XVI. pag. 71. *b.* Eiuſdem magno Oratori urbis Romae Epiſt. Inc. *Sibeſium noſtrum tuis monitis profeciſſe.* Deſ. *ſed epiſtola finienda eſt.* Ibid. ſub num. LXX.

XVII. pag. 73. Eiuſdem ad Cleomatium, Iovinum, & Euſebium Epiſt. Inc. *Non debet charta.* Deſ. *amor ordinem neſcit.* Ibid. ſub num. VII.

XVIII. pag. 74. Eiuſdem ad Aſellam de fictis amicis Epiſt. Inc. *Dominae &c. Si tibi putem.* Deſ. *tuis precibus mitiga.* Ibid. ſub n. XLV.

XIX. pag. 75. Eiuſdem ad Auguſtinum Epiſt. Inc. *Domino &c. In ipſo profectionis articulo.* Deſ. *te ſuppliciter ſalutat.* Ibid. ſub num. CII.

XX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Florentium de ſtabilienda amicitia Epiſt. Inc. *In ea mihi eremo commoranti.* Deſ. *inſtans negotium proſequatur.* Ibid. ſub num. V.

XXI. pag. 76. Eiuſdem ad Superantium Epiſt. Inc. *Inter omnia.* Deſ. *hoſpites habebis.* Ibid. ſub num. CXLV.

XXII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Deſiderium Epiſt. Inc. *Lecto Sermone.* Deſ. *ſi volueris.* Ibid. ſub num. XLVII.

XXIII. pag. 77. Eiuſdem ad Rufinum Epiſt. Inc. *Diu te Romae.* Deſ. *laudibus delectari.* Ibid. ſub num. LXXXI.

XXIV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Florentium de ortu amicitiae Epiſt. Inc. *Quantus beatitudinis tuae rumor.* Deſ. *languoris invector.* Ibid. ſub num. IV.

XXV. pag. 78. Memorabilia quaedam extracta ex veteri Teſtamento. Inc. *Poſt peccatum Adae.* Deſ. *crucifigentes mundi Redemptorem, quem Prophetae ſalutem gentium praedixerunt D. N. I. C. &c.*

XXVI. pag. 80. Vita Beati Lazari Hieroſolymitani. Inc. *Lazarus frater Mariae Magdalenae, & Marthae, ut ait Ioſephus, corpore fuit decorus.* Deſ. *ac nihil ex eo remanſit, niſi indumenta. Hoc de Lazaro ſcribitur.*

XXVII. pag. 81. De inventione feſti S. Mariae ad Nives. Inc. *Tempore, quo Liberius Papa XXXVII. in ordine Pontificum anno CCCLII. factus, Beati Petri ſedem provida gubernatione regebat, quidam Ioannes nomine, almae Vrbis Patritius, Senatus curam gerens, tam morum, quam nobilitatis generoſitate praeclarus.* Deſ. *in ipſa Eccleſia exuberant. Ad laudem &c.*

XXVIII. pag. 82. Methodii Athenienſis Epiſcopi, & martyris Tractatus brevis in veteri Teſtamento, ut in Cod. XXVII. Plut. LXVI. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 801. §. IV. ſub titulo diverſo.

XXIX. pag. 84. *b.* Deſcriptio Terrae Sanctae.



(1) Adferuntur, ſed aliquantulum varii, in cit. Praefat. pag. CCCCIII. & prout exſtant in hoc Codice ibid. pag. CCCIV.

Digitized by Google

ctae. Inc. *Quum bonae memoriae Dominus Innocentius Papa tertius pro liberatione Terrae Sanctae orbem terrarum, fineſque ſuos ſollicitaſſet, ut moniti praeceptis, univerſi & ſinguli Chriſtiani ſubſidio Terrae Sanctae intenderent, & inimicos Crucis Chriſti, qui terram Hieroſolymitanam occuparunt communiter impugnarent*. Deſ. *quam Antoniam appellavit*.

XXX. pag. 89. Presbyteri Ioannis Regis Indiae ad Sanctiſſimum Dominum D..... (1) Pontificem ſummum de mirabilibus eiuſdem Regni. Inc. *Presbyter Ioannes potentia, & virtute Domini N. I C. Rex Regum, & Dominus dominantium univerſae terrae, Emanueli Romanorum Gubernatori ſalutem, & gaudium, & gratia ditandi ad interiora tranſire. Nuntiabatur apud Maieſtatem noſtram, quod diligebas Ex ellentiam noſtram, & mentio altitudinis terrae noſtrae erat apud te*. Deſ. *quidam Cardinalis, Stephanus nomine, ſub pollicitatione ſuae fidei dicebat, & omnibus patenter pronuntiabat. Vale, & Deus altiſſimus te conſervet. Datum in noſtra civitate Bribich Kal. Aprilis anno LI. Nativitatis noſtrae*.

XXXI. pag. 94. Anonymi brevis Hiſtoria Regum Langobardorum uſque ad Deſiderium. Inc. *Germania provincia eſt in occidentali parte per ſeptemtrionalem plagam verſus orientem protenſa*. Deſ. *quorum geſta ſi quis ſcire voluerit, hiſtoriam legat Langobardorum*.

XXXII. pag. 95. *b*. Anonymi Tractatus de Ordine Cardinalium, & de Indulgentiis Romanae urbis. Inc. *Agendum eſt de ſpirituali regimine, quod eſt a Pontificibus ordinatum*. Deſ. *Archiepiſcopis & Epiſcopis computatis*.

XXXIII. pag. 98. Epiſtola Rabbi Samuelis Iſraëlitae, oriundi de civitate Regis Manichorum, miſſa Rabbi Iſaac magiſtro Synagogae, translata de Arabico in Latinum per Fratrem Alphonſum Bonihominis Hiſpanici, Ordinis Praedicatorum (2). Inſcribitur: *Reverendiſſimo in Chriſto Patri fratri Hugoni, Magiſtro Ordinis Praedicatorum digniſſimo, & ſacrae paginae Profeſſori, eius ſubditus Frater Alphonſus Bonihominis Hiſpanus promiſſam obedientiam, ſemper promptam in omnibus & devotam. Quum ergo propter pravitatem meam & inſufficientiam*. Deſ. *per manum modici ſervi veſtri Fratris Alphonſi*. Tum ſequitur titulus, & quidem ita: *Incipit Epiſtola Rabbi Samuelis Iſraëlitae, oriundi de civitate Regis Manichorum miſſa Rabbi Iſaac Magiſtro Synagogae, quae eſt in Subiulmenta in regno praedicto, anno Domini ſcilicet Nativitatis eius milleſimo, ſed translata de Arabico in Latinum per Fratrem Alphonſum Bonihominis Hiſpanici, Ordinis Praedicatorum, quam translationem fecit anno D. milleſimo CCCXXXIX. Sanctiſſimi ac beatiſſimi Domini Benedicti Papae XII. Pontificatus ſui anno quinto. Conſervet te Deus. o frater*. Deſ. *ut corruptus homo penitus, & ignorans*. Inde repetito titulo ſupra adlato, haec alia adiiciuntur: *Et iſte Frater Alphonſus Bonihominis Hiſpaniae fuit factus poſtea ad modicum tempus Epiſcopus Merrochitanus*. Aliud Exemplar occurrit in Codice XXXV. Plut. XX. Catalogi Tomo I. pag. 641. §. I.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. bene ſervatus, ſed parum caſtigate exaratus, cum indiculo in principio manu recentiori, num. 505. antiquitus notatus. Conſtat foliis 112.

## EVSEBII CAESARIENSIS HISTORIA ECCLESIASTICA RVFINO INTERPRETE.

HIſtoria Eccleſiaſtica Euſebii Caeſarienſis Epiſcopi, translata a Rufino Presbytero de Graeco in Latinum ad Cromatium Epiſcopum, cum Prologo, ut in Cod. XII. Plutei LXVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 823 §. I. *Cod. XVIII.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, cum Summariis aliquot in margine. Conſtat foliis 118.

## LACTANTIVS FIRMIANVS.

FIrmiani Lactantii de falſa Religione Libri ſeptem, ut in Cod. II. Plut. XXI. Catalogi Tom. I. pag. 662. §. I. ſub diverſo titulo. Notandum Graeca verba rubro charactere eſſe quam diligentiſſime exarata, cum interpretatione Latina interlineari, & aliquando etiam marginali. Correctionibus inſuper adſperſus eſt Codex, item margini adſcriptis ab eadem manu. *Cod. XIX.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. eleganter exaratus, cum litteris Librorum initialibus aureis, optimeque ſervatus. Conſtat foliis 142.

## EVSEBII DE EVANGELICA PRAEPARATIONE LIBRI XIV. GEORGIO TRAPEZVNTIO INTERPRETE.

EVſebii Pamphili de Evangelica Praeparatione Libri XIV. e Graeco in Latinum traducti a Georgio Trapezuntio, praevia Capitum tabula ſingulorum Librorum in primis duobus foliis. & Praefatione eiuſdem Trapezuntii ad Sanctiſſimum Papam Nicolaum V. ut in Cod. XXV. Plut. XVII. Catalogi Tom. I. pag. 347 In fine rubrica legitur: *Euſebii Pamphili de Evangelica Praeparatione Liber quaterdecimus, & ultimus finit. Deo ſint grat ae. Amen. Laus Deo*. *Cod. XX.*

Codex membranac. Ms in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum aureis, tituliſque rubricatis, ac pictura [illegible] eleganti in prima pagina, quae totum ambit marginem, ubi initialis Praefationis [illegible] Georgii Trapezuntii imaginem exhibet [illegible] terea in tegumento hoc legitur mo[illegible]

(1) Lacuna eſt in Codice.

(2) Prodiit haec latina verſio ſaepe variis in locis, ut Mantuae MCCCCLXXV. 4. & alibi, ut habet Fabricius Biblioth. Med. Tom. I. pag. 71.

tum: *A dì 18. di Marzo 1558. fu viſto queſto libro da Frate Carlo Sparancoli Coaiutore di M. Alexandro Machiavelli Inquiſitore*. Conſtat foliis 203.

PAVLLI OROSII HISTORIAR. LIBRI VII.

*Cod. XXI.* PAulli Oroſii Presbyteri contra accuſatores temporum Chriſtianorum Libri ſeptem, praevia de auctore notitia, ut in Codice XXXVII. Plutei LXV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 760. §. I. Clauduntur hac ſubſcriptione: *Paulli Oroſii Presbyteri ad Auguſtinum Epiſcopum hiſtoriarum contra accuſatores temporum Chriſtianorum liber ſeptimus explicit feliciter*. Tandem in ultima pagina adſcribuntur quaedam praetermiſſa, ſuis locis, ſignis appoſitis, reſtituenda. In calce paginae 5. Libri I. ubi plagae Aegypti enumerantur, ab alia manu antiqua hi verſiculi in inferiori margine ſubiiciuntur:

*Prima rubens unda, ranarum plaga ſecunda,*
*Inde culex triſtis, poſt muſca nocentior iſtis,*
*Quinta pecus ſtravit, veſſicas ſexta creavit,*
*Pone ſubit grando, poſt brucus dente nefando,*
*Nona tegit ſolem, primam necat ultima prolem.*

Abundat in margine Summariis, & notis quibuſdam non aſpernandis, quas inter pag. 38. *b.* notanda inſequens eſt ad illa verba Libri VI. *Hanc hiſtoriam Svetonius Tranquillus pleniſſime explicuit. Auctor hic dicit ſcripſiſſe hanc hiſtoriam ſecundum Svetonium Tranquillum. Iſte liber Svetonii videtur mihi quod modo non reperiatur, ſed Commentarii Caeſaris reperiuntur, qui hanc hiſtoriam magna cum eloquentia tractant.*

In prima autem pagina, alia manu adſcribuntur nomina ventorum, quae deinde etiam ſex carminibus comprehenduntur.

Codex membr. Ms. in 4. maiori, Saec. XIV. binis columnis, cum uberrimis Summariis in margine, & titulis Librorum, & Capitum rubricatis, num. 7. antiquitus deſignatus, in cuius tegumento legitur: *Antonius Antonii ſcripſit, quem Dominus benedixit*. Conſtat foliis 63.

CASSIODORI SENATORIS VARIARVM LIBRI XII. ET DE ANIMA LIB. &c.

*Cod. XXIII.* I. p. 1. CAſſiodori (1) Opera cum Praefat. initio mutila, eo quod deſideretur prima pagina. Incipit autem a verbis .... *quod ad ſummum apicem diſputationis &c.* quae in edit. Operum, cura I. Garetii Venetiis typis Antonii Groppi MDCCXXIX. fol. Tom. I. incidunt in pag. 2. col. 2. lin. 35. & cum indice ſingulis Libris praevio eorum, ad quos Epiſtolae, & alia diriguntur. Libri primi Epiſt. I. quae inſcribitur Anaſtaſio Imper. inc. *Oportet nos &c.* Vltima Libri V. (in edit. X.) ſub num. 28. quae inſcribitur *Edictum* deſ. *ut ſecundum tenorem iuſſionis ad nos perveniat munificentia principalis*. Notandum itaque eſt numerationem Librorum cum editione convenire uſque ad Librum VII. incluſive, qui in Codice deſinit in Formula XLI. in verbis: *quam ſuae promiſſionis impugnat auctoritas*. Tum rubrica ſubiicitur titulus *Magni Aurelii Caſſiodori Senatoris, viri Clariſſimi & Illuſtris, Exquaeſtor. Pallacii, & Conſulis Ordinarii, Exmagiſtri Officii, Praepoſiti Officiorum, Lib. Variarum*; qui quidem titulus denuo repetitur in principio Libri ſequentis. Reliquae itaque Formulae huiuſce VII. Libri uſque ad ultimam, quae eſt XLVII. deſiderantur, & ſequens Liber, qui in edit. eſt. VIII in Codice numero I. denotatur, ac propterea ultimus Variarum, qui in editione eſt XII. in Codice eſt V.

II. pag. 166. Eiuſdem Liber de Anima, praevio Capitum elencho, ut in Cod. XXII. Plut. LIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 618. Clauditur hoc verſiculo:

*Sit venia dignus expletor Codicis huius.*

Adſunt in margine aliquando correctiones, & variantes lectiones, nec non Summaria quaedam brevia.

III. pag. 180. *b.* Sequitur Exemplar Epiſtolae cuiuſdam ſcriptae occaſione communis calamitatis, & mortalitatis (2), in cuius calce legitur: *Scriptum in radicibus montium die 9. Aprilis 1348. per veſtrum intimum Voluterran. ſervitorem Dominum de Sancto Mich. Has ſcripſi Domino Thomae de Corſinis legum Doctori, & Domino Iohanni Andreae, & multis aliis noſtrorum mutato tenore.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. ineuntis, cum initialibus Librorum, & Capitum coloratis, & titulis rubricatis, a pag. 23. uſque ad pag. 32. incluſive, alia manu paullo recentiore ſuppletus. Conſtat foliis 180.

GREGORII DIALOGI, ET ALIA QVAEDAM.

I. pag. 1. BEati Gregorii Papae Dialogorum Libri quatuor, cum indice Capitum ſingulis Libris praevio, excepto ſecundo, eo quod, quum ab alia manu ſuppletus fuerit, exſcriptor omiſerit, ut in Cod. XVI. Plutei XVI. Catalogi Tom. I. pag. 243. §. I. Notandum inter Librum primum & ſecundum pag. 22. *b.* legi Epiſtolam ita inſcriptam: *Domino illuſtri, & in Chriſto venerabili merito Pacato Vranius Presbyter* *Cod. XXIV.*

(1) De Caſſiodori Codicibus Mss. in Bibliotheca Gaddiana exſtantibus meminit Iac. Gaddius de Scriptoribus non Eccleſ. Tom. I. pag. 107.

(2) Vid. Scipionem Ammiratum *Iſtorie Fiorentine* Tom. I. pag. 505. ſeqq.

Digitized by Google

*ſbyter* (1) *in Domino ſalutem. Litteris nobilitatis tuae iterata vice ſollicitor, ut tibi obitum Sancti Paullini referam*. Deſinit imperfecte in verbis: *nullum deſpiciens, omnibus tribuebat, omnibus indulgebat, amabat trepidos, mitigabat vio . . . . .*

II. pag. 118. *b.* Vita B. Mariae Magdalenae in quatuor Lectiones diviſa, ut in Cod. XXXVII. Plutei XVII. Catalogi Tomo I. pag. 392. §. CXXXVI.

III. pag. 119. *b.* Decretalis legitur cum hoc titulo: *Ex Concilio Domni Bonifacii Papae, qui quartus fuit a Beato Gregorio, quomodo liceat Monachis cum ſacerdotali officio ubique miniſtrare*. Inc. *Sunt nonnulli fulti nullo dogmate, audaciſsime quidem zelo magis amaritudinis, quam dilectionis inflammati*. Deſ. *quia quanto quiſque excelſior, tanto eſt & his potentior*. Exſtat in Conciliis Labbei edit. Venetae apud Seb. Coleti Tom. VI. pag 1355.

IV. pag. 120. *b.* In averſa pagina, quae vacua ſupererat, antiqua fere aequalis manus adſcripſit Expoſitionem ad verba: *Sine intermiſsione orate*, quae inc. *Quis hominum mortalium poteſt ſemper inſiſtere orationi? Aut ergo totum tempus pro parte poſuit Apoſtolus, ut dicat illum ſemper orare, qui Canonicas horas obſervat, ſecundum morem & conſuetudinem Sanctorum Patrum &c.* itemque ad alia: *Omnia in gloria Dei facite, idem in invocatione nominis Dei &c.*

V. pag. 121. Hieronymi Cromatio, & Heliodoro Epiſcopis de Natali Sanctae Mariae Liber cum Prologo, qui inc. *Petitis a me petitiunculam, opere quidem levem, ſed cautela falſitatis admodum gravem*. Deſ. *initium habuiſſe*. Tum alia Praefatio inc. *Petitis a me, ut vobis reſcribam quid mihi de quodam libello videatur, qui de Nativitate S. Mariae a nonnullis habetur*. Deſ. *ſcribi potuerunt*. Inde acta de genealogia S. Mariae inc. *Igitur beata & glorioſiſsima ſemper Virgo Maria, ex regia ſtirpe, & de David familia oriunda*. Deſ. *& peperit filium ſuum primogenitum, ſicut Sancti Evangeliſtae docuerunt, D. I. C. qui vivit &c.* Habes in editione Operum Veronenſi curante Dominico Vallarſio MDCCXLII. fol. Tom. XI. a pag. 280. ad pag. 286. ubi tamen primus Prologus deſideratur; ut etiam apud Fabricium in Cod. Apocrypho N. T. Tom. I. pag. 7. ſeqq. Inferius notatum eſt: *Hunc librum acquiſivit Domnus Damianus* (2).

VI. pag. 126. Breviarium Apoſtolorum ex nomine, vel locis, ubi praedicaverunt, orti, vel obiti ſunt. Inc. *Simon, qui interpretatur obediens, Petrus agnoſcens; hic filius Ioannis, frater Andreae, dicitur ortus in vico Bethſaide, provincia Galilaeae* Deſinit in Luca Medico Antiochenſe, & in verbis: *Sepultus eſt Conſtantinopoli, ad quam urbem viceſimo Conſtantii Auguſti anno oſſa eius allata ſunt*. Codicem claudit adloquutio quaedam *De inobedientia primi hominis*, quae inc. *Univerſis in Chriſto fratribus & Dominis, ad quoſcumque litterae iſtae pervenerint, infelix quidam reverentiam cum charitatis vinculo. Poſtquam cunctis fidelibus oppido claruit, dilectiſsimi, quo pacto humanum genus per inobedientiam cecidiſſet, operaepretium duximus non neceſſe ſcribere &c.* Vltima verba vetuſtate paene deleta ſunt. In ſummo primae paginae margine legitur: *Liber Dialogorum S. Gregorii, & Piſtula S. Ieronimi de Nativitate S. Mariae Monaſterii S. . . . . .* (3) *prope Florentiam*.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori quadrato Saec. X. varia manu exaratus, cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis, ac maiuſcula littera perſcriptis. Conſtat foliis 127.

## CASSIODORI SENATORIS VARIAR. LIB. XII. ET DE ANIMA LIBER.

I. pag. 1. MAgni Aurelii Caſſiodori Senatoris, viri Clariſſimi & *Cod. XXVI.*
Illuſtris, Quaeſtoris Palacii, Conſulis Ordinarii, Praepoſiti Officiorum atque Patricii Variarum Libri XII. cum Praefatione in principio, & indice Capitum ſingulis Libris praemiſſo, ut in edit. cit. Heic notandum Epiſtolas, & reliqua omnia ſub unica numeratione comprehendi, quorum ſumma numerum efficit CCCLXX. Liber vero IV. in Codice abſolvitur in Epiſtola XXXIX. cuius poſtrema verba ſunt: *qui fortuna inferior comprobatur*. Liber V. incipit ab Epiſtola, cuius initium eſt: *Neſcio quis maior eſſe creditur &c.* quae eſt prima Libri XII. & omittitur ſuo loco; ſecunda vero, quae ſequitur, eſt XL. Libri IV. & procedit uſque ad XLIV. quae eſt ultima Libri V. Epiſtolae XI. & XII. Libri VII. coniunguntur in Codice; ac reliqua eiuſdem Libri progrediuntur, ut in editione uſque ad XLI. incluſive; quae ſequuntur vero uſque ad finem Libri, ſunt IV. VI. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. & XV. Libri IX. quae repetuntur etiam deinde ſuis locis: quare deſiderantur in Codice illae, quae in editione ſunt ſub numero XLII. XLIII. XLIV. XLV. & XLVI.

II. pag. 214. *b.* Eiuſdem de Anima Liber, ut in Cod. XXIII. huius Plutei, item praevio Capitum elencho. Clauditur hac ſubſcriptione: *Grates tibi, Chriſte, quod opus explicit iſte die Iovis XXVI. Aprilis anno a Nat. Dom. M. quadringenteſimo tertio*.

Codex partim membranac. partim chartac. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, optime ſervatus, cum initialibus coloratis, & eum ſcho-

(1) Vranius diſcipulus Paullini Nolani, natione Gallus, anno CCCCXXXI. dedit relationem hanc de morte S. Paullini, quam edidit Surius die XXII. Iun. & ex meliore Codice Chiffletius in Paullino Illuſtr. pag. 198. nec non in Actis SS die XXII. Iun. Tom IV pag. 195. & in edit. Muratorii Operum Paullini, Veronae MDCCXXXVI. fol. typis Dionyſii Ramanzini a pag. CXXVII. ad pag. CXXX. col. 2. lin. 35.

(2) Haec verba ab eadem antiqua manu exarata, lineola expuncta ſunt.

(3) Eraſa eſt vox, ſed forte legendum *Galli*, vel *Salvi*.

Digitized by Google

ſcholiis aliquot marginalibus, ſed perquam raris, in cuius primo folio hoc monumentum legitur: *Hunc librum emi ego Benedictus de Louro in civitate Barchinone, interveniente Antonio Raymundi librario dictae civitatis, cui perſolvi precium, praeſentibus Stephano Combes Not. & Iacobo Sugarra mercatore, civibus Barchinone*. Conſtat foliis 233.

## ANTONII DE BITONTO,

*B. Alberti Sarteanenſis, Anonymi, Lucae Geminianenſis, Plutarchi, Fr. Petrarchae, Guarini Veronenſis, Fr. Philelphi, Io. Toſcanellae &c. Opuſcula, Orationes, Epiſtolae, & Carmina.*

Cod. XXVII. I. pag. 1. FRatris Antonii de Bitonto (Ord. Fratrum Minorum) de Sacramento Corporis Chriſti Sermo. Inc. *Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Saepe quidem hactenus*, Deſ. *meorum abſtergat maculas delictorum, noſque perducat ad regna polorum. Amen*. Hunc Sermonem non indicat Waddingus inter Scriptor. Ord. Minor. pag. 30. ubi de Antonio agit Bitontino, nec Fabric. Bibl. Med. Tom. I. pag. 122.

II. pag. 5. Fratris Alberti Sarteanenſis de Corpore Chriſti Sermo. Inc. *Credo vos, Patres clariſſimi*, Deſ. *nihil poteſt mihi iucundius obtingere*. Inter eius Opuſcula curante Fr. Franciſco Haroldo Romae impreſſa per Io. Bapt. Buſſottum MDCLXXXVIII. fol. a pag. 118. ad pag. 131.

III. pag. 13. Anonymi Oratio (1) habita, dum Hieronymus quidam Auguſtiniani Ordinis, in Theologorum albo adſcriberetur. Inc. *Si noſtrae Univerſitatis conditores hodie ſequeremur, vir doctiſſime, primum nobis eſſet de maieſtate & gloria Theologiae, tum de tua ſingulari probitate dicendum; ſed in anguſto temporis ſpatio, alterum paene impoſſibile, alterum difficillimum eſt; neque enim divinam ſapientiam, rem quidem ampliſſimam, & ab omni aeternitate manantem, minima hora complecti, neque eximias virtutes tuas paucis exprimere poſſum = Praeterita ſtudia te nobis inſignem, te reddidere perſpicuum. In ea Religione verſatus, quae a D. Auguſtino reperta, ſemper egregia alere conſuevit ingenia, ſcribendo, diſputando, legendo, ac paene ſingulis noctium dierumque momentis altae contemplationi vacando, te verum tanti Patris alumnum oſtendiſti, ac poſteros eius imitatus es, quos olim veſtro Ordini plurimum decoris & laudis attuliſſe noviſti: veteres tamen illos in omni genere dignitatis eminentes omitto. Solummodo tria ſaeculi noſtri lumina nuper extincta contingam. Quouſque generoſis ſtabit honor ingeniis, numquam effluet Gabrielis Spoletini memoria, quem probatiſſimum & celeberrimum vidit aetas noſtra Theologum. Memini quoque Paullum Venetum, praeceptorem meum, de cuius ore, ſole clarior, & melle dulcior doctrina fluebat. Poſtremus omnium Andreas Mediolanenſis occurrit, quem pridie in medio curſu vitae ruptum intempeſtiva morte luxiſtis. Tres iſti praecipua legendi ac diſputandi conſuetudine freti, pleriſque urbibus magna ſtudiorum laude florentibus lucem maximam contulerunt. Quibus de vita praeciſis, & in aſtra receptis in hac Religione ſanctiſſima novae ſtirpes adoleſcunt, adoleſcuntque ſemper, modo maneat, qui in veſtris domiciliis reſidet praecipuus amor litterarum, atque virtutum. At tu, Hieronyme frater, qui decus egregium honeſtatis, & nominis ab ipſo divinarum ſcripturarum interprete ducis, velut ſoboles quaedam nobilis, gradatim in alta conſurgis, & inclytam maiorum tuorum famam aequare, aut, ſi fieri poſſit, ſuperare contendis; tu, inquam, acerrimus aemulator induſtriae, & probitatis antiquae, aequa cum viris illuſtribus gloria, diuturno ſtudio partu floruiſti; tu iuvenes ad bonas artes erudire coepiſti; tu multis in hac urbe ſcholaribus Philoſophiae fontes aperuiſti; tu longo tempore ſacras Theologorum ſcholas illuminaſti; tu denique exhauſtis humanarum artium diſciplinis, ac ſpretis externarum rerum curis, te totum huic divinae ſapientiae dedicaſti*. Deſ. *haec ipſa te ſuae incomparabilis pulcritudinis amore flagrantem hodierno die deſponſat, & ſacri magiſterii, atque ingentis gloriae compotem facit. Nam hic ampliſſimus Theologorum coetus, & ſaepe alias, & nunc in examine acumen ingenii tui admiratus, te huic noſtrae florentiſſimae Univerſitati cupit adnectere, atque ſibi collegam, ſociumque dignatur aſſumere. Cuius tandem muneris ut particeps fieri poſſis, flexis genibus, & manu pectori appoſita, quae praepoſuero tibi iurabis, & per omnem vitam omnia religioſe atque pie ſervabis. Amen*.

IV. pag. ead. *b*. Anonymi Oratio inauguralis de Divinae Sapientiae laudibus. Inc. *Iam Divino munere, viri doctiſſimi, votis omnibus exoptata dies rediit, in qua, ſicut a maioribus noſtris accepimus, ſtudium anni ſequentis inire debemus, pro cuius laeto, celebrique primordio, iuxta morem, breve aliquid de Divina Sapientia loqui, quae ad cognitionem animi pulcherrima eſt, ac merito laudibus decoranda videtur illuſtribus*. Deſ. *ergo tanto praemio expoſito, ad hoc ſalutare ſtudium multo vigilantius eniti debemus, ut bene de noſtra alma Univerſitate mereri, & in caeleſtibus regnis ſemper viventibus lauris inſigniri & largiente Domino, aeterna felicitate perfrui valeamus, cui eſt honor, & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Ad Orationis finem pag. 14. *b*. haec ſubiungit Orator de ſtatu Univerſitatis cuiuſdam, forte Senenſis: *Nec adhuc ſenio confecta defecit, quando etiam hoc tempore inclyta, ac felici natorum ſobole, & viret, & pollet. Praetereo ceteros; ſolummodo unum huius Univerſitatis alumnum attingere libet, quem nuper cum nobili gente Graecorum luculentiſſime diſputantem, ex*

(1) Haec Oratio forte habita fuit in Academia Senenſi, eo quod actus, quae ſubſequuntur ibi dictas fuiſſe comperiamus.

*exque diurno certamine victricia ſigna referentem ingenti gaudio proſpeximus*.

V. pag. 14. *b*. Anonymi Oratio ad Morinenſem Legatum (1). Inc. *Etſi eo tempore, praeſtantiſſime Pater & Domine, quo Religionis noſtrae patrocinium ſuſcipere dignatus es, plurimum laetati fuerimus, exiſtimantes te magnae auctoritatis virum nobis praeſidio, & ornamento futurum, hodie ampliori, & praecipuo afficimur gaudio, quum adventum tuum ab omni populo huius florentiſſimae urbis incredibili honore, atque amore celebratum eſſe, teque Dominum de nobis optime meritum in domo iſta, cum dignitate & gloria reſidere videamus*. Deſ. *& tandem in praemium tam glorioſi operis perpetuis beatae vitae muneribus perfruaris. Amen*.

VI. pag. 15. *b*. Anonymi Oratio habita coram Generali Magiſtro Iacobo de Mozanica Ord. Minorum. Inc. *Reverendiſſime Pater, & praeſtantiſſime Generalis Miniſter, Proximis diebus ingenti gaudio repleti ſumus, quum primum audivimus ſpectatae probitatis, & ſapientiae virum fuiſſe ad regimen huius ſacratiſſimae Religionis aſſumptum*. Deſ. *& in regno caeleſti felicitatis coronam imponere dignetur*.

VII. pag. ead. Anonymi Ordinis Praedicatorum Oratio habita, ut videtur, coram D. Papa Pio II. Inc. *Adventus Sanctitatis tuae, maxime, & glorioſiſſime Pontifex, illud inaeſtimabile gaudium in noſtris mentibus renovavit, quod ſuperiori tempore de tua felici aſſumptione percepimus. Tunc enim nos Beatitudinis tuae devotiſſimi ſervitores, ingentes Deo gratias egimus, quando te ſingulari virtute, & ſapientia praeditum ad Summi Pontificatus honorem digne perveniſſe comperimus. Pridie vero maior nos laetitia cepit, quum te, velut Angelum a Deo miſſum, a toto huius florentiſſimae urbis populo, miro cum honore ſimul & amore ſuſceptum eſſe perſpeximus. Nunc autem non tam publica, quam privata alacritate replemur, quum ſummum Patrem ac Dominum, Ordini noſtro ſemper affectum, ineffabili gloria decoratum, in hac domo reſidere videmus. = Igitur urbe Roma, & propria ſede relicta, magnis ſumptibus arduum iter aggreſſus, ductu Spiritus Sancti ad deſtinatum locum, Pater Beatiſſime, tendis, ubi opus immenſae utilitatis, & gloriae, felicibus initiis valeas inchoare. = Inclyta prorſus & celeberrima laus haec erit, ſi in adeundis pro Catholica veritate laboribus veterum geſta Pontificum imitari volueris; ſed nec magno nomini ſuo parum ſplendoris accedet, ſi eorumdem exempla ſequutus, ſacrarum Religionum fautor exſtiteris, earum praecipue, quae iisdem pro fidei defenſione inſtitutae feruntur, qualem hanc eſſe, quam profitemur, inditum illi Praedicatorum nomen oſtendit. = Hanc quoque domum, cui eadem Sanctitas tua, dum eſſet in minoribus conſtituta, frequenter auxilio fuit, & perſonas noſtras, licet exiles, ſed tamen erga te ceteris fide & devotione non impares, ac de tanto Principe benemereri vehementer optantes, & quidquid boni, ope divina, conſequuti ſumus, celſitudini, ac poteſtati tuae commendamus &c*. Deſ. *aeternae vitae praemia conſequaris*.

VIII. p. 16. *b*. Alia Oratio coram Cardinali Avenionenſi. Inc. *Felix iſte reditus, R. P. & Domine, magnum nobis gaudium attulit. = Non tamen celeberrimo nomini tuo parum decoris, & laudis contulit haec ipſa Ordinis noſtri tutela, quae optimo iure tibi convenit propter inſitum cordi tuo iampridem noſtrae Religionis amorem, quam pio ſtudio ſemper fovere, & honorare curaſti. Quod utique ſuperioribus annis perſpicue patuit in canonizatione beati Vincentii, quae quum longo temporis ſpatio praetermiſſa fuiſſet, tandem tua ſingulari diligentia ad glorioſum finem. Deo ſic opitulante, pervenit*. Deſ. *feliciter coronare dignetur*.

IX pag. 17. Alia brevis Oratio ad Pontificem Max. (ut videtur Pium II.) Inc. *Reditus ſuus, glorioſiſſime Pont. diu nobis optatum gaudium attulit, quia Sanctitatem tuam, cuius praeſentia frui in hac domo conſuevimus, ab omni periculo tutam & incolumem reverti ſſe videmus. = Et quia novimus, benignitatem tuam praecipuo ſemper amore Praedicatorum Ordinem eſſe complexam, eamque ex praeteritis beneficiis credimus domui noſtrae ſaluti & ornamento futuram, iure prae ceteris de hac reverſione felici laetamur*. Deſ. *ad meliora conſurgere videamus*.

X. pag. ead. Oratio anepigrapha de Sacramento Corporis Chriſti. Inc. *Licet, Patres optimi, ad referendum tanti Sacramenti myſterium, cuius hodierna die inſtitutio prima recolitur*. Deſ. *aperta viſione intueri poſſimus*.

XI. pag. 20. *b*. Anonymi Prologus in Expoſitionem Libri Sententiarum. Inc. *Sententiarum Librum, Patres optimi, iuxta tenuem intelligentiae meae facultatem exponere volens*. Deſ. *& perpetua luce potiri valeamus*.

XII. p. 22. *b*. Oratio item anonymi, habita, dum ad ſuae Religionis regimen eveheretur. Inc. *Ad regimen ſacratiſſimi Ordinis noſtri divino munere, & unanimi electorum conſenſu vocatus*. Deſ. *a ſummo & immortali Deo perpetuo conſequentur, cui eſt honor &c*.

XIII. pag. 23. *b*. Sequuntur Epiſtolae duae ad quemdam in Religionem ingreſſum, item ano-

(1) Ordinis Auguſtiniani protector fuit, qui ſucceſſit, ut ex contextu eruitur, Cardinali Placentino. Hi vero Sermones, qui occurrunt ab hoc §. V. fere uſque ad §. XXIX. incluſive ſunt fortaſſe Fratris Petri Paulli Ciancianí Etruſci e Cluſio, vulgo *Chiuſi*, ac Senis inter S. Dominici Sodales allecti, viri pii & eruditi, ac concionatoris Apoſtolici ſua aetate celebris, teſtibus Quetifio & Eccardo in Scriptoribus Ordinis Praedic. Tom. I. pag. 846. quem inſuper Quadrageſimale, & alia pia Opuſcula reliquiſſe tradit. In ſanctionibus vero reformatis Univerſitatis Theologorum urbis Senarum Senis MDCLI 4. pag. 61. memoratum invenio P. Petrum Paulli de Senis Ord. Praedic. profeſſum in Conventu S. Dominici Senarum, qui enixam Philoſophicis, ac Theologicis ſtudiis operam dedit, ita ut peractis Florentiae Lecturis quatuor Librorum Sententiarum, patriam redierit, & ibi laureatus in S. Theologia inter Patres Theologos adſcriptus fuerit. Cui ex hiſce tribuendi ſint hi Sermones, inquirant eruditi Dominicani.

anonymi. Prima inc. *Audivi, referente venerabili Patre V. te ſalubri uſum conſilio nuper ſaecularem vitam reliquiſſe*.. Deſ. *opto te in ſancto propoſito permanere, & diu bene valere*. Pag. 24. Epiſtola ſecunda inc. *Ex litteris tuis nuper acceptis*. Deſ. *aeternae vitae optata praemia conſequaris*.

XIV. pag. ead. Brevis Oratio habita dum ſacrae Theologiae inſignia cuidam traderentur. Inc. *Proximis diebus*. Deſ. *te quem doctorem, atque magiſtrum in ſacra Theologia conſtituo &c.*

XV. pag. ead. *b.* In vacuo, quod ſupererat ſpatio, inſeritur alia manu, ſcilicet Lucae Geminianenſis, brevis Oratio de Natali Salvatoris. Inc. *Diem Natalem Salvatoris noſtri*. Deſ. *& illius tandem beatitudine perfrui, qui ſemper vivit &c.*

XVI. pag. 25. De laudibus Beatae Mariae Virginis Oratio Senis habita a quodam Fratre Ord. Praedicatorum. Inc. *Quum tenuem ingenii mei vigorem, & ingentem rerum, de quibus dicturus ſum magnitudinem ſaepe mecum tacita mentis agitatione revolverem. eminentiſſimi Patres & Domini, hoc eximium perorandi munus, velut impar exiguis viribus meis onus, penitus recuſare decreveram. Verum maiorum meorum ſtante ſententia. malui ponderi tanto ſuccumbere, quam illorum praecepta auditu digniſſima praeterire. Vnde licet eo, quo in primo ſtudii mei flore frequenter uti ſolebam luxu, ac ſplendore dicendi carere me novi, tamen de huius praeclariſſimi coetus ſingulari humanitate confiſus, ad cumulum hodiernae ſolemnitatis, & gloriae aggrediar, in nomine Chriſti Salvatoris noſtri, de ſuae beatiſſimae Genitricis perpetuae Virginis Mariae ampliſſimis laudibus pauca, puro, & ſimplici ſermone proferre, cuius ope, ac numine, quum felix beata Reſpublica in ſummum decus evaſerit, & ſacra Religio noſtra a prima ſuae inſtitutionis origine plurimum incrementi ſuſceperit, de praeſtantia huius ornatiſſimae civitatis, & de noſtro Praedicatorum Ordine breviter mihi differendum fore putavi*. Pag. 26. *b.* originem urbis Senarum inquirit, eiuſque laudes perſequitur, ſubiungitque pag. 27. *Itaque magnis ſumptibus, undique conquiſitis in omni facultate doctoribus, tam nobile ſtudium brevi adolevit, ac proſperis ſucceſſibus auctum eo claritatis evaſit, ut nulla ſit Vniverſitas tantae celebritatis, & famae, quae illi in hac exercitatione laudabili iure debeat anteponi, ubi, velut in quodam ſapientiae tirocinio, & exercendae virtutis agone de divinarum humanarumque intelligentia rerum, de ſubtilibus Dialecticorum ſyllogiſmis, & elegantibus Rhetorum locis, de contra differendi peritia, de toto genere Philoſophiae, quotidie pulcherrima conſeruntur certamina. & liberorum veſtrorum quaſi novorum militum probantur ingenia*. Viros quoſdam illuſtres commemorat, & ſummis effert laudibus. quos inter pag. ead. Alexandrum III. Rom. Pont. & pag. 28 Bernardinum, Catharinam, & Ambroſium Sanſedonium Senenſes.

Deſ. *ac perenni pace potiri Deo praeſtante poſſimus, cui &c.*

XVII. p. 30. Lauri Quirini Oratio in funere Gathamelatae Ducis armorum. Inc. *Vellem, magnifici Praeſides. id muneris nobis a Deo immortali datum eſſet*. Deſ. *ſed & ſanguinem ſuum darent*. Non memoratur haec Oratio ab ampliſſimo Marco Fuſcareno in Opere: *Della Letteratura Veneziana* Patavii apud Io. Manfrè fol. pag. 50. 295. 341. 444. neque a Fr. Io. de Auguſtinis *Notizie Iſtorico-Critiche intorno la vita, e l'opere delli Scrittori Veneziani* Tom. I. pag. 205. ſeqq.

XVIII. pag. 34. Anonymi Oratio in feſto S. Thomae de Aquino. Inc. *Luceat lux veſtra &c. Etſi ex iſtis Evangelicis verbis pater ille coeleſtis ſemper optimo iure laudari, colique ab hominibus debeat, hodie tamen amplriori proſequendus veneratione videtur, quo Thomam Ordinis noſtri praeclariſſimum decus in ſiderea ſtatione receois*. Deſ. *ad portum ſalutis aeternae pervenire valeamus, cui &c.*

XIX. pag. 36. *b.* Item in feſto S. Thomae Apoſt. Inc. *Annua nobis, & celeberrima dies*. Deſ. *tota mentis devotione quaeramus &c.*

XX. pag. 37. *b.* Alia Oratio anepigrapha de Adventu Domini. Inc. *Quaecumque ſcripta ſunt &c. Etſi cuncta, optimi Patres, quae, auctore Deo, in ſacra Scriptura traduntur*. Deſ. *poſt labentis vitae decurſus pervenire poſſimus*.

XXI. pag. 38. Anonymi Oratio de laudibus Bibliae, ſeu ſacrae Scripturae. Inc. *Quum ſacra Scriptura, quam, iuvante Domino, in proximum annum declarare propoſui*. Deſ. *clariſſima luce verſari valeamus*.

XXII. p 40. *b.* Oratio anepigrapha de Natali Salvatoris. Inc. *Salvatoris noſtri Natalem diem*. Deſ. *opitulante Domino, pervenire poſſimus*.

XXIII. pag. 43. *b.* Oratio in illa Evangelica verba: *Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu, ut tentaretur a Diabolo*. Inc. *In hoc Evangelio B. P. deſignatur illa memorabilis, & eximia Redemptoris noſtri victoria*. Deſ. *ac ſimiles hodie invictiſſimo Regi noſtro fuerimus, cui eſt honor &c.*

XXIV. pag. 47. *b.* Sermo ad ea verba: *Reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei*. Inc. *Quum hodie, glorioſiſſime Pont. de praeclara Salvatoris noſtri victoria loquuturus advenerim*. Deſ. *in aeternum ovile conducat*.

XXV pag. 50. *b.* Sermo ad illa verba: *Ductus eſt Ieſus in deſertum &c.* Inc. *Gratia, & ope divina P. B. iam ſereni, & celebres Quadrageſimae dies redire caeperunt*. Deſ. *eo duce pervenire poſſimus, cui eſt honor &c.*

XXVI. pag. 53. Sermo in eadem verba: *Ductus eſt Ieſus &c.* Inc. *Ea rurſus egregia Evangelicae lectionis hiſtoria, de qua ſaepe dixiſſe me memini, hodie mihi P. B. repetenda, & illuſtranda eſt*. Deſ. *illi digne miniſtrare poſſimus, cui eſt honor &c.*

XXVII. pag. 56. Proloquutio de optima adoleſcentum inſtitutione, ut fundamenta, quae

quae a pueris nobis iaciuntur, facile poſſint ipſam ſenectutem tolerare. Inc. *Quum alii, venerandi Patres, magna dicendi eloquentia dixerint &c.* Deſ. *nos omnes orare commovet.*

XXVIII. pag. 57. Oratio de laudibus moralis ſapientiae. Inc. *Quum egregiam, & perillustrem moralis ſapientiae vim ipſe mecum, ſplendoremque conſidero.* Deſ. *melior fortuna ſequetur.*

XXIX. pag. ead. *b.* Oratio anepigrapha de probis adoleſcentum moribus. Inc. *Diogenes ille Sinopheus.* Deſinit imperfecte in verbis: *ad alias quaſque laudatiſsimas diſcipli ....*

XXX. pag. 59. In tribus paginis manu Lucae Antonii Ludimagiſtri de S. Geminiano adſcripta eſt: Exhortatio quaedam de paſſione Domini ad Fratres, Italico ſermone exarata, de qua ſuo loco dicemus.

XXXI. pag. 60. *b.* Sermo in Coena Domini, cuius initium eſt: *Plurimum quidem Deo gratum cenſeo, optimi & religioſiſſimi viri.* Deſ. *mundis & purgatis fiat.*

XXXII. pag. 65. Donati Acciaioli Oratoris Florentini Oratio habita coram ſummo Pont. Sixto IV. (1) die III Octobris MCCCCLXXI. Inc. *Quam omnes Reſpublicae, nationes, Principeſque Chriſtianorum incredibilem laetitiam praeſeferant.* Deſ. *univerſa Reſpublica Chriſtianorum tempore Pontificatus tui florentiſſima ſit, fideliſſimaque futura.* Tum ſubiiciuntur hi duo verſiculi:

*Crux faciet Papam, quem Sixtum nomine dicent,*
*Menſibus octo vivet, niſi obſtet ethica febris.*

XXXIII. p. 67. *b.* Anonymi Sermo habitus in Coena Domini. Inc. *Solemnis ſacratiſſimuſque dies adeſt, Reverende Domine, Patreſque ac viri optimi.* Deſ. *perfectiſque explebimur bonis, ad quae nos Salvator ipſe perducat, qui &c.*

XXXIV. pag. 75. Epiſtola Fratris Alberti Sarteanenſis Ordinis Minorum Guilielmo Ca. Inc. *Accepi heſterno die.* Deſ. *obſecro itaque praeſtantiam tuam .....* reliqua deſiderantur, ſpatio ad ea ſupplenda relicto. Exſtat inter Epp. B. Alberti, curante Fr. Franciſco Haroldo, vulgatas Romae per Io. Bapt. Buſſottum MDCLXXXVIII. fol. a pag. **186.** ad pag. 187. col. 1. lin. 8.

XXXV. pag. 76. Anonymi Sermo in quinta Feria maioris Hebdomadae. Inc. *Quantum mihi, Doctores inſignes, cives ornatiſſimi, Pater; ac Fratres dilectiſſimi, timoris pariter, & laetitiae hic dies attulerit.* Deſ. *noſque a cunctis abſolvat peccatis. Amen.*

XXXVI. pag. 79. Epiſtola Plutarchi Philoſophi, & praeceptoris Traiani Imperatoris ad ipſum, quando fuit ſublimatus in Imperio. Inc. *Plutarchus Traiano S. D. Modeſtiam tuam noveram non appetere Principatum.* Deſ. *quia in perniciem Imperii non perges auctore Plutarcho. Vale.* Tum ſubiungitur haec notula: *Hic Plutarchus Principibus quatuor conatur ingerere: ſcilicet reverentiam Dei; cultum ſui; diſciplinam Officialium, & Poteſtatum; affectum, & protectionem ſubditorum.* Haec Epiſtola, qualis exſtat in noſtro Codice, refertur etiam a Fabricio Bibl. Graec. Tom. III. pag. 365. Occurrit etiam in Codice XVII. Plutei XLIX. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 473. ſed ſeptem circiter verſus in fine brevior.

XXXVII. pag. ead. *b.* Franciſcus Petrarcha Poëta clariſſimus in laudem S. Mariae Magdalenae, quum ad rupem, in qua poenitentiam egerat perveniſſet, hos verſus edidit, qui ſunt XXXVI. Inc.

*Dulcis amica Dei, lacrymis inflectere noſtris &c.*

Exſtant in editione Operum Baſileenſi apud Seb. Henricpetri A. MDXCI. fol Tom. II. pag. 945. Quare corrigendus auctor Catalogi Bibliothecae MSS. Farſettiae Venetiis per Fenzum MDCCLXXI. 8. pag. 7. qui hos verſus adhuc ineditos eſſe adfirmat.

XXXVIII. pag. 80. Carmen eiuſdem Franciſci Petrarchae de laudibus Italiae, quum ad illam rediit. Inc.

*Salve chara Deo tellus, ſanctiſſima tellus &c.*

In edit. cit. Tom. III. pag. 110. col. 2, ſub titulo *Ad Italiam ex Galliis remeans.* ubi in fine uno verſu longius.

XXXIX. pag. ead. *b.* Anonymi Praefatio quaedam in Plutarchi cuiuſdam Operis traductionem. Inc. *Sapientiſſime Pater ut a veteribus auctoribus memoriae proditum accepimus, Xanthyppi filius fuit & Elaxomenii, Anaxagorae diſcipulus &c.* Deſinit imperfecte in verbis: *per te enim Romanae Eccleſiae bellicoſiſſimi, & infeſtiſſimi hoſtes oppreſſi, deletique ſunt; per te plurimae civitates tuta a- ....*

XL. pag. 81. Oratio, ſeu exemplar Orationis de obitu alicuius clari viri ad exercendum ingenium conſcriptae. Inc. *Si pietatis noſtrae ingentes inſtinctus ſiueremus ſua libertate vagari.* Deſ. *pompae exſequiarum, magis vivorum ſolatia ſunt, quam ſubſidia mortuorum.*

XLI. pag. ead. *b.* Oratio habita in funere praeſtantiſſimi & Reverendi viri Mathiae Lupii per M. B. Inc. *Maximum & ampliſſimum munus ad me delatum eſt, Reverende Domine, magnificique Domini mei, Patreſque ampliſſimi = Non dicam de huius, in quo natus eſt oppidi gloria, & ſplendore, quod magnitudine rerum a ſe geſtarum, incomparabili diuturnitate ſtudii, vix ulla laude digne ornari poſſet; non dicam de benigna Lupia familia, quae tot egregios cives edidit, ut non ſatis conſtituerem, plus ne illa huic oppido, an hoc ſibi ſplendoris attulerit; non de iuſtiſſimo, ac optimo viro patre ſuo Nuccio, quo, neſcio, an quiſquam eorum quos umquam, aut viderim, aut legerim glorioſius diem obierit, qui fraternitatis ductor adverſus Diabolum, Chriſtianae Religionis hoſtem crudeliſſimum, una pro Deo immor-*

(1) Hanc Orationem memorat Michaël Poccianttus in Catal. Scriptor. Flor. pag. 52.

*mortali, pro ſua denique anima tuenda, acerbe dimicando cecidit; non dicam denique de neceſſariis, de amicis, qui quales in eum fuerint, ex eorum lacrymis & maerore cognoſcite. Sunt his alia maiora Mathiae noſtri ornamenta. Quis enim, ut a vita incipiam, non iure miretur praeclaram omnis aetatis ſuae inſtitutionem, qua nil aliud prorſus, quam aditum ad ſummam gloriam quaeſiſſe viſus eſt? Primam enim pueritiae ſuae partem, mortuo patre, litteris erudiendam ornandamque putavit, a quibus quidquid otii & intermiſſionis dabatur, non adignaviam, aut luxum, ſed partem ad corporis exercitationem, aliquid etiam operae muſicae, ac fidibus accommodavit, ut principem Graeciae Themiſtoclem, cui forte in omni gloria par fuiſſet, in hac laudatiſſima ſuperaverit. O liberalem inſtitutionem & praeclara vitae humanae fundamenta, quibus Athenae illae omnium artium inventrices, neque plura, neque meliora potuerunt excogitare! Itaque his artibus praeditus, quum iam patriam in ſumma rerum, ac temporum difficultate veniſſet, Canonicorum continuo ampliſſimis honoribus donatus eſt, in quorum collegio tantum humanitatis atque conſtantiae, tantum conſilii atque prudentiae declaravit, ut exſpectationem omnium, quae de ſe maxima erat, elegantiſſimis orationibus hinc inde recitatis faciltime ſuperaverit. In his tamen ſtudiis is noſter Mathias ita modeſte verſatus eſt, ut quum nullam iucundiorem voluptatem haberet in vita, numquam tamen, neque patriae, neque amicis privato conſilio defuerit. = Hunc autem prorſus neſcio ad quem primum ingenii uſum natura genuerit, quum ſingulis in rebus non verſatus, ſed genitus eſſe videretur. Maximus in eo fuit colendi ingenii ardor; multos ille eruditiſſimos ac ſummos viros hoſpitalitate donavit; multos praeterea ſingulari quadam cognitione, ac amicitia dignos fecit. Quo enim, ut alios omittam, ſtudio, qua humanitate Leonardum, ac Carolum Arretinos, eloquentiſſimos & integros homines, ac divinarum artium eruditiſſimos, coluit! Quanto amore, ac uſu Guarinum, Graecae, ac Latinae linguae peritiſſimum complexus eſt! Non Lyſander Archilochum, non Lucullus Antilochum maiori conſuetudinis, ac humanitatis officio proſequuti ſunt. Vidit ſane vir ſapiens quantum ad gloriam, atque laudem haec litterarum ornamenta conducant. Quare quum Philoſophiam, potiſſimum ac ornatiſſimum munus, cum ad bene beateque vivendum, tum ad publicam hominum utilitatem conferre intellexiſſet non quantum occupatiſſimo viro, & in quotidiana maximarum rerum varietate verſato, ſed quantum, aut Philoſopho, aut Oratori par fuerat, in his eſt artibus aſſequutus. Quod ſi Mathiae virtutes ſingillatim potius enumerare, quam collectas breviter attingere inſtituiſſem, qua verborum copia, quove ſplendore orationis, res illae complecti poſſent! Teſte* (ſic) *Senenſe Collegium, omneſque conſcripti Doctores, qui quum in ſtudium conveniſſent, ſuaviſſimam illam vocem, graviſſimaſque ſententias maxima ſemper cum admiratione audivere. Teſte Pratenſe oppidum, in quo ſaepe quum altiſſimas cauſſas graviſſime peroraſſet, ſingularem ſemper dicendi palmam omnium doctiſſimorum virorum iudicio eſt conſequutus. Teſtis noſtra Reſpublica, quam ornatiſſimae & copioſiſſimae Bibliothecae hereditariam reliquit. Sed ut omnes dotes breviter includam in cunctis, ita eleganter, ſapienter, prudenterque ſe geſſit, ut merito corona laurea ornari decretum ſit. Dixi.* Tum ſubiicitur: *Recitato in piazza dinanzi alla Pieve di Santo Geminiano, cioè nella Patria di detto Meſſer Mattia Lupio dove fu laureato.*

XLII. p. 92. *b.* Anonymi Sermo brevis de Reſurrectione Domini, cui adſcribitur nomen *Simbaldo* (1). Inc. *Reſurrectionis diem Salvatoris noſtri, Rever. Patres &c.* Deſ. *quod ſi fecerimus, cum ipſo profecto adſcendemus in caelum, eoque fruemur, qui cum Patre &c.*

XLIII. pag. 93. Litterae Dominorum decem Baliae Communis Florent. ad Dominum Ducem Venetiarum pro gratulatione pacis factae. Inc. *Non poſſet dictis exprimi.* Deſ. *quam Altiſsimus dignetur perpetuam eſſe. XXVIII. Aprilis MCCCCLIV.*

XLIV. pag. ead. *b.* Litterae reſponſivae Ducis Venetorum ad decem Baliae Communis Florentini. Inc. *Franciſcus Foſcari Dei gratia Dux Venetiarum &c. Magnificis Dominis decem Baliae Communis Florentiae ſalutem, & ſincerae dilectionis affectum. Non alieni fuimus.* Deſ. *caeleſte donum futurum eſſe perpetuum. Datae in noſtro Ducali Palatio die ſexta Maii, ſecunda indictione MCCCCLIV.*

XLV. pag. ead. *b.* Epiſtola Florentinorum ad Senenſes. Inc. *Noſtri officii eſſe ducimus.* Deſ. *diiudicare poſsint. Data Florentiae die XIII. Iunii MCCCCLII. Decem Baliae Communis Florentiae.*

XLVI. pag. 94. Copia litterarum miſſarum per Regem Aragonum Florentinis, Inc. *Spectabilibus & magnificis viris, Prioribus Artium, & Vexillifero Iuſtitiae Communis Florentiae Rex Aragonum utriuſque Siciliae &c. Spectabiles, & magnifici viri, Deum hominesque teſtamur, quanta hactenus cura & diligentia ſemper operam dederimus, atque incubuerimus, ut vobiſcum in pace & tranquillitate viveremus.* Deſ. *victoriam ſperamus obtinere. Datum in Caſtello Novo civitatis noſtrae Neapolis die II. menſis Iunii A. D. MCCCCLII. Rex Alphonſus.*

XLVII. pag. ead. Reſponſum factum Regi Aragonum per Dominos Florentinos. Inc. *Erat profecto regium.* Deſ. *in cauſſa tam iuſtiſsima, tamque honeſtiſsima noſtrum populum reſpecturum. Data Florentiae die XII. Iunii MCCCCLII.*

XLVIII. pag. 98. *b.* Sermo, ut videtur, Lucae de S. Geminiano in Nativitate Domini. Inc. *Etſi tenues ingenii mei vires.* Deſ. *eoque fruamur in aeternum.*

XLIX. pag. 99. Oratio anepigrapha de laudibus Philoſophiae. Inc. *Ferunt M. Tullium*



(1) Scriptus eſt manu Lucae de S. Geminiano.

*lium . Magiſtratus inſignes , ac praeſtantiſsimi vir: . etſi parentem eloquentiae merito appellaverunt &c.* Deſ. *& noſtra incepta ſecundet .*

L. pag. 104. *b.* Anonymi Proloquutio quaedam ad Magiſtratus de Iuſtitiae laudibus. Inc. *Oportebat eruditum hominem ,* Deſ. *quem bonorum omnium eſſe auctorem conſtat .*

LI. pag. 105. Anonymi Oratio in quodam funere , Inc. *Nihil aeque mortalibus cogitandum cenſeo .* Deſ. *ſic tandem placido fine quievit ,*

LII. pag. 106. Anonymi de laudibus Divi Hieronymi Oratio . Inc. *Antequam de Hieronymi laudibus , quae mea mens eſt , praeſtantiſsimi Patres , atque ornatiſsimi viri , dicam ea , quae dicenda feſtus hic dies admonuit .* Deſ. *ipſe vobis clementiſſimus Deus , atque eius praepotens ſervus Hieronymus praemia digna ferant .*

LIII. pag. 117. *b.* De Philomela Epigramma quatuor diſtichis conſtans. Inc.

*Dulcis amica veni , noctis ſolatia praeſtans .*

Deſ.

*Tu cantare ſimul nocte dieque potes .*

LIV. pag. 120. *b.* Ad Regem de timore Dei . Inc. *Erat illud amoris mei , Princeps feliciſsime ,* Deſ. *illuſtrius excogitari poteſt , quam perpetuo de morte Domini cogitare , Finis per Petrum Domitium .*

LV. pag. 122. Oratio Domini Andreae Magiſtri Hugonis de Senis , quam recitavit in principio ſtudii Florentiae . Inc. *Conſueverunt maiores noſtri , viri ornatiſsimi , quum demandandam grandem aliquam provinciam arbitrarentur .* Deſ. *in litterarum clariſsimis ſtudiis non inferiores iudicemini . Ad laudem &c.*

LVI. pag. 125. *b.* Oratio Guarini Veronenſis , quam recitavit in principio ſtudii Ferrariae , coram Marchione Leonello , & aliis famoſis viris . Inc. *Miraturos pleroſque , ac me forſan accuſaturos arbitror .* Deſ. *gloriam immortalem , quam comparabitis .* Conſule Cl. Apoſt. Zenum Diſſert. Voſſian. Tom. I. pag. 216. ſeqq. Obiit Ferrariae Guarinus ſub Imp. Friderico III. & Pio Papa II. A. MCCCCLX. Ind. VIII. prid. Nonas Decembr. Hanc autem eamdem Orationem memorat Cl. Scipio Maſſeius *Veron. Illuſtr.* pag. 79.

LVII. pag. 128. Oratio Philelphi habita in principio Rhetoricorum Ciceronis . Inc. *Quam liberalis & benefica natura parens ,* Deſ. *& praeceptis armare profitetur* (1).

LVIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Oratio habita in principio lectionum , quas domi propter aemulos legebat . Inc. *Conſueveram annis ſuperioribus .* Deſ. *maieſtatemque attendite .*

LIX pag. 129. Eiuſdem Oratio habita in principio Ethicae Ariſtotelis . Inc. *Quum egregiam atque perilluſtrem moralis ſapientiae vim &c.* Deſ. *iam felicibus auſpiciis in aciem deſcendemus .*

LX. pag. 130. Ioannis Toſcanellae Oratio habita in principio ſuarum lectionum , in qua laudat Poëſim , Hiſtoriam , Philoſophiam , & Rhetoricam . Inc. *Non ſum neſcius ,* Deſ. *haec ſi feceritis , poſt mortem etiam per gloriam vivetis ,*

LXI. pag. 141. Sermo in Coena Domini Vulterris recitatus . Inc. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum &c. Vereor equidem , Rever. Patres , & ornatiſſimi viri , in tanto conſeſſu verba facere .* Deſ. *ſecuri ad altare Domini accedere poterimus , & in futuro ad aeternam gloriam feliciter pervenire , ipſo praeſtante &c.*

LXII. pag. 147. *b.* Sermo in Creatione Dominorum Vulterranorum per Ser Hieronymum de Ronco Cancellarium eruditiſſimum. Inc. *Quoties ante humaniſſimos conſpectus veſtros aliquid memoratu dignum dicturus ſum ,* Deſ. *propagandum decus immenſum .* Heic inter paginam 147 & 148. aliquid deeſſe videtur.

LXIII. pag. 149. Sequitur Epiſtola ita inſcripta : *Chriſtophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum &c. Magnificis & Excelſis Dominis Prioribus Libertatis , & Vexillifero Iuſtitiae Populi Florentini fratribus , & amicis noſtris chariſſimis ſalutem , & ſincerae devotionis affectum . Quoniam primum & acerbum nuntium expugnationis civitatis Nigropontis &c.* Deſ. *in armis ſpondere opus eſt . Datae in noſtro Ducali Palatio die XXII. Auguſti indictione III. MCCCCLXX. Foebus .*

LXIV. pag. 151. *b.* In ſolemnitate Sancti Nicolai hymnus per Magiſtrum Lucam Geminianenſem . Inc.

*Virgines ſanctae , puerique caſti .*

Deſ.

*Omnibus feſſis ; invocate laeti*
*Vos Nicolaum .*

LXV. pag. 153. Occurrunt Sixti VI. Pont. inſignia cum hoc Epigrammate a Luca Geminianenſe pro quodam ſuperliminari in Abbatia de Spongia prope Collem compoſito (2).

*Paſcentem quercum mortalia corpora glande ,*
*Iuppiter hominibus magnus in orbe dedit ;*
*Nunc Deus omnipotens animabus pabula praebens ,*
*Hoc inſigne decus Pontifici Domino .*

LXVI. pag. 154. De proprietate Turturis verſus tres hexametri . Primus eſt:

*Alta petit turtur , cantando gemit , veniens ver , &c.*

LXVII. pag. ead. De proprietatibus Columbae verſus quatuor . Primus eſt :

*Grana legit volitans ſociata , cadavera vitat &c.*

LXVIII. pag. ead. De candela in Purificationem verſus item quatuor . Primus eſt :

*Hanc in honore piae candelam porto Mariae &c.*

LXIX.

(1) Orationes ſuas in tres diviſas claſſes in unum volumen collegit ipſemet Philelphus Ludovico Mariae Sfortiae , Epiſtola data VI. Kal. Iun. MCCCCLXXXI. anno aetatis ſuae circiter LXXXV. nuncupatas . Vid. Apoſtol. Zenum Diſſert. Voſſian. Tom. I. pag. 297. Prodierunt Brixiae per Iacobum Britannicum MCCCCLXXXVIII. 4. Recuſae fuerunt Pariſiis in aedibus Aſcenſianis , per Ioannem Parvum V. Idus Martias A. MDIV. 4. ubi tamen quae in noſtro habentur Codice deſiderantur .

(2) Vide infra ad Cod. II. Plut. XC. ſup. §. IX.

Digitized by Google

LXIX. pag. ead. *b.* Peregrinationes totius Terrae Sanctae, quae a modernis peregrinis viſitantur.

LXX. pag. 159. *b.* Sermo per me Magiſtrum Lucam in convivio in feſto Sancti Martini pro Plebano Domino Bartholomaeo 1482. Inc. *Natalem diem Divi Martini protectoris noſtri &c.* Deſ. *aperta viſione intueri poſſimus, ubi hilari animo beateque gaudendum ſit in aeternum &c.*

LXXI. pag. 160. *b.* Carmina quaedam a Luca Ludimagiſtro edita in Luciani de emptione & venditione Philoſophorum Dialogum. Primum inſcribitur: *Muſa, quum lyram traderet*, & inc.

*Mulcentem tigres, adamantaque ſaxa trahentem.*

Alterum, cui titulus: *Is qui Lyram cepit ad Muſam inquit*;

*En ego Theſpiadum ſumo fidiſſima vates.*

Aliud inſcriptum: *Ad populum, vel ad aliquem ex populo indifferenter*, inc.

*Si te digna manet ſanctorum gloria morum.*

Tum ſubiicitur: *Poſt recitationem Luciani de emptione, & venditione Philoſophorum, quidam in perſonam Calliopii in reddendis gratiis ad populum:*

*Diximus, o cives, gaudete & plaudite multum,*
*Et dignas grates diſtichon iſtud agat.*

LXXII. pag. 161. Sequitur eiuſdem Lucae gratiarum actio ad eos, qui convenerant auditum recitare Plauti Comoediam, pro quodam puero. Inc. *Quum ſit mihi hoc onus impoſitum.* Deſ. *benivolentiſſime ſuſcepiſtis.* Habetur in fine index mutilus eorum, quae in hoc Codice continentur uſque ad p. 130. In calce pag. 53. *b.* & 134. *b.* legitur: *Liber mei Lucae Antonii de S. Geminiano a 53.* Cui certe multas anepigraphas Orationes, ſuperius recenſitas, tribuendas eſſe crediderim.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. minutiſſimis litteris, & variis manibus exaratus, antiquitus numero 949. deſignatus. Conſtat foliis 161.

## LACTANTII FIRMIANI DE OPIFICIO DEI LIBER, ITEM DE IRA DEI LIB.

*Cod. XXVIII.* I. pag. 1. Firmiani Lactantii de Opificio Dei Liber, ut in edit. Pariſ. curante Io. Bapt. Le Brun MDCCXLVIII. 4. Tom. II. a pag. 71. ad pag. 125.

II. pag. 21. *b.* Eiuſdem de Ira Dei Liber. Ibid. a pag. 127. ad pag. 179. Tum ſubiicitur: *Deo gratias. Firmiani Lactantii de Ira Dei explicit Liber*; & paullo infra: *Georgii Antonii Veſpuccii Liber* 140. Spatia ad Graeca ſupplenda relicta ſunt, variaeque ad marginem correctiones adiiciuntur.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. nitidus, cum litteris initialibus eleganter depictis, ac ſtemmate poſſeſſoris in principio, in quo duplicem Crucem videre eſt, litteris *O. S. S. C.* adſcriptis, antiquitus num. 636. notatus. Conſtat foliis 43.

## LACTANTII FIRMIANI DE IRA DEI LIB. DE IVSTITIA LIB.

*Cod. XXIX.* I. pag. 1. Lactantii de Ira Dei Liber, ut in Cod. ſuperiore §. II. In fine legitur: *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis* (1) *de Florentia LXII.* Notandum Graeca verba, in margine, Latinis litteris eſſe expreſſa.

II. pag. 18. Eiuſdem de Iuſtitia Liber. Inc. *Iam ſi iuſtitia.* Deſ. *praemium immortalitatis adipiſci.* Extat & in Cod. II. Plut. XXI. Catalogi Tom. I. pag. 663. §. IV. ſub titulo *Epitome ſexti & ſeptimi Libri Divinarum Inſtitutionum*, quem vide.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XV. ineuntis. binis columnis, diligenter exaratus, cum initiali primi Operis littera aurata & colorata, antiquitus num. 978. deſignatus. Conſtat foliis 28.

## IO. CHRYSOSTOMI DE PROVIDENTIA DEI LIBRI III.

*Cod. XXX.* Ioannis Chryſoſtomi ad Stagirium Monachum Arreptitium de Providentia Dei Libri III. interprete Ambroſio Camaldulenſis Ordinis Generali, cum Praefatione ad Petrum Principem Luſitaniae, ut in Codice XXV. Plutei XIX. Catalogi Tomo I. pag. 565. §. II. Heic tamen initium Libri I. deſideratur, avulſa pagina, eo quod aliqua fortaſſe pulcherrima pictura exornaretur. Incipit igitur a verbis . . . . . . *criminumque onere depoſito, ſola maeſtitiae pondera perferre cogitur; ſi igitur ex illorum eſſem numero &c.* In fine legitur rubris maioribus litteris: *Ioannis Chryſoſtomi ad Stagirium Monachum Arreptitium de Providentia Dei Liber III. & ultimus finit. Ego Dominicus Braſichillenſis tranſcripſi. Florentiae.* Tum ſequitur dictum quoddam S. Cypriani Martyris rubrica exaratum, quod inc. *Qui in aeternum manere volumus, Dei, qui aeternus eſt voluntatem facere debemus &c.*

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus litteris auratis, & coloratis. num. 1065. antiquitus notatus. Conſtat foliis 183.

ISI-

(1) Eadem manus videtur quae ſubſequentem ſcripſit tractatum.

Digitized by Google

ISIDORI DE ORDINE CREATVRARVM, *Decretales quaedam, Bedae in Tobiam, S. Gregorii PP. Dialogorum Libri IV. Flori de Praedeſtinatione &c.*

Cod. XXXI. I. pag. 1. Iſidori (1) de Ordine Creaturarum Liber. Inc. *Vniverſitatis diſpoſitio*. Deſ. *hanc quaeſtionem, quae a multis lectoribus inſolubilis eſt dicta, ſcientiae conditoris reſervemus*. Hic Liber de Ordine Creaturarum ad Braulium Epiſcopum Vrbis Romae (Caeſarauguſtae) editus fuit a Dacherio Tom. I. Spicileg. edit. novae Tom. I. a pag. 225. ad pag. 237. lin. 30. ubi verſibus 39. longior eſt. Vid. Nicol. Antonium Tom. I. pag. 266. ubi diſquirit, quomodo Romae potuerit nomine Caeſarauguſta venire.

II. pag. 16. Explicatio quarumdam vocum, praecipue Hebraicarum. Inc. *Bibliotheca, ideſt librorum cuſtodia, ſuggillatio, ſuffocatio &c.*

III. pag. 17. Decretales Pontificum, & dicta Sanctorum Patrum, in tres Libros diſtributa. Liber I. inc *Ait beatus Clemens Petri Apoſtoli ſucceſſor in Epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini Hieroſolymitanum Epiſcopum, Si quiſquam Presbyter, vel Diaconus ſacrarii ſyndonem, vel velum vendiderit, Iudae Scarioth ſimilis aeſtimabitur. Caput IV.*

*Altaria, pallia, cathedra, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur. Cap. III.*

*Ne Presbyter ſolus cum ſola femina fabulas miſceat, nec Archidiaconus domicilia frequentet matronarum, vel per Clericos, vel per Laicos mandent ſibi aliqua ſecreta. Quod ſi fecerint, & ille damnetur, & illa a liminibus Eccleſiae arceatur. Anacletus Papa in Decretali II.*

*Accuſatio Sacerdotum nonniſi ab idoneis & probatiſſimis viris, qui & ſuſpicionibus careant, fieri debet; ipſe enim Dominus proprio flagello vendentes & ementes de templo eiecit Sacerdotes, non per alium, ſed per ſe ipſum. Idem Cap. V.* Tum ſequuntur: *Anacletus ſuorum Decr. Ep. III Evariſtus Papa IV. in prima Decret. Alexander Papa in prima, Sixtus Papa &c.* Deſinit in Sanctione S. Silveſtri, & in verbis: *Iudices autem alii eſſe non debent, niſi quos ipſe, qui impetitur elegerit*. Liber ſecundus pag. 20. inc. ab Eleutherio Papa. *De accuſationibus Clericorum, ſuper quibus conſulti ſumus*. Deſinit in Decreto Zephyrini Papae. *Poſt reſtaurationem, aut VI. menſium indulgendae ſint*. Liber tertius pag. 23. *b.* qui inſcribitur: *Liber de variis Conciliis*. incipit a Concilio Tarraconenſi. *Quicumque in Clero inter comparochiales alicuius criminis eſt ſuſpicione obfuſcatus*. Deſ. *& Paullus: qui furabatur, iam non furetur*.

IV. pag. 26. De Doctrina Sanctorum Patrum, maxime Iſidori. Inc. *Non poteſt hominem perducere ad damnationem confeſſio*. Deſ. *blandis perſuaſionibus nequiter palpat. Explicit*. Auctores qui nominantur ſunt: Iſidorus, Sixtus, Gregorius, Auguſtinus, Seneca, Hieronymus, Beda, Laurentius.

V. pag. 28. *b.* De quatuor quae fiunt in Eccleſia Sacramentis Tractatus, ubi auctor, quicumque ſit, contra errores Graecorum invehitur Inc. *Quatuor res ſunt in Sancta Eccleſia, quibus tota Chriſtianitas facta & confirmata eſt, & ad quae pertinent quaecumque in Eccleſia fiunt*. Deſ *aut ergo tanta ratione partem ſuam fermentarii defendant, quanta ſuam roborant azimitae, aut reiciant ſuum fermentum, & fiant azimitae, aut ſi nec illud volunt, nec iſtud valent, ſaltem non reprehendant azimitas. Finit*. Inde p. 33. *b.* Caput ſubſequitur de Matrimonio contra Graecos, quod inc. *Item Graeci deteſtantur noſtra connubia*. Deſ. *quod autem ſine auctoritate, & ratione fit contra rationem, abſque dubio rationabiliter repudiandum iudicabitur*.

VI. pag. ead. Expoſitio allegorica Bedae in Tobiam. Inc. *Liber Sancti Patris Tobiae, & in ſuperficie litterae ſalubris patet legentibus* Deſ. *bona Domini in terra viventium*. In edit. Operum Baſileenſi fol. Tom. IV. a pag. 587. ad pag. 601.

VII. pag. 40. Sancti Gregorii Papae Dialogorum Libri quatuor, praevia Capitum ſingulorum Librorum Tabula in principio. ut in Cod. XVI. Plut. XVI. Catalogi Tom. I. pag. 243. §. I. Accedunt pag. 110. *b.* Tabulae quaedam exhibentes I. Martyrium ſine ſanguine triplex. II. Quod peccatum ſolvitur quinque modis. III. Humilitatis ſeptem gradus. IV. Quatuor bona quotidiana &c.

VIII. pag. 112. Tractatus anepigraphus de duodecim lapidibus in fundamento Civitatis Dei. Inc. *Diſpoſitio XII. lapidum in fundamento Civitatis Dei ordinata eſt*. Deſ. *pro eis orando, & aliis modis, quae eſt virtus virtutum*.

IX. pag. 113. Declaratio quot modis remittuntur peccata. Inc. *Duodecim modis remittuntur peccata; primo in Sacramento Baptiſmatis, ſecundum illud: Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Deſ. *hoc quod aliis praedicaveris, in te valeas adimplere*. In fine nomen adiicitur *Sancti Cypriani Martyris*.

X pag. 114. *b.* Dicta Sancti Iſidori de duodecim abuſivis. Inc. *Primus abuſionis gradus eſt, ſapiens, ſi ſine bonis operibus fuerit*. Deſ. *ne ſine nobis Chriſtus eſſe incipiat in futuro*. Legitur in Appendice Operum Auguſtini cura Monach. D. Mauri Tom. VI. a pag. 211. ad pag. 216. ubi conſulendum editorum Monitum, & in Append. Oper. Cypriani curante Steph. Baluzio Pariſ. typis regiis MDCCXXVI. fol. a pag. CCLXXV. ad pag. CCLXXXVIII.

XI. pag. 119. Sententia Flori de Praedeſtina-

(1) Iſidori Opera Mss. uti exſtantia in Biblioth. Gaddiana memorat Iac. Gaddius de Scriptoribus non Eccleſ. Tom. I. pag. 263.

ſtinatione. Inc. *Omnipotens Deus, qui verus, & ſolus Deus eſt omnino in ſua aeterna, & incommutabili ſcientia*. Deſ. *maluit ſe infelix diabolico inflatus ſpiritu a Chriſti Eccleſia ſeparare, quam ſua profana & inaniloquia deſerere. Explicit*. Legitur in editione Operum ſelectorum SS. PP. curante Petro Franc. Fogginio Romae apud Marcum Palearinum MDCCLXXI. Tom. VI. Part. II. a pag. 503. ad pag. 518. ubi conſulendum auctoris monitum, & quae tradit in Praefatione eiuſdem Tom. VI. Part. II. de hoc Codice, ex quo nos ipſi, ut ei morem gereremus, variantes lectiones excerpſimus.

XII. pag. 121. Quaeſtio de viſione Dei. Inc. *Quid erit illud Iacob: vidi Dominum facie ad faciem; & illud Moyſi, qui loquebatur ad Dominum facie ad faciem, ut homo ad amicum ſuum; & illud Iſaiae: vidi Dominum ſedentem in throno, & ſi quae ſunt huiuſmodi? Reſpondeo. Refelli non poteſt, vel Patrem, vel Filium vel certe Spiritum Sanctum, ſi tamen eſt Sancti Spiritus viſio, ea ſpecie videri, quam voluntas elegerit, non natura formaverit, quoniam Spiritum quoque viſum accipimus in columba &c.* Deſ. *quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt. Explicit*.

XIII. pag. ead. *b*. De illis, qui nimium ſperant in Dei miſericordia. Inc. *Sunt plerique, qui idcirco peccatis ſuis ponere finem nolunt*. Deſ. *a creatore acceperit*.

Compactum eſt in principio cum hoc Codice manu Saec. XI. fragmentum Inſtrumenti cuiuſdam, ex quo aegre eruimus quae ſequuntur: *In nomine ſancte, & individue Trinitatis . . .* (1) *clementia Francorum Rex, & Eccleſiae Sancti Aniani Aurelianenſis Abb . . . . . torum prudentiae quoniam noſter Cancellarius Stephanus, & Sancti An . . . . . adiit, petens, & ſupplicans, quatinus per anteceſſorum noſtrorum qui eid . . . . . Eccleſiae Sancti Aniani, & Decano, ad luminaria comparanda, concede . . . . . . . malis totum teloneum noſtrum, omnium videlicet que intra clauſtrum . . . . . . . ſeu vendita fuerint, totamque iuſticiam ab hora ſcilicet vigilie eorumdem . . . . . . cui favorabili peticioni aures prebentes, animos applicantes conc . . . . & Decano prout requiſierat, iure perpetuo poſsidenda conceſsimus . . . . . feſtorum predictorum die toto, & ſequenti die in tutela & noſtro conduct . . . . . temporibus Regum Francorum, Epiſcoporumque Aurelianenſium ſigillo ni . . . . . nomine ſancte & individue Trinitatis ego Lugdovicus . . . . . Sancti Aniani Aurelianenſis Abbas. Notum fieri volo omnium tam preſen . . . . . tam noſtram, quam Aurelianenſis Epiſcopi Iohannis adiit ſerenitatem . . . . .* In averſa pagina legitur brevis indiculus eorum, quae in hoc Codice continentur, ac ſequens monumentum: *Liber Conventus Sancti Marci de Florentia conceſſus in uſum Fratri Carolo Rinuccino. Obiit praefatus Frater Carolus die XI. Ianuarii* 1480. Tum ſubiicitur *di Filippo n.* 15. quam alia item epigraphe ſubſequebatur, omnino deleta; quemadmodum etiam alia erat in fine, ex qua praeter prima verba: *iſte Liber*, nihil aliud expiſcari potuimus.

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XII. bene ſervatus, ac num. 1045. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 122.

## COLLECTIO CANONVM ECCLESIASTICORVM.

Cod. XXXII.

COllectio Canonum ex Conciliis, Romanorum Pontificum Decretis, ac Sanctorum Patrum dictis compilata, cui manu Saeculi XIV. adſcribitur titulus *Liber Sententiarum*.

Caput I. *Quod in novo Teſtamento poſt Chriſtum a Petro ſacerdotalis ceperit Ordo*, inc. *In novo autem Teſtamento poſt Chriſtum Dominum noſtrum a Petro Sacerdotalis Ordo caepit, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt &c.*

II. *Ex Epiſtola Melchiadis Papae de privilegio beato Petro, Domini vice, ſolummodo commiſſo &c. Ex Epiſtola Anacleti Papae.*

III. *Quod bipartitus ſit ordo Sacerdotum. Ex Epiſtola Anacleti Papae.*

IV. *Vt nec laici, nec bigami, nec viduarum mariti, & inreprehenſibiles ordinentur Epiſcopi.*

V. *Ex Decretis Leonis Papae.*

VI. *Ex Conc. Africano, ut, dum Epiſcopus eligitur, ſi contradictorem habeat.*

VII. *Quod nolentibus clericis, vel populis nemo Epiſcopus debeat ordinari. Ex Decretis Caeleſtini Papae.*

VIII. *Quod non habeantur Epiſcopi, quos nec clerus, nec populus elegit. Ex Decr. Leonis Papae.*

IX. *Quod ordinationes Epiſcoporum Apoſtolica auctoritate fieri debeant. Ex Epiſtola Anacleti Papae, ex Decreto Caeleſtini Papae &c.* Vltima verba, quae ob evanidos characteres vix legi poſſunt, ſunt Gregorii ad Auguſtinum Epiſcopum Anglorum, & quidem iſta: *ſic itaque bonum eſt coniugium, & tamen de voluptate carnis habet apud ſe aliquem reatum, quia legitimam carnis copulam oportet* (ſic), *ut cauſſa prolis ſit gratia, non ſatiſfactio vitiorum. Si quis vero ſuam coniugem, non cupidine voluptatis raptus, ſed ſolummodo creandorum liberorum gratia utitur* (ſic), *iſte profecto, ſive de ingreſſu Eccleſiae, ſeu de ſumendo Dominici Corporis, Sanguiniſque myſterio, ſuo eſt iudicio relinquendus, quia a nobis non debet prohiberi, qui in igne poſitus, neſcit ardere. Quando vero non amor ſobolis, ſed voluptas dominatur in operis commixtione, habent coniugati de ſua commixtione quod defleant; hoc enim concedit ſancta praedicatio, & tamen de ipſa confeſſione, metu animus concutitur; nam quum Paullus Apoſtolus diceret, qui ſe continere non poteſt, habeat uxorem . . . . .* Reliqua prorſus evanuerunt. Tituli qui ſunt rubricati multis in locis omittuntur. In religando antiqui-

(1) Puncta, quae appoſuimus, abſciſſionem verborum, quae in extrema folii ora ſcripta erant, ſignificant.

Digitized by Google

quitus hoc Codice uſus eſt librarius fragmento quodam poëmatis manu ſaeculi XII. de proprietatibus quorumdam animalium, ut Leonis, Aquilae, Pantherae &c. Inc.

*Tres Leo naturas, & tres habet in ſ....*
*Quas ego, Chriſte, tibi ter ſeno carmine ſcr ....*
*Altera Divini memorant animalia libri,*
*De quibus appoſui quae rurſus myſtica novi,*
*Tentans diverſis ſi poſſem ſcribere metris &c.*

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XII. num. 1064. antea deſignatus. Conſtat foliis 64.

## GEOMANTICA QVAEDAM DIVERSORVM AVCTORVM.

*Cod. XXXIV.* I. pag. 1. MIſcellanea, in quibus inſunt Pyromantia Almadel de firmitate ſex ſcientiarum. Inc. *Quum, ut legitur in libris Peripateticorum &c.* Deſ. *de tali domo in eodem anno.*

II. pag. 2. *b.* Eiuſdem Auruſpitia. Inc. *Auruſpitia eſt ſcientia docens prognoſticationes.* Deſ. *ſignificat ſerenitatem ſequentis diei.*

III. pag. 3. *b.* Eiuſdem Hydromantia. Inc. *Hydromantia eſt ſciensia, praeſagia, & futura praedicens.* Deſ. *ſignificas mortem illius hoſpitis.*

IV. pag. 4. *b.* Eiuſdem Auguria. Inc. *Auguria eſt ſcientia docens praeſagia dicere.* Deſ. *& homines plus cruciant.*

V. pag. 6. Eiuſdem Geomantia. Inc. *Geomantia eſt ſcientia docens divinare ex innovatione terrae.* Deſ. *quia ſignificat proſperum ſucceſſum illius terrae, & ſalutem.*

VI. pag. 7. Eiuſdem Cyromantia. Inc. *Cyromantia eſt ſcientia docens praedicere & praeconizzare futuros eventus.* Deſ. *tempore invenies neceſſitatis.*

VII. pag. 11. Geomantia Ptolemaei Regis Arabum. ſive Arcanum magni Dei revelatum Ptolemaeo Regi Arabum de reductione Geomantiae ad orbem. Inc. *Per hoc praeſens poſſunt cognoſci exquiſite praeſentia &c.* Deſ. *pro uno igitur negotio prima quaeſtio verum determinat, & aliae ſunt fallaces. Explicit = Translatio Magiſtri Bernardi Phyſici regnante Boniſacio Papa, & Adulpho electo in Imperatorem, & Philippo Rege Franciae, filio quondam Philippi Regis Franciae, & Iacobo Rege Maioricarum, & Bengario Epiſcopo Magolenſi, & Adoardo Rege Anglorum & anno 13. lecturae noſtrae in Phyſica in Monte Peſſulano, & anno Domini MCC90. quinto die Iovis ante Natale &c.*

VIII. pag. 21. Translatio Endidii Regis, praevia Epiſtola Nuncupatoria, quae ita inſcribitur, & inc. *Delio Regi Perſarum vates Alhedatus ſalutem. & Reip. utilitatem. Maiores laudes potius ille labor meretur.* Deſ. *illuſtrari valent.* Prologus inc. *Proprium igitur praeſentis negocii.* Deſ. *non expedit fallere ſacra.* Liber tandem inſcriptus: *Doctrina de quatuor lineis ordinandis ſecundum artem*, inc. *Negociationum* (ſic) *erit hoc modo: Infra XII. horam poſt auditam quaeſtionem, 4. punctorum lineas facies.* Deſ. *intrat ſol in ſigno Piſcium*; cui ſubiungitur Regula *ad cognoſcendum per totum annum quot horas habet dies.*

IX. pag. 27. Geomantia plenarie tradita a Fratre Guillelmo de Morbeka Domini Papae Poenitentiario, quam Magiſtro Arnulpho nepoti ſuo pro ſecreto commendavit. Praecedit Prooemium, quod inc. *Hoc opus Geomantiae aggredior ſcientiae.* Deſ. *& completa ſit tradita volentibus doctrina.* Tum aliud Prooemium maius de conſiderationibus artis Geomantiae, quod inc. *Et eſt ſciendum ſine haeſitatione aliqua.* Deſ. *atque ſcientiae huius profunditatem in his quatuor diviſimus particulas, quae hic patent.* Poſt totius Operis diviſionem particula prima inc. *Praeſentis diſpoſitionis editio.* Deſinit imperfecte in particula tertia, & in verbis: *veſtis rubra & nigra, bona, & non camelinum. Pars eius ſeptentrio.* Hoc Opus ut ineditum memorat Oudinus de Scriptor. Eccleſ. Tom. III. pag. 469.

X. pag. 47. Anonymi Tractatus ſatis prolixus, cui titulus: *Significationes XVI. figurarum per domos XII. & domos abditas &c.* Inc. *Triſtitia eſt figura Saturni, & in Scorpione continetur figura terrea.* Deſ. *Aries autem eſt orientale ſignum, & igneae naturae.*

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. & XVI. diverſis manibus exaratus, ex veteri Armario Mediceo. Conſtat foliis 266.

## ASTROLOGICA QVAEDAM &c.

MIſcellanea, in quibus inſunt diverſae figurae, & Tractatus Chiromantiae, partim Latino, partim Italico idiomate conſcripti. Latinorum ſumma haec eſt: *Cod. XXXV.*

I. pag. 51. Experimenta varia, quorum primum inſcribitur: *Experimentum inſenſibilitatis.*

II. pag. 77. Alia Experimenta, ut videntur in principio mutila. Inc. *Quum Luna fuerit in Ariete, bonum eſt minuere ſanguinem de brachio, & balneum intrare &c.*

III. pag. 121. Fragmentum ſuperſtitioſum aſtrologicum, in quo agitur de Oratione Salomonis &c.

IV. p. 129. Alia Experimenta initio valde conſumpta, & fortaſſe mutila, ubi pag. 132. habetur Caput *ad coagulandum argentum vivum, ut teri poſſit*; inde alia, videlicet I. *ad tollendum coxos.* II. *ad carbunculum interficiendum.* III. *ad faciendum urinare.* IV. *ad fiſuras manuum.* V. *ad faciendum colorem azurum.* VI. *ad pilos removendos.* VII. *ad ſcabiem*, & alia huiuſmodi ſecreta plurima. Notandum pag. 169. *b.* inſeri hymnum ad B. Virginem, qui inc.

*Ave Mundi ſpes Maria,*
*Ave mitis, ave pia,*
*Ave plena gratiae &c.*

V. pag.

V. pag. 174. Anonymi Tractatus Aſtrologicus. Inc. *Horae intra diem, & noctem ſunt num. 24.* Deſinit imperfecte, ut videtur, in verbis: *quibus diebus, & quot temporibus excreſcat, quibuſve deprimatur.*

VI. pag. 196. Tractatus anepigraphus in fine mutilus. Inc. *Debes ſcire, quod circulus Solis duas habet medietates, quarum una eſt rota ſeptentrionalis, & continet ſex Signa, quae ſunt Aries, Taurus &c.*

VII. pag. 199. Tractatus Aſtrologicus, cui multa ſecreta ſubiiciuntur, partim Latino, partim Italico idiomate exarata, ac praecipue de variis coloribus conficiendis ſermo eſt. Inc. *Poſt feſtum Sancti Benedicti &c.*

VIII. pag. 217. Tractatus Chiromantiae, ſine nomine auctoris. Inc. *Antequam ad explanandas huius artis methodos accedamus, non inutile eſſe arbitror divulgatam inter Stoicos, & Peripateticos quaeſtionem diſſolvere.* Deſ. *quo fit, ut indicium ſubitum extemporariumque a peritioribus huius artis deteſtetur.* Accedunt in fine quatuor figurae extenſarum manuum, adſcriptis circum litteris ſuperſtitioſis.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. XV. & XVI. diverſis manibus exaratus, ex veteri Armario Mediceo. Conſtat foliis 271.

## ASTROLOGICA QVAEDAM.

*Cod. XXXVI.* I. pag. 10. FRagmentum in principio, & fine mutilum, obiurgationes quaſdam continens, cuius folia madore plurimum corrupta ſunt.

II. pag. 134. Anonymi Tractatus Geomantiae, in quo inſeruntur iudicia a quarta domo uſque ad duodecimam; accedit Tractatus de proprietatibus Planetarum. Inc. *Vt Geomantiae notitiam breviter attingamus &c.*

III. pag. 222. *b.* Tabula quaedam ſuperſtitioſa cum litteris Hebraicis, in cuius fine legitur: *Norimbergae 1565. Ex Tabula unius mercatoris Flandri.*

IV. pag. 223. Apocalypſis Hermetis, ideſt de abditi naturae ſpiritus revelatione. Inc. *Hermes, Plato, Ariſtoteles, reliquique antiquiores Philoſophi.* Definit, ut videtur, imperfecte in verbis: *ſatis laudari nequit, quum eiuſdem proprietas captum humanum excedat, & in eo omnium rerum inſit proprietas.*

V pag. 226. Redeunt in fine circuli ſuperſtitioſi &c.

Codex chartaceus Ms. in fol. Saec. XV. XVI. & XVII. diverſis manibus exaratus, partim Latinus, partim Italicus, ex veteri Armario Mediceo. Conſtat foliis 227.

## FASCICVLVS RERVM GEOMANTICARVM.

*Cod. XXXVIII.* I. pag. 1. TRactatus eximii Philoſophi Thebit de proprietatibus quarumdam Stellarum, & convenientia earumdem cum quibuſdam lapidibus & herbis. Inc. *Prima Stella vocatur Algol, & eſt in vigeſimo tertio gradu.* Deſ. *propter temporis lapſum.*

II. pag. 3. *b.* Tractatus de Imaginibus. Inc. *Si diſcordare quempiam velis.* Deſ. *Dramat, Echochi.*

III. pag. 9. Praeclariſſimi viri D. Ptolemaei Tractatus de Imaginationibus. Inc. *Dixit Albuzaben, quia omnes originales operabantur.* Deſ. *& impetrabit ex eo, quod animus tuus deſiderat. Expliciunt Imagines Ptolemaei. Finis.*

IV. pag. 18. Anonymi de generationibus, proportionibus, & compoſitionibus caeli ad faciendum Imagines. Inc. *Quando vero ſapientes antiqui voluerunt facere Imagines.* Deſ. *& fiet quod volueris.*

V. pag. 24. Oleum ſecretiſſimum, & notabile in peſte, in lumbricis, & pleureſi; habui poſt mortem Rever. Domini de Sancto Severino.

VI. pag. 25. Fragmentum initio mutilum; conſtabat autem hoc Opuſculum Capitibus ſeptem, quorum ultimum inſcribitur: *De virtute attractionis Planetarum, & quomodo loqui poſſimus cum eis, & quomodo effectus dividatur per Planetas, figuras, ſacrificia, orationes, ſuffumigationes, propoſitiones, & ſtatus caeli neceſſarii quolibet Planetarum.*

VII. pag. 46. Alius Tractatus anepigraphus, ſatis longus, difficillimo charactere exaratus, & male compactus, ſed ſignis in calce paginarum adpoſitis, ſuis quaeque locis redduntur. Titulus erui poſſe videtur ex pag. 49. & quidem ſic: *Ars invocandi ſpiritus. Incipiunt orationes ante invocationes ſpirituum verſus orientem.* Deſ. *in iſto latere a fronte eſt forma circuli iſtius experimenti, reſpice.* Forte eſt mutilus.

VIII. pag. 79. *b.* Petri Beraldi Practica, quam obſervabat in circulatoriis ſuis. Inſeritur hymnus ſatis longus pro Chriſti nomine, qui inc.

*Deus Pater piiſſime,*
*Ieſu Chriſte dulciſſime,*
*Spiritus clementiſſime &c.*

Adiicitur pag. 91. *b.* Oratio Lunae, & alia huiuſmodi ſuperſtitioſa cum figuris quibuſdam rubrica delineatis.

IX. pag. 103. Nomina Spirituum Orientalium, & dignitatum eorum, ubi pag. 108. occurrit *Vinculum Salomonis*, & alia ſuperſtitioſa ſatis multa.

X. pag. 150. Anonymi de Stellis. Inc. *Stellarum conditor ſummus, & omnipotens Deus in ipſo mundi principio ipſas in caeli firmamento conſtituit univerſas &c.*

XI. pag. 167. Carmen de tuenda ſanitate, quod inc.

*Anglorum Regi ſcripſit tota ſchola Salerni,*
*Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum,*
*Curas linque graves &c.*

Deſ.

*Hoc ſuper renes pecten pone, fietque levamen.*



Digitized by Google

*Explicit Tractatus, qui dicitur Flos Medicinae compilatus in Studio Salernitano. Deo gratias, Amen.* Multum diſcrepant haec medica praecepta carminibus expreſſa, ab editione Opuſculi Scholae Salernitanae cum Arnoldi Novicomenſis, Medici, & Philoſophi antiqui, enarrationibus, Venetiis apud Petrum Marinellum MDLXXXVII. 8.

XII. pag. 186. Liber de quatuor Annulis. Inc. *Artifex vero, ſicut praedictum eſt, ſit mundus.* Deſ. *ubicumque lecta recitata fuerint nomina, ſeu vincula ſupradicta, per tuam omnipotentiam debitum ſuum conſequentur effectum. Per Dominum &c.*

XIII. pag. 200. Clavicula Salomonis. Inc. *Dixit Theizelius. Hic incipio dicere de Angelis quatuor partium mundi, & de nominibus & proprietatibus ipſorum &c.*

XIV. pag. 201. De ventis rubrica. Inc. *Hic incipio dicere de ventis, & nomina ſunt iſta &c.*

XV. pag. 204. De terra, & de verbis, quae habent poteſtatem ſuper quatuor partes terrae &c.

XVI. pag. 205. De virtutibus nominum Spirituum, & Angelorum, & ventorum. Inc. *Si volueris per iſtum librum aliquid operari ſapienter &c.*

XVII. pag. 206. *b.* De caſtigationibus hominum ad operandum iſtum librum. Inc. *Quando volueris operari per iſtum librum,*

XVIII. p. 207. De virtutibus nominum Spirituum ad operandum ligationem. Inc. *Quando aliquid volueris cum iſtis nominibus operari &c.* In fine occurrit Caput inſcriptum: *Ad inveniendum ſecretum huius libri.*

XIX. p. 212. Experimenta de caeleſtibus Angelis primi temporis totius anni &c. & ſunt Arcana Dei, & ſecreta ſecretorum ex antiquiſſimis libris per Magiſtrum Philigoram heredem de Szabo veriſſime experta, & probata. Inc. *Primo & principaliter dices ſic: Sancti Spiritus adſit nobis gratia. Amen. Adiutorium noſtrum &c.* Hic Tractatus in fine mutilus eſt.

XX. pag. 227. Magiſterium Eumaticae artis, ſive ſcientiae Magicalis. Inc. *Dicit Salomon ſapientiſſimus omnium ſcientiarum, quod Spiritus, & Angeli ſunt a Deo.* Finis deſideratur ſpatio ad ſupplendum relicto. Adſunt in margine notulae quaedam, in quibus nominantur Teyzelius ſuper Razielem, Sanctus Honorius in ſuo libro iurato, Tox Graecus in libro Officiorum, Raymundus Lullus in ſua Magica.

XXI. pag. 230. Tractatus Anonymi de Coniurationibus. Inc. *Iſtae ſunt quatuor Coniurationes, quae debent dici, ſeu percipi ad tabulam Spirituum.* Deſ. *& ante te ſi vocati fuerint incurrentur, per eum, qui vivit, & regnat &c.*

XXII. pag. 241. Vnguentum optimum. Inc. *In primis die Dominico in aurora, hoc eſt in hora dominationis Solis, collige herbam Solis, fac ſucum, & ſerva &c.*

XXIII. pag. 242. Nomina Angelorum, Saturni, Planetarum, & Signorum.

XXIV pag. 243. Quaedam operationes imaginum ſecundum Planetas extractae de quodam libello. Inc. *De Saturno dicendum eſt, quum volueris aliquem abominabilem facere &c.*

XXV. pag. 244. *b.* Experimenta extracta a quodam libello antiquiſſimo, & ſunt, I. Ad amorem. II. Ad inviſibilitatem. III. Ad amorem, IV. Ad dementiam cuiuſvis. V. Ad ſomnium. VI. pag. 256. *b.* Experimentum Michaëlis Scoti Nigromantici &c.

XXVI. pag. 263. Anonymi Tractatus, cuius titulus eſt: *In ratione, curſu velociſſimo, in parva hora habes omnes lectiones LXVI. ſub ſuo modo, vel habes LX. legiones.* Inc. *Avecbe rex & dux magnus apparet.* Deſ. *cuius quidem ſigni patet forma ſupraſcripta. Explicit Romae 4. Ianuarii 1494. die Saturni hora meridiei pulſante.*

XXVI. pag. 275. Virtus & utilitas CL. Pſalmorum David, & primo ad continendum fetum. Caput primum inc. *Si qua mulier non continet fetum ſuum, ſcribe hunc Pſalmum: Beatus vir qui non abiit &c.* Deſ. *in capite LXXXIII. contra inimicum.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. partim ineuntis, partim exeuntis, & diverſis manibus exaratus, Latinus, & Italicus, ex veteri Armario Mediceo. Conſtat foliis 284.

## THEOPHRASTI PARACELSI PHILOSOPH.

THeophraſti Paracelſi Philoſophiae Magnae Tractatus aliquot ex potiſſimis Operum ſuorum ſelecti, cum variis Epiſtolis in principio, quarum prima Gerardi Dorn eſt: *Illuſtriſſimo Principi Carolo Marchioni Badenſi & Hachbergenſi, Landtgravio in Suſemberg, Domino in Retel, Badenvailer &c.* II. *Apologia, qua Theophraſti reſpondetur adverſariis.* III. *Theophraſti Paracelſi Theologorum patrono eximio D. Eraſmo Roterodamo doctiſſimo, ſuoque optimo.* IV. *Eraſmi Roterodami Rei medicae peritiſſimo Doctori Theophraſto Eremitae.* V. *Theophraſti ex Hohenheim utriuſque medicinae doctoris & phyſici Baſileenſis, ornatiſſimo ſtudioſorum Tigurinorum coetui.* VI. *Eadem clariſſimo Domino Chriſtophoro Clauſero Doctori, medicorum ac philoſophorum Tigurinorum eruditiſſimo Baſileae IV. Id. Nov. anno XLVI.* Cod. XXXIX.

Codex chartac. impr. in 8. in quo propter primae paginae iacturam annus & locus impreſſionis deſideratur; ex veteri Armario Mediceo. Conſtat paginis 250.

## FRANCISCI MELETI QVADRIVIVM.

QVadrivium temporum prophetarum Franciſci Meleti cum exordio, quod inc. *Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obviam ei. Verba haec D. Matth. XXV. notato me ad ſanctitatis tuae pedes ex ipſa rei magnitudine venire compulerunt.* Cod. XL.

Deſ.

Deſ. *tua etenim, Beatiſſime Pater, & univerſi humani generis, ut a libro ipſo percipies, res ibi agitur. Vale, & ſuam, & Eccleſiae Domini Ieſu, & univerſi orbis cauſſam commendatam habe*. Quadrivii temporum via prima per ſtatuum Eccleſiae deciſiones, inc. *Timete Dominum omnes gentes, timete eum omnes populi, adorate eum*. Via quarta deſ. *timete eum omnes linguae, & populi, & date illi gloriam, & honorem, quia venit hora iudicii eius. Cuius nomen &c.*

II. pag. 43. *b*. Pſalmi XVIII. per Franciſcum Meletum enucleatio, cum Epiſtola ita inſcripta: *Reveren. Domino Antonio Zeno Praepoſito Volaterranenſi Franciſcus Meletus*, quae inc. *Quid eſt, Rever. D. ut ea, quae a ſummo Deo ſunt*. Deſ. *rem noſtram intelligas, foveaſque. Vale*. Enucleatio inc. *Caeli enarrant gloriam Dei & reliqua. Pſalmi huius XVIII. titulus omnino de Chriſto Domini, ſuaque Eccleſia tractare denunciat*. Deſ. *ut in principio diximus, mandatum. Cui ſit laus &c.* In fine huius voluminis nulla impreſſionis nota adiicitur, adpoſito ſigno tantum typographi, quod eſt alatus ſerpens cum litteris *A. A.* In prima pagina poſſeſſoris nomen adſcribitur, ſcilicet *Baccii Valorii* ****.

Nulla de hoc Scriptore mentio fit a Iulio Nigrio. Claruit autem Florentiae ſub ſaeculi XVI. initia, cuius ſententiam de Antichriſto confutatam a Paullo Orlandino, Monacho Camaldulenſi, memorat Ioannes Mabillonius in Itinere Italico pag. 170. qui conſulendus. In Synodo Florentina anni MDXVII. in Supplemento Conciliorum Manſii Tom. V. pag. 407. in rubrica de Magiſtris haec habentur: *Prae manibus ſunt Franciſci Mileti Opera, qui quum laicus ſit, & quidem idiota, ut vidiſtis omnes, auſus eſt ingentes Scripturae theſauros evertere, atque omnem Catholicorum Expoſitorum ſenſum conturbare, novas ſibi, & inauditas concluſiones formando*. Et Cap. IX. *Opera quaedam Franciſci Mileti, Convivii, & Quadrivii, & Expoſitionis Pſalmorum titulis praenotata, quae pleroſque ſub huius praemiſſae amplificationis pietate in errorem, atque haereſes, & ſchiſmata facile inducere poſſent, velut venenoſa, & in pleriſque concluſionibus Catholicae veritati inimica, erronea, temeraria, praeſumptuoſa condemnavit, & ſuſpecta reddidis, nedum illa, ſed & omnia ſua alia Opera impreſſa & non impreſſa, donec fuerint per ſedem Apoſtolicam approbata, mandavitque omnibus in tota Florentina Provincia commorantibus, ut quaecumque, & quotcumque, qualiacumque ex praedictis Operibus habent, deferant vel ad Vicarium Archiepiſcopi Florentini, vel ad Praeſidentem Capituli Eccleſiae Florentinae, vel ad R. haereticae pravitatis Inquiſitorem infra octo dierum ſpatium ſub poena excommunicationis, & florenorum X. auri, ut flammis demandentur, ſicut cremari digna ſunt, & ita ea cremanda pronunciavit*. In ſuperiori autem Epiſtola ad Antonium Zenum memorat, ſe Romam a Petro Quirino fuiſſe vocatum, & in domo Petri Bembi, ſanctiſſimi Pontificis Secretarii, fuiſſe exceptum, & educatum.

Codex chartac. impreſſus in 8. ex veteri Armario Mediceo. Conſtat foliis 52.

## GEOMANTICA ET ASTROLOGICA QVAEDAM.

FAſciculus continens Geomantica, & Aſtrologica quaedam Hiſpanica, Rabbinica, Latina, atque Italica lingua exarata. Latina autem haec ſunt: *Cod. XLI.*

I. p. 136. Superſtitioſa quaedam, videlicet ad ludum cum taxillis, ad ſciendam veritatem de omnibus, quum volueris, ad inveniendum furtum &c.

II. pag. 146. Vtilitas Pſalmorum. Inc. *Ad abortum fetus*. Deſ. *& non habeant poteſtatem ullam mihi, qui cum Patre &c.*

Cod. partim membr. partim chartac. & ex parte etiam impreſs. in 8. min. Saec. XV. & XVI. ex veteri Armario Mediceo. Conſtat foliis 189.

## ARATI ET HYGINI ASTRONOMICA.

LIber Arati, & Hygini de Imaginibus, ſeu potius: *Cod. XLIII.*

I. pag. 1. Fragmentum Arati Phaenomenon ad Germanicum in Latinum converſum, cum Commento nuper in Sicilia reperto (1). Praecurrit brevis de Arato notitia (2), quae inc. *Aratus quidem fuit Athinodori patris filius, matris autem Delicophile; fratres autem habuit Lineū, & Calliodam, & Anthinorum &c.* Liber inc. *Caelum circulis quinque diſtinguitur*. Deſ. *in pede extremo poſteriore duas, in cauda tres. Sunt omnes XX.* Hucuſque convenit cum citata editione Aſtronomicorum Aldina a ſignatura G. ad K. III. (3). Tum ſequuntur in Codice pag. 61. duo alia Capita, quae decem ferme paginas implent, & inc. *Primum a Sole capiemus praeſagia. Purus oriens manu ſiniſtra Bootis, exteriori parte circuli pervenit coniuncta*. Deſ. *ſic autem lumen accipit, ut luceat, quum Sol pervenerit ſuper terram, ſed non ut aliquem concluſiorem locum totumque ſpacium impleat lumine. Si quis...* Inde eadem manus adnotavit: *Non ſe ne trova più*.

II. pag. 71. Hygini Poëticon Aſtronomicon Liber III. & IV. Ille inc. *Igitur incipiemus a polo Boreo protinus dicere, quo utraeque Arctos niwae vehuntur, Arctico circulo clauſae*. Hic vero deſ. *menſem autem, quamdiu Luna Zodiacum circulum perducat; Annum voluerunt eſſe, quum Sol ab aeſtivo circulo deſcendens, redit ad eumdem*, ut in editione Mythographorum Latinorum, curante Auguſtino Van Staveren, Lugduni Bat. apud

V 2 St-

(1) Vid. Fabric. Bibl. Lat. Tom. I. pag. 361.

(2) Diverſa eſt ab ea, quam dedit Aldus in editione Aſtronomicorum Venetiis A. MD. fol.

(3) Numeris enim carent paginae huius rariſſimae editionis.

Digitized by Google

Simuelem Luchtmans MDCCXLII. 4. a pag. 499. ad pag. 573. ubi verſu longior eſt in fine Liber ultimus. Quum autem editor adnotaverit *reliqua deſiderantur*, forte quae ſequuntur in Codice, ad complementum huius quarti Libri adiecta ſunt.

III. pag. 107. Adſunt tria Capita ita inſcripta, I. *De differentia temporum ortus Signorum*, II. *De circulis Planetarum*, III. *De Polis*. Primum inc. *Temporum quoque ipſorum Signorum, quibus oriuntur, aut occidunt habenda eſt diſtantia, ſecundum Marchianum; nam quae tranſverſa oriuntur, & recta occidunt, celeriores ortus habent, quam occaſus*. Tertium deſ. *ultimum eorum. quae videri poſſunt Signorum effuſionem urnae Aquarii, quae ad ipſum uſque decurrit, accipiens*.

IV. pag. 123. Hygini de Imaginibus, ſeu potius Poeticon Aſtronomicon de Mundi, & Sphaerae, ac utriuſque partium declaratione Liber I. & II. cum Prologo (1), qui inc. *Etſi ſtudio grammaticae artis*. Deſ. *& initium rerum demonſtrabimus*. Liber primus inc. *Mundus appellatur is, qui conſtat ex Sole, & Luna*. Secundus deſ. *nos autem omnium corporum deformationem dicere inſtituimus. Explicit Hyginus non figuratus*. In cit. edit. a pag. 403. ad pag. 499. ubi tamen variantes non paucas Codicem inter, atque editum obiter animadvertimus, praeterquamquod nulla in hoc Librorum diviſio apparet.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. mirae pulcritudinis, & elegantiae, cum duplici pictura in principio, quarum una Operis titulum aureis, & caeruleis litteris exaratum, altera Mediceum ſtemma exhibet, cum figuris caeleſtibus elegantiſſime pictis; ex veteri Armario Mediceo. Conſtat foliis 165.

## ARIST. ETHICA CVM COMMENT. S. THOMAE.

Cod. XLIV. ARiſtotelis Ethicorum Libri X. cum Commentario Sancti Thomae Aquinatis. Textus inc. *Omnis ars, & omnis doctrina, ſimiliter autem, & actus, & electio bonum quoddam appetere videtur*. Commentarius inc. *Sicut Philoſophus dicit in principio Metaphyſicae, Sapientis eſt ordinare &c.* Textus deſ. *& quibus legibus, & conſuetudinibus utens. Dicamus igitur incipientes*. Comment. deſ. *quod quidem eſt continuatio ad Librum Politicae, & terminatio ſummae totius Libri Ethicorum. Deo gratias. Explicit ſcriptum totius Ethicae Ariſtotelis per Sanctum Thomam de Aquino*. Habes inter Opera D. Thomae Venetae editionis apud Dominicum Nicolinum MDXCIII. fol. Tom. V. a pag. 1. ad pag. 142.

In prima pagina legitur: *Ponatur in bancho 70. ex parte occidentis*. Inde alia manu 98 . . . . . . *ex parte occidentis*.

*Textus Ethicorum Ariſtotelis cum ſcripto Sancti Thomae, Conventus S. Marci de Florentia, Ordinis Praedicatorum, quem emit Coſmas de Medicis pro dicto Conventu.*

Praeterea in prima pagina, quae Codicis tegumento inſervit hoc legitur monumentum: *Frater Alamannus habet Commentum Averroys in tota Philoſophia in uno volumine.*

*Scriptum Libri Phyſicorum, & Metaphyſicorum S. Thomae in duobus voluminibus.*

*Ser Iacobus Martini de Sulmona habet Commentum Alberti ſuper Librum de Anima, & Tractatum ipſius Alberti de operationibus animae ſeparatae.*

*Frater Oddo de Collealto Inquiſitor habet ſecundam partem de Civitate Dei.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. optime ſervatus, cum textu grandiori littera exarato, & gloſſis interlinearibus, num. 312. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 123.

## PTOLEMAEI ALMAG. GHERARDO CREM. INTERPRETE.

Cod. XLV. PTolemaei Pheludenſis Liber Almageſti translatus a Magiſtro Girardo Cremonenſi de Arabico in Latinum. Prooemium inc. *Quidam Princeps nomine Albuguafe in libro ſuo, quem Scientiarum Electionem, & Verborum nominavit Pulcritudinem, dixit, quod hic Ptolemaeus fuit vir in diſciplinarum ſcientia praepotens*. Deſ. *qui liber quidem eſt Magnus dictus Almageſti, quem Ptolemaeus Pheludenſis de ſcientia ſtellarum & motuum, qui ſunt in caelo conſcripſit. In hoc autem libro ſunt XIII. dictiones, in unaquaque quarum huius ſcientiae Capitula continentur, quae in uniuſcuiuſque earum principio dicam*. Tum poſt Capitum tabulam Opus inc. *Bonum, Domine, fuit, quod ſapientibus non deviantibus viſum eſt*. Deſ. *nunc iam ſequitur, & honeſtum eſt, ut ponamus heic finem libri. Expleta eſt dictio tertiadecima Libri Ptolemaei, & cum ea completur Liber Almageſti de diſciplinalibus. Finit Liber Ptolemaei Pheludenſis, qui Graece Megaziti, Arabice Almageſti, Latine vocatur Vigil Cura, Magiſtri Thadei Vngari anno Domini milleſimo CLXXV. Toleti conſumatis* (ſic); *anno autem Arabum quingenteſimo LXX. menſis octavi XI. die tranſlatus a Magiſtro Girardo Cremonenſi de Arabico in Latinum*. Inde ſequuntur duae columnae continentes quaedam, quae omiſſa fuerant in Capitulo decimo *De cognitione Eclipſium*. Adſunt paſſim in Codice figurae mathematicae haud ineleganter delineatae, quarum plurimae, quae in infimo paginarum margine erant depictae, ab impia manu reciſae fuerunt, Habet etiam ſcholia aliquot marginalia eiuſdem manus.

Gerardus Cremonenſis, Italus, non Hiſpanus, vixit ſaeculo XII. de quo conſulendus doctiſſimus Tiraboſchus *Storia della Letteratura Italiana* Tom III. pag. 292. ſeqq.

Codex membranac. Ms in fol. Saec. XIII. ineuntis, cum rudi pictura in principio, ubi duas figuras videre eſt, alteram nimirum auctorem, interpretem alteram forte exhibentes, & initialibus dictionum coloratis, & au-

(1) Haec librorum inverſio forte ex mala Codicis compactura derivata eſt.

Digitized by Google

auratis, in cuius primae paginae ſummo margine poſſeſſoris nomen legitur: *Ioannis Gaddii*; num. 293. antiquitus notatus. Conſtat foliis 179.

## ARISTOTELIS PRIMA PHILOSOPHIA, ET DE MORIBVS ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. XLVI. I. pag. 1. ARiſtotelis Primae Philoſophiae Libri XII. quos Ioannes Argyropylus Byzantius cauſſa magnifici P. M. Florentini traduxit, ut in Cod. I. Plut. LXXXIV. ſupra pag. 234. §. II. ubi *Metaphyſicorum Libri XII.* inſcribuntur, & *Coſmae Medicis*, pro *P. M.* (ſc. *Petri Medicis*) cauſſa traducti dicuntur.

II. pag. 92. Eiuſdem de Moribus ad Nicomachum Libri X. praevia Epiſtola Nuncupatoria ad praeſtantiſſimum virum Coſmam Medicem Florentinum, ut in Cod. I. Plut. LXXIX. ſupra pag. 169. §. I.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. eleganter exaratus, cum initialibus Librorum auratis, & Capitum coloratis, & cum notulis aliquot in margine ab alia manu adiectis. Conſtat foliis 185.

## ARISTOTELIS DE NATVRALI AVSCVLT. ET DE ANIMA ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. XLVII. I. pag. 1. ARiſtotelis Libri VIII. Naturalis Auſcultationis, quos Ioannes Argyropylus Byzantius cauſſa magnifici viri Petri Medicis Florentini traduxit, cum Praefatione ad eumdem, ut in Codice I. Plut. LXXXIV. ſupra pag. 225. §. I. ſed heic deſideratur Epiſtola illa Nuncupatoria ad eumdem Petrum Medicem, quam ibi integram retulimus a pag. 225. uſque ad pag. 233. In calce legitur: *Laus Deo. Ariſtotelis de Naturali Auſcultatione Liber octavus & ultimus finit.*

II. pag. 126. Eiuſdem de Anima Libri III. quos Ioannes Argyropylus Byzantius gratia magnifici Coſmae Medicis Florentini traduxit, cum Praefatione, ut in dicto Codice ſupra pag. 234. §. III. Tum ſubditur: *Explicit tertius Ariſtotelis Liber de Anima. Laus Deo. Explicit Liber de Anima Ariſtotelis.*

Accedit in fine in duabus paginis regula quaedam ita inſcripta: *Quando ludere cupis, & obtinere, obſerves dies infraſcriptos, pari modo & horas; operaepretium eſt enim habere ſigna mobilia, ceu Arietem, Cancrum, Libram, & Capricornum, Lunamque ſemper a fronte habere, tam diu, quam noctu &c.*

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. eleganter exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, & cum ſcholiis marginalibus in principio, & tabula Capitum ſingulis Operibus praemiſſa. Conſtat foliis 180.

## ARISTOTELIS ETHICA EX VETERI TRANSLATIONE.

Cod. XLIX. ARiſtotelis Ethicorum Libri X. ex veteri tranſlatione. Primus inc. *Omnis ars, & omnis ſcientia, & omnis actio, & omnis electio rei eſt alicuius, per unamquamque quidem earum bonum aliquod intendi & deſiderari videtur.* Vltimus deſ. *& qualiter ponitur unaquaeque, & propter quid ſileantur leges, in uſu earum, & conſuetudinibus. Incipiamus ergo & dicamus. Explicit Liber Minorum Moralium, poſt quem ſequuntur Magna Moralia, videlicet Politica, & Yconomica.*

Cum hoc Codice compacta eſt maxima pars inſtrumenti ſatis prolixi, in quo Rex quidam Siciliae concedit in feudum plures terras, & praedia, quae fuſe enumerantur. Incipit . . . . . *Galiciae, Lodomeriae, Romaniae, Bulgariaeque Rex, Provinciae & Forcalquerii ac Pedimontis Comes = Paulo de . . . Maieſtati noſtrae per Iohannem de Antiochia, & Micuccium Thomaſii Domini Petri de Rocca Moriſii fideles noſtros, ac ſolida ac ſincera fide ipſorum . . . . . &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis diligenter exaratus, cum titulis rubricatis, in cuius primae paginae ſuperiori margine poſſeſſoris nomen legitur: *Ioannis Gaddii*; num. 338. antea deſignatus. Conſtat foliis 43.

## PLATO DE REPVBLICA INTERPRETE CHRYSOLORA.

Cod. L. PLatonis de Republica, ſive de Iuſtitia Libri X. cum argumentis ſingulis Libris praemiſſis, interprete Emmanuele Chryſolora (1), poſtero inde tempore ab Vberto Decembrio (2), Anſelmi filio, Angeli & Petri Candidi patre, diſtincti atque emendati. Initio hi ſex verſiculi leguntur:

*Poſtquam nulla libros conceſſa licentia nobis*
*Cernere Politicos, Ciceronis lege notatos,*
*Platonis ſpeculemur opus, quo fonte bibiſſe*
*Tullius aſſeritur, Latio ſermone relatum.*
*Principio, pater alme, tuum, pie Chriſte, iuvamen*
*Eſſe velis, dextramque meo ſuppone labori.*

Tum ſequitur Prologus Vberti Decembrii de Viglevano, qui inc. *Platonis, Ciceroniſque Libros, quos ambo de Republica conſcripſere, in hoc equidem ſcripſit differre Macrobius Somnii*

(1) Conſulenda ſunt, quae Cl. Mehus in Praef. ad Ambroſii Epiſtolas pag. CCCLXI. erudite, ut ſolet, de hac Chryſolorae verſione praefatur.

(2) Diſcipulus fuit Emmanuelis Chryſolorae, & Petri de Candia, Epiſcopi Novarienſis (qui poſtea A. MCCCCIX. Papa Alexander V.) a Secretis. Vid. Fabric. Bibl. Med. Tom. II. pag. 18. qui ait eum tranſtuliſſe, non autem recognoviſſe hos decem Platonis de Rep. Libros.

Digitized by Google

*mnii Commentator Scipionis, quod Plato Rempublicam ordinavit, quo ordine ſcilicet tractandam eſſe cenſeret; qualiter autem a maioribus fuerit inſtituta, Cicero, ut aſſeritur accuratiſſime diſputavit. Hoc equidem unus decem, ſex vero reliquus diſtinxit Operibus. In quo autem Platonem Cicero fuerit imitatus, quidque Operi ſuo addiderit, correxerit, vel mutaverit, maioribus noſtris Graecae Latinaeque diſciplinae doctis, eſſe poterat, non ambigo, manifeſtum; nunc vero, hiſque temporibus protinus eſt ignotum. Quum enim, ſeu negligentia, & incuria, ſeu magiſtrorum inopia, ſeu litterarum Latinarum copia fortaſſis atque ſplendore, Graecae notitia diſciplinae paullatim deſierit, Platonis Reipublicae volumina, niſi alicuius translata ingenio viſa ſint, quod quidem antehac vidiſſe, aut audiviſſe non memini, neque legi, neque noſtris ſe ſubiici luminibus potuere; ſique videri etiam, & perlegi potuiſſent, non ſupererat tamen de Ciceronis Operibus iudicare, quae, quoad rem ſpectat Politicam, excepta particula Somnii Scipionis, de qua ſupra narravi, plurimo iam exacto tempore periere. Noſtra autem nunc primum aetate fiet Platonis Politica manifeſta. Opere enim atque induſtria clariſſimi Mediolani ac Ligurum primi Ducis Ioannis Galeaz Vicecomitiſque Virtutum, necnon Bononiae, Piſarum, & Peruſii Domini celeberrimi, qui inter cetera geſta ampla atque magnifica, nedum famoſiſſimos orbis viros, ſi qui uſpiam potuerint reperiri, ſed omnium inſuper librorum & voluminum genera, in quibus viri praeſtantiſſimi, atque ſanctiſſimi Graecorum, atque Latinorum ſua alma & divina ingenia reliquerunt, maximo ſtudio congerere laboravit, multoſque iam veluti alto, & proceloſo pelago naufragium paſſos, & paene ſubmerſos, alioſque quotquot fuit poſſibile reperiri, Princeps humaniſſimus in portum ſalutis accepit, ſacratiſſimoque armario collocavit, ubi nunc vacat tantorum virorum ingenia ſiderei pietate Principis contemplari; Platonis tandem de Republica translatio de Graeco in Latinum per virum inſignem, & praeſtantis ingenii Emmanuelem Chryſoloram de Conſtantinopoli, meumque Graecae litterae famoſiſſimum praeceptorem, feliciter exſtitit conſummata. Verum quia poſtmodum linguarum varietate, verbum ex verbo redditum, nimis incultum, ac diſſonum videbatur, ne ex hoc tanti viri facundia Latinis incultior litteris redderetur, viſum eſt pulcrius atque venuſtius, Chalcidii, & ceterorum exemplo, ad conſonantiam dictionibus collocatis, nec a Platonis mente diſcedere, & lectoris animum, ſermonis inconcinnitate ſublata, orationis qualicumque dulcedine conſolari. Quod equidem in his voluminibus, praeceptore meo iubente, & poſtmodum approbante, ad poſſe, facere procuravi.* Deſ. *virumque doctiſſimum ſemper induxerit diſputantem.* Liber primus inc. *Heri ad Pyraeam cum Glaucone Ariſtonis deſcendi, Deam oraturus, eiuſque celebritatem viſurus, tunc ſorte initiatam.* Liber ultimus deſ. *hicque in terra manentes, & dum praemia reportemus, tamquam victorioſi, triumphantes, & hic, & in millenario annorum itinere, quod enarravimus; nos feliciter habeamus. Explicit feliciter.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. cum ſcholiis perquam raris in margine, & num. 335. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 102.

## PLATONIS TIMAEVS CVM COMMENTARIO CHALCIDII.

PLatonis Timaeus cum Chalcidii Commentario Libris duobus. Praecurrit Epiſtola Chalcidii Oſio ſuo, ut in Codice Mediceo XXIV. Pl. LXXXIV. ſupra p. 253. §. I. Heic quoque adſunt figurae mathematicae haud ineleganter delineatae. In fine maiuſcula littera adſcriptum eſt: *Explicit Commentum Chalcidii* ......... tum alia ſequebantur omnino eraſa. In margine manu aeque antiqua notantur Summaria, nec correctiones aliquot interlineares deſiderantur. In prima pagina occurrunt dies Lunae cum ſuis numeris, proſpera, vel adverſa hominibus praeſagientes, quibus inſuper figura circularis adiicitur, varia vitae, & mortis prognoſtica Graecis, & Latinis litteris exhibens. *Cod. LI.*

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XI. inſignis, num. 370. antea notatus. Conſtat foliis 46.

## ARISTOTELIS ETHICA, ET OECONOMICA, LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

I. pag. 1. ARiſtotelis Ethicorum Libri X. Leonardo Arretino interprete (1), cum Praeſ. ad Pont. Martinum V. & cum Prooemio, ut ſupra pag. 172. §. I. *Cod. LII.*

II. pag. 81. *b.* Eiuſdem Oeconomicorum Libri II. interprete eodem Arretino, cum Praefatione ad Coſmum Medicem, ut ſupra pag. 136. §. II.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ab aquis pluvialibus inquinatus, in cuius prima pagina legitur: *Bernardi de Puccinis.* Conſtat foliis 84.

ARI-

(1) Varia Leonardi Arretini Opera Mss. exſtantia in Bibliotheca Gaddiana recenſet Iac. Gaddius de Scriptor. non Eccleſ. Tom. I. pag. 11. ſeqq. Poſt longam Opuſculorum enumerationem ſubiungit: *Pleraque Opera nunc relata, & alia non relata laudat vel indicat generatim Blondus Epiſt. Nuncupatoria, quae cum Opuſculo Ms. exſtat in Bibl. noſtrae volumine, una cum Italia Illuſtrata. Illius partem, ut teſtem Operum, & eloquentiae Arretini, exſcribere non gravabor. Blondus Flavius Forolivien. ad Leonardum Arretinum de Romana Eloquutione. Quum multa ſint, Leonarde clariſſime, tuum nomen celebrantia &c.*

ARISTOTELIS ETHICA, ET OECONOMICA,

*Leonardo Arretino interprete, cum eiuſdem Arretini Commentariis, & Epiſtola contra ſuos detractores.*

Cod. LIII. I. pag. 1. ARiſtotelis Ethicorum Libri X. Leonardus Arretinus tranſtulit. Praecurrunt eiuſdem Praefatio, & Epiſtola Nuncupatoria ad Beatiſſimum Patrem Martinum Papam V. ut ſupra pag. 172. §. I. Tum ſubiicitur rubris litteris: *Leonardus Arretinus e Graeco in Latinum tranſtulit MCCCCXVI.*

II. pag. 159. *b.* Leonardi Arretini Epiſtola contra detractores ſuos, ad Ioannem Niccolam Veroneſem, clariſſimum ex Equeſtri Ordine virum. Inc. *Admiratum dixiſti doctum quemdam virum, quod in Ethicorum interpretatione, quam nuper edidi &c.* Deſ. *ſummum bonum eſſe collegimus.* Notandum deeſſe in hac Epiſtola Graeca verba, ſpatiis ad ea excipienda relictis. Legitur inter Arretini Epiſtolas editionis Florentinae curante Laur. Mehus Tom. II. a pag. 230. ad pag. 234.

III. pag. 154. Ariſtotelis Oeconomicorum Libri II. eodem L. Arretino interprete, cum Praefatione, ut ſupra pag. 136. §. II.

IV. pag. 165. Sequitur abſque ullo titulo Leonardi Arretini Commentarius ſuper Libros duos Oeconomicorum Ariſtotelis, ut ibid. §. I.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. diligenter exaratus, cum titulis rubricatis, initialibus coloratis, & correctionibus aliquot marginalibus. Conſtat foliis 186.

ARISTOTELIS POLITICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. LIV. ARiſtotelis Politicorum Libri VIII. Leonardo Arretino interprete, cum Praefatione tantum, quae inc. *Inter moralis diſciplinae praecepta &c.* ut ſupra pag. 177. §. III. Tum maioribus litteris in fine legitur: *Politicorum Ariſtotelis Liber VIII. & ultimus explicit. Leonardus Arretinus traduxit anno ſalutis Chriſtianae MCCCCXXXVIII.*

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ab aquis pluvialibus maculatus, in cuius prima pagina legitur *Bernardi de Puccinis num.* 12. Conſtat foliis 116.

ANONYMI EXCERPTA,

*Et de erroribus Ariſtotelis, Introductio in univerſam Philoſophiam, Exempla e Graeco Latine converſa, Tertulliani Opuſcula, Porcheti de Salvaticis Liber contra Iudaeos.*

Cod. LV. I. pag. 1. ANonymi Summaria & Excerpta ex Operibus Ariſtotelis, videlicet ex Libris Phyſicorum, de Anima, de Generatione & Corruptione, de Morte & Vita, de Senſu & Senſato, de Caelo & Mundo, de Somno & Vigilia, de Plantis, & ex Ethicis.

II. pag. 40. Anonymi de erroribus Ariſtotelis, Commentatoris Averrois, Avicennae, Algazelis, Alkindi, Rabi Moſis. Inc. *Quoniam uno inconvenienti dato, multa ſequuntur, ex uno malo fundamento protulit Ariſtoteles errores.* Deſ. *haec omnia patent tertio Lib. de c. l. Cap. XLIX.*

III. pag. 49. *b.* Anonymi Introductio ad univerſam Philoſophiam & Metaphyſicam, ex Libris Ariſtotelis deſumpta, ac in IX. Libros diſtincta, quorum ſingulis praecurrit index rubrica exaratus. Prologus inc. *Quum omne deſiderii compos, & maxime creatura rationalis appetat ſuam perfectionem &c.* Deſ. *quos quidem Libros* (ſc. *Ariſtotelis*) *per ordinem inſpectum, quidquid in eiſdem ad moralitatem ductile invenerimus, in ſequentibus memorandis notabimus ad informationem morum, & deteſtationem vitiorum, & maxime ad honorem Dei, qui quum ſit nobilis, in fine nobilitans, & a digniori ſit ſemper inchoandum, ab ipſo ſumamus exordium.* Liber primus huius compilationis, in quo agitur de Deo, vel prima cauſſa, ac primum de unitate & ſimplicitate Dei, inc. *Dicit igitur Ariſtoteles in X. Primae Philoſophiae, Deus eſt unus, nobilis, aeternus, in fine nobilitans, vita aeterna & continua &c.* Liber IX. deſ. *conqueſtio eſt oratio, quae incommodorum amplificatione animum auditoris ad miſericordiam inclinat.*

IV. pag. 260. Exempla optima XXIX. e Graeco in Latinum converſa, auctore anonymo (1). Primum inc. *Quidam homo canus accepit uxores duas, iuvenculam, & unam vetulam. Vetula quoties ibat ad eum trahebat ſibi capillos nigros, ut ſimilis ei fieret; iuvencula autem albos; & ſic factum eſt, ut neque pilus albus, neque niger remaneret ei. Sic homo ſtultus, qui duobus ſervis, & ab ambobus ſpoliatur & nudatur.* Vltimum ita ſe habet: *Quidam invenerunt urſum, & invitaverunt ad mel, & nolebat, neſciens dulcedinem mellis. Tunc hi capientes urſum per aures traxerunt ad mel vi, & diſtractae ſunt aures urſi. Quum vero guſtaſſet mel urſus, caepit aperto ore magnos bolos facere. Tunc videntes ii, quod nimis manducaret, ceperunt per caudam, ut avellerent eum. & trahentes, ruperunt ſibi caudam. Exemplum, quod multa bona praeſtantur invitis & ingratis.*

V. pag. 264. *b.* Philoſophorum veterum definitiones XXIII. de Deo.

VI. pag. 267. Q. Septimii Florentis Tertulliani Liber adverſus Iudaeos, ut in Cod. XIII. Plut. XXVI. Catalogi Tomo I. pag. 765. §. III.

VII. pag. 292. Eiuſdem adverſus omnes haereſes Liber, ut ibid. §. IV.

VIII. pag. 298. Eiuſdem de Praeſcriptionibus haereticorum Liber. Ibid. §. V.

IX. pag. 315. In Chriſti nomine Amen. Ex-

(1) Quis vero ſit iſtorum Exemplorum interpres, mihi non conſtat.

Digitized by Google

Extracta ſunt quae ſequuntur ex Libro (in duas partes diviſo) D. Porcheti de Salvaticis Genuenſis contra Iudaeos (1), non tamen ſemper ad litteram, ſed quandoque iuxta ſententiam; & primum ex Prologo, cuius initium eſt: *Liber D. Porcheti; vocatur Victoria, quia Iudaei per ipſum vincuntur. Sciendum autem, quod in pluribus non ſequitur textum Beati Hieronymi in auctoritatibus Scripturae, qui ſecundum ipſum non ſemper tenet litteram Hebraicam ſecundum ſententiam; unde non poſſet tam bene concludi Iudaeis; ſed in multis ſequitur translationem Fratris Raymundi Martini Hiſpani Ordinis Praedicatorum, qui fuit vir eximius, tam in ſcripturis Hebraicis, & Arabicis, quam Latinis, qui fecit librum contra Iudaeos, qui vocatur Pugio &c.*

Excerptum ex Capitulo primo de diviſione Hebraeorum in Iſraël, & Iuda, & de diviſione Iudaeorum tempore Chriſti in Iudaeos, & Chriſtianos. Inc. *Quemadmodum diviſio viguit inter Iſraël, & Iuda.* Deſ. *huiuſmodi autem obſervantia ſabbati perducit ad ſabbatum ſempiternum, parante Domino Ieſu, qui eſt benedictus in ſaecula &c.*

X. pag 372. *b.* De cauſſa altercationis inter Chriſtianos & Iudaeos. Inc. *Cauſſa erroris Iudaeorum circa Meſſiam, & multa alia, eſt, quia ipſi ſacrae Scripturae vocabula materialiter accipiunt.* Deſ. *quod omnes, qui receperunt, vel recipient fidem Catholicam, habent nomen Iſraël.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. optime ſervatus, in quo fortaſſe Angeli Politiani manum agnoſcas, cum ſtemmate Epiſcopi cuiuſdam in prima pagina. Conſtat foliis 373.

## AEMILIVS MACER DE VIRTVTIBVS HERBARVM.

Cod. LVI. MAcri de Virtutibus quarumdam Herbarum, & aliquarum aliarum ſpecierum Libri III. cum indice Capitum ſingulis praemiſſo. Libri I. Caput I. *de Arthemiſia* inc.

*Herbarum quaſdam dicturus carmine vires &c.*

Libri III. Caput ultimum *de Aloë* deſ.

*Vna diagridii, ſic apta ſolutio fiet.*

Vt in editione infra citanda a pag. 1. ad pag. 76. *b.* Tum legitur: *Explicit Macer de Virtutibus Herbarum. Finitus eſt iſte Liber in die Beati Andreae Apoſtoli in . . . . . anno Domini MCC ſeptuageſimo ſecundo, Pontificatus Gregorii Papae Decimi anno primo.*

*Laus tibi ſit, Chriſte, quoniam Liber explicit iſte.*

Adſunt in margine Summaria & notulae, necnon remedia quaedam ab alia manu, ſed antiqua adſcripta. Hoc Poëma hexametrum de Virtutibus Herbarum ſub Aemilii Macri nomine prodiit pluries. Nos autem habuimus prae manibus editionem Francofurdenſem per Chr. Egen. MDXL. 8. ex recenſione Iani Cornarii, quam cum Codice conferentes, non parum diſcrepare animadvertimus.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. optime ſervatus, cum initialibus, & titulis rubricatis, num. 464. olim notatus. Conſtat foliis 11.

## CL. PTOLEMAEI ALMAGESTVM, GHERARDO CREMONENSE INTERPRETE.

MAgni Ptolemaei, & Magni Aſtrologi Almageſtum. Inc. *Quidam Princeps &c.* ut in Cod. XLV. huius Plutei. Heic tamen non integrum eſt, deſinit enim in verbis Capitis V. Libri VI. & quidem ita: *Tunc tantum erit poſſibile, ut contingant . . . . .* quae in dicto Codice incidunt in pag. 81. col. 1. In calce rubrica adſcriptum eſt: *Explicit Liber Tholomei mei Magiſtri Thadei Arduvinis de Florentia.* In principio autem legebatur: *mei Thadei Chambini de . . . . , nis* (2) *de Florentia.* Inde ſpatio interiecto, alia manu additum eſt: *Magiſtri Iuntini.* Adſunt figurae in margine mathematicae eleganter delineatae. Cod. LVII.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. cum ſcholiis aliquot marginalibus, & interlinearibus, peſſimae ſcripturae, in cuius prima pagina legitur: *Conventus Sancti Marci de Florentia Ord. Praedic.* Conſtat foliis 100.

## PLATONIS PHAEDON, ET GORGIAS, LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

I. pag. 1. PLatonis Phaedon, Leonardo Arretino interprete, cum Prologo ad Innocentium Papam VII. ut in Cod. II. Plut. LII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 545. §. III. Cod. LVIII.

II. pag. 20. *b.* Eiuſdem Gorgias, eodem Arretino interprete cum brevi argumento in principio, ut ibid. §. II.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ab aquis pluvialibus male habitus, num. 459. olim notatus. Conſtat foliis 46.

ARI-

(1) Porchetus Salvaticus, quem Salvagum vocat Vbertus Folieta in Elogiis Cl. Ligurum, Salvaticenſem, & de Sylvaticis Paullus Colomeſius in Ital. Oriental. pag 8 & de Sylvaticis Wolfius in Bibl. Hebr. Tom. II pag 100 patria fuit Genuenſis, profeſſione Monachus Carthuſianus. Vixit ſub initium ſaeculi XIV. quod Wolfius ex ipſo auctore docet, qui fol. 10. col. 4. Operis ſui adverſus Hebraeos ait, ſe ſcribere *Chriſtianis computantibus nunc ab Incarnatione Domini annum* 1303. Librum ſcripſit, cui titulus: *Victoria adverſus impios Hebraeos*, quem edidit Auguſtinus Iuſtinianus, Epiſcopus Nebienſis, Pariſiis MDXX. 4. maiori forma.

(2) Forte *de Arduinis*.

## ARISTOTELIS PROBLEMATA, THEODORO GAZA INTERPRETE.

Cod. LIX. ARiſtotelis Philoſophi Problemata (1), interprete Theod. Gaza per ultimam emendationem. Praecurrit Epiſtola Nicoli Gupalatini Veneti Phyſici ad Sixtum IV. Pont. Max. quae inc. *Problemata Ariſtotelis emendatiſſima, ut nunc ſunt, Latina lingua antehac non habuit; nam Theodorus Gazes de Romana lingua optime meritus, quam interpretationem Nicolao V. iamdiu dicaverat, emendavit nuper ſub Sixto praeſente IV. Pont. Max. Teſtis ego ſum, qui eo dictante ſcribebam, quantum laboris inſumpſeris ſenex doctiſſimus annum continuum in emendandis plurimis librariorum erroribus. Depravati erant certe Graeci Codices omnes. Ipſe tamen exactiſſimo iudicio, ut optimum interpretem decet, tum ob linguae Graecae ſibi vernaculae, atque Latinae elegantiae peritiam ſummam, tum quia Peripateticae ſectae ſtudioſiſſimus ſemper exſtitit, id in Problematis fecit, quod in aliis quoque rebus fieri ſolet, ut ex multis corruptis, ac perverſis quoddam integrum atque optimum factum ſit.* Deſ. *hanc autem noviſſimam Problematum recognitionem, & emendationem quum per impreſſivam artem, in cuius laudem multa in Prooemio Ioannis Damaſceni, Venetiis impreſſi, diximus, divulgandam curaremus, tibi Sixte IV. Pont. Maxime, quo regnante facta eſt, merito dicavimus, tamquam optimis auſpiciis feratur in lucem, ſi tibi ex omnibus Chriſtianis Principibus, ut maximo, ita quoque religioſiſſimo ac philoſopho graviſſimo, Opus Ariſtotelis Philoſophorum principis dicatum ſit.* Problemata inc. *Cur exſuperantiae nimiae committendi morbi vim habeant, an quia vel exceſſum, vel defectum efficiant, qua quidem re conſiſtere certum eſt.* Deſ. *carnem vero nigram propterea reddit, quoniam urit. Terrenum namque omne quum uritur, nigrum effici ſolitum eſt. Expliciunt Ariſtotelis Problemata, quae Theodorus Gazes Theſſalonicenſis olim e Graeco in Latinum convertit; eaque nuper ultima emendatione emendavit ſub Sixto IV. Pont. Max.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. optime ſervatus, cum titulis maiuſcula littera, & rubrica exaratis, num. 357. antiquitus notatus. Conſtat foliis 132.

## PALLADIVS DE AGRICVLTVRA.

Cod. LX. PAlladii Rutilii Tauri Aemiliani viri illuſtris Opus Agriculturae in Libros XIII. diviſum, cum Prologo, & Capitum tabula, ut in Cod. XXIII. Plut. XLVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 413. In calce legitur: *Palladii Rutilii Tauri Aemiliani viri illuſtris Opus Agriculturae explicit.*

*Chriſte ſalus rerum, lumen de lumine verum,*
*Da pie Rex Regum Romani ſcandere caelum.*

Inde ſequitur Expoſitio vocabulorum Palladii, & menſurarum, quarum in Opere ſit mentio.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. cum Summariis in margine, antiquitus num. 405. notatus. Conſtat foliis 77.

## SENECAE QVAEDAM.

I. pag. 1. SEnecae de quatuor Virtutibus Moralibus, Cardinalibus dictis, Liber, ut in Cod. IV. Plut. XLV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 339. §. III. Cod. LXI.

II. pag. 2. *b.* Eiuſdem de Clementia ad Neronem Libri duo, ut ibid. §. II.

III. pag. 5. *b.* Eiuſdem contra diverſos fortunae impetus, & naturae moleſtias Liber, ut in Codice XXIV. eiuſdem Plutei, ibid. pag. 361. §. II. ſub titulo *De Remediis Fortuitorum*, quemadmodum etiam inſcribitur in repetitione tituli, quae ita habet: *Lucii Annaei Senecae ad Taglionem de Remediis Fortuitorum Bonorum finit Liber.*

IV. pag. 7. Compendium notabilium Librorum Moralium Senecae, alphabeti ordine digeſtum, ut in Cod. XXXVIII. Plutei LXXVI. ſupra pag. 110. §. XI. ſub titulo *Proverbia Senecae per alphabetum.*

V. pag. 10. *b.* De forma honeſte vivendi ex Senecae Operibus. Inc. *Honeſta, inquit, res eſt, Epicurus, paupertas laeta.* Deſ. *quae bona ſunt magnitudinem animi dant, divitiae inſolentiam.*

VI. pag. 11. *b.* Eiuſdem Senecae de Moribus Liber, ut in dicto Cod. XXXVIII. ſupra pag. 109. §. V.

VII. pag. 13. Notabilia extracta de Epiſtolis Senecae ad Lucillum. Inc. *Ita fac, mi Lucille, vendica te tibi.* Deſ. *creſcit inſolenti ſuperbia, crudelitas ſaevo, malignitas ludo, omne vitium taxatur & prodit.*

VIII. pag. 30. *b.* Definitiones vitiorum, (forte eiuſdem). Inc. *Inanis gloria eſt inordinatus animi motus.* Deſ. *inceſtus eſt conſanguinearum, vel affinium abuſus, unde inceſtuoſi dicuntur, qui conſanguineis ſuis, vel affinibus abutuntur.*

IX. pag. 32. *b.* Senecae Liber de Beneficiis. Licet vero initium & finis concordet cum editione alias citata a pag. 1. ad pag. 159. ſunt tamen brevia quaedam Excerpta ex ſeptem de hoc argumento Libris.

X. pag.

*Cat. Lat. Codd. Tom. III.* X

(1) Prodierunt Venetiis A. MCCCCXCIII. fol. Baſileae MDXXXII fol. & in Graeco-Lat. ac quibuſdam aliis Latinis Philoſophi editionibus, teſte Fabricio Biblioth. Graec. Tom. IX. pag. 195. Cl. autem Mattairius Annal. Typogr. Tom. I. pag. 353. pridem prodiiſſe teſtatur is: *Ariſtotelis Problemata Romae impreſſa per Ioannem Reynhard de Euingen, quae Theodorus Gaza Theſſalonicenſis olim e Graeco in Latinum convertit, eaque nuper ultima emendatione emendavit ſub Sixto IV. Pont. Max. abſoluta ſunt A. M.CCCC.LXXV. XIV. Calend. Iunii feliciter. Laus Deo. fel.*

Digitized by Google

X. pag. 39. *b.* Catonis Monita (1), & Carmen cum notis aliquot marginalibus, & interlinearibus. Praecurrit Monitis brevis Praefatio, quae inc. *Quum ego Cato animadverterem &c.* Deſ. *legere enim, & non intelligere, negligere eſt.* Tum Monitum primum inc. *Itaque ſupplica te Deo.* Vltimum: *Libenter ferto amorem.* Carmen inc.

*Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt.*

Deſ.

*Hos brevitas ſenſus fecit coniungere binos.*
*Explicit Liber Catonis. Deo gratias. Amen.*

Codex membranae. Ms. in 4. Saec. XIII. duabus diverſis manibus exaratus, antiquitus num. 791. deſignatus. Conſtat foliis 48.

## ARISTOTELIS ETHICA ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. LXII. ARiſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X. Latine traducti, ſed omni prorſus titulo deſtituti, ſpatio tamen vacuo in principio ſingulorum, tum ad ipſos titulos, tum ad initiales litteras depingendas relicto. Haec autem Latina interpretatio eſt Ioannis Argyropyli, concordatque cum illa, quam recenſuimus in Codice I. Plut. LXXIX ſupra pag. 169. §. I. ubi praeerat etiam eiuſdem Argyropyli Epiſtola ad Coſmam Medicem, quae heic deſideratur.

Codex membranae. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pulcherrima pictura in principio, ſtemmate familiae cuiuſdam, poſtea eraſo, ac poſſeſſoris nomine in prima pagina, cultello reciſo, cuius tantum ſuperſunt verba: βιβλίον ἐςὶν ἐμοῦ Α'γγέλου τοῦ Πω-λιτιανοῦ (2), ϗ τῶν φίλων, μάλιςα δὲ τῶν φιλομαθηῶν *num. XIX.* antiquitus num. 585. notatus. Conſtat foliis 160.

## ARISTOTELIS POLITICA L. ARRETINO INTERPRETE.

Cod. LXIII. ARiſtotelis Politicorum Libri VIII. Leonardo Arretino interprete, cum Epiſtola Nuncupatoria ad Martinum V. & Prooemio, ut ſupra pag. 177. §. III.

Codex membranae. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus. cum initialibus Librorum eleganter illuminatis. cum Summariis, ac notulis quibuſdam in margine, diverſa manu, necnon ſtemmate familiae cuiuſdam in principio omnino eraſo, antiquitus num. 617. notatus. Conſtat foliis 140.

## ARISTOTELES DE ANIMA IO. ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. LXV. ARiſtotelis de Anima Libri III. quos Ioannes Argyropylus Conſtantinopolitanus de Graeco in Latinum traduxit, cum Praefatione ad magnificum, clariſſimumque virum Coſmam Medicem, ut in Cod. I. Plutei LXXXIV. ſupra pag. 234. §. III. In calce adſcriptae ſunt litterae *F. L. P.*

Codex membranae. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pulcherrima pictura in principio, Librorum litteris initialibus illuminatis, & notulis marginalibus, diverſa manu exaratis. Conſtat foliis 64.

## POMPONII MELAE DE SITV ORBIS LIB.

Cod. LXVI. COdex eſt ſine ullo titulo, ſed continet Pomponii Melae Coſmographi de Orbis ſitu Libros duos, cum Prooemio, ut in Cod. XVIII Plutei XXX. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 77 §. II. ubi unicus tantum Liber eſt una cum Prooemio coniunctus, & inſcribitur περὶ τῆς Κοσμογραφίας.

Codex membranae. Ms. in 4. min. Saec. XV. elegantiſſimus, cum initialibus Librorum, & Capitum auro, variiſque coloribus eleganter illuminatis, & Mediceo ſtemmate, quod octo pilis conſtat, in prima pagina, a bibliopego antiquitus male compactus, ſed ſignis in calce paginarum adpoſitis, omnia ſuis locis redduntur, & in cuius prima pagina poſſeſſoris nomen legebatur, poſtea eraſum, ubi tamen videtur poſſe erui: *Liber Petri Paulli de Bargianis . . . . . & amicorum num.* 31. antiquitus num. 750. notatus. Conſtat foliis 54.

## COSMOGRAPHICA QVAEDAM, ANTONINI AVG. ITINERARIVM, DE REGIONIBVS VRBIS ROMAE &c.

Cod. LXVII. I. pag. 1. VAria continet hic antiquiſſimus Codex, quae ſunt a nobis accurate recenſenda. Primum igitur Opus hunc praefefert titulum: *Deſcriptiones terrarum & aquarum a Romanis ſcriptarum. Incipit Orthographa* (3). *Lectionum pervigili cura comperimus. Senatum Populumque Romanum totius mundi Dominos. dominatores orbis praeſules cum quicquid ſubiacet caelo penetrarent triumphis. omnem terram Oceani lumbo* ( ſic ) *circumdatam inveniſſe. atque eam ne incognitam poſteris reliquiſſent. ſubiugato virtute ſua orbe. totum qua terra protenditur proprio limite ſignaviſſe. Et ne divinam eorum men-*

(1) Hic liber de Moribus a Catone non verſibus, ſed proſa fuit ſcriptus; Carmen enim antiquis dicebantur praecepta, leges, preces, dirae, & formulae quaevis ſollemnes, licet minime verſibus ſcriptae eſſent, ut oſtendit Fabric. Biblioth. Graec. Tom. I. pag. 64. Auctorem Carminum, quae ſub Catonis nomine circumferuntur, Q. Serenum Sammonicum, qui ſub Imperatore Caracalla vixit, probare contendit Ioannes Idericus Withofius in peculiari ſua Diſſertatione Amſtelaedami impreſſa A. MDCCLIV.

(2) Nomen ex quibuſdam litterarum veſtigiis ita reſtituimus.

(3) Notandum in hoc Codice pro Latinis litteris *ph* adhiberi Graecum φ.

*mentem omnium rerum magiſtram aliquid praeterret. quam vicerant. quadripartito caeli cardine inveſtigarunt. & intellecto aethereo totum quod ab Oceano cingitur tres partes eſſe dixerunt. Aſiam. Europam. & Africam reputantes. Sed hinc magnum inter doctos certamen fuit. Nam plurimi qui res divinas evidentius agnoverunt. duas tantum partes accipiendas ſuadent. ideſt Aſiam & Europam tantummodo. Africam vero cenſent Europae finibus deputandam. Et re vera hoc ita eſſe evidenti documento monſtratur. quia non ſolum venenorum male altrix terra partem habet ſpatii. verum etiam & caeli* (1) *adverſo ſydere plus deſtituta. Nam qui illam partem tertiam vocaverunt. non ut aequalem inclitis praecellentibuſque poſuerunt. ſed ſitu peſſimo languidam ardoribus ſuis in extremo poſitam ab optimis reſecarunt. non diviſionis merito. ſed ſicut inciſa ſuis fluctibus invenitur* (2). *Itaque Iulius Caeſar biſſextilis rationis inventor. cum Conſulatus ſui faſces regeret. ex ſenatus conſultu cenſuit omnem orbem iam Romani nominis admetiri. per prudentiſſimos viros. & omni philoſophiae munere decoratos. Ergo a Iulio Caeſare & menſe Antonii Conſulis orbis terrarum metiri caepit. Idem a Conſulatu ſuperſcripti uſque ad Conſulatum Auguſti tertium. & Craſſi annis XXI. menſibus V. diebus VIIII. anno procodoxo. omnis Oriens dimenſus eſt. ſicut inferius demonſtratur. A Conſulatu item Iulii Caeſaris & menſe Antonii uſque in Conſulatum Auguſti decimum. annis XXVIIII. menſibus VIII. diebus X. a Theudoto ſeptentrionalis pars dimenſa eſt. ut evidenter oſtenditur. A Conſulatu ſimiliter Iulii Caeſaris. uſque in Conſulatum Saturni & Cynnae. a Podyto meridiana pars dimenſa eſt. annis XXXII. menſe I. diebus XX. ſicut definita monſtratur. Ac ſic omnis orbis terrae intra annos XXXII. a dimenſoribus peragratus eſt. ac de omni eius continentia perlatum eſt ad Senatum.*

*Habet omnis terrarum orbis Maria XXX. Inſulas LXXII. Montes XL. Provincias LXXVIII. Oppida CCLXX. Flumina LVII. Genteſque numerantur CXXV.*

*Ex his pars Oceani orientalis habet Maria VIII. Inſulas VIIII. Montes VII. Provincias X. Oppida LXVI. Flumina XXII. Gentes L. Ita mare Caſpium invis.* ( ſic ) *mare Perſicum. mare Tyberiadis. mare Aſphaltenes. mare Rubrum. mare Arabicum. quod ſignum Arabicum dicunt. mare Carphatum. mare Mortuum.*

*Oceani orientalis famoſae Inſulae ſunt. Hyppopodes. Taprobane. Silephantine. Theros. Cipros. Rhodos. Chytera. Creta. Carpathus.*

*Oceani orientalis famoſi Montes ſunt. Caucaſus. Armenius &c.* & ſic ſequitur recenſens Oceani item orientalis famoſa Oppida, Flumina, Gentes. Deinde adſcribitur pag. 4. *Explicit Oceanum orientale. Incipit Occidentale.* ubi pariter enumerat Maria, Inſulas, Montes, Oppida, Flumina, Gentes. Inter famoſa Oppida notanda ſunt: *Ravenna. Aquileia. Mediolanum. Arelatum. Ticinum. Armotum = Altinum. Verona. Taurinum. Vincentia. Dorona. Henemona. Cremona. Patavi. Brexia. Dertona. Concordia. Mantua. Vercellis. Laude. Mutina. Faventia. Lader. Salone = Nepe. Sutrio. Blera. Foroveteſi. Foroſemproni. Orbinum. Foropopuli. Foro Cornelii. Foro Flaminii. Foro Novo. Foro Subveſte. Spoletum. Narnia. Interamna. Bulſinis. Aretium. Peneſtre. Cumulomatuſcum. Aquinum. Abellinum. Teleſe. Albanum. Aricia. Core. Bellitrae. Terracinas. Antium. Hoſtia. Fundis. Formias. Venturnas. Capua. Neapolis. Ardea. Cumas. Acerras. Nola. Claudi. Beneventum. Ecas. Erdona. Anſidena. Sulmona. Venafri. Luceria. Nuceria. Arpos. Corfinos. Lipias. Tarentum. Odruntum. Canuſium. Marcellianum. Salernum &c.*

Tum occurrunt Oceani occidentalis Flumina, inter quae, Tyberim ita deſcribit pag. 5. *b. Fluviorum Rex pulcher Tyberis cui primatum aeternae urbis Romae ſingularis tribuit magnitudo. Naſcitur ex monte Appennino. Currit milia CCCC. per urbem Sacram geminatur & facit inſulam Regionis decimae. ubi duo pontes appellantur. Poſt iterum ubi unus effectus per pontem Lepidi qui nunc abuſive a plebe lapideus dicitur. iuxta forum Boarium quem Cacum dicunt. tranſiens adunatus. gratiſſimo ſono depictus verticibus ſuorum turbinum & maritimas naves ſuſcipiens. & mediterraneas adducens de Etruria vel Sabinis ingreſſus per domni Petri Apoſtoli portam. inter Oſtenſem portam quae eſt domni Paulli Apoſtoli. & viam Portuenſem quae eſt Sancti Felicis martyris urbe egreditur. qua naves de portu urbis ad dominam totius mundi Romam aſcendunt. Hic igitur circa ſextum Philippi quod praeſidium miſale dicitur geminatus & in duobus ex uno effectus inſulam facit inter portum urbis & Hoſtiam civitatem. ubi populus Romanus cum urbis Praefecto vel Conſule caſtrorum celebrandorum cauſa egreditur. ſolempnitate iocunda. Inſula vero quam fecit inter urbes Portum & Hoſtiam civitatem. tantae viriditatis tantaeque amoenitatis eſt. ut neque aeſtivis menſibus. neque hiemalibus paſturae admirabiles herbas dehabeat. Ita autem vernali tempore roſa vel ceteris floribus adimpletur. ut pro nimietate ſui odoris & floribus inſula ipſa Libanus almae Veneris nuncupetur &c.* Tandem memoratis pluribus Gentibus, quae Romano parebant imperio pag. 6. adſcribitur rubricata maiuſcula littera: *Explicit Occid. Incip. Septentrion*, ubi ſimiliter enumerantur Maria, Inſulae, Montes, Provinciae, Oppida, Flumina, Gentes variae, quae in Septentrionali

X 2 pa

(1) Notandae ſunt diphthongorum coniunctiones, ita efformatae *ҁeli. ҁquidem &c*

(2) Ex Aethici Praefatione in Coſmographiam adfert hunc locum Weſſelingius in Praef. ad Itiner. Antonini Aug. pag. 3. *b.* a verbis: *Itaque Iulius Caeſar*, uſque ad verba: *perlatum eſt ad Senatum.*

plaga continentur. Tum pag. 7. legitur; *Explicit Ocean. Septentrional. Incipit Meridianum*. Pag. vero 8. *De Aſia*. *Aſia tribus partibus circumcincta per totam Tytani plagam orientis extenditur. Haec occaſus verſum Africam dimittit. Sub Aegypto & Syria mare nrim* (ſic) *quod magnum generaliter dicimus habet &c.* Inde vero pag. eadem *b*. *Incipit ſitus Aſiae Provinciae cum limitib. & populis ſuis*. Mox pag. 10. ſuccedit Europae deſcriptio, quae inc. *Nunc Europam in quantum condicioni humanae conceditur indicabo. in qua nobilis Italia reputatur &c.* Paullo infra, ſcilicet pag. ead. *b*. Italiam ita deſcribit: *Italiae venerabilis & ſingularis ſitus a Circio in Eurum tenditur. habes ab Africo Tyrrenum mare. a Borea Adriaticum mare. in ſinu cuius continentia terrae contigua eſt. ubi Alpium obicibus cingitur. quae a Gallico mari ſuper Liguriticum exurgunt.*

Tandem pag. 11. *b*. adeſt Africa, & ſic orditur: *Africa quam in tertia orbis parte maiores noſtri eius aſſenſatores accipiendam aliquanto protulerunt. non ſpacio menſurae ſed circumcluſionis ratione ſicut ſuo mari quod ab Oceano exoritur in meridiem magis vergens praeſocatur. unde Africae limes coarum* (ſic) *& anguſtiorem claudit Herbenus &c.*

Expleta Africa pag. 12. *b*. Inſularum, quae intra mare ſunt, loca, nomina & ſpecia exponit, & ita claudit: *Et quoniam univerſa terrarum orbis ſpacia vel Inſularum deſcripſimus. nunc ad maiorem demonſtrationis ſtructionem in quantum vigilantia noſtra inveſtigare potuit demonſtrabo. externa urbe Roma initium ſumens. quae caput eſt urbis & dominatio ſenatus* Tum adiicitur rubris maiuſculis litteris: *Explicit feliciter deſcriptio totius orbis tripertiti*.

II. pag. 13. *b*. Itinerarium Provinciarum Antonii Auguſti. In primis Provinciae Africae inc. *A Tingi Mauretaniae ideſt ubi Baccavates* (1) *& Macenites. barbari morantur per maritima loca. Kartaginem uſque ab exploratione quod Mercurius dicitur Tingi uſque milia plus minus CLXXIIII. Rufader. mpm.* (2) *CCCXXVIIII.* (3) *Caeſaria* (4) *Mauritaniae mpm. CCCCXXIII.* (5) *Saldis mpm. CCXVIII* Deſ. *Moridunno* (6) *mpm. XXXVI. Iſcadum muniorum* (7) *mpm. XV. Explicit terre*. In editione Antonini Auguſti cum notis Weſſelingii Amſtel. apud I. Wetſtenium MDCC-XXXV. 4. a pag. 2. ad pag. 486.

III. pag. 32. Itinerarium maritimum, quae loca tangere navigaturus debeat. Inc. *Ex Provincia Achaia per Siciliam & Africam uſque ab Vſtmo* (8) *Naupactum uſque Provinciae Achalae* (9) *ſtadia DCCL. A Naupacto Oxeas Provinciae Epiri veteris ſtadia CCCC.* Deſ. *a Brundiſio Durachi* (10) *in Macedonia ſtadia I.* (11) *a Salonas* (12) *Siponte* (13) *ſtadia mille D.* (14) In cit. edit. a pag. 487. ad pag. 497.

IV. pag. ead. *b*. Itinerarium Portuum, vel poſitio navium. Inc. *Ab urbe Arelato uſque* (15) *ad portum Auguſti* (16) *mpm. milia. mpm XXXVIII.* Deſ. *Andros. Cyaros* (17). *Superſcriptae* (18) *Inſulae in mari vacare* (19) *ſolitae erant. has Apollo colligavit & ſtabiles fecit. Explicit*. Ibid. a pag. 497. ad pag. 529.

V. p. 34. De ſeptem Montibus Romanae urbis, ſcilicet: *Septem Montes urbis Romae Tarpeius. Eſquilinus* (20). *Caelius. Aventinus. Quirinalis. Viminalis.*

VI. pag. ead. De aquarum ductibus Romam rigantibus. Inc. *Nunc nomina quorum* (21) *uſibus aeternae Urbis aquae formarum conſtructionibus advectae ſunt indicemus. Claudia inventa eſt & adducta a Claudio Caeſare. Martia inventa eſt a Marco Agrippa. Traiana inventa & adducta* (22) *eſt a Traiano Auguſto. Tepula item inventa adductaque eſt a Marco Agrippa* (23). *Iulia inventa ab Aurelio* (24) *perductaque eſt. Alſiatina item inventa perductaque eſt a Claudio Caeſare. Alexandrina inventa perductaque eſt ab Alexandro. Virgo inventa deductaque eſt ab Agrippa Caeſare. Druſia inventa perductaque eſt a Druſio. Praeter haec repletur etiam indegis nymphis, quae admiratus Virgo* (25) *Aeneam taliter Italiam dixit* (26).

*Nimphae. Laurentes Nimphae. genus amnibus unde eſt.*

Legitur cum notatis in margine variis lectionibus in calce Itinerarii Antonini Aug. edit. Iuntinae A. MDXVI. 8. pag. 180.

VII. pag. ead. *b*. Regiones urbis Romae cum breviariis ſuis (27). Inc. *Regio prima porta Hapenna continet Aedem Honoris & Virtutis* (28). *Camenas. Lacum Promethei & Veſpaſiani Thermas Severianas & Commodianas. Aream Apollinis & Splenis & Calles. Vicum Vitraviorum. Aream Pannariam Mutatorum Caeſaris. Balneum Volani & Mamer-*

(1) Edit. *Bacuetes*.
(2) Sc. *millia paſſuum*.
(3) Edit. *CCCXVIII*.
(4) Edit *Caeſarea*.
(5) Edit *CCCCXCIII*.
(6) Edit. *Muriduno*.
(7) Edit *Iſca Dumnuniorum*.
(8) Edit. *Iſtmo*.
(9) Edit. *Achaiae*.
(10) Edit. *Dyrrhachi*.
(11) Edit. *M. CCCC*.
(12) Edit. *Salona*.
(13) Edit *Sipunte*.
(14) Edit *M. D*
(15) Verba *ab Urbe Arelatum uſque*, in editione cum titulo coniunguntur.
(16) In edit. *A portu Auguſti Pyrgos poſitio*.
(17) In edit. *Gyaros*.
(18) Edit. *Supraſcriptae*.
(19) Edit. *vagari*.
(20) Omiſit recenſere montem Palatinum.
(21) Edit. *quae*.
(22) Edit. *adductaque*.
(23) Edit. *a Marco Agrippa inventa deductaque eſt*.
(24) Edit. *Aureliano*.
(25) Edit. *Virgo admirata*.
(26) Edit. *Aeneam in Italia talia dixit*.
(27) Auctor huius deſcriptionis incertus, forte vixit ſub Honorio, poſt annum Chriſtianae ſalutis CCCCX. aut ſub Valentiniano III. Vid. Fabric. Bibl. Lat. Tom. II. pag. 394.
(28) Variat non paucis in locis ab Epitome P. Victoris de Regionibus Urbis ex fide Codicis antiquiſſimi Biblioth. Vaticanae num. 3227. edita Tom. II. col. 1165. Supplementi ad Hiſtor. Italic. Murat. Flor. MDCCLXX. fol.

Digitized by Google

*mertini. Aream Barſucae. Bidvium Abaſcantis & Antiochiani. Aedem Martis & Minervae & Tempeſtatis. Flumen Alnonis. Arcum divi Veri Parthici & divi Traiani & Druſi. Vici decem. Aediculae decem. Vicomagiſtri XLVIIII. Curatores II. Inſulae vero CCL. Domos CXX. Horrea XVI. Balnea LXXXVII. Lacus LXXXI. Piſtrina XX. Continet autem pedes XIICCXI.* Deſ. *Regio quartadecima tranſtyberim continet Gaianum. Frigianum. Naomachias. & Vaticanum. Hortos Domitiei. Ianiculum Molinas. Balneum Ampelidis Priſci & Dianae. Statuam Valerianam. Cohortem ſeptem vigilium. Caput Gorgonis. Fortis Fortunae. Coriariam Septimianam. Herculem cubantem. Campum Bruttianum & Codetanum. Hortos Getae. Caſtra Lecticariorum. Vici LXXXVIII. Aediculas LXXXVIII. Vicomagiſtri XLVIIII. Curatores tres. Inſulas IIII. CCCCV. Domos CL. Horrea XXII. Balnea LXXXVI. Lacos CLXXX. Piſtrina XXIIII. Continet autem pedes XXXIII-CCCCXXVIII.*

VIII. pag. 36. Habetur Breviarium Vrbis Romae (1). Inc. *Bibliothecas totius Romanae urbis publicas XXVIII. Obeliſcos totius Romanae urbis ſex. In Circo Maximo duos. minor habet pedes LXXXVIII. maior vero pedes CCXXII. In Vaticano unum altum pedes LXXV. In Campo Martio unum altum pedes LXXV. In Mauſoleo Auguſti duos altos ſingulos pedes XLII. Pontes Aelius. Aemilius. Aurelius. Mulvius. Sublicius. Fabricius. Ceſtius. Probianus. Montes Celius. Aventinus. Tarpeius. Palatinus. Eſquilinus. Vaticanus. Ianiculenſis. Campi Viminalis. Agrippae. Marcius. Codetanus. Octavius. Pecuarius. Lanata. Brutianus. Fori XI. Romanum. Magnum. Caeſaris. Auguſti. Nervae. Traiani. Athenobardi. Boarium. Piſtorum. Gallorum. Ruſticorum. Baſilicae X. Iulia. Vlpia. Pauli. Veſtiaria. Neptuni. Matidies. Marcianes. Vaſcellaria. Floſcellariam. Conſtantinianam. Termae X. Traianae. Ticianae. Agrippianae. Syrianae. Commodianae. Severianae. Antonianae. Alexandrinae. Dioclitianae ideſt Decianae. Conſtantinianae. Aquae XVIIII. Traiana &c.* Tandem legitur *horum Breviarium* (2): *Kapitolia duo. Circi duo. Amphitheatra duo. Coloſſi duo. Columnae coclides duae. Macelli duo. Theatraria. Ludi quatuor. Naumachiae quinque. Nimphaea undecim. Equi magni viginti duo. Dii aurei octoginta. Eburnei ſexaginta quatuor. Arci marmorei triginta IIII. Portae XXXVII. Vici CCCXXIX. Aediculae CCCXXIIII. Vicomagiſtri ſexcenti ſeptuaginta tres. Curatores XXVIIII. Inſulae per totam urbem XLVI. milia ſexcentae duae. Domos mille ſeptuagintae nonaginta VII. Horrea ducenta nonaginta unum. Balnea nonaginta quinquaginta ſex. Lacos ideſt puteos mille tricentos quinquaginta duos. Officinae piſtoriae ducentae quinquaginta quatuor. Lupanaria quadraginta quinque. Latrinae publicae centum quadraginta quatuor. Cohortes praetoriae X. urbanae quatuor. vigilum ſeptem ſimul XX. quorum ſunt excubitoria quatuordecim. vexilla communia duo. caſtra equitum ſingulariorum duo. Peregrinorum. Miſenatium. Ravennatum. Tabellariorum. Lecticariorum. Victimariorum. Silicariorum. Menſae oleariae duomilia tretentae. Finit.* In ultima averſa pagina duae effigies antiquitus delineatae viſuntur.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. X. vere inſignis, & dignus qui ab aliquo antiquitatis cultore diligenter conferatur, ac perpendatur, cum titulis grandiori, ac rubricata littera exaratis, optime ſervatus, & num. 919. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 37.

## ANONYMI DE REBVS BELLICIS LIBER,

*Regiones Vrbis Conſtantinopolitanae, Coſmographica quaedam, Antonini Aug. Itinerarium.*

I. pag. 1. ANonymi (3) de Rebus Bellicis Liber cum Praefatione ad clementiſſimos Principes, quae inc. *Caeleſti ſemper inſtinctu, felicis Reip. veſtrae commoditas, ſacratiſſimi Principes, opportunis eſt ſuggerenda temporibus.* Deſ. *ſi quid vero liberius oratio mea pro rerum neceſſitate protulerit, exiſtimo venia protegendum, quum mihi promiſſionis implendae gratia ſubveniendum eſt prope Philoſophiae libertatem.* Caput I. *De inhibenda largitate* inc. *Bellicam laudem, & gloriam triumphorum utilitas ſemper imitatur.* Caput ultimum *De legum vel iuris confuſione purganda* deſ. *quid enim ſic ab honeſtate conſiſtit alienum, quam ibidem ſtudia exerceri certandi, ubi iuſtitia proficiente diſcernuntur? Deo gratias.* Exſtat inter Scriptores Rei Militaris ex recenſione Petri Scriverii, ex officina Plantiniana Raphelengii MDCVII. 4. a pag. 83. ad pag. 102. ſub titulo: *Anonymi de Rebus Bellicis Liber ſcriptus, ut videtur, ad Theodoſium Aug. eiuſque filios Honorium & Arcadium Caeſares.* *Cod. LXVIII.*

II. pag. 13. Vrbis Conſtantinopolitanae, novae Romae, Regionum deſcriptio. Prima inc. *Prima Regio continet Domum Placidae Auguſtae, Domum nobiliſſimae Marinae. Thermas Arcadianas, Vicos, ſeu Angiportus XXIX. Domus centum decem octo, Porticus perpetuas duas, Balneas privatas XV. Piſtrina publica quatuor, Piſtrina privata XV. Gradus IV. Curatorem unum, qui totius Regionis ſolicitudinem gerat, vernaculum unum, velut ſervum in omnibus, & internuntium Regionis, Collegiatos XXV. qui e diverſis corporibus ordinati incendiorum ſolent caſibus ſubvenire, Vicomagiſtros quinque, quibus per noctem tuendae urbis cura mandata eſt.* Regio quartadecima deſ. *Piſtrinum publicum unum,*

(1) Forte eſt Breviarium P. Victoris de Regionibus Vrbis, quale habes editum, licet aliqua varietas intercedat, in cit. Tom. II. Supplementi ad Script. Italic. Murat.

(2) Simile ferme habes Breviarium in Cod. Vaticano vetuſtiſſimo num. 3227. editum in cit. Supplemento pag. 1180.

(3) Antiquum, & ignotum ſcriptorem appellat Cl. Fabricius Biblioth. Lat. Tom. II pag. 394. ex quo paſſim profeciſſe ſe teſtatur Godeſchalcus Stewechius ad Lib. IV. Vegetii.

*um*, *Piſtrinum privatum unum*, *Gradus V.* Tum pag. 16. *b.* occurrit *Collectio Civitatis*, quae inc. *Cognita urbe per partes &c.* Deſ. *habet ſane longitudo urbis a porta aurea uſque ad litus maris, directa linea, pedum quatuordecim milia ſeptuaginta quinque, latitudo autem pedum ſex milia centum quinquaginta* Incertus eſt Auctor, quem tamen poſt Arcadii obitum vixiſſe par eſt credere ſub Theodoſio iuniore. Vid. Fabr. Bibl. Lat. Tom. II. p. 394.

III. pag. 17. Sequitur notitia quaedam de gradibus cognationum. Inc. *Gradus cognationum appellatur ab eo, quod perſonae cognatorum, aliae proximiore, aliae longiore gradu ſunt.* Deſ. *filiae item ſobrini ſobrinae, item quinquevae ex duobus conſobrinis generantur.*

IV. pag. 19. Anonymi ſitus & deſcriptio orbis terrarum, non abſimilis deſcriptioni, quam ſupra innuimus in Cod. LXVII. §. I. Prologus inc. *Lectionum pervigili cura comperimus Senatum Populumque Romanum totius mundi dominum.* Deſ. *perlatum eſt ad ſenatum.* Liber inc. *Habet omnis terrae orbis Maria XXX. Inſulas LXXII. Montes XL. Provincias LXXVIII. Oppida CCCLXX. Flumina LVII. Genteſque numerantur CXXV* Deſ. *deſcripſimus nunc ad maiorem demonſtrationis ſtructionem, in quantum vigilantia noſtra inveſtigare potuit demonſtrabo ex aeterna urbe Roma initium ſumens, quae caput eſt orbis & domina ſenatus.* In hoc autem Opuſculo poſt enumerationem Marium, Montium, Fluminum, ac Populorum Orientalium & Occidentalium, ita orditur auctor Europae deſcriptionem pag. 74. *Europae incipit initium ſub plaga ſeptentrionali a fluvio Thanai, qua Riphaei montis ardua Sarmatico adverſa Oceano Thanaim fluvium fundunt &c.*

V. pag. 50. *b.* Sequitur ſine ullo titulo Antonini Auguſti Itinerarium, quod inc. *A Tingi Mauritaniae, ideſt ubi Baccanates, & Macentes barbari morantur per maritima loca Carthaginem uſque ab exploratione quod Mercurius dicitur Tingi uſque milia paſſuum CCCCLXXIV. Ruſſander m. p. CCXXVIIII Caeſareae Mauritaniae m. p. CCCCXXIII. Saldis m. p. CCXVIII.* Deſ. *ſupraſcriptae Inſulae in mari vari ſolitae erant. Has Apollo colligavit, & ſtabiles fecit.* In edit. Petri Weſſelingii Amſtelaed. apud I. Weſtenium MDCCXXXV. a pag. 2. uſque ad pag. 529. ſed incredibile dictu eſt quot variantes Codicem inter ac editum intercedant.

VI. pag. 81. *b.* Brevis notitia ſeptem Montium urbis Romae. & eorum nomina, qui aquam in urbem deduxerunt.

VII. pag. ead. Anonymi de menſura orbis terrae Libri IX. cum Prologo, qui inc. *Poſt congregatam Epiſtolam de quaeſtionibus decem artis Grammaticae, cogitavi, ut liber de menſura Provinciarum orbis terrae ſequeretur, ſecundum illorum auctoritatem, quos Sanctus Theodoſius Imperator ad Provincias praedictas menſurandas miſerat.* Deſ. *perfecere quam veteres teſtantur.* Tituli Librorum ſunt, I. De Europa. II. De Aſia. III. De Africa. IV. De Aegypto atque Aethiopia, cum illius Inſulis. V. De longitudine ac latitudine orbis terrae, verſibuſque Miſſorum. VI. De quinque Fluminibus, & aliis. VII. De aliquibus nominatim Inſulis. VIII. De latitudine, & longitudine Tyrrhaeni maris. IX. De ſex Montibus. Lib. I. inc. *In quintodecimo anno regni Imperatoris Theodoſii praecepit ille ſuis Miſſis Provincias orbis terrae in longitudinem & magnitudinem menſurari.* Deſ. *praetermiſſis praedictis partibus intolerabilis frigoris atque caloris. Menſuratio orbis terrae finit.* Tum occurrit titulus ſequens: *Duodecim verſus praedictorum Miſſorum de Imperatore Theodo . . . . . . hoc opus fieri incipit.*

*Hoc opus egregium, quo mundi ſumma tenetur,*
*Aequora quo, montes, fluvii, portus, freta, & urbes*
*Signantur: cunctis ut ſit cognoſcere promptum,*
*Quidquid ubique latet: clemens genus, inclyta proles,*
*Ac per ſaecla pius, totus quem vix capit orbis,*
*Theodoſius Princeps venerando iuſſit ab ore.*
*Conficitur, quinis aperis quum faſcibus annum:*
*Supplices* (ſic) *hoc famuli, dum ſcribit, pingit, & alter,*
*Menſibus exiguis, veterum monimenta ſequuti,*
*In melius reparamus opus, culpamque priorem*
*Tollimus, ac totum breviter comprehendimus orbem,*
*Sed tamen hoc tua nos docuit ſapientia, Princeps* (1).

Sequuntur pag. 87. *b.* ſine ulla Librorum, & Capitum diviſione Coſmographica multa, ſeu, ut mihi videtur, continuatio ſuperioris Operis, in quo agitur de praecipuis Fluminibus, Inſulis, Montibus &c. orbis terrarum. Inc. *Non debet mirari quod in primo loco ſeptimi, & octavi verſus iſtorum Amphimachius ſcriptus eſt, quoniam, ut reor, non imperitia, ſed auctoritate aliorum poëtarum, & maxime Virgilii, quem in talibus cauſſis noſter ſimulavit Sedulius. qui in heroicis carminibus raro pedes alienos ab illis poſuerunt, iuxta Plinium numerorum loca in prologo praedixi relinquere vacua repertis illis ſupplevi, ſed ſi quiſquis meliora exempla invenerit, videat ſi placuerit, ne pigere fuerit. Plinius Secundus in quinto de Flumine Nilo hoc narrat: proxima Africae colitur Aegyptus &c.* Definit in verſibus quibuſdam, quorum ultimus eſt:

*Nocte bobus requies largitur fine laboris.*

Citat in fine Priſciani Periegeſim, & Iſidorum Hiſpalenſem Epiſc. in XIV. Libro.

VIII. pag. 75. Denique habetur *Demonſtratio Provinciarum, quae non erat in praecedenti Codice, ſed de antiquiſſimo libro excerpta.*

(1) De his Carminibus vide Praefationem Weſſelingii ad Antonini Aug. Itinerarium ſupra cit. edit. p. 2. *b.*

Digitized by Google

*pta*. Inc. *India ulterior finitur ab Oriente Oceano Aegaeo, ab Occidente flumine Sinibo*. Deſ. *epitomen totius orbis finitur ab Oriente Oceano, a Meridie Athlantico, a Septentrione Oceano Britanico. Britania in longitudine mil. paſs. DCCC. in latitudine milia paſſ. CCC.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cuius pars ab antiquiſſimo ſuperiori Codice forte deſcripta eſt, ſed ab imperito ſcriptore deformata, ex quo tamen multa ad illuſtrandam veterem Geographiam erui poſſent; Codex num. 913. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 77.

TRISMEGISTVS DE POTESTATE ET SAPIENTIA DEI, FICINO INTERPRETE.

*Cod. LXIX.* MErcurii Triſmegiſti Liber de Poteſtate & Sapientia Dei e Graeco in Latinum traductus per Marſilium Ficinum ad Coſmum Medicem Patriae Patrem, praevio argumento, ut in Codice VIII. Plutei XXI. Catalogi Tomo I. pag. 668. §. I.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. optime ſervatus, cum titulis rubricatis, in cuius prima pagina legitur: *Hic liber eſt Fratris Salvatoris Florentini de Saluccis*, antiquitus num. 669. notatus. Conſtat foliis 38.

SENECAE OPVSCVLA QVAEDAM, ET EPISTOLAE.

*Cod. LXX.* I. pag. 1. SEnecae de quatuor Virtutibus Liber, ut in Cod. XXXVIII. Plutei LXXVI. ſupra pag. 109. §. IV.

II. pag. 3. *b*. Eiuſdem Liber de Moribus, ut ibid. §. V. ſed heic aliquanto brevior eſt in fine, deſinit enim in verbis: *non tamen amaverit, iudicatur*.

III. pag. 5. *b*. Eiuſdem Proverbia, alphabeti ordine diſpoſita, ut ibid. pag. 110. §. XI.

IV. pag. 8. *b*. Eiuſdem Epiſtolae ad Paullum, & Paulli ad Senecam num. XIV. praevio teſtimonio Divi Hieronymi in Libro de Viris Illuſtribus, & appoſito in fine Senecae Epitaphio, ut alibi.

V. pag. 10. Eiuſdem Epiſtolae ad Lucillum, ut heic notantur, CXXIV. quarum nonnullae bifariam dividuntur, nec eodem ordine procedunt quo in editione, ut alibi etiam obſervavimus. Variantibus praeterea lectionibus abundat hic Codex.

VI. pag. 153. Occurrunt aliae Senecae Epiſtolae, quae antiquitus omiſſae fuerant, a recentiore manu in fine ſuppletae, quarum prima inc. *Exſpecto epiſtolas tuas, quibus mihi indices*, quae in editione eſt LXXIX. eamque ſubſequuntur LXXXVI. C. CIV. & CVII.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. ineuntis, compendiariis litteris exaratus, & num. 1027. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 156.

PHILOSOPHICA QVAEDAM, TRISMEGISTVS PER APVLEIVM, ET PER MARSILIVM FICINVM TRADVCTVS &c.

I. pag. 1. PHiloſophica quaedam anepigrapha, Metaphyſica, & Theologica, extracta fortaſſe ex Quaeſtionibus Sancti Thomae. Inc. *Ex diverſa cognoſcendi ratione, diverſitas ſcientiorum elicitur. Aſtrologus enim, & naturalis Philoſophus terrae rotunditatem demonſtrat, ſed hic circa materiam, ille vero mathematice abſtractam conſiderat*. Deſ. *complicantur vitia, ita ut finis unius, ſit principium alterius, inde peccatorum catena appellata*. *Cod. LXXI.*

II. pag. 184. Hermes Mercurius Triſmegiſtus e Graeco in Latinum traductus per Apuleium, ut in Cod. XII. Plut. LIV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 652. §. II.

III. pag. 210. Alcibidii Platonici ſententia de Immortalitate Animae. Inc. *Hermes Triſmegiſtus, cui vulgaris opinio pro ſummae admiratione virtutis immeritos Deitatis conſecravit honores, quum extremo vitae termino propinquaret, ſic adorſus eſt circumſtans auditorum collegium: Hactenus, filii, pulſus a patria &c.* Deſ. *& a corpore anima devolavit*.

IV. pag. 211. *b*. Ex Auguſtini Libro XVIII. Civitatis Dei Excerptum. Inc. *Eo quippe tempore, quo Moyſes natus eſt &c.*

V. pag. 212. Aliud ex Lactantii primo & ſexto Inſtitutionum Libris. Inc. *Cotta tertio de Natura Deorum, quinque fuiſſe Mercurios ait &c.*

VI. pag. 214. Argumentum in Platonis Parmenidem. Inc. *Propoſitum huius Libri eſt probare unum eſſe principium omnium rerum &c.*

VII. pag. 216. Mercurii Triſmegiſti Liber de Poteſtate, & Sapientia Dei e Graeco in Latinum traductus a Marſilio Ficino Florentino ad Coſmam Medicem Patriae Patrem cum argumento, ut in Codice VIII. Plut. XXI. Catalogi Tomo I. pag. 668. §. I.

VIII. pag. 273. Ex Epiſtola Diogenis Laërtii ad Policeum. Inc. *Eſt enim qui noſtri curam habet, & malorum operum ſupplicium exigit, a viventibus quidem ſimpliciter, a mortuis autem decuplum*; quibus verbis ſtatim ſubiicitur eiuſdem *Monitio integra*, quae inc. *Curae tibi ſit ex hac vita migratio &c.*

IX. pag. 273. Ex Aurelio Auguſtino Excerptum de Spiritu & Anima. Inc. *Anima per rationabilitatem habilis eſt illuminari ad cognoſcendum iuxta ſe, ſupra ſe, intra ſe*. Deſ. *ſimilem vero faciunt iuſtitia & ſanctitas cum prudentia*.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. optime ſervatus, in cuius prima pagina legitur: *Ser Pacis Bambelli Pacis*, & ex adverſo indiculus rerum in Codice contentarum. Conſtat foliis 296.

ARI-

Digitized by Google

## ARISTOTELES DE NATVRALI AVSCVLTATIONE IO. ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. LXXII. ARiſtotelis Libri VIII. Naturalis Auſcultationis, interprete Ioanne Argyropylo, cum Praefatione ad praeſtantiſſimum virum Petrum Medicem Florentinum, ut in Codice XLVII. huius Plutei ſupra pag. 313. §. I. Adſunt in fine tabulae quaedam philoſophicae.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. optime exaratus, cum initialibus Librorum litteris illuminatis, & num. 103. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 241.

## AENEAE THEOPHRASTVS, AMBROSIO CAMALD. INTERPRETE, FRANC. PETRARCHAE EPIST. ET ITIN. CALLIMACHI EXPERIENTIS CARMINA &c.

Cod. LXXIII. I. pag. 1. AEneae viri clariſſimi Dialogus, qui *Theophraſtus* inſcribitur, per Dominum Fratrem Ambroſium Sanctae Camaldulenſis Eremi Priorem Generalem de Graeco in Latinum traductus, cum Prologo ad Andreolum Iuſtinianum, ut in Cod. XX. Plutei LIV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 677 In calce rubris litteris legitur adnotatum: *Aeneae Sophiſtae viri clariſſi. Dialogus finit, ſcriptus manu mei Nicolai Vgolini in inſula & civitate Chii MCCCCLXXIII.*

II. pag. 27. Sequitur abſque ullo titulo Franciſci Petrarchae Epiſtola ad Vrbanum V. Pont. Max. quae inc. *In exitu Iſraël de Aegypto domus Iacob de populo barbaro, facta eſt in caelis gratulatio Angelorum, atque in terris hominum piorum. Ecce, Pater beatiſſime, beaſti, quod in te eſt. Populum Chriſtianum*. Def. *optimam perſeverantiam largiatur*. Legitur Libro IX. Ep. I. Senilium. Notandum pag. 35. *b.* poſſeſſoris nomen adſcriptum legi. & quidem ita: *Liber mei Lucae Antonii de Sancto Geminiano.*

III. pag. 38. *b.* Itinerarium anepigraphum, quod tamen eiuſdem Franciſci Petrarchae eſſe comperimus, ad Sanctum Sepulcrum (1). Inc. *Raro admodum ſpei noſtrae exitus reſpondent*. Def. *& hoc duce doctior nobis, ac ſanctior remeabis.*

IV. pag. 47. Callimachi Experientis, & aliorum Carmina quaedam, ſcilicet:

I. Ad praeſtantiſſimum virum Franciſcum Vgolinum Carmen heroicum. Inc.

*Quae regio mihi fida patet, quis angulus orbis,*

Def.

*Abnegat Europae profugo concedere ſedem.*

II. pag. 50. *b.* In obitu clariſſimi viri Marci Antonii Romani Elegia. Inc.

*Quae tua tam ſaevo clauſerunt tempora fine.*

Def.

*Nec perit, ut poſſis ſaepius eſſe miſer.*

III. p. 52. *b.* Alia ad quamdam puellam, cuius amore non modice vexabatur. Inc.

*Quod bene cognoſci iubeat ſibi quemque cupido.*

Def.

*Militis ergo tui ſit tibi cura, precor.*

IV. pag. 53. Viri clariſſimi M. Antonii Romani Elegia ad Coſmum Iuſtinianum Ianuenſem. Inc.

*Quaeſieris ſi forte Numam, quae maxima regno.*

Def.

*Muſa male alternis auſa ſonare modis.*

V. pag. 54. Eiuſdem M. Antonii ad eumdem Caſſanum Ode. Inc.

*O probis, Caſſane, viris amicus.*

Def.

*Iungat amicum.*

VI. p. ead. Eiuſdem ad eumdem alia. Inc.

*Etſi veſtra mihi probata ſat eſt.*

Def.

*Ammon, nec Libycae columba Thebes.*

VII. p. ead. *b.* Eiuſdem alia ad Baptiſtam Pancterium. Inc.

*Claruit nuper viſo Chyus Phoebo.*

Def.

*Mortale genus.*

VIII. pag. 55. *b.* Viri noſtrae tempeſtatis clariſſimi, ac doctiſſimi Callimachi de S. Geminiano verſus ad Manolium Graecum. Inc.

*Solertiſſime graeculationis,*
*Librorum carie reconditorum*
*Qui fraudas tineas, penuque murum*
*Supinas moribundula lucernas,*
*Cumque ſcorticuli Meandrianis*
*Innectis Glyceras Terentianas.*

Def.

*In te ne male provoces Leonem.*

IX pag. 56. L. Antonii Peruſini exhilaratio, quod in inſulam & civitatem Chii appulerit, Elegia. Inc.

*O mihi tot dubiis comes immutata periclis.*

Def.

*Gloria ſiqua illi, ſiqua futura mihi.*

X. pag. ead. *b.* Callimachi Baptiſtae Pancterio amico obſervantiſſimo Epiſtola. Inc. *Quae de malignitate L. Sempronii ſcntis*. Def. *haud immerito concepere. Vale.*

XI pag. ead. Eiuſdem ad eumdem alia. Inc. *Si conїectura mores L. Sempronii arguis*. Def. *effodere conaris. Vale.*

XII. pag. 5?. Eiuſdem ad eumdem alia. Inc. *Sum ita a natura inſtitutus*. Def. *aut tua humanitas poſtularet.*

XIII. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem alia. Inc. *Delectarunt me mirum in modum argumentum & interpretamentum ſuum in verba*

*epiſto-*

(1) Huius exemplar ſcripſit Thedaldus de Caſa, quod occurret inferius inter Codices S. Crucis Pl. XXVI. partis ſiniſtrae Cod. IX. chart. & membr. 8 Hunc autem titulum habet: *Itinerarium Domini Franciſci Petrarchae de Ianua uſque in Ieruſalem, & Alexandriam.* De huius Opuſculi editione caſtigatius curanda conſulendus laudatus Laur. Mehus in cit. Praef. pag. CCXXXVIII.

Digitized by Google

*epiſtolii Phalaridis.* Deſ. *ne dicam, impoſſibile eſſet. Vale.*

XIV. pag. ead. *b.* M. Antonii, viri clariſſimi, verſus ad Rufinam morantem Romae, dum eius amore vehementiſſime teneretur, ac ferventiſſime arderet. Inc.

*Heſterno Rufina die, quum Phoebus in undis.* Deſ.

*Sole oriente ſuit, ſole cadente minus.*

XV. pag. 64. Clariſſimi, doctiſſimi, & eloquentiſſimi noſtrae tempeſtatis poëtae eximii Callimachi de Sancto Geminiano Elegia. Inc.

*Nunc mihi cum charo genitrix ſubrepta parente.*

Deſ.

*Vt reor, inveniam, matre docente, viam.*

XVI. pag. 66. Clariſſimo & humaniſſimo viro, ceteriſque omnibus in cunctis praeferendo Franciſco de Vgolinis, Callimachi Ode. Inc.

*Immemor parvi laris & pudendi.*

Deſ.

*Menſa ſecundi.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. quoad Carmina Callimachi humore corruptus, ex quo factum eſt, ut tituli rubricati vix legi poſſint. Conſtat foliis 67.

### IO. CASSIANI DE INSTITVTIS MONACHORVM LIBRI XII. ET COLLATIONES PATRVM.

Cod. LXXIV. I. pag. 1. Codex eſt anepigraphus, ſed continet Ioannis Caſſiani Presbyteri, facundiſſimi, & vetuſtiſſimi ſcriptoris, Libros XII. de Inſtitutis Coenobiorum, cum Praefatione ad Caſtorem Pontificem, ut in Codice XXVI. Plutei XVI. Catalogi Tomo I. pag. 274. §. I.

II. pag. 35. *b.* Eiuſdem Collationes Patrum XXIV. item anepigraphae, cum Praefatione ad Leontium Epiſcopum & Helladium, ut in dicto Codice a §. II. uſque ad §. XXV. incluſive. In calce vero legitur: *Explicit Collatio Abbatis Abraham. Amen. Finit Liber Collationum Ioannis Caſſiani viri eruditiſſimi. Deo gratias.*

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. aquis pluvialibus maculatus. Conſtat foliis 152.

### S. EPHRAEM SYRI SERMONES, AMBROSIO CAMALD. ET B. BASILII CONTRA EVNOMIVM LIBRI IV. GEORGIO TRAPEZVNTIO INTERPR.

Cod. LXXV. I. pag. 1. S. Ephraem Syri Sermones, interprete Ambroſio Monacho Camaldulenſe (1) ad Coſmum ſuum, nimirum:

I. pag. 1. *b.* Sermo de Poenitentia.

II. pag. 8. *b.* De Iudicio & Reſurrectione, Humilitate, & Compunctione.

III. pag. 11. *b.* De Iudicio & Reſurrectione.

IV. pag. 12. *b.* De vita & exercitatione Monaſtica.

V. pag. 22. De vita Monaſtica.

VI. pag. 24 *b.* Quod non oporteat ridere, ſed flere ac lugere.

VII. pag. 26. Ad animam negligentem.

VIII. pag. ead. *b.* Ad Monachos de Sanctis quibuſdam Patribus, qui tempore illo requieverant.

IX. pag. 28. De armatura Monachi, quod oporteat Monachum, veluti militem, in acie ſemper adſiſtere.

X. pag. 33. *b.* Libellus de Poenitentia.

XI. pag. 35. *b.* Sermo de ſecundo Domini adventu.

XII. pag. 37. Admonitio de timore Dei.

XIII. pag. 38. *b.* De anguſtia, qua premitur anima, quum ex pugna contra ſe hoſtis infirmior fit.

XIV. pag. 40. *b.* De Compunctione.

XV. pag. 42. De Paſſione Domini Salvatoris.

XVI. pag. 44. Ad eos, qui filii naturam ſcrutari volunt.

XVII. pag. 46. Liber de Antichriſto.

XVIII. pag. 50. De Virginitate.

XIX. pag. 52. De laudibus Martyrum.

XX. pag. 55. Laudatio Sancti Ioſephi Patriarchae.

II. pag. 62. Beati Baſilii contra Eunomium Libri IV. e Graeco in Latinum traducti, hortante Beſſarione, a Georgio Trapezuntio (2), praeviis duabus Epiſtolis, prima Beſſarionis Cardinalis ad Eugenium IV., altera Georgii Trapezuntii ad Beſſarionem, ut in Codice XXXI. Plutei XVII. Catalogi Tomo I. pag. 357. §. XIV.

III. pag. 92. *b.* Eiuſdem de Spiritu Sancto contra Eunomium, ſeu Liber V. ad Amphilochium Epiſcopum Iconii, ut ibidem §. XV. In calce legitur: *Ad Amphilochium de Spiritu Sancto adverſus Eunomium Capitula XXX. explicita feliciter. Amen.*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ab aquis pluvialibus inquinatus, & nonnullis in locis litteris omnino evanidis, num. 16. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 110.

### PORPYRIVS SVPER PRAEDICAMENTA, ET ARISTOTELIS OPERA RHETORICA EX ANTIQVA INTERPRETATIONE.

Cod. LXXVI. I. pag. 4. Porphyrius ſuper Praedicamenta Ariſtotelis, interprete Anonymo, ut in Cod. XIV. Plutei LXXI. ſupra pag. 5. §. IV.



II. pag.

(1) De hac verſione vide quae ſentiat Cl. Mehus in vita Ambroſii Camald. pag. CCCXCII. qui hunc ipſum memorat Codicem.

(2) Haec verſio legitur inter Baſilii Opera Antuerpiae A. MDLXX. ac Pariſiis MDCXVIII. fol. Vid. Niceronium *Memoires &c.* Tom. XIV. pag. 329.

II. pag. 12. Ariſtotelis Praedicamenta, item interprete Anonymo. Ibid. §. I.

III. pag. 27. *b.* Eiuſdem Liber Perihermeneias. Inc. *Primum conſtituere oportet, quid ſit nomen, & quid ſit verbum.* Deſ. *non contingit ineſſe contraria*

IV. pag. 38. Eiuſdem Liber ſex Principiorum. Inc. *Forma eſt compoſiti contingens, ſimplici & invariabili eſſentia conſiſtens.* Deſ. *eſt autem quod ineſt ſecundum naturam, ut ignis, moveri.* Ibid. §. II ubi ſub unico tantum paragrapho utrumque Opus, & de Interpretatione, & de ſex Principiis comprehendimus.

V. pag. 45. Boëthii Liber Diviſionum. Ibid. §. III. ubi Boëthii nomen reticetur.

VI. pag. 55. Eiuſdem Libri quatuor Topicorum, ſeu de Differentiis Topicis. Primus inc. *Omnis ratio diſſerendi, quam Logicen Peripatetici veteres appellaverunt.* Ultimus deſ. *ſimilitudo eſt eius eodem modo ille ex contrarietate*, ut in alias cit. edit. Baſil. MDXLVI. fol. a pag. 857. uſque ad pag. 887. ſed finis diverſus.

VII. pag. 85. Ariſtotelis Liber Topicorum. Inc. *Propoſitum quidem negocii eſt, methodum invenire, a qua poterimus ſyllogizare de omni problemate ex probabilibus, & ipſi diſputationes ſuſtinentes, nihil dicemus repugnans.* Deſ. *hae vero ſunt utiles, & ad quas abundare difficile eſt communo.*

VIII. pag. 158. Eiuſdem de Sophiſticis Elenchis. Inc. *De ſophiſticis autem elenchis, & de iis qui videntur elenchi. Sunt autem paralogiſmi, ſed non elenchi. Dicemus incipientes ſecundum naturam a primis.* Deſ. *orationem ſuſtinentes, obſervemus rationem, velut probabiliſſima ſimili modo ....*

IX. pag. 175. Eiuſdem Priorum Libri duo. Primus inc. *Primum oportet dicere, circa quid, & de quo eſt intentio.* Secundus deſ. *unius figurati.*

X. pag. 228. Anonymi (forte eiuſdem) Epiſtola ad Alexandrum. Inc. *Oportet te, Alexander, quum de ſomno ſurgis, parum deambulare.* Deſ. *res tuas medicis mitto.* Tum ſubiiciuntur Carmina quaedam cum hoc titulo: *Sit nomen Domini benedictum. De uniformi generatione neceſſarii.* Inc.

*Eſſe neceſſe, modo ſimili ſemper varientur;*
*Sed velut expoſitos quartum quintumque paramus.*

Deſ.

*Signum ſubſtrato datur in plus, parque probato.*

XI. pag. 229. Ariſtotelis Poſteriorum Libri II. Primus inc. *Omnis doctrina, & omnis diſciplina intellectiva ex praeexſiſtenti cognitione fit.* Secundus deſ. *ſimiliter ſe habet ad om. rerum.* Accedunt tam in principio, quam in fine, pag. nimirum 270 Logicalia quaedam parvi momenti; in tegumento autem Codicis licet litura fere deleta, eliciuntur haec: *Iſte liber eſt Gulielmi Stephani ſer Iohannis de monte ....*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus, duplici manu, difficillimis, & breviatis litteris exaratus. Conſtat foliis 271.

## PORPHYRII ISAGOGICON

*Cum Boëthii Commentario, & Tractatus D. Auguſtino tributus in Ariſt. Categorias.*

I. pag. 1. Porphyrii Iſagogicon, ut in Codice XIV. Plutei LXXI. *Cod. LXXX.*
ſupra pag. 5. §. IV. Notulis aliquot marginalibus adſperſus eſt hic Libellus, & in calce exhibetur arbor quaedam de hominis ſubſtantia, corporali, & ſpirituali. Tum ſequitur notitia breviſſima de quatuor Synodis principalibus.

II. pag. 14. Boëthii Commentum ſuper Iſagogicon Libris tribus, ut in Codice VI. Plutei LXXI. ſupra pag. 2. §. I. ubi in quinque Libros eſt diſtributum. Occurrunt autem in principio Libri primi gloſſae quaedam interlineares eiuſdem, ut videntur, manus.

III. pag. 73. Beati Auguſtini Tractatus in Categorias Ariſtotelis, praevio decaſticho Alcuini ad Carolum Regem Francorum. Inc. *Quum omnis ſcientia diſciplinaque artium diverſarum.* Definit imperfecte in verbis: *ut puta, ſi diſciplinam dixeris, quod eſt genus ceterarum, ad aliquid .....* Extat in Appendice Operum D. Auguſtini Venetiis apud Io. Bapt. Albrizzi MDCCXXIX. fol. Tom. I. a pag. 821. ad pag. 832. lin. 24. ubi Prologus Alcuini ſupra memoratus praemittitur. In hunc quoque Librum ſcholia marginalia occurrunt eiuſdem vetuſtae manus, necnon gloſſae interlineares.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XI. Conſtat foliis 88.

## SEVERINI BOETHII ARITHMETICA.

Codex eſt anepigraphus, ſed continet Se- *Cod.*
verini Boëthii de Arithmetica Libros *LXXXI.*
duos cum Epiſtola ad Symmachum, ut in Codice XX Plut. XXIX. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 37. Heic tamen deeſt Praefatio illa, quae in dicto Codice inſcribitur *De IV. Diſciplinis Mathematicae.* In calce Libri ſecundi ſubiicitur figura & regula quaedam aggregationis numerorum.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XII. optime ſervatus, cum ſcholiis marginalibus, & interlinearibus, num. 1025. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 60.

## BOETHIUS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

Severini Boëthii de Conſolatione Philoſo- *Cod.*
phiae Libri V. ut ſupra pag. 164. Cod. *LXXXII.*
XIII. Clauduntur verſiculo:

*Finito libro referamus gratiam Chriſto.*
*Qui ſcripſit hunc librum anima eius locetur in Pa-*

Digitized by Google

*Paradiſum*. Abundat autem Codex marginalibus ſcholiis, partim eiuſdem vetuſtae manus, partim recentioris, in cuius calce legitur: *Liber Antonii Iohannis Roſſi*; tum rubrica: *Iſte liber eſt* (1) . . . . . . . *ſtudentis Grammaticam ſub venerabili viro Magiſtro Franciſco de Garbo*; ac tandem paullo inferius: *Iſte liber eſt* . . . . . *Dathi*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. cum pictura Boëthii ſatis rudi in prima Operis littera. Conſtat foliis 38.

## ARISTOTELIS PROBLEMATA QVAE AD MEDICINAM PERTINENT G. TRAPEZVNTIO INTERPRETE.

*Cod. LXXXIV.* ARiſtotelis Problemata per ſpecies collecta, a G. Trapezuntio traducta, pertinentia ad medicinam, praevio de hoc Opere Gellii ex Libro XVIII. iudicio. Particula prima inc. *Quamobrem magni exceſſus inductivi aegrotationum ſunt? Vel quia defectum exceſſumve faciunt, quod aegrotatio erat*. Particula XXXIV. deſ. *rationabiliter huius membri defectus erit, cuius ſignum, quod omnes infantes ſimi ſunt*. Tum ſubiungitur caeruleis litteris hoc monitum: *Non erant plura in exemplari Graeco, unde traduxi. In veteri autem interpretatione pauca quaedam adduntur, quae, ſi cui placet, huc transferat. Nos enim non putavimus officii noſtri eſſe id facere* (2). Quae vero in veteri translatione habebantur praeterea, haec ſunt:

*De iis, quae ad os pertinent.*
*De iis, quae ad tactum.*
*De iis, quae ad faciem.*
*De iis, quae ad totum corpus.*
*De iis, quae ad colorem.*

Hinc eruitur uberiora fuiſſe apud Arabes Ariſtotelis exemplaria, quam apud Italos ſaeculo XV.

In prima Codicis pagina videre eſt elenchum argumentorum, quae in hiſce XXXIV. Particulis pertractantur, numero paginarum, in quibus uniuſcuiuſque Particulae initium incidit, diligentiſſime adnotato.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus, & titulis coloratis, num. 356. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 123.

## LEGES LANGOBARDORVM.

*Cod. LXXXVI.* LAngobardorum Leges, prout a ſingulis Regibus, aut Auguſtis manarunt, diſpoſitae nimirum:

I. pag. 1. Rotharis Leges, cum Prologo, ut exſtant in Corpore Iuris Germanici antiqui conſilio Ioannis Gottlieb Heineccii edito a Petro Georgiſch Halae Magdeburgicae MDCCXXXVIII. 4. a pag. 945. ad pag. 1024. Heic tamen Prologus bifariam dividitur, & prima pars inc. *In nomine Domini incipit Edictum*. Deſ. *annotari iuſſimus*. Altera inc. *Fuit itaque primus*. Deſ. *Mammon filius Vſlborra* (3). Inter haſce inſeritur pentaſtichon illud, quod in edit. Prologum ipſum conſequitur (4). Leges progrediuntur eodem ordine, quo exhibentur in editione; ultima tamen eſt CCCLXXXVIII. quae deſinit in verbis: *ſimili modo & ſi naturales filii fuerint* (edit. pag. 1021.) tum ſubſequuntur a capite alii quinque verſus, quorum initium: *Et hoc addimus*. Finis: *incipiantur & diffiniantur*, quae pars ſunt concluſionis. (Ibid. pag. 1022.)

II. pag. 39. *b*. Grimoaldi Leges cum Prologo, ut ibid. a pag. 1023. ad pag. 1028. & cum verſiculo, qui deeſt in editione:

*Attulit hic magnus legis bona Rex Grimoaldus.*

Prologus inc. *Superiori pagina*. Deſ. *ad meliorem ſtatum, & clementius remedium corrigere & renovare, & quae neceſſaria ſunt adiungere praevidimus* (5). Tum ſubiungitur tamquam ipſius Prologi pars, haec Lex: *Si qui hominem liberum caſu eveniente nolendo occiderit, componat eum ſicut appretiatus fuerit, & faida non requiratur eo quod nolendo fecit*. Primum Caput inc. *Si ſervus, aut ancilla per annos XXX*. Vltimum deſ. *unde in hoc Edicto legitur, non requirantur a domino ancillae pro culpa quod eſt ſegangit*.

III. pag. 41. *b*. Luitprandi Leges, ſine Prologo. Prima inc. *Siquis Langobardus ſine filiis maſculinis mortuus fuerit*. Vltima deſ. *& cauſſam ſuam per ipſam legem finire debeant*. Ibid. a pag. 1027. ad pag. 1114. ubi in Libros ſex diviſae ſunt, & ſingulis praevius Prologus. In Codice tamen nulla Librorum diviſio, nullique Prologi. Praecurrit tamen verſus, qui deſideratur in editione:

*Legibus armatus ſplendet Rex hic Luiprandus.*

Deſiderantur praeterea Lex VII. Libri I., IX. Libri II., II. Libri III., & XXV. XXVI. XXIX. XXX. XXXI. XXXVIII. XLVI. LXXX. CI. & CII. Libri VI. Vltima autem verba, quae retulimus pertinent ad Legem C. Libri VI. (ibid. pag. 1114.) Inter Legem XLI. & XLII. Libri VI. inſeruntur illa, quae habentur in edit. pag. 1075. in calce, & inc. *Haec autem omnia &c.* uſque ad *inſtitutio fuit*.

IV. pag. 76. Rachis Leges ſine Prologo. Adeſt autem verſiculus:

*Diſplicet hic pravis Rex legis nectare Rachis.*

Prima Lex inc. *Siquis amodo in praeſentia Regis*. Vltima deſ. *opera autem Dei revelare honorificum eſt*. Ibid. a pag. 1115. ad pag. 1124.



(1) Eraſa ſunt verba; forte divinando quis legeret *Zenobii de Ricaſola*

(2) Hunc Codicem memorat, & hanc epigraphem adfert Cl. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. CXVI.

(3) In edit. *Obocborae*.

(4) Clauditur Prologus hoc verſiculo:
*Rothar iura dedit. quae lector prima videbit.*
Exſtat & in edit. cit.

(5) Huc uſque editio, ſed magna cum varietate lectionis.

Digitized by Google

1124. Deeſt tamen in Codice Lex II. & VIII.

V, pag. 79. Aiſtulphi Leges ſine Prologo, praevio item verſiculo:

*Ius gerit Aſtulphus reſidens in margine curſus.*

Prima Lex inc. *Recolimus in anterioris Edicti pagina*. Vltima deſ. *deſervias & maneat*, Ibid. a pag. 1123. ad pag. 1134. Subſequuntur deinde rubricae, ſeu initia omnium Legum a praedictis Regibus conditarum, ac praeterea alia multa prorſus anepigrapha, & auctoris nomine deſtituta, quae tamen gloſſemata eſſe comperimus ad quaſdam Rotharis Leges, qui etiam nominatur pag. 88. Horum initium: *Si homo occiſus, fuerit liber &c.* Finis; *ſi dixerit, mea propria eſt per chartulam, fiat ſicut legitur in chartulam*. Haec autem quinque circiter folia complent: ubi notandum, ex duobus olim Codicibus, licet eiuſdem vetuſtatis, fuiſſe unum compactum; quae enim ſequuntur aliam manum praeleferunt; praeterquamquod hoc ipſum eruitur ex diverſa quaternionum, quibus conſtant, enumeratione; ſuperiores enim, qui ſunt undecim, Romanis numeris diſtinguuntur; ſequentium vero, qui ſunt ſex, numeratio litteris fit itidem Romanis, & deſinunt in littera F.

VI. pag. 89. Caroli Magni Leges, cum breviſſimo Prologo, & verſiculo:

*Quae gens multa petit, Carolus ſua iuſſa peregit.*

Ibid. a pag. 1133. ad pag. 1176. Prima Lex poſt Prologum inc. *De Metropolitanis, ut Epiſcopi eorum Suffraganei &c.* Vltima deſ. *& poſtea ipſe reus appareat in Sancta Synodo & ſecundum Canones iudicetur*. Ex hiſce Legibus deſunt in Codice Leges XXXIV. XXXVII. LXV. LXIX. CXXVIII. CXXXVII. CXLI CXLII. CXLVI, CXLVII CXLVIII. CXLIX. CL. CLI. & CLII. Lex XLIII. aliquantum diverſa eſt, nam poſt verba *ſine noſtra iuſſione finire praeſumat* (edit. pag. 1145.) ita proſequitur in Codice: *ſed tantum pauperibus & minus potentibus ad iuſtitias faciendas ſibi ſciat eſſe vacandum*. Ita etiam Lex XLIV poſt verba, *ſi ſe non emendaverit moriatur*, ulterius progreditur, nimirum: *L. & ex his duobus furtis, unde oculum & naſum perdet. Conſtituimus, ut dominus ſervi illius ſecundum ipſam legem cui furta facta ſunt ſolvere debeat. L de tertio vero furto unde mori debet, mors illius furta illa excludat*. Inter Legem LXX. & LXXI. haec alia inſeritur: *Iubemus enim ut propter ullam diſtrictionem ſervi non mittantur in diſtrictionem; ſed per miſſos noſtros, vel dominos eorum, aut illorum advocatos ipſi ſervi diſtringantur, & ipſi, ſicut lex iubet, rationem pro ſervis reddant, utrum culpabiles ſint, an non. Ipſi vero diſtringant & inquirant ſervos ſuos, ſicut ipſos amant*. Item inter Legem XCIV. & XCV. haec alia eſt inſerta; *Omnis controverſia coram centenario diffiniri poteſt, excepta redicione terrae & mancipiorum, quae non niſi coram Comite diffiniri poteſt*. Lex CI. breviſſima eſt in Codice, deſinit enim in verbis: *qui Monachum* (ſubintellige *occiderit*) CCCC. *ſolidos componat*. Quae ſequuntur immediate a verbis *De Epiſcopis & Sacerdotibus occiſis &c.* (edit. pag. 1159.) uſque ad finem, habentur inferius ad finem Legis CLIII. quae eſt Epiſtola Caroli Magni ad Pipinum filium, tamquam ipſius pars; nam poſt verba, *de Diaconibus ſimiliter fiat*, ſequitur concluſio: *his expletis, vale ſemper in Domino chariſſime fili*. Additamenta ad Capitularia Caroli Magni, quae in editione immediate ſubſequuntur, heic deſunt, & ipſorum loco habentur aliae Leges, ſeu Capita VIII. quorum primum inc. *Sicut conſuetudo noſtrorum eſt, ut Langobardus, vel Romanus, ſi evenerit quod cauſſam inter ſe habeant &c.* Finem vero dedimus ſupra. Primum tamen ex hiſce, ad Pipinum pertinet, & eſt ſub num. XLVI. (edit. pag. 1187.)

VII. pag. 104. *b.* Pipini Leges cum breviſſimo Prologo, & verſu:

*Decrevit divus populo laudante Pipinus*,

ut ibid. a pag. 1175. ad pag. 1190. Prima Lex inc. *Ut Eccleſias Baptiſmales, ſeu Oracula &c.* Vltima deſ. *Sicut loci* (ſupraſcr. *lex*) *illius, ubi periurium factum eſt, a longo tempore fuit*, quae poſtrema ſunt verba Legis XLV quare deſunt Leges XLVI. (1) XLVII. XLVIII. & IL.

VIII. pag. 110. Ludovici Pii Auguſti Leges, ſine ullo Prologo. Praeit tamen verſus:

*Attulit iſta pius divus nobis Loduycus*,

ut ibid. a pag. 1189. ad pag. 1216. Prima Lex inc. *Siquis in aliena patria*. Vltima deſ. *bannum noſtrum, ideſt LX. ſolidos. ſolvere cogantur*, quae ſunt poſtrema Legis LVII. Deſiderantur itaque in Codice Leges IV. X. XXIII. XXIV. LVI. LVIII. LIX. LX. & LXI. Inter Legem XX. & XXI. inſerta eſt alia, quae ita inc. *Siquis de ſtatu ſuo, ideſt de libertate, vel de hereditate compellandus eſt &c.* Lex XXX. toto caelo diverſa eſt, & multo longior in Codice, quam in editione; incipit autem: *Conſiderandum eſt ut de frugibus terrae & animalium nutrimine perſolvantur* (ſuperſcriptum eſt *ſcilicet nonae & decimae*). *De opere vero & reſtauratione Eccleſiarum Comites & Epiſcopi &c.* Deſ. *ne ſaepius iterando beneficium amittat*. Eſt autem, uti comperimus, inter ſequentes Lotharii Leges ſub num. XLII.

IX. pag. 118. Lotharii Leges, praevio verſu;

*Lotharii Regis lector nunc ſcripta videbis*,

ut ibid. a pag. 1215. ad pag. 1248. Prima inc. *Placuit nobis de illis hominibus, qui ſe liberos per XXV. annos eſſe dicunt &c.* quae eſt LVIII. inter illas Ludovici Pii, quam ſupra omiſerat. Vltima deſ. *ne dum humana lucra attendunt, aeterna praemia perdant*, quae ſunt poſtrema verba Legis XCVI. Sunt autem pleraeque ipſarum diverſo ordine, atque in edito diſpoſitae. Deſunt igitur Leges

(1) Haec paullo ante occurrit, ad calcem nimirum Legum Caroli Magni.

ges xxv. lxx. xcviii. xcix. c. ci. cii. civ. cv. & cvi. Ante primam editionis Legem habentur heic aliae tres, quarum prima, uti diximus, ad Ludovicum Pium pertinet; ſecunda ita habet: *Longa conſuetudo, quae utilitati regni noſtri non impedit, pro lege teneatur*. Tertia inc. *Omnibus igitur Epiſcopis, Abbatibus, cunctiſque Cleris omnino praecipimus Vicedomnos, Advocatos, ſive Defenſores &c.* Pro Lege xlii. quae habebatur ſuperius intra illas Ludovici Pii, alia legitur, quae inc. *De decimis, ut dentur, & dare nolentibus, ſecundum quod anno praeterito denuntiatum eſt &c.* Deſ. *reliquam autem, quod ſupra dictum eſt, decimam, & VI. ſolidos contra Eccleſiam ſatisfaciat*. Leges lx. & lxi. quae in edit. coniunctae ſunt, deſinunt in Codice in verbis: *ſicut in Capitulari Domini Caroli continetur*. (edit. pag. 1232. lin. 5.) Ante ſequentem vero lxii alia praecedit, quae inc. *De placitis quidem, quae liberi homines obſervare debent conſtitutio ienitoris* (ſic) *noſtri penitus obſervanda atque tenenda eſt*. Deſ. *bannum noſtrum perſolvat*. In Lege lxviii. magna lectionis varietas occurrit. In Lege lxxviii. inter verba, *aut dominus eius eum ad flagellandum*, in quibus deſinit pag. 128. & alia, *& capite tondendum tradat* (edit. pag. 1241.) a quibus incipit pag. 130. inſertum eſt folium, continens alias Leges, quarum prima inc. *Hoc* (1) *cenſuimus tenendum de raptoribus, ſequentes ſtatuta antiquorum patrum &c.* Altera inc. *Quicumque res ſuas pro anima ſua ad Caſam Dei, aut ad parentes ſuos, ſive ad alios homines tradiderit &c.* Tertia inc. *Vnuſquiſque Presbyter res, quas poſt diem conſecrationis adquiſierit &c.* Quarta inc. *Vt* (2) *de ea coniunctione, qui ſecundum Canones aut Edictum eſſe non poſſunt copulati, placuit nobis ut ſeparentur &c.* Quinta inc. *Inter duos fratres anni curricula non computentur, ſed ſemper aequaliter dividant*. Sexta inc. *Homo de ſtatu ſuo pulſatus, ſi is qui eum pulſat ad vincendum illum procinctos habuerit &c.* Septima in principio mutila inc. (3) *& miniſterium ſacerdotale fuſcatur; imo ab ſubditis detrahitur &c.* Hae Leges ad quem pertineant nondum comperimus.

Inter Leges lxxx. & lxxxi. hae aliae duae ſunt inſertae. Prima inc. *Volumus firmiter omnibus imperio noſtro nobis a Deo commiſſo notum fieri, ut nullus tholoneum exigat &c.* Altera inc. *Vt Epiſcopi* (4), *qui res Eccleſiae circa propinquos ſuos expenderint &c.*

Inter Leges xciv. & xcv. haec legitur: *De feminis cum Presbyteris cohabitantibus placuit nobis, ut eas penitus eiiciant &c.*

Inter xcvii. & xcvi. (nam ſunt poſtpoſitae) aliae tres leguntur, quarum prima inc. *Placuit nobis ut haec capitula, quae excerpſimus de Capitulari bonae memoriae avi noſtri Caroli, ac Domini ienitoris noſtri Loduici &c.* Altera inc. *De chartis, quae a quibuſdam falſae appellantur conſtituimus, ut ſi Notarius ſuperfuerit &c.* Tertia inc. *Dictum eſt nobis* (5) *ut in quibuſdam locis Epiſcopi & Comites ab inceſtuoſis, & ab his qui decimas non dant, uuadias accipiant &c.*

X. pag. 133. Guidonis Auguſti Leges, quibus praeit verſus:

*Imperat iſta bonis regalis ſermo Widonis*,

ut ibid. a pag. 1251. ad pag. 1258. Prima inc. *Placuit nobis etiam &c.* Vltima deſ. *& alteram medietatem Camerae noſtrae*.

XI. pag. 155. Ottonis II. Leges cum Prologo, & verſu:

*Nos belli dono ditat Rex maximus Otto*.

ut ibidem a pag. 1259. ad pag. 1272. Prima inc. *Si de praediis contentio emerſerit*. Vltima deſ. *fieri omnimodo prohibemus*. Tum ſubditur: *Actum ſub urbe Veronenſe in loco qui dicitur Inſula Sancti Zenonis IV. Kal. Novembr. anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXVIII. Imperii Domni Ottonis Sereniſſimi Imperatoris Auguſti, ex regni vero filii eius Domni Ottonis ſex, indictione undecima*. Deeſt autem in Codice Lex ix.

XII. pag. 136. *b.* Ottonis III. Lex unica, praevio verſu:

*Feſtorum placito Rex tertius invidet Otto*,

ut ibid. pag. 1271. & 1272. Inc. *Quotidie contra legem agitur*. Deſ. *penitus prohibemus*.

XIII. pag. 137. Henrici I. Auguſti Leges, ſine Prologo, ſed cum verſiculo:

*Regis Heinrici laetantur lege mariti*,

ut ibid. a pag. 1273. ad pag. 1276. Prima inc. *Quicumque ex quacumque natione &c.* Vltima deſ. *manum, quae homicidium fecit amittat*.

XIV. pag. ead. *b.* Ottonis III. (ita enim eſt in titulo) Lex unica, cum Prologo. Prologus inc. *Magnis opus eſt conſultibus, dum noſtri imperii principes publici officii &c.* Lex vero inc. *Si ſervus propter appetitum libertatis liberum ſe vocaverit &c.* Deſ. *ad ius & ſervitutem Eccleſiarum revocari praecipimus*.

XV. pag. 138. *b.* Fragmentum Legis Conradi Auguſti. Ibid. a pag. 1275. ad pag. 1278. Inc. *Omnibus Sanctae Dei Eccleſiae fidelibus, & noſtris tam praeſentibus quam & futuris &c.* Deſ. *donec ipſe cum ſuo ſeniore & paribus* . . . . . (edit. pag. 1277. lin. 8.) Reliqua deſiderantur mutilato, ut videtur, Codice.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XI. vere inſignis, cum gloſſis & ſcholiis in margine item eiuſdem antiquae manus, quae Codicem exaravit. Conſtat foliis 138.

SEV.

(1) Eſt Lex iii. Ludovici II. licet aliquantum diverſa (edit. pag. 1249.)

(2) Eſt Lex viii. Ludovici II. licet admodum diverſa (edit. pag. 1252.)

(3) Eſt pars Legis vii. Ludovici II. cuius altera pars paullo poſt occurrit (edit. pag. 1250. lin. 27.)

(4) Eſt pars Legis vii. Ludovici II. uſque ad verba: *& ob hoc iura Eccleſiaſtica convelluntur*. (edit. pag. 1250.)

(5) Haec eſt Lex i. Ludovici II. Auguſti (edit. pag. 1247.)

Digitized by Google

## SEV. BOETHII DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

Cod. LXXXVII. SEverini Boëthii de Conſolatione Philoſophiae Libri V. cum Commentario, auctoris quidem nomine deſtituto, ſed quem comperimus eſſe Nicolai Trivetti Anglici, Ordinis Praedicatorum, qualem recenſuimus in Codice XLVI. Plutei LXXVI. ſupra pag. 116. cum quo concordat. Subditur in calce verſiculus:

*Perſona ſcriptoris ſalvetur omnibus horis.*

In prima pagina occurrunt verſiculi quidam morales, & proſaica quaedam exercitationis gratia ab aliquo poſſeſſore Codicis exarata. In ipſius vero paginae averſa parte legitur

I. Vxoris Boëthii verſus pataphii. Inc.

*Helſes dicta fui, Siculae regionis alumna.*

Deſ.

*Et ſocios vitae iungat uterque cinis.*

II. Boëthii verſus pataphii. Inc.

*Hoc in ſarcophago iacet ecce Boëthius arco* (ſic)

Deſ.

*Et poſt ictus gladio exiit e medio.*

III. Alii quinque verſiculi anepigraphi diverſa manu. Inc.

*O Deus alme pater quidquid ego legi &c.* (1) In fine Codicis redeunt verſiculi ſatis rudes, indicantes praecipua ſingulorum menſium feſta cum gloſſis interlinearibus.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. optime ſervatus, cum gloſſis interlinearibus frequentibus, & pictura Boëthium in carcere poſitum exhibente in littera initiali Libri primi, num. 374. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 69.

## ARISTOTELES DE MORIBVS L. ARRETINO INTERPRETE.

Cod. LXXXVIII. ARiſtotelis de Moribus ad Nicomachum Libri X. anepigraphi, interprete Leonardo Arretino, ut in Cod. V. Plutei LXXIX. ſupra pag. 172. ubi tamen duplex praemiſſa legebatur Praefatio, quae heic utraque deſideratur.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. elegantiſſime ſcriptus, cum initiali littera auro, variiſque coloribus depicta, & num. 660. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 119.

## S. AVGVSTINI SERMONES DE VITA SOLITARIA, S. BERNARDI HYMNI &c.

I. pag. 1. S. Auguſtini Doctoris Epiſcopi Sermones XXV. de Vita Solitaria (2). Primus (in edit. ſub num. XXXIX.) inc. *Pax vobis, fratres, & charitas cum fide non deficiat. Pax vobis, fratres, quoniam electi eſtis.* Vltimus (in edit. ſub num. XVI.) deſ. *ſic enim & Angeli, de quibus ait Salvator, qui ſemper vident faciem Patris, qui eſt in caelis.* Exſtant in Appendice Operum S. Auguſtini Tom. VI. a pag. 306. ad pag. 378. ubi tamen omnes ſunt LXXVI. nec eodem quo in Codice ordine progrediuntur. Cod. XC.

II. pag. 91. *b.* Sermo anepigraphus in laudem Deiparae. Inc. *Omnis gloria filiae regis ab intus circumamicta varietatibus &c. In hoc verſu prophetico, filiae dilectiſſimae, gloria Dominae noſtrae deſcribitur, & meritum noſtrum non ſiletur.* Deſ. *& cum ſponſo veſtro in caelo regnetis, cooperante &c.*

III. pag. 97. Anonymi de miſerabili humanae conditionis ingreſſu Liber in Capita diviſus. Caput I. *De munditia cordis* inc. *Non eſt qui de cordis munditia valeat gloriari.* Caput ultimum: *Quod nihil proderit damnatis* deſ. *fulgur, & ignis ardens in ſaecula ſaeculorum &c.*

IV. pag. 112. Hymnus ad Ieſum. Inc.

*Dulcis Ieſu memoria,*
*Dans vera cordis gaudia.*

Deſ.

*Vt nos donet regalibus*
*Cum Chriſto caeli ſedibus.*

Legitur inter Opera D. Bernardi cura Io. Mabillonii Pariſ. apud Car. Robuſtel MDCCXIX. fol. Tom. II. pag. 915. ſed multis cum varietatibus.

V. pag. 114. *b.* Alius ad eumdem (forte eiuſdem D. Bernardi.) Inc.

*Et ego quid demerui,*
*Pendens inter latrones?*
*Oravi, nec obtinui,*
*Carnis petitiones.*

Deſ.

*Tandem clavis confodior,*
*Et dum in cruce morior,*
*De vita non deſpero.*

VI. pag. 115. Alius (forte eiuſdem). Inc.

*Tu ergo non turberis,*
*Si ſtatim non conſequeris.*

Deſ.

*Ad maius beneficium*
*Datorem obligaſti.*

VII. pag.

(1) In eadem prima pagina inter varia poſſeſſorum nomina eraſa, hoc supereſt: *Iſte liber eſt mei Petrus Petri de Sancto Miniate.*

(2) Robertus de Bardis Philoſophus ac Theologus Florentinus, idemque Pariſienſis Academiae Cancellarius, cuius vita latine a Philippo Villanio ſcripta exſtat in Codice Gaddiano-Mediceo Plut. XCI ſup. num. 42 in 4. magnam dedit operam ad Latinorum Patrum libros e tenebris eruendos. Eduxit ex Gallicano carcere S. Auguſtini Sermones apocryphos, ad Eremitas fratres, quod conſtat ex Codice Biblioth. Paullinae Lipſienſis, ut ex Catalogo eruitur pag. 411. quem in lucem dedit Ioachimus Fellerus. Divi namque Auguſtini Sermones perquiſivit Robertus, repertoſque in ordinem redegit, quod ex nova Labbaei Bibliotheca obſervavit Magliabechius Cl. IX. Biblioth. Maghab. Cod. XIII. pag. 42. chart. in fol.

Digitized by Google

VII. pag. 115. *b.* Oratio ad Crucifixum (forte eiuſdem). Inc.

*Reminiſcens beati ſanguinis.*

Deſ.

*Amoris gratia.*

VIII. pag. 116. D. Bernardi Abbatis Oratio divina, & devotiſſima, quam fecit quando imago Salvatoris, ſolutis brachiis de Cruce, amplexata eſt eum. Inc.

*Salve mundi ſalutare.*

Deſ.

*Dimitto tibi omnia.*

In cit. edit. pag. 916. col. 3.

IX. pag. 117. *b.* Oratio ad genua. Inc.

*Salve, ſalve, Rex ſanctorum.*

Deſ.

*Quum te complexus fuero.*

Ibid. pag. 917. Tandem ſequebatur *Oratio ad manus*, ſed praeter hunc titulum nihil aliud habes.

Codex chartac. Ms. in 8. min. Saec. XV. num. 235. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 118.

## ISAAC SYRI SERMONES.

Cod. XCVI. Liber Iſaac Abbatis Syri (1). Inc. *Anima, quae Deum diligit, in ſolo Deo quietem habet. Anticipa ſolvere omnem colligationem extrinſecam a te ipſo, & tunc Deo corde poteris colligari.* Deſ. *omnis, qui ſecundum Deum eſt, ſapiens eſt, & beatus eſt. Beata communio divinitatis, & cognitio virtutis boni operis eſt. Explicit Liber Iſaac. Deo gratias. Amen.* Exſtat in maxima Bibliotheca Veterum PP. curante Margarino de la Bigne Lugduni apud Aniſſonios MDCLXXVII. Tomo XI. a pag. 1019. ad pag. 1044. ſub titulo *De contemptu Mundi*, in qua quidem editione conſulenda non paucas, neque eas adſpernandas in Codice noſtro variantes lectiones deprehendimus.

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XIII. optime ſervatus. Conſtat foliis 47.

## PORPHYRIUS DE QVINQVE VOCIBVS, ET ARISTOTELIS QVAEDAM ARGYROPYLO INTERPRETE.

Cod. CVII. I. pag. 1. Porphyrii Liber de quinque Vocibus, quem Ioannes Argyropylus Byzantius cauſſa magnificentiſſimi viri Petri Medicis Florentini traduxit, cum Praefatione ad eumdem (2), quae inc. *Memini me iampridem.* Deſ. *vivere perſuadet. Vale.* Liber inc. *Quum neceſſarium ſit.* Deſ. *verum & haec ad ipſorum diſtinctionem convenientiamque demonſtrandam ſufficiunt.*

II. pag. 15. Ariſtotelis Praedicamenta ad eumdem Petrum Medicem, interprete eodem. Inc. *Aequivoca dicuntur.* Deſ. *ſed qui dici ſolent omnes fere ſunt a nobis enumerati.*

III. pag. 35. *b.* Eiuſdem de Interpretatione Liber omnium difficillimus. Inc. *Primo definire oportet, quidnam ſit nomen, & quid verbum.* Deſ. *ut idem contraria ſimul inſint.*

IV. pag. 50. *b.* Eiuſdem Liber Priorum. Inc. *Primum dicere oportet, circa quid, & cuiuſnam ſit haec praeſens conſideratio.* Deſ. *& inter ſeſe quae ſunt ex diverſis figuris. Die ſexto Septembris anno ſalutis MCCCCLXXXV. volente Deo perfeci.*

V. pag. 71. Eiuſdem Libri II. Poſteriorum Reſolutivorum, quos idem Ioannes Argyropylus Byzantius cauſſa Coſmae Medicis Florentini traduxit. Liber primus inc. *Omnis doctrina, omniſque diſciplina intellectiva, ex antecedenti cognitione fieri ſolet.* Liber ſecundus deſ. *ſcientia autem univerſa ſeſe habet ad rem univerſam ſimili modo.* Tum ſubditur: *Explicit Liber ſecundus & ultimus Poſteriorum Ariſt. Laus Deo die 22. Ian.* 1484.

Codex chartac. Ms. in 4 maiori Saec XV. nitidiſſimus, cum uberrimis ſcholiis in margine, num. 101. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 133.

## ARISTOTELIS POLITICA L. ARRETINO INTERPRETE.

Ariſtotelis Politicorum Libri VIII. interprete Leonardo Arretino, cum unica Praefatione, quae inc. *Inter moralis &c.* ut in Codice XVII. Plutei LXXIX. ſupra pag. 177. § III. Cod. CVIII.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum Summariis in margine, & notulis Graecis, antiquitus num. 103. notatus. Conſtat foliis 110.

## ARISTOTELIS ETHICA L. ARRETINO INTERPRETE.

Ariſtotelis Ethicorum Libri X. Leonardo Arretino interprete, cum Praefatione ad Martinum Papam V. ut in Codice V. Plutei LXXIX. ſupra pag. 172. §. I. Cod. CIX.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum notulis in margine ab eadem Graeca manu exaratis, a qua ſuperioris Codicis, itemque cum Summariis, num. 103. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 87.

## LEONIS BAPT. ALBERTI DE RE AEDIFICATORIA.

Codex eſt anepigraphus, ſed continet Leonis Baptiſtae Alberti de Re Aedificatoria Libros X. cum Praefatione. Habes impreſ- Cod. CXIII.

(1) Iſaacos Syros Monachos duos invenimus, unum, cuius ſcripta recenſent Gennadius, Trithemius, & Gelaſius, qui ſcribunt eum obiiſſe temporibus Leonis & Martiani Impp. alterum, quem uſque ad extrema Gothorum tempora ſupervixiſſe teſtatur Gregorius Dialog. Lib. III. Utriuſnam autem ſit Liber hic de contemptu mundi, incertum eſt. Poſſevinus quidem tribuit Iſaaco priori, ſed neque Trithemius, neque Gelaſius huius libri meminerunt; unde non minus probabile eſt pertinere ad Iſaacum poſteriorem, de quo Gregorius l. c.

(2) Ait initio ſe Librum Ariſtotelis de Interpretatione, & Priorum eam primam partem, qua ratiocinationis ortus exprimitur, Petri Medices gratia tranſtuliſſe.

Digitized by Google

preſſ s ſupra Plut. XXIX. Cod. XLV. Catalogi noſtri Tomo ſuperiore pag. 62. Heic tamen deeſt Epiſtola Politiani ad Laur. Medicem, & Carmen Baptiſtae Siculi ad Leonem.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. elegantiſſimus, num. 118. olim notatus. Conſtat foliis 234.

CABBALISTICA QVAEDAM.

Cod. CXVIII. HVius Codicis recenſionem habes in Praefatione ad Volumen Codicum Orientalium huius Laur. Biblioth. pag. XLVI. quam vide.

Codex partim membranac. partim chartac. in 4. min. Saec. XIV. & XV. ex veteri Armario Med. Conſtat foliis 244.

CABBALISTICA QVAEDAM.

VOlumen membranaceum, ſeu Charta Saec. XVI. ex veteri Armario Mediceo, in qua varii circuli exhibentur, in quibus Cabbaliſticae nugae, & ſuperſtitioſa deliria continentur. In fine legitur: *Ego Zephriel Thomas Bonus ex antiquiſſima, & chriſtianiſſima familia del Bono, ex Galia oriunda, ita aſſero & atteſtor. Me tamen ſummo Pontifici, & Sanctae Romanae Eccleſiae ſubmitto & ſubpono, a quo, & a qua numquam diſſentire, & recedere intendo. Indignum certe a ſumma Dei potentia, ſapientia, & providentia exiſtimo, tot ſphaeras, tot orbes, tot caelos, tot, ac tantis luminibus decoros, inanes & vacuos ſe circumferre, quando a nubibus ad centrum terrae omnia plena, ſive* (ſic) *Creatoris eius omnipotentiam agnoſcentibus, & ideo eos, iuxta deſcriptionem meam, tot exercitibus caeleſtibus exornatos & decoratos cenſeo, & contendo, ad maiorem gratiarum ſuarum diffuſionem.* Cod. CXIX.

# PLVTEVS LXXXIX. INFER.

## QVI CONTINET, PRAETER ITALICOS, LATINOS CODD. LII.

## CODEX I.

### TITI LIVII DECAS I. III. ET IV.

I. pag. 1. T. Livii Patavini Hiſtorici ab Vrbe condita Decas prima, ut in editione Amſtelaed. apud Danielem Elzevirium an. MDCLXXIX. in 8. Tom. I. a pag. 5. ad pag. 912. In calce titulus repetitur hoc pacto: *Titi Livii ab Vrbe condita Liber decimus explicit feliciter.*

II. pag. 141. Eiuſdem de ſecundo Bello Punico Decas tertia, ut in dicta edit. Tom. II. a pag. 4. ad pag. 9 3.

III. pag. 255. Eiuſdem de Bello Macedonico, & Aſiatico Decas quarta, ut ibid. Tom. III. a pag. 4. ad pag. 681. lin. 13. definit enim in verbis: *conciliabulaque edixerunt*, ut in aliis etiam Codicibus obſervavimus, ac praeſertim in Codice VI. Plutei LXIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 687. quem vide. Tum ſubiicitur; *Finis quatuor Decadum Livii.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis, cum pictura in principio, initialibus Librorum mirifice illuminatis, & ſingulorum Capitum aureis, & ſtemmate familiae cuiuſdam in prima pagina poſtea eraſo, in cuius infimo margine legitur poſſeſſoris *Ioannis Gaddii* nomen. Praemittitur autem in principio, argumentorum, de quibus ſinguli Decadum Libri pertractant, accuratiſſimus index. Conſtat foliis 344.

DIODORI SICVLI HISTORIA.

DIodori Siculi Hiſtoriarum Priſcarum Libri VI. a Poggio in Latinum traducti, cum Praefatione ad Nicolaum V. Summum Pontificem, ut in Codice VII. Plutei LXVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 819. quem vide. Cod. II.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ab aquis pluvialibus, & coeno valde inquinatus. Conſtat foliis 122.

T. LIVII DECAS PRIMA.

TIti Livii Patavini Hiſtoricorum ſummi, Rerum Populi Romani ab Vrbe condita Decas prima, ut in Codice I. huius Plutei §. I. Cod. III. 1.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ab aquis pluvialibus foedatus, in cuius prima pagina legitur nomen *Bernardi de Puccinis num.* 22. Conſtat foliis 211.

T. LI-

Digitized by Google

## T. LIVII DECAS TERTIA.

*Cod. III. 2.* Titi Livii Patavini de ſecundo Bello Punico Decas tertia, ut in dicto Cod. I. §. II. Heic in calce legitur P. Scipionis Epitaphium, cuius initium eſt:

*Ille ego ſum patriam Poeno qui ex Marte cadentem &c.*

Obſervandum pag. 132. reddi in margine quaedam, quae deerant in textu adſcriptis his verbis: *Heic deficiunt quaſi tres columnae, ut vidimus in Libro Domini de Columna.*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ab aquis pluvialibus maculatus. Conſtat foliis 218.

## T. LIVII DECAS QVARTA.

*Cod. III. 3.* Titi Livii Patavini de Bello Macedonico Decas quarta, ut in dicto Codice I. §. III.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ab aquis pluvialibus item miſere foedatus, in cuius prima pagina legitur nomen *Bernardi de Puccinis num.* 7. Conſtat foliis 163.

## APPIANI ALEXANDRINI HISTORIAE EX INTERPRETATIONE P. CANDIDI DECEMBRII.

*Cod. IV.* I. pag. 1. Appiani Alexandrini Sophiſtae Romanarum Hiſtoriarum Libri, qui inſcribuntur Libycus, Syrius, Parthicus, & Mithridaticus, e Graeco in Latinum converſi, interprete, licet nomen reticeatur, P. Candido Decembrio. cum Praefatione ad Nicolaum V. Pontif. Max. ut in editione omnium quotquot exſtant Appiani, interprete P. Candido, Lugduni apud Seb. Gryphium MDLI. 12. a pag. 686. ad pag. 1092. Habes etiam in Codice XIX. Plutei LXVIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 846. §. I. II. III. & IV.

II. pag. 120. Eiuſdem Civilium Bellorum Hiſtoria Libris V. ſine Praefatione, eodem Decembrio interprete, ut ex epigraphe in calce appoſita deprehenditur. Primus inc. *Senatus Populuſque Romanus mutuis ſaepenumero contentionibus de legumlatione &c.* Vltimus deſ. *eaſque Macedoniae illis finitimae ſubiicere.* Tum ſubditur: Τέλος. *P. Candidi de Civilibus Romanorum Bellis ex Appiano Alexandrino Hiſtorico eloquentiſſimo traductis in Latinum Liber quintus, & ultimus explicit.* Ex hiſce Libris quinque, priores tantummodo duo ex verſione P. Candidi Decembrii habebantur etiam in Codice XX. dicti Plutei LXVIII. cit. Tomo pag. 847. quem vide, ubi editionem tam horum, quam ſequentium Librorum Venetam citavimus ex Mattairio, & Argelato. Exſtant autem in ſupra citata editione Seb. Gryphii a pag. 10. ad pag. 653.

III. pag. 297. *b.* Eiuſdem Liber, qui Illyrius inſcribitur, e Graeco in Latinum translatus ab eodem Decembrio. Inc. *Illyrios Graeci eos exiſtimant, qui ſupra Macedoniam, & Thraciam a Chaonibus, & Theſprotis ad fluvium Iſtrum ſedes habent.* Deſ. *Tiberium vero ſub monarchia illos recepiſſe.* In cit. edit. a pag. 655. ad pag. 682.

IV. pag. 305. *b.* Eiuſdem Liber, qui Celticus appellatur, eodem Candido interprete, ſed imperfectus. Inc. *Celtae primi Romanis inſurrexiſſe dicuntur.* Deſ. *Britanniam Inſulam ingreſſus eſt.* Ibid. a pag. 682. ad pag. 686. Tum adnotatum legitur: *Nihil ex Libro Celtico ulterius reperitur. Laus Deo. Amen. Explicit die* 19. *Aprilis* 1469.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit elegantiſſimus, cum initialibus Librorum litteris illuminatis, pictura aurata, quae totum primae paginae marginem ambit, & ſtemmate poſſeſſoris, poſtea eraſo, in quo litterae tamen ſuperſunt *S. P. Q. R.* Alia item pictura ante Libros Civilium Bellorum ſatis elegans exhibetur. Conſtat foliis 306.

## EVSEBII CHRONICON.

Chronica Euſebii Caeſarienſis Epiſcopi *Cod. V.* ex verſione D. Hieronymi, cum additionibus eiuſdem Hieronymi, ac Proſperi, & obteſtatione in principio, ut in Codice XI. Plutei LXVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 821. §. I. Clauditur hac ſubſcriptione: *Hic finis Proſper poſt Hieronymum. Antonius Marii filius Florentinus Civis atque Notarius tranſcripſit Florentiae VI. Nonas Maias MCCCCXL. Valeas feliciter qui legis.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis, elegantiſſimus, cum initialibus Capitum litteris, auro, variiſque coloribus eleganter depictis, num. 28. antiquitus notatus. Conſtat foliis 75.

## THVCYDIDIS HISTORIA, INTERPRETE LAVRENTIO VALLA.

Thucydidis Athenienſis Hiſtoria, (Libris *Cod. VI.* VIII.) interprete, licet nomen non adpareat, Laurentio Valla, cum Epiſtola Nuncupatoria ad Nicolaum V. Pont. Max. ut in Codice XXXII. Plutei LXIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 704.

Cod. chart. Ms. in 4. maiori Saec. XV. eleganter exaratus, in cuius prima pagina duo poſſeſſorum nomina, ſcilicet *Laurentii Lenti, & Benedicti Varchienſis*, legebantur, litura poſtea deleta. Conſtat foliis 302.

## DIODORI SICVLI HISTORIA, INTERPRETE POGGIO.

Diodori Siculi Hiſtoriarum Priſcarum Li- *Cod. VII.* bri VI. a Poggio Florentino in Latinum traducti, cum Epiſtola Dedicatoria ad Nicolaum V. Pont. Max. ut in Codice VII. Plutei LXVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag.



Digitized by Google

pag. 819. In calce maioribus litteris adſcribitur: *Diodori Siculi Hiſtoriarum Priſcarum a doctiſſimo viro Poggio Florentino in Latinum traducti Liber ſextus, & ultimus explicit feliciter.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV nitide exaratus, cum Summariis ſingulis Libris praemiſſis, & marginalibus aliquot notulis, ac perpulcra pictura in principio exornatus. Conſtat foliis 137.

## SVETONIVS TRANQVILLVS.

*Cod. VIII. 1.* I. pag. 1. SVetonii Tranquilli Vitae XII. Caeſarum. Initium primae, & finis duodecimae concordant cum editione Mediolanenſi anni MCCCCLXXV. cuius recenſionem dedimus Catalogi Tomo ſuperiore pag. 109 & ſeqq.

II. pag. 121. Eiuſdem de Illuſtrium Grammaticorum vita Liber. Inc. *Grammatica olim Romae ne in uſu quidem* Deſinit imperfecte in vita Craſſitii Tarentini, & in verbis: *Craſſitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Paſicles, mox Pauſam ſe cognominavit. Hic initio . . . . . . .* Habetur in editione eius Operum Pariſienſi apud Hadrianum Beys MDCX. fol. curante Iſaaco Caſaubono a pag. 119. ad pag. 123. lin. 20.

Codex membranac. Ms in 4. Saec XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, ſtemmate poſſeſſoris, & initialibus Librorum eleganter illuminatis Graeciſque verbis rubrica ſuppletis, antiquitus num. 414. notatus. Conſtat foliis 124.

## SVETONIVS TRANQVILLVS.

*Cod. VIII. 2.* SVetonii Tranquilli de XII. Caeſaribus Libri XII. ut in Codice ſuperiori. Heic in calce notatur manu Georgii Ant. Veſpuccii: Θεῷ δόξα *3. Ianuarii* 1457. Subiiciuntur deinde verſus, qui alias etiam occurrerunt, Decimi Magni Auſonii Muſellae de longitudine regni eorum. de finibus eorum &c. In fine legitur: *Olim Georgii Antonii Veſpuccii liber ad uſum nepotum.* Similiter in principio eadem manus adnotavit: *Liber Conventus S. Marci de Florentia Ord Praedicator. habitus a Fratre Georgio Antonio Veſpuccio filio nativo* 1499.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum perpulcra pictura in principio, initialibus Librorum eleganter illuminatis, & cum Summariis in margine rubrica exaratis, in cuius tegumento repetitur poſſeſſoris nomen ita: *Liber Georgii Antonii Veſpuccii* καὶ τῶν φίλων: num. 580. antiquitus notatus. Conſtat foliis 114.

## PLVTARCHI VITAE ALIQVOT, INTERPRETE LEONARDO ARRETINO.

I. pag. 1. M. Antonii Vita e Graeco per Dominum Leonardum Arretinum ex Plutarcho in Latinum converſa, cum Epiſtola Nuncupatoria ad D. Coluccium Salutatum, ut in Cod. XXVII. Plut. LXV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 748. §. XVI. Exſtat autem in ſecunda parte Vitarum Plutarchi impreſſa in folio ſine loco & anno, quam cum initialibus auro, variiſque coloribus depictis vidi apud Cl. Franciſcum Marucellium Patricium Florentinum, a pag. 496. ad pag. 514. *Cod. IX.*

II. pag. 43. Demoſthenis Vita per eumdem Dominum Leonardum Arretinum e Graeco ex Plutarcho in Latinum converſa, ut in citato Codice §. XII. Edita autem primum fuit in laudata editione a pag. 460. ad pag. 465.

III. pag. 55. Leonardi Arretini Cicero Novus, cum Praefatione ad Nicolaum ſuum, ut in Codice I. Plut. LII. Catalogi Tomo citato pag. 541. §. I. & in laudata antiqua editione a pag. 465. ad pag. 478.

IV. pag. 82. Eiuſdem Vita Quinti Sertorii, cum Prologo ad Antonium Luſcum, ut in citato Codice XXVII. Plutei LXV. Catalogi dicto Tom. pag. 746. §. IV.

V. pag. 98. Paulli Aemilii Vita per eumdem Leonardum Arretinum e Graeco ex Plutarcho in Latinum converſa, ut in Codice XXVI. dicti Plutei Tom. cit. p. 744. §. XXI.

VI. pag. 117. Pyrrhi Regis Epirotarum Vita e Graeco ex Plutarcho per eumdem Arretinum in Latinum converſa, ut in dicto Codice §. XXIV.

VII. pag. 139. M. Catonis Vita tranſlata per eumdem Leonardum Arretinum, licet titulo deſtituatur, ut in Codice XXVII. ſupra citato, pag. 747. §. X.

VIII. pag 174. Tiberii & Caii Gracchorum Vitae eodem Leonardo interprete, licet ſint anepigraphae, ut in Codice XXVI. Tom. cit. pag. 745. §. XXIII. In fine legitur: *Laus Deo. Finis anno D. MCCCCXV.* (1) *& die XXVIII. Octobris.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. ſupra quam dici poſſit elegantiſſimus, cum initialibus ſingulorum Librorum mirifice illuminatis, & titulis rubricatis, in cuius prima pagina, quae vacua ſupereſt, legitur, quantumvis litura aliquantum ſit deletum: *Queſto libro è degli heredi di Franceſco Rinuccini.* Conſtat foliis 191.

ALIVD

(1) Notandum perperam eraſam fuiſſe notam quartam numericam C, & ſubſtitutam notam X.

ALIVD PRAEDICTARVM VITARVM EXEMPLAR.

Cod. X.

I. pag. 1. PLutarchi Vita Paulli Aemilii per Leonardum tranſlata de Graeco in Latinum, ut ſupra in Cod. IX. §. V.

II. pag. 11. Eiuſdem Vita Pyrrhi. Ibid. §. VI.

III. pag. 21. Eiuſdem Tiberii & Caii Gracchorum Vitae. Ibid. §. VIII.

IV. pag. 31. Eiuſdem Demoſthenis Vita. Ibid. §. II.

V. pag. 37. Leonardi Arretini Cicero Novus cum Praefatione. Ibid. § III.

VI. pag. 51. M. Catonis Vita. Ibid. §. VII.

VII. pag. 68. Vita Sertorii. Ibid. §. IV.

VIII. pag. 75. Vita M. Antonii, cum Prooemio ad Colucciun Salutatum. Ibid. §. I. In prima pagina indiculus occurrit eorum, quae in toto Codice continentur, adiectis hiice verbis: *Leonardus Arretinus omnes in Latinum ex Graeco tranſtulit.*

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ab aquis pluvialibus maculatus, in cuius prima pagina legitur: *Bernardi de Puccinis num. IX.* antiquitus num. 511. deſignatus. Conſtat foliis 97.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM PARS.

Cod. XI.

FLavii Ioſephi Antiquitatum Iudaicarum Hiſtoria a Libro XVII. uſque ad XX. cum Summariis praeviis. Liber igitur XVII. qui continet tempus annorum XIV. inc. *Antipatro autem poſtquam fratrum exſtitit accuſator &c.* Liber XX. deſ. *& cur ſecundum eas aliud facere permittimur, aliud prohibemur. Amen.* Tum ſubiungitur: *Flavii Ioſeppi Antiquitatis Iudaicae Liber XX. explicit. Gloria Individuae Trinitati. Amen. Liber Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia XXIV.*

Codex membranac. Ms. in fol. quadrato Saec. XI. antiquitus num. 325. notatus. Conſtat foliis 48.

PLVTARCHI VITAE QVAEDAM, INTERPRETIBVS LEONARDO IVSTINIANO, ET FRANC. BARBARO.

Cod. XII.

I. pag. 1. PLutarchi Vitae Cimonis, & Luculli, interprete Leonardo Iuſtiniano, cum Prooemio ad Illuſtrem Galliae Principem Henricum Luſignanum, ut in Codice XXVII. Plutei LXIV. Tomo ſuperiore pag. 720. §. I. & pag. 739. §. VIII. Exſtant in cit. antiqua editione Vitarum Plutarchi diverſis interpretibus Parte II. a pag. 294. ad pag. 318.

II. pag. 43. Eiuſdem Ariſtidis, & Catonis Vitae, interprete Franciſco Barbaro, cum Prooemio ad inſignem atque ornatiſſimum virum Zachariam Barbarum amiciſſimum fratrem ſuum, ut in Cod. XXIV. Pl. LXV. Catalogi Tom. cit. pag. 738. §. III. & IV. Tum pag. 78. *b.* ſubſequitur Plutarchi exquiſitum de utroque iudicium, ideſt comparationis pars extrema, ut ibid. §. V.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ab aquis pluvialibus foedatus, & num. 72. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 81.

PLVTARCHI XENOPHONTIS, LVCIANI, THEOPHRASTI, DEMOSTHENIS, ET ISOCRATIS OPERA QVAEDAM INTERPRETE LAPO CASTELLIVNCVLO &c.

Cod. XIII.

I. pag. 1. THemiſtoclis Vita cum Prooemio (1) ad clementiſſimum virum Coſmam Medicem, Lapo Caſtelliunculo (2) interprete, ut in Codice XXIV. Plutei LXV. Catalogi Tomo cit. pag. 739. §. VII.

II. pag. 15. Solonis Philoſophi Vita, eodem interprete, cum Praefatione ad Beatiſſimum & Sanctiſſimum Patrem Eugenium IV. (3) Sanctae Romanae Eccleſiae Pontificem Maximum, ut in Codice XXVI. Plutei LXV. ſupra citati §. V.

III. pag. 33. *b.* Lapi Caſtelliunculi Oratio Bononiae habita in ſuo legendi initio. Inc. *In maxima laetitia ac voluptate, quam animo capiebam, eruditiſſimi viri, plurimum mihi timoris, & dubitationis hodiernus dies attulit; nam, quum in loco conſtitutus eſſem, quem ego ab adoleſcentia ſemper ad gloriam honoratiſſimum ampliſſimumque putaſſem, laetabar profecto maxime, meorum laborum ac vigiliarum, ex eorum, qui mihi hunc honorem demandaſſent iudicio graviſſimo, & probatiſſimo fructus me uberrimos ac iucundiſſimos conſequutum.* = Inferius pag. 37. *Vobis vero, Poggi, & Auriſpa, principes ac parentes Latinarum litterarum, vobiſque aliis, qui ad illos proxime doctrina, eloquentiaque acceditis, ac vobis inſuper, Leonarde Arretine, & humaniſſime praeceptor Philelphe, Franciſce Barbare, Leonarde Iuſtiniane, & horum inſtitutor Guarine, decora, & ornamenta huius aetatis (tamquam enim Praeſidibus loquor) vobis, inquam, omnes, ut pro aliis etiam dicam, permaximas & agimus, & habemus gratias, quod his a vobis humanitatis ſtudiis veſtra induſtria, labore, vigiliiſque excitatis atque amplificatis, ad virtutem nobis, & ad gloriam, materiem, & quaſi campum*

Z 2 *latiſ-*

(1) Adfertur integrum in Catalogo Biblioth. Ioſephi Smithii Venetiis apud Io. Bapt. Paſquali MDCCLV. 4. pag. CCCXXVII.

(2) De hoc Lapo, ideſt Iacobo Caſtelliunculo iuniore Florentino, Lapi Iuriſconſulti, ac Senatoris nepote, Franciſci Philelphi diſcipulo, eodemque in Academia Bononienſe primum Eloquentiae, mox Moralis Philoſophiae Profeſſore, pluribus agit eruditiſſimus Mehus in Praef. ad Ambroſii Camald. Epp. pag. praeſertim CXLII. Vtroſque autem Lapos, ſeniorem videlicet & iuniorem, eorumque Opera mire confundit Fabricius Biblioth. Med. Tom. IV. pag. 244. ſeqq.

(3) Male habet index Biblioth. Smithianae *Xyſtum IV.* ubi haec eadem Praefatio adfertur pag. CCCXXII.

Digitized by Google

*latiſſimum praebuiſtis. Vos autem, aequales mei & inferioris aetatis adoleſcentes, me duce & hortatore, hos viros, a quibus hoc tantum commodi accepiſtis, colite atque amplexamini, eiſque auctoribus vobis propoſitis, toto animo ad iſta ſtudia rectiſſima atque optima, ut coepiſtis, incumbite, & vos, animos, menteſque veſtras his praeclariſſimis rebus excolite.* Deſ. *ego vel ducem, vel adiutorem, vel ſocium ad ea comparanda me vobis & eſſe, & fore polliceor.*

IV. pag. 37. *b.* Eiuſdem adloquutio brevis, quae inc. *Non me fugit, eruditiſſimi viri, veſtrûm fortaſſe mirari nonnullos, idque mihi vitio vertere, quod quum ego profeſſus ſim artem Rhetoricam me eſſe lecturum, & eius gratia huc complures acceſſerint, nunc univerſas ſtudiorum laudes tam longa oratione proſequutus ſim.* Deſ. *reliquis autem, quae circa artis ipſius explanationem plurima mihi dicenda ſunt, quoniam tempus admonet me dicendi finem facere, in ſequentem diem reſervatis, ad ea quae magis huius temporis videntur me conferam.*

V. pag. ead. Eiuſdem Oratio de laudibus Philoſophiae. Inc. *Vehementer mihi, eruditiſſimi viri, laetandum eſſe exiſtimarem, quum ego ad legendam Moralem Philoſophiam publice doctor conſtitutus ſim &c.* Deſ. *& ſi quid deſit, experientia melius, quam oratione mea percepturos eſſe conſiderem; ad rem igitur accedamus.*

VI. pag. 38. *b.* Eiuſdem Actio gratiarum. Inc. *Non ignoro, eruditiſſimi viri, mei nunc muneris eſſe.* Deſ. *ſuſcipiam, atque confirmem.*

VII. pag. 39. Eiuſdem alia Actio gratiarum. Inc *Xenophon ille Athenienſis.* Deſ. *dum ſummo otio, & tranquillitate perfruamini.*

VIII. pag. 40. Valerii Publicolae Vita ex Plutarcho per Lapum converſa ad religioſiſſimum virum D. Iordanum Urſinum Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalem, ut in Codice XXVI. Plutei LXV. Tomo ſuperiore pag. 741. § VI. Ex Praefatione autem haec excerpſimus: *Properanti mihi, humaniſſime Pater, promiſſum tibi munus perſolvere, & te meis ſtudiis impartiri, recens recordatio tui veterem temporum querelam revocavit* = Et infra pag. 41. *Siquidem unus tot iam ſaeculis extitiſti, qui Latinam linguam attollere iacentem, amplificare, ornare conatus es; neque conatus es ſolum, ſed magna iam ex parte perfeciſti. Tu enim comparandorum librorum gratia, affecta aetate, longiſſima itinera, & difficillima ad remotiſſimas regiones, magnis ſumptibus labore, periculo ſuſcepiſti; tu veteres permultos doctiſſimos viros inventis eorum Operibus, quae ante ignorabantur ab oblivione hominum & ſilentio vindicaſti; nam, ut illos & vulgatos praeteream, qui permulti ſunt abs te Latinis hominibus reſtituti, quamplur mos in lucem protuliſti nobis quorum ne nomina quidem noveramus. Itaque tot iam ſolus libros ut audio in omni genere doctrinae in tuam urbem undique contuliſti, qui pluribus civitatibus ad legendum ſufficerent, ut illis homines diſcendi cupidi ſine labore, ſine ſumptu, ſine moleſtia uterentur.*

IX. pag. 57. Arati Sicyonii Vita, cum Praefatione anepigrapha, quae tamen eſt ad Iulianum Cardinalem Caeſarinum, ut in Cod. XXX. Plutei LXIII. Tomo cit. pag. 700. §. II. Ex Praefatione autem haec ſelegimus: *Quum Arati Sicyonii clariſſimi Ducis res domi militaeque geſtas ex Plutarcho Latine interpretatus eſſem, eaſque ad aliquem Principem pro mea conſuetudine mittere ſtatuiſſem, dubitanti mihi diu ac deliberanti, cuinam noſtrorum Principum potiſſimum dedicarem has lucubratiunculas meas, nullus ſane occurrebat, cui, conſilio, prudentia, cum magnitudine, integritate, conſtantia, tum bellicis rebus & gloria militari, Arati Vita convenire videretur.* = Inferius pag. 58. *b. Nam haec ipſa de te, pluraque alia ab eruditiſſimo, ac religioſiſſimo viro Ambroſio* (Camaldulenſium Generali) *amiciſſimo tuo, cuius teſtimonium puto graviſſimum, ſaepiſſime praedicari, & divinis laudibus ad caelum ferri audivi. Quod ſi bellicis in rebus, ut Aratus, verſatus non es, quippe qui te ad meliora ſtudia ab adoleſcentia contuliſti, non tamen ille plus armatus oppreſſae a tyrannis Graeciae profuit, quam tu, ut ita dixerim togatus, improborum conſiliis afflictae & laboranti Romanae Eccleſiae profuiſti, cuius tu ſtatum & dignitatem tot iam per annos adverſus nefarios illorum conatus non ſine maximis tuis periculis tutatus es; ex quo in altiſſimum iſtum ordinem cum paucis meritiſſimo adſcendiſſe arbitror, quem es non alienis opibus, ſed tuis virtutibus aſſequutus.* = *Ego, ſi in iis legendis te delectatum eſſe, aut meum ſtudium non adſpernatum ſenſero, plura ac maiora, quum voles, editurum me tuo nomine eſſe profiteor. Vale. Ex Ferraria XVIII. Kal. Auguſti* 1438 In cit. edit. antiqua Plutarchi Vitar. Parte II. a pag. 525. ad pag. 538.

X pag. 82. Xenophontis Libellus anepigraphus, qui Praefectus Equitum inſcribitur, eodem Lapo interprete, cum Praefatione, quae inc. *Si quis, prudentiſſime Gaſpar, quum apud ſummos Principes civitatis de rebus graviſſimis ſit agendum,* = *quo tempore nullum eſt bellum, nec tam magnum, nec tam varium, nec tam periculoſum univerſa militia geſtum, cui tu non interfueris, in quo non aliquod munus obieris, cuius non aliquam partem adminiſtraris* = *& nuper ſummus Pontifex, divina quadam mente ad eadem te munera tractanda acceſſivit, quaeque ad bellicam rationem ſpectant, conſilio, prudentiaque tua cuncta ſibi gerenda eſſe conſtituit; quibus rebus eidem te gratiſſimum, reliquiſque Eccleſiae Principibus effeciſti, & laudem ab omnibus ampliſſimam conſequutus es.* Deſ. *hunc igitur Xenophontis Libellum Latine interpretatus, merito, ut mihi videor, ad te mitto, qui iiſdem, quibus ille artibus, re militari, ac litteris delecteris; quem quidem velim quum per ocium licet, diligenter legas, deguſteſque meorum exercitationum genus;*

*genus; & ſi tibi Xenophontis praecepta grata erunt, me, cuius interpretatione effectum eſt, ut ea Latine legere poſſis, in fidem ac neceſſitudinem tuam accipias, idque te, ut facias, & obſecro, & pro tua humanitate libenter facturum eſſe confido. Vale feliciter.* Libellus inc. *Principio quidem caeſis hoſtiis, a Diis immortalibus precari oportet.* Deſ. *caſteque Deos & colunt, & venerantur. Finis feliciter. Lapus Caſtelliunculus ex Xenophonte traduxit ex Graeco.* Habes hunc Xenophontis Libellum, ſine Praefatione, ſupra pag. 114. §. IV. ubi quum auctoris nomen reticeretur, & aliud Xenophontis Opuſculum praecederet a Leonardo verſum Arretino, ſuſpicati ſumus eidem Leonardo hoc etiam adſcribi potuiſſe, quod aliter nunc eſſe comperimus.

XI. pag. 95. Artaxerxis Vita, eodem Lapo interprete, cum Praefatione, ut in Codice XXX. Plutei LXIII. Catalogi noſtri Tomo ſuperiore pag. 699. §. I. Excerpta ex Praefatione (1) haec ſunt: *Zanonus Epiſcopus Baiucenſis, vir cum ſumma doctrina, integritate, ac religione praeditus, tum unus, praeter ceteros, quos quidem viderim tui nominis tuaeque laudis & amplitudinis ſtudioſus, mecum in colloquium veniens, multa mihi ac praeclara de te narrare ſolitus eſt = & nunc Artaxerxis illuſtriſſimi Perſarum Regis vitam Latine tibi interpretatus ſum, quae quidem mihi, & quia Regis, & quia optimi Regis erat, tuae maxime convenire viſa eſt; ſiquidem tu, ut ille, Regio genere ortus, Regis filius eſſes, & fratrem Regis habuiſſes, & nepotem haberes, & regnum maximum regeres. Quare haud ſcio, an tibi quidquam aptius, accommodatiuſve fieri, aut excogitari potuerit. Verum ne Artaxerxes talis, ac tantus Rex ad te talem Principem, & tantum, quaſi privatus ad privatum, ad remotiſſimam adeo regionem ſolus proficiſceretur, adiunxi illi profectionis comites, maximos, & ſapientiſſimos viros, Theſeum, Romulum, Solonem, Publicolam, Periclem, Fabium Maximum, Themiſtoclem, Camillum, atque Aratum = quas ad te idem Pater optimus Zanonus unum in volumen, quam fieri potuit ornatiſſimum redactas, & exſcriptas mittit; quod ſic te rogo pro tua ſingulari humanitate accipias, ut quotieſcumque illud leges, toties mei, hominis tui amantiſſimi, tuoque nomini & gloriae deditiſſimi libenter memineris.* Deſ. *magis etiam incitabis, & ad eamdem exercitationem tui ornandi gratia promptiorem, atque alacriorem efficies.*

XII. pag. 111. *b.* Luciani de Calumnia Liber, interprete eodem Lapo Caſtelliunculo, cum Praefat. ad clariſſimum virum D. Ioannem Reatinum, quae inc. *Requirenti mihi diu, quum tibi Latine aliquid interpretari vehementer cuperem &c.* Deſ. *ceterum, quum licebit, cuncta haec noſtra ſtudia, omnes labores, vigiliaſque meas ad tuum arbitrium libentiſſime referemus.* Liber inc. *Quam pernicioſa res inſcitia ſit, & quot mala ab illa naſcantur hominibus, ex eo perfacile eſt intueri.* Deſ. *patefactis, atque illuſtratis.*

XIII. pag. 119. Eiuſdem Dialogus de Longaevis, eodem Lapo interprete, cum Praefatione anepigrapha, quae inc. *Luciani diſertiſſimi viri nuper Libellum, quem de Longaevis edidit quum legiſſem, Gregori, permagno ſum levatus errore.* Deſ. *itaque hoc Opuſculum tuo nomine a me in Latinum verſum ad te mittere inſtitui. Addidi ad id etiam eiuſdem aliud, quod Patriae Laudationem inſcripſit, quod item tibi, quod patriae prae ceteris amantiſſimus fores, putavi fore gratiſſimum; quae quidem ambo etſi parva ſunt, & haudquaquam te digna, velim tamen pro tua humanitate legas, atque ita legas, ut exiſtimes me minime te locupletare muneribus, quibus ipſe non indiges, ſed tibi teſtimonia mei in te amoris, & quaſi pignora quaedam afferre voluiſſe; quae, quum ab optimo, & amantiſſimo animo profecta intelliges, iam tuae partis erit, ut me mutuo pro tua conſuetudine benigne inter tuos annumeres.* Liber inc. *Somnium eſt hoc quoddam lupſus* (ſic) *ego longaevos homines tibi muneri mitto. Nam quum iampridem per quietem ſomno eſſem admonitus, idque cum amicis communicaſſem, quo tempore filio ſecundo ex te genito nomen indidiſti, nec quos me tibi longaevos Deus afferre iuberet &c.* Deſ. *hos tibi, Diis volentibus, auguſtiſſime Quintil. in alio libro explicabo.*

XIV. p. 124. *b.* Eiuſdem de Sacrificiis Liber per eumdem Lapum converſus. Praecurrit Epiſtola ad doctiſſimum, & diſertiſſimum virum Baptiſtam Albertum, quae ita ſe habet: *Nec ſatis ſcio, nec, ſi ſciam, auſim profiteri quid eſſe cauſſae ſtatuam, ſuaviſſime Baptiſta, cur quum veteres illi, qui praeſtantiſſimis ingeniis, & doctrinis uberrimis abundarent, id propoſitum habuerint, ut monumentis litterarum ſuum nomen certatim prodere immortalitati niterentur, nos non idem quoque faciamus, praeſertim quum eos non modo recte feciſſe, verum etiam fortunatiſſimos omnino fuiſſe iudicemus, & his temporibus haec ſtudia, quae appellant humanitatis, noſtrorum eloquentiſſimorum hominum ingeniis excitata, ſic iam florere caeperint, ut niſi labor, induſtriaque deſtiterit, non ſint nobis perbreve Oratores, & clariſſimi, & plurimi defuturi. Atqui me hunc maiorum morem ad noſtrum uſum revocare ſaepius cupientem, & hic iure curſus non iudicio nobis, & voluntate, ſed neceſſitate ſuſceptus, & variae noſtrae occupationes diutius retardarunt. Nam ab initio, quum Graecas litteras natu iam grandiores, nec vacui omnino attigiſſemus, ob rei magnitudinem, ac difficultatem, omne illud tempus, nobis quod reliquum erat a negociis, in audiendo, legendoque ponebatur; ſcribendi ocium non erat. Itaque noſtrae litterae uſque ad hanc diem perpetuo ſiluerunt; & poſteaquam his peractis ſtudiis, conferre nos ad ſcribendum ſtatueramus, quo tempore abundare ocio maxime oportebat, etſi*

nos

(1) Legitur integra in cit. edit. Vitar. Plutarchi Parte II. a pag. 514. ad pag. 525.

*non invite, non tamen libenter coniecimus nos in graviſſimum certamen, ac diſcrimen, & ut tu mihi teſtis es, omnia haec ſtudia, totaque ſcribendi ratio, non ad meum, ſed ad aliorum arbitrium referenda fuit. In his tamen vel perturbationibus rerum, vel anguſtiis temporis noſtris ſtudiis aliquid concedendum putavi, ut & obſequerer tibi hoc ſaepius flagitanti, & animum ab his curis, quae me premunt tantiſper abducerem. Nam nec nobis hac ulla maior poteſt eſſe levatio, nec ullius apud me voluntas gravior eſſe debet, quem ego non modo ad has liberales diſciplinas & ingenuas percipiendas ſocium & adiutorem, verum etiam & impulſorem, & hortatorem habuiſſem; nec id immerito, quum tu a puero tanta ſpe animi, & ingenii praeditus fuiſſes, ut nemini, qui te noſſet dubium foret, in eum te, qui iam nunc es, virum eſſe evaſurum; quippe qui ea aetate, qua reliqui ludis pueribibus intenti, ab his, vix magiſtris arcentibus, prohiberi poſſunt, tu illis contemptis, haec optima ſtudia, tua ſponte, nullo hortante, multis etiam deterrentibus, ſuſcepiſti, in hiſque tantum profeciſti, ut non aequalibus modo tuis eruditione antecellas, ſed iam cum eruditiſſimis viris conferendus ſit. Quare ego tibi hanc vim ingenii, hunc animum, non communi hominum natura datum, ſed praecipua quadam ſorte divinitus contigiſſe arbitror. Perge igitur, ut facis atque incumbe, & hanc tantam de te hominum expectationem retinendam atque augendam cures. Interim mea haec a Luciano diſertiſſimo viro, hac tanta otii inopia, in Latinum traducta, libenti animo accipias; & ſi in hoc gratum tibi erit officium meum, debebis tu quoque idem facere, ut non ſolum vivi, & praeſentes hoc inter nos animo eſſe intelligant, ſed etiam poſteri agnoſcant; & quum perſuaſum nobis ſit, nihil eſſe humanis in rebus, quod ſtabile ſit aut diuturnum, qua una re immortales fieri poſſumus, ſcribendo, ac periclitando, poſteritati, & gloriae ſerviamus.* Lib inc. *Quae in ſacrificiis celebritatibuſque Deorum templa adeuntes.* Deſ. *deplorare alter hominum inſaniam eſt ſolitus.*

XV. pag. 128. *b.* Eiuſdem Oratio de Tyranno per Lapum converſa. Inc. *Poſt duos a me Tyrannos uno die, iudices, interfectos.* Deſ. *omnibus miniſterium praebuit.*

XVI. pag. 134. Demonactis Philoſophi Vita ex Luciano per Lapum in Latinum converſa, cum Prooemio ad clariſs. virum D. Aloyſium Epiſcopum Traurienſem quod inc. *Quum ob eximias virtutes, & ſingularem eruditionem tuam.* Deſ. *& delecter, & perfruar.* Vita inc. *Debuit profecto noſtra aetas viros claros litteriſque & memoria celebrandos haud prorſus deſiderare.* Deſ. *facile iudicare poterit.*

XVII. pag. 142. *b.* Eiuſdem Patriae Laudatio, eodem interprete. Inc. *Patria quidem nihil eſſe dulcius perſpicuum eſt.* Deſ. *fortitudinem commutat.*

XVIII. pag. 145. Eiuſdem Liber de Fletu, eodem interprete, cum Praefat. ad Beatiſs. P. Eugenium Pont. quae inc. *Vetuſtiſſima conſuetudo fuit, B. P. & ab heroicis uſque, ut opinor, profecta temporibus, ut fructuum primitias Diis immortalibus, quibus auctoribus eo ſe percepiſſe non dubitabant, primum perſolverent = Sed quum ſtatuiſſem Solonis ſapientiſſimi Philoſophi, & Publicolae clariſſimi Principis Romani vitas ex Plutarcho tibi interpretari, quod erat res longa, & perdifficilis, meum in Sanctitatem tuam ſtudium, & voluntatem nimis remorari videbatur. Quare hos duos Luciani libellos, quod & breves erant, nec mea quidem ſententia omittendi, extempore tibi in Latinum converti, tuaeque Beatitudini mittendos curavi. Horum ille in altero urbaniſſime eas ſuperſtitiones reprehendit, quae ab imperitis hominibus in funeribus obſervari ſolent, quae quod ſcirem te pro tua ſumma ſapientia, ſingularique religione vehementer deteſtari, exiſtimavi eorum tibi improbationem haud ingratam futuram. At in altero, quoniam ſcribit ille quo pacto ad ſtudia litterarum acceſſerit, quantumque in illis profecerit, non mediocris ad ſtudia exhortatio, praeſertim inopibus contineri viſa eſt; quam etſi opinor te pro tuo ſingulari erga ſtudioſos homines amore libenter lecturum, tamen id non tua ſolum cauſſa, ſed etiam mea velim facias.* Deſ. *pro tua clementia & facilitate experiri patiare* Lib. inc. *Operaepretium videtur eſſe quae in fletibus a multitudini fiunt* (1). Deſ. *eſſe opinetur.*

XIX. pag. 149. Eiuſdem Liber de Somnio. Inc. *Quum primum eſſem ad pubertatem aetate ipſa provectus.* Deſ. *gloria antecellit.*

XX. pag. 153. Theophraſti Libellus de Impreſſionibus per Lapum converſus, cum Praefatione ad eruditiſsimum virum F. N. quae inc. *Etſi perindignum eſſe ducerem, eruditiſſime Franciſce, quum in optimarum artium ſtudiis, & in curiae muneribus maximis pulcherrimiſque vehementer mihi te occupatum eſſe conſtaret, turbare ſcribendo tuum curſum.* Deſ. *id autem una re potiſſimum iudicabo, ſi dabis operam, ut apud ſummum Pontificem, quam gratioſum tua commendatione factum me eſſe cognoſcam. Vale* Liber inc. *Quum antea ſaepe mecum animo & cogitatione reputans mirari ſoleo.* Deſ. *nec ut diis vota faciat aut ſupplices adduci poteſt.*

XXI. p. 162. Periclis Vita ex Plutarcho, eodem interprete, cum Praefat. ad clariſs. & ſapientiſs. Patrem D. Io. Vitellium Patriarcham Alexandrinum, & Archiep. Florentinum, ut in Codice XXVI. Plut. LXV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 742. § XI.

XXII. pag. 186. Demoſthenis Oratio funebris, eodem Lapo interprete, cum Epiſtola ad clariſs. virum D. Iacobum Rachi, quae inc. *Non parva me interdum admiratio tenet.* Deſ. *ſtudium facultatemque polliceor.* Oratio inc. *Poſteaquam eos, qui hoc loco iacent, quod ſe praeſenti atque inſtanti bello viros*

(1) In margine notatum eſt: *Deberet incipere de Somnio, qui liber eſt poſt.*

*ros fortes ſtrenuoſque praeſtiterint*. Deſ. *atque illis convenientia & legitima, ut decet, perſolveritis, diſcedite*.

XXIII. p. 193. Iſocratis clariſsimi Oratoris ad Demonicum Oratio per eumdem Lapum converſa, cum Epiſtola ad integerrimum virum D. Proſperum Columnam Romanae Eccleſiae Cardinalem, quae inc. *Statueram, humaniſſime Pater, Iſocratis Orationem ad Demonicum &c.* Deſ. *velim me interpretem, cuius officio haec acceperis, ut hominem tui ſtudioſiſſimum diligas*. Oratio inc. *Quum in aliis permultis bonorum, atque improborum ſententias*. Deſ. *induſtria diligentiaque ſuperare*. In Codicis tegumento poſſeſſoris nomen adiicitur tali pacto: *Andree Bocacini de Alamannis*.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. varia manu, ſed parum correcte exaratus, cum indiculo in principio, in quo notatur, omnia haec Opuſcula a Lapo Caſtelliunculo ex Graeco eſſe tranſlata, antiquitus num. 363. notatus. Conſtat foliis 194.

## MATTHAEI PALMERII LIBER DE TEMPORIBVS.

Cod. XIV. 1. MAtthaei Palmerii Florentini de Temporibus Liber, cum Prooemio ad Petrum Coſmae filium Medicem (1), ut in Codice XLIV. Plutei LXV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 765. Tum rubrica: *Matthaei Palmerii Florentini ad Petrum Medicem Liber de Temporibus explicit. Laus ſit, & honor & gloria omnipotenti Deo in aeternum*.

Codex chartac. Ms. in 4 maiori Saec. XV. nitidiſſimus, num. 75. antiquitus notatus. Conſtat foliis 76.

## MATTHAEI PALMERII LIBER DE TEMPORIBVS.

Cod. XIV. 11. MAtthaei Palmerii Florentini de Temporibus Liber, cum Prooemio ad Petrum Coſmae filium Medicem, ut in Cod. ſuperiore. In ipſo Codicis tegumento legitur: *Adì 18. di Marzo 1558. fu viſto queſto libro da Frate Carlo Sparancoli Coajutore di M. Alexandro Machiavelli Inquiſitore*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, pulcherrima pictura in principio exornatus, & num. 576. antiquitus notatus. Conſtat foliis 96.

## IVLII CAESARIS COMMENTARIA.

COdex eſt anepigraphus, ſed continentur in ipſo C. Iulii Caeſaris Commentaria, nimirum de Bello Gallico Libri VIII. de Bello Civili Libri III. de Bello Alexandrino Liber unus, de Bello Africano Liber unus, itemque unus de Bello Hiſpanienſi, ut in Codice VIII. Plutei LXVIII. Tomo ſuperiore pag. 840. Heic autem in calce ultimi legitur: *Deficit reliquum, quod non reperitur*. Cod. XV.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, ſingulis Librorum litteris initialibus eleganter auro variiſque coloribus depictis, & cum ſtemmate familiae cuiuſdam, ſed quod tamen poſtea eraſum fuit. Conſtat foliis 209.

## NICOLAI PICCININI VITA, AVCTORE BAPTISTA POGGIO, ET BOCCACCII FABVLA QVAEDAM LATINE REDDITA AB IACOBO POGGIO.

I. pag. 1. NIcolai Piccinini Vita per Baptiſtam Poggium (2), cum Prooemio ad Reverendiſs. in Chriſto Patrem & Dominum, D. Iacobum Cardinalem Papienſem (3), quod inc. *Conſideranti mihi ſaepenumero ſuperiorum temporum conditionem, fortunati fuiſſe videntur, quibus contigit, ut quum eorum animus ingenio, aut virtute excelleret, eo etiam tempore viverent, quo eſſent, qui illos poſteritati commendarent = Nicolai Piccinini vitam, ac geſta ſcribere ſum aggreſſus, quoniam, & res magnas plurimas geſſit, & ſua aetate vir bellicis artibus habitus eſt clariſſimus. Magnae autem diligentiae, qua in ea deſcribenda uſus ſum, non minor etiam labor acceſſit, quia etſi plures rerum ſcriptores eius viri mentionem fecerunt, ii tamen ea ſolum ſuis hiſtoriis ſunt complexi, quae ſibi exiſtimabant neceſſaria, cetera vero omiſerunt*. Deſ. *Ego certe mihi conſului, dum transferre mentem ab iis temporum difficultatibus ad honeſtum ocium ſatius viſum eſt, quam committere, ut vel animus continuis curis opprimeretur, aut tempus per ſocordiam efflueret. Tibi vero, Pater Rever. quem auctorem habeo omnium meorum ſtudiorum, has meas vigilias dicavi, quo facilius in tuo nomine omnes acquieſcerent; nam* Cod. XVI.

(1) Agit de hoc Codice Iac. Gaddius de Script. non Eccleſ. Tom I. pag. 188. ſeqq.

(2) Poggii Bracciolini de Terranova, Poetae laureati, Secretarii Apoſtolici, & Reip. Florentinae Cancellarii filius fuit Baptiſta Poggius Florentinae Eccleſiae Canonicus, qui obiit teſte Nigrio *Iſtor. de' Fior. Scritt.* pag. 242. anno MCCCCLXX. Haec Vita Latine ab eo conſcripta prodiit Italice cum hoc titulo: *La vita di Niccolò Piccinini Perugino gran Comandante d'armate, in Latino, volgarizzata da Pompeo Pellini ſorico Perugino. Impreſſa in Perugia per gli Alvigi 1521. 4. e in Venezia 1572. per gli Zinetti 4.*

(3) Hic eſt Iacobus Ammannatus, vulgo dictus Cardinalis Papienſis, quem nonnulli Piſcienſem, alii Lucenſem volunt. Eius vitam habes nuper editam Tomo I. cui titulus: *Memorie Iſtoriche per ſervire alla vita di più Vomini illuſtri della Toſcana raccolte da una ſocietà di Letterati. Livorno per Ant. Santini* MDCCLVII. 4. pag. 83.

Digitized by Google

*nam quum in omni doctrinae genere excellas, tuo autem labore, atque induſtria plurimum ornamenti Latinae linguae adieceris, non dubito fore, quin ſi haec digna quae edi poſſint iudicio tuo videbuntur, reprehenſione, atque obtrectatione omnes abſtineant. Quod ſi quis paullo impudentior extiterit, tu tamen mihi unus ſat eris, cuius fultus auctoritate, cenſeam omnium calumnias facile contemnendas.* Vita inc. *Ex multis, qui ſub Bracio Peruſino militarunt, a quo Braciana factio, ob favorem militarem potentiſſima in Italia traxit originem, ſummamque ſcientiam rei militaris habere ſunt exiſtimati, unus omnibus Nicolaus cognomento Piccininus, rerum geſtarum gloria longe antecelluit.* Deſ. *nam vocatus a Ferdinando Rege Neapolim per ſpeciem honoris, & paucos poſt dies coniectus in carcerem, necatuſque eſt, ſummo cum omnium virorum bonorum dolore atque indignatione.* Hunc eumdem Codicem vidit Iac. Gaddius de Script. non Eccleſ. Tom. II. pag. 215.

II. pag. 4. Ioannis Boccaccii, T. Quintii & Egeſippi Fabula Latine converſa ab Iacobo Poggio (1). cum Praefatione ad Franciſcum Piccolomineum Cardinalem Senenſem virum praeſtantiſſimum. Haec inc. *Volventi mihi pridie Ioannis Boccaccii quaedam volumina, ut materno ſermone eloquentiam hominis decantatam noſcerem, ac, ut populi verbis loquar, alterum Ciceronem vulgari ſtylo in omni dicendi genere perſpicerem, forte eius Fabulae ad manus venerunt. Ex his unam T. Quintii & Egeſippi, quae aperienti librum prima occurrerat, legere incepi, & uno, ut ita dicam, ſpiritu percurri. Subiit ſtatim cupido Latinam faciendi, cum exercendi ingenii gratia tum, ut rem lectione dignam pluribus legendam traderem, qui fortaſſe illam legere reſpuunt = Memor a poſtmodum repetens, eumdem ipſum Boccaccium & Leonardum Aretinum viros clariſſimos nonnullas convertiſſe, nec illis egregiis viris dedecori fuiſſe &c.* Deſ. *leges igitur, Pater optime, quum otium ſuppetet animi relaxandi gratia, meque in tuorum numerum adſcribere dignaberis. Vale.* Fabula inc. *Cn. Octavio, qui poſtmodum Auguſtus cognominatus eſt, Triumviro Remp. Romanam regente, erat Romae vir nobilis P. Quintius Fulvius.* Deſ. *concordibus animis ad extremum uſque vitae diem vixere.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, antiquitus num. 670. notatus. Conſtat foliis 57.

## AENEAE SILVII PICCOLOMINEI HISTORIA BOHEMICA.

Cod. XVII. AEneae Silvii Piccolominei (2) Senenſis, Cardinalis S. Sabinae, ad Alphonſum Aragonum Regem clariſſimum Hiſtoria Bohemica. Praefatio inc. *Interitura eſſe.* Deſ. *bonique conſule.* Hiſtoria inc. *Bohemia in ſolo barbarico trans Danubium ſita.* Deſ. *nobis perſuaſum eſt armis adquiri regna, non legibus.* Extat in editione Operum Baſileenſi apud Henricum Petri MDLI. fol a pag. 81. ad pag. 143. Inde rubrica adiicitur: *Quo anno Aeneas Silvius Piccolomineus Senen. Cardinalis Sanctae Sabinae hiſtoriam hanc Bohemicam edidit aſſumptus eſt ad Summum Pontificatum, & nominatus Pius II. Idem mox pro ſalute Chriſtiani populi conventum Mantuanum indixit atque peregit.* Τέλος παντὸς τοῦ ἔργου. Ἔπαι Θεῷ ϗ πᾶσι τοῖς ἁγίοις. Ἀμήν.

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XV. grandiori littera eleganter exaratus, & num. 286. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 100.

## HISTORIA TERRAE SANCTAE AUCTORE IACOBO DE VITRIACO.

Cod. XVIII. IOannis Matthaei Botigellae Equitis Aurati Hiſtoria Terrae Sanctae ad Reverendiſs. in Chriſto Patrem Ioannem Stephanum Botigellam fratrem, Apoſtolicum Protonotarium, praevia Capitum C. tabula, ſed tamen mutila, & duobus Prologis. Primus inc. *Quum anno ſuperiore, devotionis gratia navigaſſem in Palaeſtinam, ad Dominicum ſepulcrum, illud & intuendum, & venerandum, quod in ſancta urbe Hieroſolymis adhuc ſervatur, unus e noſtris illius peregrinationis comitibus Ioannes Martinus Parmenſis, vir Philoſophus, ac idem Medicus non ignobilis, in vehementiſſimam febrem incidit, qua ex re coactus ſum pro ſocietatis & amicitiae iure illic diuturniorem moram agere, quam res tempuſque pateretur; humanitatis enim officium eſſe cenſebam, ne illum in tanta neceſſitate deſererem quo adiutore, ac benivolo, tam longae navigationis taedium levaſſem. Remanſerat praeterea nobiſcum hac de cauſſa eiuſdem peregrinationis devotioniſque ſocius vir illuſtris Robertus Severinas; qui tandem, dum curam ipſius Ioannis Martini in longius protrahi tempus cerneret, & religionis & regionis viſendae gratia ad virginis Katerinae templum, & ad Aegyptum, uſque Babylona, ubi Charium vocant, profectus eſt. Accedebat etiam ad id incommodi, quod, ne ipſe quidem eram adhuc corpore ſatis firmo ex ea aegrotatione, qua paullo ante eſſem affectus, quod prohibuit, ne ipſi Roberto eiuſdem itineris comes fierem, ut mihi erat ſententia, & ambo inter nos ſimul ante convenaramus; quo rei, facile indicare potes* (ſic). *Itaque ubi ſolus cum ſolo Ioanne Martino relictus ſum (nam Carolus Boſſius noſter, vir profecto humanus, & ſingularis, qui no-*

(1) Ne verbum quidem de hac verſione facit Nigrius l. c. pag. 312. ſeqq. Ipſum autem cum Poggio patre confundit Io. Math. Tuſcanus in Peplo Italiae. Ignota quoque fuit eadem verſio Dominico Mariae Mannio *Iſtoria del Decamerone. Firenze MDCCXLII.* 4. qui duas alias Latinas verſiones adfert, unam pag. 562. Philippi Beroaldi, alteram pag. 583. Roberti Nobilii S. R. E. Cardinalis.

(2) Aeneae Silvii poſtea Pii II. Pont. Max. de ortu, regione, ac geſtis Bohemorum, ſeu hiſtoria Bohemica a prima gentis origine uſque ad annum MCCCCLVIII. prodiit ſeorſim Romae MCCCCLXXV. fol. & alibi.

Digitized by Google

*nobiſcum ſimul ob eamdem cauſſam petierat Hieroſolymam cum eadem trireme, quae nos advexerat conſulto, coactuſque negotiis quibuſdam ſuis ſolverat in Italiam) ne inutili otio, deſidiaque marceſcerem, quaeſivi cum ab his ſanctiſſimis fratribus, qui illud Dominicum ſepulcrum aſſidua veneratione obſervant, tum etiam ab aliis quibuſdam incolis Chriſtianis, qui admodum perpauci Hieroſolymis ſedent, haberent ne librorum quidquam, quod mihi legendum darent. Oblata ſunt nonnulla voluminum fragmenta, & ea ſane confuſe, ac perturbate ſcripta, adeo ut multis in locis, neque intelligi poſſent, neque legi; in quibus tamen ipſis quum reperiſſem nonnulla cognitione digna* (1), *caepi illico certo quodam ordine, ea pro captu ingenii mei redigere in volumen, per ſingula capitula, quae idcirco ad te ſcripſi, R. Protonotarie Ioannes Stephane Botigella, ut intelligeres, hunc Ioannem Matthaeum, quem habes fratrem ſecundum carnem, te ſemper ubique locorum mente fixum habere, animo obſervare, & nihil magis curare, quam omnibus in rebus tibi morem gerere. Non enim eram ignarus tibi hiſtoriarum copioſiſſimo, avidiſſimoque, & humanae divinaequae ſapientiae eruditiſſimo, & eloquentiſſimo viro, aut iucundum, aut gratum fore, ſi intelligere poſſes a quibus hominibus Terra Sancta, Orientaleſque illae regiones primum revocatae ſunt ad Religionem, cultumque Chriſtianum, & per quos deinde corruerunt in Mahometiſtarum impietatem. Accedit ad hanc hiſtoriam permulta rerum aliarum, variarumque notitia, quae in Orientalibus locis illis reperiuntur.* Deſ. *itaque non poſſum non ſummis afficere laudibus pientiſſimum hunc Pium* (ſcilicet *Secundum*) *Pont. Max. qui tanto cum ſtudio, & opera, & induſtria, dieſque, nocteſque incumbit ad vindicandam univerſam Chriſtianam Rempublicam ex atrociſſimis impiorum manibus in priſtinam ſuam, ac ſanctam, & libertatem, & dignitatem. Sed, ne ſim longior, quam oportet, iam hiſtoria ipſa, quam modo dicebam, audiatur. Vale mi frater. Reverende in Chriſto Ieſu.* Alter Prologus (qui eſt Iacobi de Vitriaco Acconenſis Epiſcopi) in librum de redemptione, & captione Terrae Sanctae inc. *Poſtquam divinae propitiationis munificentia exercitus Chriſtiani longanimitatem & patientiam clementer reſpiciens.* Deſ. *quantum autem praeſens Tractatus exemplo proſit ſub Chriſti vexillo militantibus, quantum valeat ad fidei confirmationem, infidelium & confuſionem impiorum hominum, & ad laudem, & imitationem bonorum, diligens lector manifeſte poterit perpendere.* Caput primum: *Cur Dominus Terram Sanctam variis flagellis, & alternis caſibus expoſuit*, inc. *Terra Sancta promiſſionis Deo amabilis.* Caput C. & ultimum: *De iis, quae acciderunt noſtris poſt captionem Accon, & poſt Regis Franciae receſſum, uſque ad adventum Hieroſolymitani Regis Ioannis, qui fuerat Dominus Brennenſis*, deſ. *& ſubſidium de die in diem exſpectantes.* Haec autem Hiſtoria non eſt Ioannis Matthaei Botigellae, ut praeſefert titulus, ſed Iacobi de Vitriaco, cuius Hiſtoriae aliud Exemplar innuimus in Codice XXVIII. Plutei LXVI. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 801. quod minime animadvertens Cl. Mazzuchellius, ait Tomo II. Parte IV. *Scrittori d' Italia* pag. 2472. *Butigella Gio. Matteo Cavaliere aurato, eſſendoſi trattenuto lungo tempo in Geruſalemme, ove ſi era condotto con Gio. Martino da Parma, Roberto Severino, e Carlo Boſſio, compoſe la ſtoria in lingua latina di Terra Santa tratta da diverſe ſtorie Mss. cui indirizzò a Giovanni Stefano ſuo fratello, la quale ſi conſerva Ms. in Firenze fra' Codici a penna della Libreria Gaddi paſſati nel 1755. nella Libreria Laurenziana al Cod.* 884. (lege 885.)



Codex chartac. Ms. in 4. minor. Saec. XV. parum correcte exaratus, cum Summariis aliquot in margine diverſa manu, optime ſervatus, in cuius fine legitur: *Iſte liber eſt Vrbani de Fliſco* (2) *iuris Canonici ſcholaris*, num. 885. antiquitus notatus. Conſtat foliis 141.

## PLVTARCHI VITAE QVAEDAM, VARIIS INTERPRETIBVS.

*Cod. XIX.*

I. pag. 1. PLatonis Vita ex Plutarcho, interprete Leonardo Arretino (3). Inc. *Claram Platonis originem exſtitiſſe auctorum litterae teſtantur.* Deſ.

*Clarus Athenarum civis Ariſto creat.*

*Haec de Platone habui quae ad vos ſcriberem.* Haec Vita non eſt Plutarchi, ſed ex Diogene Laërtio, aliiſque ſcriptoribus excerpta. Non abſimilem compoſuit Guarinus Veronenſis, quae legitur in editione Vitarum Plutarchi Venetae per Melchiorem Seſſam MDXVI. fol. pag. CCCXXXI. *b.*

II. pag. 25. Pyrrhi Vita ex Plutarcho, eodem interprete, ut in Codice XXVI. Plutei LXV. Catalogi noſtri Tomo ſuperiore pag. 745. §. XXIV.

III. pag. 61. Caii Marii Vita ex Plutarcho in Latinum per Antonium Tudertinum verſa, cum Praefatione, ut ibid. §. XXV.

IV. pag. 104. Fabii Maximi Vita ex Plutarcho, eodem interprete, ut in dicto Codice §. XII.

V. pag. 130. Alcibiadis Athenienſis Vita ex Plutarcho per Donatum Acciarolum Latine verſa, cum Praefatione ad Petrum Medicem, ut in dicto Codice §. VII.



(1) Continebant, ut video, haec volumina Hiſtoriam Hieroſolymitanam abbreviatam Magiſtri Iacobi de Vitriaco Epiſcopi Acconenſis, quae Bottigella tantum recenſuit, & quum perturbata eſſent, in ordinem redegit, non autem ex integro compoſuit, ut Cl. Mazzuchellius infra citandus putavit.

(2) Notandum deletum eſſe *de Fliſco*, & ſubſtitutum ſupra alia manu *Ciſtarilli*.

(3) Inter Arretini verſiones non memoratur a diligentiſſimo Mazzuchellio *Scrittori d' Italia* Tom. II. Part. IV. pag. 2196. ſeqq.

Codex chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. nitide & caſtigate exaratus, cum indiculo rubricato in principio. Conſtat foliis 176.

## CRISPVS SALLVSTIVS.

Cod. XX. 1. I. pag. 1. CRiſpi Salluſtii Bellum Catilinarium

II. pag. 22. Eiuſdem Bellum Iugurthinum.

Codex chartac. Ms. in fol min. Saec XV. ab aquis pluvialibus miſere foedatus, in cuius prima pagina legitur: *Bernardi de Puccinis num. 5.* Conſtat foliis 65.

## CRISPVS SALLVSTIVS.

Cod. XX. 2. I. pag. 1. C. Criſpi Salluſtii Liber de Coniuratione Catilinae in fine mutilus; deſinit enim in verbis: *poſtquam fuſas copias. ſeque cum paucis Catellina* . . . . . quae incidunt circa finem Libri, reliqua deſiderantur, chartis aliquot avulſis.

II. pag. 33. Eiuſdem de Bello Iugurthino Liber initio mutilus; incipit enim a verbis . . . . . . *Punicae urbes; cetera loca uſque ad Mauritaniam Numidae tenent &c.* quae in edit. Gottlieb Cortii Venetiis apud Io. Bapt. Paſchalium MDCCXXXVII 4. ſunt ex Capite XIX 4. & incidunt in pag. 432. Vltima Libri verba vix legi poſſunt, quum eraſa fuerint ab imperito quodam pictore, qui militem quemdam galeatum delineavit.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XI. duabus diverſis manibus perſcriptus, & num. 839. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 64.

## CRISPVS SALLVSTIVS.

Cod. XX. 3. I. pag. 1. CRiſpi Salluſtii Bellum Catilinarium.

II. pag. 26. Eiuſdem Bellum Iugurthinum.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. Conſtat foliis 75.

## CRISPVS SALLVSTIVS.

Cod. XX. 4. I. pag. 1. CRiſpi Salluſtii Bellum Catilinarium ſine titulo

II. pag. 28. Eiuſdem Bellum Iugurthinum, in cuius fine occurrunt verſiculi, ut alibi; heic tamen ita leguntur:

*Si cupis ignotum Iugurthae noſcere letum.*
*Tarpeiae montis pulſus ad ima ruit.*
*Carcere nam nectus ſed ſic pro crimine fertur.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. elegantiſſimus, cum pictura in principio, & ſtemmate poſſeſſoris, antiquitus num. 638. notatus. Conſtat foliis 82.

## FR IO. CAROLI VITAE NONNVLLORVM FRATRVM DOMVS S. MARIAE NOVELLAE.

FRatris Ioannis Caroli Florentini Ordinis Praedicatorum Vitae nonnullorum Fratrum Domus beatae Mariae Novellae (1). Cod. XXI.
Praecedit Epiſtola Nuncupatoria ad Chriſtophorum Landinum eruditiſſimum virum, quae ſequens eſt: *Paucis ante diebus quum plurimorum rogatu, quorumdam Fratrum noſtrorum illuſtrium vitas ſcripſiſſem, ſubiit animum meum cogitatio cui illas emendandas potiſſimum deſtinarem. Neque enim is ego ſum, qui meae ipſe eruditioni confidam. Quumque in ea cogitatione verſarer, multaque mecum ipſe reputarem, tu, mi Chriſtophore, prae ceteris occurrebas mihi, cum pro ſumma humanitate tua, tum pro vitae integritate, ac fide; quibus virtutibus quum omnium iudicio floreas, ſummum apud me locum, tametſi minimam tecum familiaritatem inierim, ſemper obtinuiſti. Eas autem ideirco ſcribendas inſtitui, quod ſatis viderentur in tenebris latuiſſe, quum ſupra ducenteſimum annum, vix nullis noſtrorum litteris celebratas fuiſſe compertam = His ergo rationibus ductus, ad eas ſcribendas me avidiſſime contuli; quod opus dignisſimum iudicarem, non pro mea eruditione, quae in me nulla profecto eſt, ſed pro illorum ſanctitate & gloria poſteritati, & litteris commendanda, proque legentium profectu atque emolumento. Eas vero eo libentius ad te mitto, quo a multis acceperim, te a plurimis annis ſacris litteris ardentiori quam conſueveras aviditate incumbere, in quarum locum has tranſire vitas pro ſumma horum hominum dignitate, atque virtute, haud iniuria auſim adſirmare. Praeterea & nova omnia, eſto quod minora revera ſint, cordi eſſe conſuevere mortalibus. Ceterum, quando, ut praefatus ſum, mihi ipſi in tanta eruditorum numeroſitate diffidam, tuum vero iudicium, ſummum apud me locum ſemper obtineat; idcirco vil oribus eas chartis inſcribendas curavi, ut ſiquidem abs te aliqua ex parte probarentur, tum melioribus chartis ſcriptas ederem poſteritati legendas; ſin autem, minori damno aut lacerandas, aut igni ſubiiciendas tradam; vel certe, ſi ita videbitur, emendandas curabo; ſciens me dumtaxat temporis, vel laboris mihi amiſſionem deinceps deploraturum fore. Liberum autem huius Operis mei iudicium poſtulo. Itaque vide, ne quo mihi gratificeris, quam arbitreris, aliud ſcribas, ſed quid ſentias, quidve potiſſimum iudices, libere ſignificato litteris ad me tuis. In quamcumque enim partem iudicium inclinaveris, ſcito illam, ut optimam, & bo-*

(1) De hoc Florentino Scriptore, deque eius Mss. operibus fuſ. preloquuti ſumus in Specimine Litterat. Florentinae Tom. I. pag. 173. & 189. num. 7. Hunc autem eumdem Codicem verſavit, & excerpta in medium protulit Cl. Mehus in cit. Praef. ad Ambroſ. Camald. Epp. pag. CCCXXXII.

*& honori meo conſonam me penitus habiturum. Vale, mi Chriſtophore virorum eruditiſſime.*

Sequitur pag. 3. alia Praefatio, in qua dignitas eius domus oſtenditur. Inc.

*O fortunati, quorum iam moenia ſurgunt,*
*Aeneas ait, & faſtigia ſuſpicit urbis.*

*Licet enim in hac Praefatione mea, eiſdem me verſibus uti, quibus Aeneas ille inſignis pietate vir, noſtro ut Poëtae placet, pro exſurgentis Carthaginis admiratione declamat, aedificantium ardorem pariter, & ſtudium admiratus. Nam ſi quis huius familiae ac domus, de qua loquuturi ſumus, amplitudinem, dignitatem, decoremque perſpexerit, ac deinde hominum, qui in ea excellentiſſime claruerant praeſtantiam diligentius examinare perrexerit, longe venerabiles Patres noſtros fortunatiſſimos iudicabit, quibus id muneris divina bonitate permiſſum eſt, ut talem tantamque domum, inſignemque familiam ex tenui re, ac paene extrema omnium caritate, atque inopia ad id culminis, & ſublimitatis provexerint. Equidem id recte dicere auſim, nullam aliam in univerſo Chriſtianorum orbe poſſe afferri, quae huic noſtrae, iure valeat comparari, cum ſanctimonia vitae, tum hominum generoſitate; qua in re alias noſtrae civitatis familias non mediocriter ſuperavit. Aedificiorum quoque magnificentia, & gratia, qualis, & quanta ſit, omnibus clare compertum eſt. Quippe, ſi templi ipſius dignitatem omni ex parte luſtraveris, & ſtructurae ſoliditate, & ſingularum partium aptitudine, ac proportione congrue diſpoſitum, & ita perfectum eſt, ut fere nihil ei addi, vel minui poſſit, quod ad illius ſtabilitatem atque decentiam valeat magnopere attinere. Quumque facie res univerſae, primoque adſpectu ſaepenumero dignoſcantur, & innoteſcant, ſi templi ipſius frontem, ac reliquum faciei decus inſpicias, egregiam profecto, atque magnificam ſeſe intuentium oculis offert, & marmoreo tabulatu, & monumentorum inſigni vallo contecta. Ferunt autem nonnulli ea quondam ſepulcra apud Baptiſtae Ioannis Sacellum fuiſſe diſpoſita, obque illius ornatum inde ad hoc templum ideirco fuiſſe translata, quaſi nullum aliud dignius iudicarent, quod huiuſcemodi ſepulcris nobilium decentius honeſtarent. Ad cuius ſententiae firmitatem, illud maximo poteſt documento eſſe, quod tanta apud noſtros cives per ſuperiora tempora huius templi ſemper dignitas habita ſit, ut & Pontifices Maximi aulam apud nos aedificandam cenſuerint, ſummorumque hominum ſemper in eo manſionem deligendam putaverint, illius, ut arbitror, amplitudinem, atque ad eas res commoditatem quam maxime admirati. Qua ex re proveniſſe conſtat, ut & Cardinales nonnulli, & Ioſeph Conſtantinopoleos Patriarcha, vir profecto ſumma laude digniſſimus, Praeſules quoque, & viri praeſtantiſſimi in eo, ſi quo deceſſiſſent caſu, quieſcant, quorum monumentis & titulis plurimum dignitatis & gloriae noſtri ſunt homines conſequuti. Memini vero, me in hoc ipſo templo lanceam Cyprorum Regis, auro, argentoque, ac ſignis noſtrae civitatis ornatiſſime pictam vidiſſe, coronulamque argenteam in illa appenſam, qua in campo ludens eius filius fuerat a civitate donatus, & item ſuperhumerale adhuc in manibus eſt, quod ille voto potitus, in memoriam geſtae rei, noſtris donavit, totum Cyprio auro rigens, & veteri arachnes arte contextum, ſuiſque, ac filii imaginibus, & gemmis plurimis exornatum. Appenſibilia quoque vexillula, quae drappellones vocant, eiuſdem Regis ſigna ferentia apud nos in hanc uſque diem ſervata cernuntur, quae omnia ad maximam noſtrae familiae gloriam credimus attinere. Cautum proinde vulgato proverbio aiunt, & ego illud a patribus noſtris accepi, quum ſiqua funebris in urbe celebranda obveniſſet pompa, nemini ſtudium fuiſſe inquirere, quod ad templum deducenda videretur, quum arbitrarentur omnes templi noſtri hoc privilegium fore, tanta eiuſmodi rerum iam erant conſuetudine confirmati. Sacellum vero illud, quod Sacriſtiam vocamus, tanta & vaſorum auri, & argenti, ſacrarumque veſtium, variae quoque ſupellectilis ad divinas res celebrandas copia & opulentia refertiſſimum eſt, ut earum rerum viſu nil pulcrius, nil ſumptu ipſo magnificentius, nil denique ad divinarum rerum celebritatem ornatius, arbitremur noſtra in urbe poſſe commode inveniri = Interioris quoque domus non minor ornatus habetur, & magnificentia operis, & fabricae totius ſublimitate, & gratia. Nam ternis deambulatoriis, quae Clauſtra nuncupamus excellit, quae ad ſpatia conficienda, aſſumendamque voluptatem perampla & commoda ſunt, columnarumque numeroſitate firmiſſima, ut qui ea ipſa perſpexerint, illa magnopere admirentur = Sacrarium vero illud, quod Capitulum dicimus, ab Guidalotta familia, egregia pietate, & miro ad noſtram Religionem amore conſtructum, nulli profecto ſecundum habetur, cum operis magnitudine, tum rerum omnium celebritate. Eſt enim teſtudine praeclara, & eminenti excellens, omnium artificum ore, ac vocibus laudatiſſima, ac praeterea picturae artibus praeſtantiſſimum, cuius non modo oculus decore ſolertiaque paſcatur, verum & ſignificatione ſanctiſſima ad devotionis fervorem animus vehementiſſime accendatur. Reliqua vero omnia eiuſdem domus, ita ſunt rebus ipſis apte, congrueque diſpoſita, ut regia magis videatur aula, quam ſanctitatis officina. Librorum deinde copia & varietate referſiſſima eſt, quae ad ſtudiorum noſtrorum commoditatem, ad ingeniorum vero multivolam oblectationem quam maxime valeant provenire, ut cuiuſque vel deſiderium, vel aptitudo requirit. Superiorum quidem Patrum in eiuſmodi rebus ſumma diligentia fuit, ut ea relinquenda poſteritati curarent, qualia arbitrarentur utilitati, & optimarum artium exercitationi opportuna exſiſtere. Quumque omnia eorum ſtudia in ſacrarum litterarum peritia ſemper ponenda putaverint, profecto quidquid ad illa conduceret, ea vel maxime omni cura & arte comparare curaverunt. Praeterea autem ſingularum officinarum ſplendorem, hortorum amplitudinem*



Digitized by Google

*atque amoenitatem, pratorum quoque viriditatem, vetuſtiſſimaeque pinus, quae alterius deambulatorii medio prominet, aliarumque rerum omnium molem atque praeſtantiam, quae omnia tantopere domum noſtram illuſtrare ac dignificare videmur, ut facile omnes intelligant, hanc ipſam reliquas alias merito anteire &c.* Inde agit de nobilitate Fratrum, inter quos recenſet pag 5. *b.* Iacobum de Rubeis, binis cum liberis, pag. 6. Michaëlem Feum, qui aureum calicem opera ſua & ſtudio fieri, quingentorum & triginta aureorum pretio, curavit; Borgheſium quemdam, ex eo Fratrum genere, quos Converſos dicunt qui, quum per annos quadraginta ſacrarii cuſtodiam produxiſſet, ſacras altaris miniſtrorum veſtes efficiendas decrevit, inſtar Seraphim, multo auro item Cyprio, campoque caeleſti fulgentes; ad haec & Paſchale cereum, egregia ſculptoris arte, atque pictura inſigni confectum, cui ſimilem nulla Etruſcorum civitas eſt ſortita. Tum narrare pergit pag. 6. *b. quae omnia mihi omnium minimo ſtudioſiſſime intuenti, & noſtrorum temporum animadverſione miſerabiliter deploranti, illud tandem cogitationis venit in mentem, ut quorumdam Fratrum vitam, quos ſuperior celebravit aetas, ſtylo meo deſcriberem, ut ſaltem mea opera copioſior atque praeclarior tantorum Patrum memoria remaneret. Ex his quidem quales quantive reliqui fuerint, poterit optime ſatis intelligi. Neque enim, ut plerique iactitant, hi homines, quos ſaeculares vocamus, hanc condidere domum, ſed omnem hanc molem, Fratrum noſtrorum, vel ampla patrimonia, vel eorumdem pia ſtudia, vel ad illos ingens devotio ad tantum culminis erexerunt. = Miſereor equidem, nos omnes ad id iam calamitatis veniſſe, ut non ſolum ad nos devotio nulla remanſerit, verum & ludibrium omnibus facti, direptioni, & ioco ſaeculo pateamus, & qui aliena quondam ſolebamus iudicio noſtro ſubiicere, nunc in cauſſam trahimur & paremus. = Id vero ita eſſe is qui nuper urbi noſtrae accidit caſus, & Iuliani Medicis mors abunde declarant Quid enim atrocius, quid iniuſtius, quidve impius aetas noſtra videre potuerat, vel audire, aut quid omni Pontificio, & civili iuri adverſius, quam in templo, & non quocumque, ſed omnium celeberrimo, praeſtantiſſimos viros, & primarios cives invadere, vulneribus inſequi, ad extremum vero dire occidere? Quid autem ſceleſtius, aut inhumanius, quam innocuum iuvenem, divinisque rebus adſtantem, nihilque de inſidiis metuentem, inter celebrandum interimere, & ad eam necem dolis & ſimulationibus, non caſu, ſed diu excogitata nequitia adſpirare? Quam vero inauditum ſcelus, ſtrictis eos mucronibus invaſiſſe, qui eos ad convivium invitaſſent, quique illos honoribus & muneribus liberaliſſime proſequendos putaſſent? Quid demum audacius, aut pernicioſius fieri potuiſſet, quam publicas civitatis aedes invadere, crimenque laeſae maieſtatis in ſemetipſos admittere, ac pacificum & tranquillum civitatis ſtatum, tanta ſaevitia perturbare, ac totius paene Italiae, ac Chriſtianae Religionis honorem in dedecus & infamiam evocare? Quod ſi gladiatores, aut ſicarii facere auderentur, ac non potius homines Pontificia dignitate fulgentes, id fortaſſe tolerabilius extitiſſet. Et tamen ea omnia, & oculis noſtris perſpeximus, auribus audivimus, manibuſque paene noſtris tractavimus; quocirca iure nunc plectimur, meritoque non alieno, ſed noſtro iuſtiſſimas tantorum ſcelerum poenas damus. Neque enim ea fuerant officii noſtri, quid ſaeculares dominatus efficiant, gladio materiali punire, neque Deo militantem decet negociis ſe ipſum ſaecularibus Apoſtolica ſententia impedire. Quas ob res quum ſaepenumero, & corpore, & animo perturbarer, eo libentius in has deſcribendas vitas deſcendi, quo & noſtrorum cauſſam, facto iſto aliqua ex parte tueri viderer, & conceptum animi languorem moeſtitiamque adimere, vel certe hac honeſta oblectatione lenire.* = Pag. 8. *Meminiſſe quidem omnes oportet oratoriam me nequaquam diſciplinam, in ea, qua verſor, Religione, fuiſſe profeſſum; fieri vero minime potuiſſe, quin ea, quae ſcripſero ex variis locis, & multorum ore recolligens, multoque in harum editione labore deſudans, in re aliqua perperam egerim. Itaque ſi hoc meum ſtudium ſapientibus videbitur aliqua ex parte laudibus proſequendum, id totum Deo contribuant, oro; ſin autem, id ſaltem mihi conſolationis aſſumam, quod haec ipſa turbulentiſſima tempora, quantum in me fuerit, videbor haud negligentius tranſegiſſe.*

Praefationem hanc ſequuntur Vitae ipſae num. V. & quidem hoc ordine:

I. pag. 9. Vita Fratris Ioannis Salernitani, primi fundatoris domus Beatae Mariae Novellae, cum Praefatione ad . . . . . . . . (1) quae inc. *Ego ſi nulla alia ratione.* Deſ. *ſicque principio finis videbitur probe fuiſſe commiſſus.* Notanda autem ſunt in hac Praefatione haec verba pag. 10. *b. Ceterum etſi in harum perveſtigatione rerum magnopere laborarim, magis tamen amor ſcribendi eorum geſta apud me valuit, quam omnis in edendo labor. Equidem memini me nonnumquam nocte media ſurrexiſſe, quum quid memoratu dignum deveniſſet in mentem; mihique videbar perſaepe dormiens ſcriptitare, quae, mox exſurgens, ut erant recenti impreſſa memoria, litteris ipſe mandarem.* Vita inc. *Ioannes Salernitanus, vir profecto venerabilis, atque iuſtiſſimus, beati Dominici primi Religionis Praedicatorum Patris comes, ac ſocius tempore multo fuit.* Deſ. *& omnino deperdita, quum voluerit, poteſt utilius invenire, qui cum Patre &c.*

II. pag. 29 Vita Fratris Aldobrandini Cavalcantis, Urbevetani quondam Antiſtitis, cum Praefatione ad . . . . . . (2) quae inc. *Perſpectum ſatis, cognitumque mihi eſt in deſcribendis praecipuorum quorumdam Fratrum* no-

(1) Omiſſum eſt nomen.

(2) Heic quoque omiſſum eſt nomen.

*noſtrorum geſtis, perdifficilem me provinciam, & quae late obtrectatoribus pateat, ſuſcepiſſe*. Deſ. *id autem ita ſe habere potius Aldobrandini geſta, quam noſtra verba probabunt*. Vita vero pag. 31. inc. *Maiores noſtros in eo libro, in quo poſteritati Fratrum noſtrorum nomina reliquere conſcripta, nimia conſtat brevitate uſos fuiſſe*. Deſ. *qualia priſcorum cenſeant merita exſtitiſſe*.

III. pag. 53. Vita Fratris Simonis Salterelli, Piſani quondam Antiſtitis, cum Praefatione ad inſignem virum Georgium Antonium Veſpuccium, quae inc. *Memoria teneo, mi Georgi Antoni, me quum ſuperioribus annis nonnulla mea tibi ſcripta oſtenderem, abs te fuiſſe monitum, ut magis noſtrorum hominum, qui quavis dignitate, vel excellentia claruiſſent, quam ſaecularium geſta deſcriberem, quaſi id utilius, ac meae profeſſioni accommodatius iudicares*. Deſ. *& inania generalium monſtra virtutum pro tua pietate atque virtute conſueveris aſpernari*. Vita pag. 54. *b.* inc. *Simoni. Piſano quondam Praeſuli, paternum genus a Guidone Salterello fuit, Florentino in primis viro, & in ſua ipſa civitate primario*. Deſ. *cui quanto deſiderio civitas eſſet affecta, & funeris celebri pompa, & communibus lacrymis, & marmorei ſepulcri decore abunde indicatum eſt*.

IV. pag. 71. Vita Fratris Alexii Strozzae Theologi praeſtantiſſimi, cum Praefatione edita Florentiae die XXVIII. Octobris 1478. quae inc. *Inter hanc noſtram, & ſuperiorem aetatem diſtare plurimum apertiſſime conſtat, cum virtute atque prudentia, tum viribus corporis, ac rerum omnium, quae fortunae ſubduntur, varietate*. Deſ. *& reliquis omnibus haud mediocriter arbitrabimur profectura*. Vita pag. 74. inc. *Strozzia familia, antiqua ſane, ac nobilis, permulta hominum & divitiarum gloria floruit, & ſuperiori aetate, & noſtra*. Deſ. *nos nequaquam fruſtra viros huiuſcemodi ſuſcepiſſe*. Notandum in hac Vita aliquid deeſſe poſt paginam 84.

V. pag. 99. Vita Fratris Guidonis Regiolani, viri praeſtantiſſimi ac devotiſſimi, cum Praefatione ad Robertum Boninſegnam virum inſignem, anno ſalutis 1479. quae inc. *Admirari nonnumquam ſoleo, mi Roberte, quum eorum hominum vitam, qui ſupra octuageſimum claruere annum conſidero, huius noſtrae aetatis inopiam, & fere bonorum omnium caritatem, quod tam brevi tempore hominum ignavia, ac negligentia, tanta probitatis atque virtutis deperditio facta ſit, ut miraculi habeatur loco, ſi quempiam videamus, vel ad mediocrem, ſuperiorum comparatione, proxime vitam accedere*. Deſ. *non ex meo id proveniſſe ingenio, ſed eius meritis, de quo verba facturus ſum, oro arbitremini*. Notanda ſunt quae pag. 101. *b.* tradit de muſicis ſui temporis, deque eorum inauditis concentibus, & melodiis in Eccleſiis ad ſacras decantandas laudes invectis. Vita pag. 103. inc. *Reggiolum oppidum Caſentinatis agri, Guidoni viro, Deo & hominibus acceptiſſimo, originem ſatis honeſtam dedit; nam quo parente ſatus, quave matre genitus ſit, nequaquam noſtra memoria tenetur; id modo memoriae proditum, hunc Regiolanum fuiſſe, cuius oppidi ruinae in agro Arretino iuxta Aruum fluvium perſpici poſſunt*. Deſ. *ut cum ex hac migraverimus luce, hymnidicis illis Angelorum choris, una cum eo mereamur merito ſociari, opitulante eo, qui eſt in ſaecula benedictus. Amen*. Tum rubrica: *Finit vitae Fratris Guidonis Regiolani, viri praeſtantiſſimi Ordinis Praedicatorum, a Fratre Ioanne Caroli editae die* 8. *Novembris* 1479.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum correctionibus quibuſdam marginalibus, ut videntur, ab ipſo auctore profectis, & Summariis in margine rubricatis, num. 875. antiquitus notatus. Conſtat foliis 124.

## LEONARDVS ARRETINVS DE BELLO ITALICO.

Leonardi Arretini de Bello Italico adverſus Gothos geſto Libri IV. ad R. P. D. *Cod. XXII.* Iulianum Cardinalem Sancti Angeli, cum Praefatione, ut in Codice IX. Plutei LXV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 731. §. III. Subſequitur notitia de accidentibus Civitatum Italiae, & de nominibus Provinciarum. Montium, Fluminum &c. Tandem in fine legitur: *Hic liber* . . . . . . . (1) *Aloyſii Pieri Domini Aloyſii de Guicciardinis de Florentia, ſcriptus per ſer Pierum Bartholomaei de Piſcia Notarium Florentinum*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum litteris auratis & coloratis, & Summariis in margine, num. 613. antiquitus notatus. Conſtat foliis 86.

## PHILIPPVS VILLANVS DE ORIGINE VRBIS FLORENTIAE, ET EIVSDEM FAMOSIS CIVIBVS.

Philippi Villani (2) Solitarii (3) de origine Civitatis Florentiae, & eiuſdem famo- *Cod. XXIII.*

(1) Omnino eraſa ſcriptura eſt.

(2) Hic eſt Philippus iunior, Matthaei ſenioris filius, Ioannis hiſtorici nepos, Peruſinorum Cancellarius, IC. Hiſtoricus, idemque Iudex Florentinus, cognomento Solitarius, vir Heliconius, & publicus Dantis interpres. De eo pluribus in locis loquitur, & excerpta varia huius Operis adhuc lucis expertis in medium adfert Cl. Mehus in Praef. ad Ambroſii Camald Epp. pag. CXXII ſeqq. Videndus etiam Cl. Tiraboſchius *Storia della Letteratura Italiana* Tom. V. pag. 328. ſeqq.

(3) Idem Cl. Mehus in Vita Lapi, ſive Iacobi de Caſtiglionchio, Decretorum Doctoris pag. XXXIX. ſeq. oſtendit, Philippum Villanum, nunc *Heliconium*, nunc *ſacrum Pieridum*, *Muſarumque cultorem* fuiſſe nuncupatum, eo quod ingenti Muſarum amore perculſus eſſet. Habes heic *Solitarii* titulum, quem ipſe ſibi indidit, eo quod *ſolitariae vitae ſecreta iamdudum* elegiſſet. Ex hoc itaque fonte *Solitarii* agnomen profluxit, quod Philippo etiam Villano tribuit Fridericus Vbaldinus *Documenti d'Amore &c.* pag. 3.

Digitized by Google

moſis Civibus Libri II. cum duplici Praefatione. Prima Philippi Villani ad Euſebium Villanum fratrem inc. *Mos pueris induſtriae bono eſt, motus plerumque aemulari utiles*. Deſ. *ut hoc vel ſaltem remedio pudori meo conſultum exiſtimes. Opto te in Domino diu valere feliciter. Tuus Philippus Villanus, velit, nolit Solitarius*. Subiicitur reſponſio Euſebii ad Philippum. quae inc. *Delectatus ſum, frater optime, libello tuo, & quaedam fide ſolita, vel correxi, forte tamen corrupi; ſed ſaltem mihi correxiſſe viſus ſum. Placent omnia, placet inventio, placet ſtylus, & ipſum edendum arbitror, patriae, & tibi, & tot illuſtribus civibus futurum gloriae*. Deſ. *non miror, & laudo*. Inde ſequitur Libri I. Prooemium, quod inc. *Solitariae vitae ſecreta me iamdudum elegiſſe deliciarum mearum ornamentum, Euſebi, conſcientiae ſimplicitate confiteor, non ut ocioſos dies ſenectutis ducerem, neve quae fert mala opinione mortalium aetas illa, fallerem ludibrioſo corpore; ſed ut naufragio corruentis in deterius ſaeculi, ea via, ſi fieri poſſet, evaderem. Exiſtimationi huic fortaſſe honeſtae aptior etiam meditandi occaſio per otium addebatur = Ea mente dum mecum ſaepius quaeritarem ſilentioſum otium terere ſtudio litterato, ſubiit animum opus aliquod adſumere, quo ſenilis animus iam defeſſus, vetuſtis depoſitis voluptatibus, religioſo ſtudio. Deo vegetior redderetur. Id dum ſaepenumero concionando tentarem, aptius viſum eſt nullum, eo, quod concivis noſter Dantes altiſſimo ingenio, elegantiſſime hominum mores actusque, virtutes, ac vitia, & quae ad beatam vitam pertinerent, miro eloquentiae nitore deſcripſerit; quum inde animadverterim melius, ut liuſve ea de re neminem Poëtarum fuiſſe loquutum. Igitur, quum ad ſolamen ſenectutis meae dumtaxat explanationem Operis Angelici ſuſcepiſſem in ſimilitudine commenta dictantium, de vita, moribus. & doctrina Poëtae ſolleter inquirerem, ut electiſſimum auctorem, talem poſteris redderem, qualem ingenio, & operibus invenirem; ut inde ſi fieri poſſet, tanti viri veneranda memoria ſplendore virtutum* (forte addendum *remaneret*.) *Quumque mihi ſoli Opus perſcriberem, id ipſum non tantum cordi fuit, quam, ut tanti viri effigies veneranda reformandae vitae meae non minus afferret commodi, quam eius perenni ſtudio lucubratae noctes*. Deſ. *adgrediar quod iuſſiſti de tribus huius initiis, primum in eundo tractatum*. In his autem Libris (1) teſtatur ſe inveſtigaſſe & *tempus Vrbis* (Florentiae nempe) *conditae, quibuſque auſpiciis, & quo auctore opus tam grande ſurrexerit. quoſque emixa fuerit viros inſignes, & quibus floruerit geſtis. atque temporibus*. Argumenta. quae pertractantur in hoc primo Libro haec ſunt

I. *De fluctuatione opinionum circa tempus urbis conditae & quare civitatum parum nobilium conditores & geſta ignorentur*.

II *Quod Nebroth primus fuerit, qui coëgerit mortales ignem pro Deo colere & adorare*.

III. *De magno Atlante repertore Aſtronomiae. & Attalo eius filio, & genero, qui traiecit in Italiam*.

IV *De magno Atlante repertore Aſtronomiae, & Attalo eius filio & genero, qui traiecit in Italiam* (2).

V. *De aedificatione civitatis Feſularum facta per Attalum. & Ianuae per Ianum*.

VI. *De aedificatione civitatis Ianuae facta per Ianum*.

VII. *De aedificatione Corithi, qui hodie dicitur Cornitum facta per Attalum*.

VIII. *De Italo, Dardano, & Siccano, Attali filiis, & quas orbis oras inhabitaverint*.

IX *Digreſſio continens ſub compendio de adventu Aeneae in Italiam, & quid ſui egerint poſteri uſque ad Romulum, & cur de Feſulis Corithoque veteres Hiſtoriographi tacuerint*.

X. *Digreſſionis praecedentis continuatio, in qua ſub epitomate ab urbe condita uſque ad tempora Catilinae geſtarum per Romanos rerum pleraque initia ad materiam facientia colliguntur*.

XI. *De bello Catilinae cum M. Conſule in agro Piſtorienſi*.

XII. *De obſidione Feſularum*.

XIII. *De morte Florenti*.

XIV. *Quibus adſcendentibus, ſigno, & planetis fundata ſit Florentia*.

XV. *Quamobrem urbi novae Florentiae nomen inditum ſit*.

XVI. *De aedificatione Feſularum, & eius ſecunda demolitione*.

XVII. *De morte Rhadagaſii Scythae Gothorum Regis, & deditione exercitus ſui*.

XVIII. *De everſione civitatis Florentiae facta per Attilam, & eiuſdem aedificatione facta per Magnum Carolum*.

XIX. *Teſtimonia Dantis Poëtae ſuper demolitione Feſularum, & aedificatione Florentiae*.

XX. *De tertia & ultima everſione Feſularum*. Primum Caput inc. *Tanta apud veteres de urbium antiquitate, deque conditoribus earumdem varietas & diſſenſio eſt &c.* Vltimum Caput deſ. *vel ſaltem vulgari idiomate deſignare conabor*.

Pag. 30. De origine Civitatis Florentiae, & eiuſdem famoſis Civibus Liber ſecundus, in claſſes diviſus. cum Prooemio ad Euſebium Villanum fratrem, quod inc. *Poſtquam brevi manu, Libro ſuperiore perſtrinxi, quae de noſtrae civitatis Florentiae initiis potui invenire, supereſt, ut quae tibi pollicitus ſum de famoſis civibus ſuis ſecundo hoc Libro reperta* com-

(1) Cl. Mehus in cit. Praefat. ad Ambroſii Camald. Epiſtolas pag. xxv. totum Opus dividit in duos Libros, quorum ſecundum in Claſſes XIV.

(2) Idem eſt titulus huiuſce Capitis IV. ac Capitis ſuperioris, ſed narratio diverſa.

*componam.* = *Dum de noſtri Poëtae, quae facta ſunt, diligentius agitarem, concives multi doctiſſimi, & famoſi per meum animum inciderunt, quorum vel ſola recordatio, viventium poſſit ingenia excitare aemulatione virtutum.* = *Haec etſi me ſatis allicerent, ut conarer de illuſtribus civibus meis aliquid ſcribere, veritus tamen ſum, ne dum ſtudeo poſteris eorum famoſa nomina tradere, ſplendorem eorum obnubilem tenuitate ſermonis* = *Sed ea praeſertim cogor ratione, ut mea fert parvitas, ſcribere, quod mirer inter tam multos facundiae delicatioris cives fuiſſe neminem, cui fuerit operaepretium viros tantos venientibus reddere* (ſc. *claros*)= *Fert tamen animus hoc loco de ipſis pauca cumulare, ut hac ſaltem incuria paretur materia felicioribus eloquentibus, de ipſis illuſtribus Florentinis celſiora ſtylo laetiori conſcribere.* Deſ. *in contuentium oculos fortius, & mirabilius eluceſcat.* In hoc Prooemio fatetur, ſe in iis vitis digerendis non temporis, ſed artium diſciplinarumque rationem habuiſſe; *ceterum* (Villani verba ſunt) *in horum, aliorumque commemoratione, ſerie temporum, & ordine non ſervato, quos eaedem artes, atque doctrinae fecere conſortes, ſimul indicabo, ut ſplendori ſuperadditus ſplendor, multiplicatis ampliatiſque radiis, in contuentium oculos fortius ac mirabilius eluceſcat.* Capita huius Libri ſunt iſta, ſcilicet

I. *De vita & moribus Claudiani Poëtae.*

II. *De vita & moribus Dantis inſignis Comici* (1).

III. *De Franciſco Petrarcha Poëta laureato.*

IV. *De Zenobio de Strata Poëta laureato.*

V. *De Ioanne Boccaccio Poëta.*

VI. *De Coluccio Pieri Poëta.*

VII. *De Dominico Poëta* (Silveſtri filio.)

VIII. *De Roberto inſigni Theologo.*

IX. *De Cypriano Iuriſconſulto.*

X. *De Accurſio iuris civilis gloſſatore.*

XI. *De Franciſco Accurſii filio legum Doctore.*

XII. *De Dino de Moyſello legum Doctore.*

XIII. *De Ioanne Andreae, gloſſatore Sexti Bonifacii, famoſiſſimo Decretorum Doctore.*

XIV. *De Thaddaeo Phyſico, gloſſatore medicinae.*

XV. *De Dino Phyſico & Ciruſico inſigni.*

XVI. *De Turriſiano Phyſico, qui dictus eſt pluſquam Commentator.*

XVII. *De Thomaſio Dini de Garbo celebri Phyſico.*

XVIII. *De Brunetto Latino Rhetorico.*

XIX. *De Bruno Caſini Rhetorico indolis celeberrimae.* Caput I. inc. *Pauci magnorum poëtarum nomen adepti.* Caput ultimum deſ. *hic inguinaria peſte periit anno gratiae* 1348. *quum vix annum trigeſimum attigiſſet* (2).

Pag. 65. *b.* Eiuſdem Libri Claſſis II. de Semipoëtis, cum Prologo, cuius initium eſt: *Supereſt amodo ut de pleriſque clariſſimis viris &c.* Deſ. *inter quos locum primum Henrico concedendum putavi.* Capita ſunt.

I. *De Henrico ſemipoëta elegiaco.*

II. *De Franciſco Barbareno ſemipoëta, morum ſpeculatore.*

III. *De Bonifacio de Vbertis ſemipoëta vulgari.*

IV. *De Guidone Phyſico.*

V. *De Paullo inſigni Aſtrologo, Geometra, & Arithmetico.*

VI. *De Ioanne, Bartolo, & Franciſco Muſicis.*

VII. *De Cimabue, Giotto, Maſo, Stephano, & Thaddaeo Pictoribus.*

VIII. *De Gonnella, Lippo, Donnellino, Gello, Saoneta, & Dulcibene Hiſtrionibus.* Caput I. inc. *Fuit Henricus vir potentis & hilaris ingenii.* Vltimum deſ. *ſed mihi non eſt animus de hiſtrionica arte implere libellum; ideo ad meliora revertor.*

Pag. 72. Eiuſdem Libri Claſſis III. de viris in re militari famoſis, cum Prologo, qui inc. *Ad rei militaris famoſos viros converſus.* Deſ. *ad quos dixi diſcendos illuſtres properabo.* Capita ſunt

I. *De Lucerio Romano Florentinorum Duce.*

II. *De Farinata Vberto famoſo milite.*

III. *De Guidone Guerra Comite, rei militaris peritiſſimo.*

IV. *De Niccola Acciaiolo magno Seneſcalco Regni Siciliae citra Pharum.*

V. *De Ioanne & Matthaeo Hiſtoriographis.*

VI. *Concluſio Opuſculi.* Caput I. inc. *Primus ex noſtris, qui poſt conditam civitatem &c.* Concluſio vero Opuſculi ſequens eſt: *Dixi, ut voluiſti, mi frater Euſebi, quo potui ſtylo, & quod ſentio dicam, pedeſtri ſatis inferius, & de urbis noſtrae principiis, & de famoſis viris, quos genuit, quae potui invenire, illis relictis in caligine ſua, qui nil in ſcriptis attulerint, unde potuerim eorum ſtudia poſteris praeſentare, vel inſigne aliquid notorium vulgo peregerint, ne ſine teſte, ni potius rubore confidere* (ſic). *Obſervant invidi greſſus in laudibus, & quaſi ex inſidiis erumpentes, calumnias iaculantur; inde huiuſcemodi in re nacti occaſionem, quod nemo in commendatione patriae ſuorumque civium praeſumendus eſt, ſit vel avarus laudis, vel egenus* (ſic). *Quidquid igitur hoc ſit quod ſcripſerim, tuis opto correctionibus caſtigari, ut emendatius procedens in publicum, quantum fieri poſſit, minuat, quod meae poteſt ignorantiae deputari. Amen. Ieſus Amen.* Tandem legitur eiuſdem Epiſtola anepigrapha, quae inc. *Exegiſti ſaepius & inſtanter a me, ut, quod caeptitaveram Opuſculum de noſtrae urbis origine, eiuſque famoſis civibus, inſigni viro cuiquam titulatum promulgarem; idque cur non fecerim iamdiu, iterum exigis im-*

(1) In hac vita notanda ſunt verba pag. 33. *b. Fuerat, at praefatus ſum, propoſiti mei ſolum de vita, moribuſque huius poetae, cuius opus mihi ſumpſeram explanandum, pro talia ſcribentium conſuetudine pertractare. Sed me evexit longius illa dilectio, qua concivibus meis viris famoſis videbar obnoxius &c.*

(2) Nota quae dicuntur in gloſſis huius Codicis pag. 51.

*importune*. Deſ. *exire in publicum corrodendas dentibus detractorum, periculo tamen tuo, qui illas te dixeris defenſurum*. Ait in hac Epiſtola *ſe domeſticis curis occupatum, earumque preſſum pondere*. *Opus ſuum ad rectiorem normam revocare non potuiſſe = non potui adhuc elimare rudia, & ſcabioſa, quae in ſeniem ferme primam ingenio dictante deduxeram, temporum circumventus intercapedine, quae mibi propemodum omnia infeſta fuere*. Hinc Libellum ſuum *biſpidum, ſqualidum, ac centoſum* vocat. Addit praeterea ſe nondum reperiſſe cui illum nuncuparet eaque occaſione infractos Florentinorum mores deplorat, atque unius tantum pecuniae quaerendae amore incenſos. Hoc autem Opuſculum *De Famoſis Civibus Florentinis* eo conſilio adorſus eſt Villanus, ut eorum memoriam iamdiu neglectam poſteris commendaret, eaque molitus eſt aetate, qua a Republica Florentina impoſitum illi onus fuit Dantis publice legendi. Conſtat autem Villano iam ſeneſcenti demandatam publice fuiſſe hanc provinciam. Nam in Epiſtola I. ad Euſebium fratrem, *Subiit*, inquit, *animum opus aliquod aſſumere, quo ſenilis animus iam defeſſus, vetuſtis depoſitis voluptatibus, religioſo ſtudio, Deo vegetior redderetur &c.* In Charta quadam anni MCCCXCI. quae extſtat in Archivo Montis Oliveti, mentio fit *de Heliconico viro D. Philippo Villani deputato ad catbedram Lecturae Dantis Aligberti &c.* Quamobrem ante annum MCCCXCI. manum Operi ſuo admoverat Villanus. Et quidem in Vita Franciſci Landini celeberrimi Muſici, qui anno MCCCXC. e vita deceſſit, de eodem, tamquam de homine adhuc ſuperſtite loquitur his verbis pag. 68. *b. Sed bos, reliquoſque omnes, quos laudabilis tulit antiquitas, vivus adbuc Franciſcus excedit, de quo non ſine affectatae fabulae timore ſcribere auſim*. Laborem tamen ſuum poſt annum MCCCLXXV. ſuſceptum, produxit Villanus uſque ad annum MCCCCV. quo Colucii vitam, ſcriptaque proſequebatur, eodemque tempore Dantem quoque publice legebat.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec XV. ineuntis, perſpicuo charactere exaratus, ſed ita mendoſe ſcriptus, ut vix ſenſus aliquando, nec ſine magna ingenii tortura elici poſſit, in cuius prima pagina legitur: *Angeli Guicciardini & amicorum*, num. 637. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 80.

## VITAE SANCTORVM, FRANCISCI CASTILIONENSIS, ISOLTAE NOGAROLAE, SS. AVGVSTINI, S. THOMAE, ET IO. CHRYSOSTOMI QVAEDAM &c.

I. pag. 1. **V**Ita beatae Humilianae de Circulis de Florentia a Fr. Antonio de Cortona edita. Inc. *Domina quaedam, Humiliana nomine, filia fuit Oliverii de Circulis, nobilis Civis Florentini, quae quum eſſet annorum XVI. tradita eſt nuptui a parentibus ſuis*. Deſ. *ſupradicta Domina Viannese confeſſa eſt, & iurando firmavit, omnia ſuprascripta vera eſſe in praeſentia Fratris Hippolyti ſupradicti, & Fratris Vigoris de Cortonio, anno 1247. Et baec de miraculis beatae Humilianae dicta ſufficiant*. Tum ſequitur Antiphona, & Oratio in honorem eiuſdem beatae Humilianae. Edita haec omnia ſunt ex Codice Ms. Bibliothecae S. Crucis, de quo ſuo loco nobis erit agendum, in Actis SS. Tom. IV. Maii ſub die XIX. Cod. XXIV.

II pag. 45. Vita beati Ioannis de Alvernia (1) Ordinis Fratrum Minorum cum Prologo, qui inc. *In ſacro loco, qui Mons Alvernae dicitur, ubi beatus Franciſcus, Ordinis Minorum Fratrum inſtitutor & dux, ſacra ſigna recepit noſtrae redemptionis, viſione ſeraphica, carni ſuae a Chriſto miraculoſe impreſſa, longo tempore deguit quidam venerabilis Frater Ioannes nomine, qui de Marchia Anconitana, civitate Firmana, exſtitit oriundus*. Deſ. *placeat autem omnibus, qui ſibi fuerunt magis familiares, & in divino officio obſequentes, iſta corrigere, & alia addere, ſecundum quod eis videbitur convenire*. Vita inc. *Vir iſte ſanctiſſimus, dum adhuc puerulus eſſet quaſi annorum ſeptem*. Deſ. *multa audivi miracula meritis huius ſancti viri fuiſſe facta, quorum aliqua, dum vixit, & aliqua poſtquam ex boc mundo migravit; ſed quia ego illa oculis meis non vidi, nec ab eius ore percipere potui, ideo ea non ſcripſi, reputans ſuam vitam ſpiritualem omni miraculo ſenſibili fuiſſe maiorem*.

III. pag. 61. Vita beatae Roſanenſis de Faventia, ſive Humilitatis, Ordinis Vallis Vmbroſae, Abbatiſſae Monaſterii S. Ioannis Evangeliſtae prope Florentiam (2) cum Prooemio, quod inc. *Cogitis me, ſorores chariſſimae, S. Humilitatis vitam, matris veſtrae, ac meae, diverſis voluminibus a diverſis diverſimode ſcriptam, in unum volumen, prolixitate omiſſa, redigere, necnon quae ab ipſa relatione verifica didici ponere, quum me, ut aſſeritis, eadem* *pro*

(1) De eo agit Lucas Waddingus in Annal. Minor. curante Ioſepho Maria Fonſeca ab Ebora, Romae typis Rochi Bernabò MDCCXXXI. fol. Tom. I. pag. 169 §. XLIV.

(2) Parthenon S. Io. Evangeliſtae prope Florentiam, & extra portam Faventiae, ob imminentem Vrbis obſidionem A. MDXXIX everſum fuit, unde ſanctimoniales in proximum & urbanum S. Catharinae Monaſterium translatae fuerunt; ex quo in Coenobium S. Antonii non multo poſt migraverunt. Sed quum Alexander Mediceus Florentiae Dux, in loco, in quo Parthenon S. Ioannis Evangeliſtae fuerat, Arcem conſtruere vellet, cuius ambitu, & amplitudine Monaſterium etiam S. Antonii contineretur, oportuit, ut alia ſedes ſanctimonialibus illis quaereretur. Conſule Lamium Memorabil. Eccleſ. Flor. Tom. II. pag. 1175. 1247. & alibi.

Digitized by Google

*prodente, multa noſſe credatis.* Deſ. *dulcedinem diſtillabunt.* Vita inc. *Roſanenſis, ſacrae religionis baptiſmate vocata Humilitas, nobili provincia Romandiolae, civitate Faventiae, multum* (ſic) *orta proſapia, patre videlicet Elimonte, matreque Richelda.* Deſ. *quumque ab oratione ſurgeret, ita ſe liberatam ſenſit, quod nullus dolor in ea remanſit. Laus Deo, & beatae Humilitati.* Notandum pag. 68. Caput inſcriptum *De aedificatione Monaſterii*, quod inc. *Dum ſic Florentiae biennio quaſi ſteiſſet, locus, ubi nunc eſt, a Florentinis emitur, quo ipſa confeſtim cum aliquibus dominabus nobilibus civitatis Florentiae, & illis, quas ſecum de Faventia duxerat, quam potuit citius, ſe recluſit, & ut ſonat ſimpliciter ſub regula quam aſſumpſerat Deo militare inſtruxit.* Vitam huius beatae Humilitatis perſequutus eſt Ioſeph Mar. Brocchius *Vite de' Santi e Beati Fiorentini. Firenze per Gaetano Albizzini MDCCXLII.* 4. Tom. I. pag. 292. ſeqq. cui tamen ignotus fuit hic Codex.

IV. pag. 73. *b.* Quaedam revelationes, & miracula beatae Margaritae de Faventia eiuſdem Monaſterii Abbatiſſae (1), recollectae per Fratrem Petrum de Florentia, Ordinis Fratrum Minorum, quarum titulus, & initium eſt: *Vt ſuſraſcripſae revelationes, & gratiae deſurſum exhibitae beatae Margaritae, quae una cum beata Humilitate Abbatiſſa S. Ioannis Evangeliſtae perrexit ad fundandum Florentiae hoc ipſius Apoſtoli ſanctiſſimi Monaſterium, de civitate Faventiae venerandum, ſcriptae per me Presbyterum Ioannem Notarium infraſcriptum, ſicut oretenus mihi dixit; iuvent & proſint, ac corda ſurſum ſublevent de faſtidioſo huius mundi carcere, voluit eas poſt multa rogamina in ſcriptis relinquere, ſub ſecreti ſigillo imponens, quod numquam, dum viveret, alicui propalarem, ad honorem & laudem dulciſſimi Ieſu Chriſti. Quum ſanctiſſima Humilitas Abbatiſſa praefata beatae Margaritae magiſtram dederit, ut eam litteras edoceret.* Deſ. *ut melius novi, ſimpliciter ordinavi, ad laudem &c.* Subiicitur pag. 84. Epiſtola Presbyteri Ioannis de miraculo ſex Cereorum. Inc. *Venerabili in Chriſto Matri & Dominae ſuae praecipuae D. Sorori Ioannae Abbatiſſae Monaſterii S. Ioannis Evangeliſtae, ſuus Ioannes nepos beatae Margaritae de Faventia debitam reverentiam, & devotam. Quum de miraculo ſex cereorum ſororis Margaritae me Florentiae rogaveritis.* Deſ. *hoc referens gaudio magno valde. Ad laudem &c.*

V. pag. 85. Vita beatae Verdianae de Caſtro Florentino (2), & primo de nomine. Inc. *Verdiana dicitur a veriditate & Diana.* Deſ. *& hoc fuit diebus noſtris, & relatione, & fide digna, ut habui, ſic ſcripſi ad honorem Dei & beatae Verdianae.*

VI. pag. 105. Vita beati Philippi de Florentia Ordinis Servorum Sanctae Mariae. Inc. *Anno Domini MCCXLIV. tunc temporis erat quidam praedives vir ex nobilibus parentibus ortus, cuius patris nomen Iacobus.* Deſ. *florens quotidie miracula ſancti viri uſque in hodiernum diem, quae homines cogitare non poſſent.* Eadem Vita occurrit etiam in duobus Codicibus Mss. Biblioth. Florentinae Ordinis Servorum B. M. n. 276. & 409. Auctorem eiuſdem Petrum a Tuderto fuiſſe perhibent, qui Ordinis ſui Generalis A. MCCCXIV. renunciatus fuit. Quamvis nondum ſit vulgata, nota tamen fuit iis, qui poſtero tempore Annales Ordinis, & vitam S. Philippi Benitii litteris conſignarunt.

VII. pag. 113. *b.* Quaedam extracta ex Chronica Fratrum Servorum Sanctae Mariae. Inc. *Anno Domini MCCXXXIII. natus eſt Florentiae beatus Philippus de Benitiis, tempore Gregorii Papae Noni. Anno eodem inceptus eſt Ordo Servorum &c.* Videtur eſſe Summarium Chronici, lucis adhuc expertis, Ordinis Servorum, quod Petrus a Tuderto ſupra memoratus compoſuit anno circiter MCCCXXV. exſtatque in Cod. 277. laudatae Biblioth. eoque uſi ſunt Michaël Pocciantus & Archangelus Giani Tom. I. Annal. eiuſdem Ordinis.

VIII. pag. 115. Reverendiſs. Patris, Domini Orlandi Bonarli Archiepiſcopi Florentini Vita a Franciſco Caſtilionenſe edita. Inſcribitur, & incipit: *Franciſcus Caſtilionenſis Presbyter D. Lucae Vernacio ſalutem in Domino. Redditae ſunt mihi litterae suae, vir humaniſſime, cuius hodie octavum diem colimus. Scriptae ſunt autem abs te Kal. Ianuarii, quod initium novi anni Eccleſia celebrare conſuevit. Erant praeterea tam multa ſermonis gravitate, verborumque, ac tuae conſuetae humanitatis ſuavitate refertae, quam numquam antea.* Deſ. *tibi vero, mi Luca, reliquiſque eius amicis, & univerſali Eccleſiae iactura non parva; ſed in omnibus benedictus Deus, qui virum illum per omnem aetatem cum omni virtute & laude ad talem exitum glorioſe deduxit.* Hic Orlandus Bonarlus, de quo pauca habet Vghellus in Italia Sacra Tom. II. pag. 178. quique ſub Pio II. S. Antonino in Archiepiſcopatu Florentino ſucceſſit A. MCCCCLIX. die XI. menſis Maii, Franciſci Caſtilionenſis conſobrinus fuit, ab eoque idem Caſtilioneus Canonicatum Florentinae Eccleſiae obtinuit, cuius tamen poſſeſſionem numquam adiit.

IX. pag. 123. Chriſtophori de Podio Archipresbyteri Bononienſis Vita, auctore, ut videtur, eodem Franc. Caſtilionenſe. Inc. *Nunc quod inſtitui, & paullo ſuperius tibi pollicitus ſum, de Chriſtophoro eius Vicario, ſic enim appellabatur, paucis abſolvam.* Deſ. *nec fruſtrabimur a deſiderio noſtro. Vale.*

X. pag. 127. *b.* Franciſci Caſtilionenſis Presbyteri exhortatoria ad religionem, ſub nomine infraſcripti Fratris Ioannis conſcripta. Inſcribitur, & incipit: *Frater Ioannes, de*



(1) Vid. Ioſephum Mar. Brocchium *Vite de' Santi, e Beati Fiorentini* Tom. II. Part. II. pag. 10. ſeqq. cui tamen ignota fuit haec Vita.

(2) Eius vitam noviter dedit Ioſeph Mar. Brocchius in Opere ſupra cit. pag. 168. ſeqq. ſed nihil habet de hac Vita.

*Vallis nominatus, ſub regula beatae Brigidae ſacerdos indignus, chariſſimis in Chriſto fratribus & ſororibus ſalutem in Domino. Bonus & ſuavis odor virtutum veſtrarum.* Deſ. *eſſe iudicamus. Valete in Domino, & pro nobis orate. Ex Florentia Kal. Ianuarii 1464*

XI. pag. 134. Miraculum de Groſſo qui eſt in Eccleſia S. Spiritus de Florentia. Inc. *Quoniam, ut teſtatur Angelus Raphaël = Innoteſcat igitur = qualiter diebus iſtis, & anno Domini a Nativitate videlicet MCCCXCII. de menſe Ianuarii XVI. in provincia Thuſciae apud quoddam caſtrum. quod Empolim appellatur, Florentinae dioeceſis, prope dictam civitatem per miliaria fere XV., quo tempore guerra erat inter Florentinos, & Comitem Virtutum, ideſt Dominum Mediolanenſium, atque civitatem Senarum; erant autem tunc temporis praefatae civitatis Florentiae quamplurimi milites ſtipendiarii apud dictum caſtrum de Empoli commorantes, inter quos erat campiductor, ſeu vexillifer, magnificus Dominus Comes Conradus de Alamania in auxilium Florentinorum. Dum igitur ibi moram contraheret, accidit, ut quadam die duo ex praedictis ſtipendiariis luderent ad taxillos; & quum alter eorum iam quaſi totam pecuniam perdidiſſet, & ſibi non remanſiſſet, niſi unus groſſus Piſanus, in quo ſculpta erat imago Beatae Mariae Virginis cum puero in brachio ut moris eſt Piſanorum, quam quidem imaginem intuens praedictus luſor, iracundia plenus, coepit turpiter Deum blaſphemare, & Virginem glorioſam, & a Diabolo inſtigatus gladium arripiens cum furore, & impetu percuſſit dictum groſſum argenteum, & in pectore dictae imaginis perforavit = ſubito namque coepit ſanguis effluere de loco foraminis.* Deſ. *& in futuro gloriam percipere mereamur, praeſtante &c.*

XII. pag. 137. Oratio anepigrapha, ſed quae eſt Iſottae Nogarolae Veronenſis (1); de laudibus Sancti Hieronymi. Praecedunt hi verſiculi:

*Ieſu Salvator ſaeculi,*
*Et pia Dei genitrix,*
*Opem poſce miſerae,*
*Caetus omnes Angelici,*
*Omnium Sanctorum merita,*
*Nobis precentur gratiam.*

*Vehementer mihi timendum eſſe exiſtimarem, devotiſſime Pater, voſque ceteri ſpectatiſſimi cives, quae, quum nihil in me virtutis, aut praeſtantiae verſari videam indigna & imbecillis, rem magnam, arduamque aggredi non formidarim, beatiſſimi ſcilicet Hieronymi laudes enarrare.* Deſ. *eius meritis & precibus mereamur vitam aeternam, gratia & miſericordia D. N. I. C. &c.*

XIII. pag. 141. Eiuſdem Iſottae Nogarolae Veronenſis Oratio in adventu Reverendiſs. Patris & Domini Epiſcopi Veronenſis. Inc. *Cantemus Domino glorioſe &c. Non dubito, Reverendiſſime Domine, fore pleroſque, qui me admirati & temeritatis vitio accuſare non deſiſtant, quod ego mulier, quae nec ingenio poſſum, nec dicendi facultate valeo, hoc ad te ſcribendi munus uſurpaverim.* Deſ. *quae tibi placita erunt avidiſſime iucundiſſimeque eſſe exſequuturos.*

XIV. pag. 144. Narratio quaedam, cui titulus: *Tempore Ioannae primae Apuliae Reginae a quodam Mago adſtrictus fuit quidam ſpiritus, nomine Floron, qui omnia infraſcripta revelavit dictae Reginae, & Mago.* Inc. *Audita eſt vox dicens; Quid praecipis magiſter? Ecce adſum &c.* Inde adiicitur pag. 145. *Pronunciata ab Abbate Ioanne de Monte Caſino,* & pag. ead. *b. Prophetia B. Alberti pronunciata a quodam Eremita in partibus Marchiae Trevisanae A. D. MCCCCXXX. quae ſcripta fuerunt a Magiſtro Philippo de Venetiis Ord. Fratrum Eremitarum beati Auguſtini.* Tum adſcriptum eſt: *Pronunciata fuerunt haec infraſcripta carmina fore ventura anno Domini MCCCCLIV.*

*Nam avis ſtans, promtaque in aëre volans &c.*

Sunt verſus hexametri XVI.

XV. pag. 149. Virtutes Pſalmorum ſecundum litteralem expoſitionem Fratris Nicolai de Lyra Ordinis Fratrum Minorum. Inc. *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum. Iſtum Pſalmum fecit Eſdras propheta, & poſuit eum in principio, quum alios recollegit, & complavit.* Deſ. *virtus eius eſt contra perſequutiones tyrannorum, & maxime quorumcumque infidelium.*

XVI pag. 161. Anonymi Catecheſis, ſeu notitia brevis de ſeptem Virtutibus principalibus, de ſeptem Vitiis mortalibus &c.

XVII. pag. 167. Anonymi Tractatus de Theologia. Inc. *Ars verae Theologiae in quatuor partes dividitur.* Deſ. *& quid requirendum ſit ſecundum unumquemque ſenſum ipſius. Quod totum factum ſit ad laudem &c.*

XVIII. pag. 172. Anonymi Sermo de vita ſolitaria & eremitica. Inc. *Libet de ſingularis vitae meritis pauca perſtringere, & quid de ſolitariae vitae culmine ſentiam, laudando potius. quam diſputando breviter intimare.* Deſ. *ad domum perveniet non manufactam aeternam in caelis.*

XIX. pag. 176. Hymni varii, ſcilicet

I. In feſto quinque Stigmatum D. N. I. C. Inc.

*Crucis Chriſti, mons Calvariae &c.*

cui ſubiungitur Antiphona, & Oratio propria.

II. pag. ead. *b.* In dicto feſto, quod celebratur die quinta Maii cum Oratione. Inc.

*Crucifixus, & ſepultus, ſigna ſervat corpore &c.*

III. pag. 177. In dicto feſto, item cum Oratione. Inc.

*O vul-*

(1) De hac illuſtri femina, quae deceſſit A. MCCCCXLVI aet. XXXVIII. adi Cl. Scipionem Maffeium *Scrittori Veroneſi* pag. 95. & fuſius de ea diſſerentem Iacobum Gaddium de Scriptor. non Eccleſ. Tom. II. pag. 106. qui Ms. Bibliothecae Gaddianae, ſignatum antiquitus num. 48. commemorat, de quo ſuo loco nobis erit agendum.

*O vulnera pretioſa, per quae omnis redimitur &c.*

IV. pag. 178. In feſto Viſitationis beatae Mariae ad Eliſabeth, cum Oratione. Inc.

*Feſta pie ſolemnia, nobiſque plena gaudia &c.*

V. pag. ead. *b.* In dicto feſto. Inc.

*Profundo maris termino &c.*

VI. pag. ead. In dicto feſto. Inc.

*Lumen ſolis irradiat &c.*

VII. pag. 179. In feſto Sancti Auguſtini Doctoris, cum Oratione. Inc.

*Magne Pater Auguſtine &c.*

VIII. pag. ead. *b.* In dicto feſto. Inc.

*Caeli cives applaudite.*

IX. pag. 180. In feſto beatae Paullae diſcipulae S. Hieronymi Doctoris, cum Oratione. Inc.

*Aeterno Regi gloriae.*

X. pag. ead. *b.* In dicto feſto. Inc.

*Poſt mundi tranſitoria.*

XI. pag. 181. In feſto S. Cypriani martyris & Epiſcopi Carthaginenſis, cum Oratione. Inc.

*Ora pſallant, mentes movent, reſonent praecordia.*

XII. pag. ead. *b.* In dicto feſto. Inc.

*Decorus, & pulcer, alta proſapia.*

XIII. pag. 182. In dicto feſto. Inc.

*Dum orat martyr inclytus.*

XIV. pag. ead. *b.* In eodem feſto Sequentia. Inc.

*Gaudeamus omnes mire &c.*

XX. pag. 184 Speculum peccatoris a beato Auguſtino editum. Inc. *Quoniam, chariſſime, in via huius vitae fugientis ſumus*. Deſ. *ut per haec aeternam damnationem evadas, & cum Domino N. I. C. vitam poſſideamus aeternam*. In Append. Aug. Tom. VI. a pag. 155. ad pag. 160.

XXI. pag. 190. Exhortatoria eiuſdem ad bene faciendum. Inc. *Quia, ut ait Salomon, melius eſt enim, ut hic ad tempus humiliter vitiis reſiſtamus*. Deſ. *ut in futuro mihi parcas*, cui ſubiicitur Oratio.

XXII. pag. ead. *b.* Oratio beati Thomae de Aquino, quam dicebat ante Crucifixum. Inc. *Concede mihi miſericors Deus &c.* Huic adiiciuntur octo petitiones, quae continentur in dicta Oratione Sancti Thomae.

XXIII. pag. 191. *b.* S. Ioannis Chryſoſtomi Sermo de Matrimonio, interprete Anonymo. Inc. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhaerebit uxori ſuae, quia ex viro eſt uxor, & ex una carne ſunt ambo*. Deſ. *ſic vir, & uxor, quia carnaliter ſe diligunt, una caro dicuntur*.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. parum caſtigate ſcriptus, & antiquitus num. 871. notatus. Conſtat foliis 191.

## SEXTI RVFI EPITOMA.

EPitoma ex Libris Titi Livii Patavini, auctore Sexto Rufo, ut in Codice IX. Plutei LXIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 689. §. II. *Cod. XXV.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, in cuius prima pagina legitur: *Queſto libro è di Lorenzo Vitoni*; in ultima vero: *Eſt*] *mei Matthaei Simonis de Strozzis*. Codex num. 937. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 55.

## COMPENDIVM LIBROR. IX. HISTORIAR. HERODOTI.

HErodoti Halicarnaſſei Librorum IX. Hiſtoriarum Compendium, auctore Anonymo. Inc. *Perſarum eximios memorat auctores diſſenſionum fuiſſe Phoenices, qui a mari rubro, mercium gratia Argos traiecerunt*. Deſ. *Spartiatae, duce Pauſania, Cleombroti filio Athenas combuſſerunt; Iſthmum egreſſus, inde iter fecit Thebas*. *Cod. XXVI.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. peſſimae ſcripturae, cum Summariis in margine, & num. 838. antiquitus notatus. Conſtat foliis 72.

## SEVERI, HIERONYMI, ET AVGVSTINI QVAEDAM.

I. pag. 1. DE Vita B. Martini Libellus a Severo conſcriptus, praevia Epiſtola ad Deſiderium fratrem, quae inc. *Ego quidem, frater*. Deſ. *non loquatur auctorem*. Tum ſequitur Prologus, cuius initium: *Plerique mortales*. Finis: *alioquin tacere, quam falſum dicere maluiſſem*. Libellus inc. *Igitur Martinus Sabariae Pannoniorum oppido*. Deſ. *non quicumque legerit, ſed quicumque crediderit*. Vt in editione Veronenſi typis Seminarii MDCCXLI. curante Hieronymo de Prato in fol. a pag. 1. ad pag. 37. *Cod. XXVII.*

II. pag. 6. *b.* Eiuſdem Severi Epiſtola ad Aurelium Diaconum. Inc. *Poſteaquam a me mane digreſſus es*. Deſ. *praeſtaret charta ſolatium*. Ibid. a pag. 45. ad pag. 49.

III. pag. 7. *b.* Eiuſdem ad Euſebium Presbyterum, poſtea Epiſcopum, Epiſt. Inc. *Heſterna die, quum ad me poſt meridiem plerique venisſent*. Deſ. *ſed probatum*. Ibid. a pag. 38. ad pag. 44.

IV. pag. 8. Eiuſdem Dialogorum Libri III. Primus inc. *Quum in unum locum ego & Gallus*. Vltimus deſ. *ſed non minore ex noſtris fletibus dolore, diſceſſum eſt*. Ibid. a pag. 59. ad pag. 148.

V. pag. 21. *b.* Eiuſdem ad matrem Baſulam Epiſt. Inc *Si parentes vocari in ius liceret.* Deſ. *te legentem. Vale in Domino ſemper.* Ibid a pag. 50. ad pag. 58.

VI. pag. 23. De vita Severi. Inc. *Sulpicius Severus Aquitaniae provinciae, vir genere & litteratura nobilis.* Deſ. *ſic ſperantibus contulit medicinam, ut alios ſupplicationibus, alios iuſſis ſalvaret. Anno incarnati Verbi milleſimo LII. dum proficiſceretur Romam Odalricus Sanctae Remenſis Eccleſiae Praepoſitus, & Canonicus, detulit autenticum horum ſuſi aſcriptorum quatuor librorum ſecum, deditque Sancto Martino Eccleſiae Lucanae, auro, argento, & ſculpto ebore decentiſſime coopertum, in quo videlicet ebore hi verſus habentur;*

*Mucro ſecat chlamydem, Martinus veſtit egentem,*
*Indutum chlamyde ſe Chriſtus monſtrat eadem.*
*Poſcit Odalricus pro munere codicis huius*
*Martini precibus, ſanctis conſcribier unus.*

Habes inter teſtimonia de Severo, in Prolegomenis citatae editionis pag. xxxix. in fine tamen diſcrepat, eo quod in Codice poſt verba editionis *tacendo penitus emendaret*, per alios quadraginta verſus narratio de vita Severi progrediatur.

VII. pag. 23. *b.* Vita beatae Paullae a beato Hieronymo compoſita. Inc. *Si cuncta.* Deſ. *dies XXI.* ut in edit. Veronenſi A. MDCCXXXIV. fol. apud Iac Vallarſium Tom. I. a pag. 684. ad pag. 719.

VIII. pag. 32. Euſebii Hieronymi Presbyteri contra Iovinianum Libri II. Primus inc. *Pauci admodum dies ſunt.* Vltimus deſ. *ſuſceperunt*, ut in edit. citata Tom. II. a pag. 23. ad pag. 384.

IX. pag. 65. *b.* Eiuſdem Apologeticus ad Pammachium, cum Prologo. Ibid. a pag. 232. ad pag. 234.

X. pag. 71. *b.* Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi de Vera Religione Liber. Inc. *Quum omnis vitae bonae ac beatae via.* Deſ. *ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipſi &c.* Tom. I a pag. 747. ad pag. 788.

XI. pag. 87. *b.* Firmiani Lactantii initium Libri I. Divinarum Inſtitutionum, quod progreditur uſque ad verba: *aliud enim quod diceret amplius non habebat*, quae in editione Lactantii Operum Veneta in aedibus heredum Aldi, & Andreae ſoceri MDXXXV. 8. incidunt in pag. 7. lin. 7.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ab aquis pluvialibus maculatus, adeo ut in ultimis praeſertim paginis vix litterarum lineamenta ſuperſint. Conſtat foliis 89.

## L. ANNAEI FLORI, VEGETII, ET PLINII QVAEDAM.

Cod. XXVIII. I. pag. 1. LVcii Annaei Flori Epitoma in Titum Livium Patavinum, cum tabula, & Prooemio, ut in Codice XII. Plutei LXIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 690. §. II.

II pag. 82. Flavii Vegetii Renati Epitoma Inſtitutorum Rei Militaris ex Commentariis Catonis Cenſorii, Cornelii Celſi, Paterni, & Frontini, ad Valentinianum Auguſtum, praeviis Capitum Summariis, ut in Cod. XXXIX. Plutei XXXIX. Catalogi dicto Tomo pag. 316. §. I.

III pag. 159. Plinii de Viris Illuſtribus Liber, ut in Codice XXXVIII. Plut. LXVI. Catalogi dicto Tomo pag. 810. §. III. Praecedit autem notitia de duobus Pliniis, qualem innuimus in Cod. XXXIV. Plut. XLVII. ibid. pag. 421.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum notulis aliquot, & Summariis in margine. Conſtat foliis 186.

## IVSTINVS.

IVſtini Epitoma in Trogum Pompeium, ut in Codice XI. Plutei LXVI. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 787. Cod. XXIX.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, & initialibus Librorum coloratis, necnon Summariis in margine, in cuius prima pagina legebatur Graece poſſeſſoris nomen: Ἀνδρέου τοῦ . . . . τέλου, καὶ τῶν φίλων, poſtea deletum, antiquitus num. 604. notatus. Conſtat foliis 122.

## FRANCISCI IRENICI EXEGESIS GERMANIAE.

FRanciſci Irenici Ettelingiacenſis, Collegii Divae Catharinae Heidelberg. Moderatoris Exegeſeos Germaniae Libri XII. quibus accedit Oratio protreptica eiuſdem in amorem Germaniae, cum excuſatione praeſentis Operis, ad Illuſtriſſimi Principis Palatini Electoris Cancellarium Florentium de Phennigen, utriuſque cenſurae Doctorem; necnon Conradi Celtis Protucii Germani, Imperatoriis manibus Poetae laureati, de origine, ſitu, moribus, & inſtitutis Norimbergae Libellus, typis ac formulis Thomae Anshelmi Haganoae ſumptibus Ioannis Kobergii Norimbergen. incolae MDXVIII. menſe Auguſto. Cod. XXX.

Codex impreſſus in fol. cui deeſt primum folium, ex veteri Armario Mediceo. Conſtat foliis 249.

## LIBER DE CASV TROIAE.

I. pag. 1. HIſtoria deſtructionis Troiae compoſita per Iudicem Guidonem de Columna, cum Prologo, ut in Codice V. Plut. LXVII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 817. Heic autem in fine legitur: Cod. XXXII.

Fa-

Digitized by Google

*Factum autem eſt praeſens Opus anno Dominicae Incarnationis milleſimo CCCLXXXIX. Indictione tertia in Terra Prati per me Terium Baroni de Larciano Notarium, & nunc Not. & Officialem nobilis viri Vbaldi Betti Vbertini de Florentia honorabilis Poteſtatis pro magnifico Communi Florentiae Terrae Prati &c.*

II. pag. 94. Dicta ſententioſa ex veteribus ſcriptoribus, praecipue Boëthio, Tullio, Seneca, Albertano, Ovidio, Salomone, Caſſiodoro &c. excerpta.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. in fine, ut videtur, mutilus. Conſtat foliis 118.

## ALIVD EXEMPLAR.

Cod. XXXIII. Liber de Caſu Troiae, ut in Codice ſuperiori. In fine legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia VIII.*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XIV. cum Summariis marginalibus. Conſtat foliis 111.

## GASPARINI BERGOM. QVAEDAM, DIODORI SICVLI HISTORIA, INTERPRETE POGGIO.

Cod. XXXIV. I. pag. 1. Clariſſimi Oratoris Gaſparini Bergomenſis de nominibus Magiſtratuum Romanorum Libellus. Inc. *Rex Romulus, omnium primus, a regendo, ideſt recte agendo dictus.* Deſ. *collegium Augurum, ordo hominum prudentum erat, qui prodigiis publicis praeerant.* Hunc eumdem Libellum ex hoc ipſo Codice recenſet inter eiuſdem Gaſparini Opera Mss. Cl. Mazzuchellius *Scrittori d' Italia* Vol. II. Part. II. pag. 503.

II. pag. 2. *b.* Forte eiuſdem ſignificatio litterarum antiquarum. Inc. *A. Aulus. S. P. Q. R. Senatus Populuſque Romanus &c.*

III. pag. 3. *b.* Forte eiuſdem nomina Vinorum, Pictorum, Veſtium, & Ludorum aleae.

IV. pag. 5. Diodori Siculi Hiſtoriarum Libri VI. quos Poggius Florentinus Latinos fecit, cum Prooemio ad Nicolaum V. Summum Pontificem, ut ſupra in Codice VII. huius Plutei pag. 354. In fine rubrica adſcriptum eſt: *Diodori Siculi Priſcarum Hiſtoriarum ſcriptoris excellentiſſimi, coſmographique peritiſſimi Libri ſex expliciunt, quos ego Malateſta Comes, quondam Comitis Lodovici de Cunio in civitate Forlivii, ocii evitandi cauſſa, ſcripſi, incepique eos ſcribere anno gratiae MCCCCLXIII. die vero decima menſis Ianuarii, explevique die ultima Martii eiuſdem anni.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. cum Summariis in margine rubricatis, ſtemmate poſſeſſoris in principio, nimirum Comitis Malateſtae, adſcriptis litteris *C. M.* & initialibus Librorum litteris eleganter illuminatis, in cuius fine duo chartae membranaceae adiectae ſunt fragmentum Statutorum Terrae Caſtrocari continentes, ſaeculo XIII. exaratae, & in cuius primo folio legitur *de' Sigg. Pitti*. Conſtat foliis 155.

## EPITOME T. LIVII, CYRIACI ANCONITANI, FRANCISCI PETRARCHAE, POGGII &c. QVAEDAM.

I. pag. 1. Epitome T. Livii Patavini optimi veriſſimique Romanae hi- Cod. XXXV.
ſtoriae conſcriptoris ab Vrbe condita, auctore Sexto Rufo, ut in Cod. IX. Plut. LXIII. Catalogi Tomo ſuper. p. 689. §. II. Tum rubrica adſcribitur: *Sacroſanctiſſimo Numini Maieſtatique Caelicae ac hominum piiſſimo Redemptori Ieſu Chriſto, laus, honos, & gloria ſemper ſit. Explicit Epitoma Titi Livii Patavini ex Libris CXXXIX. de geſtis Romanorum. Inceptum & perfectum per me Nicolaum Vgolinum in Caſtro, ſeu Civitate Perae, anno Dominicae & ſalutiferae Incarnationis MCCCCLXXIII.*

II. pag. 44. *b.* Cyriaci Anconitani de Pontiani Taraconenſium Regis conflictu navali Commentarium ad Franciſcum Scalamontium Equitem praeſtantiſſimum. Inc. *Vellem, o quam libentiſſime, praeſtantiſſime Franciſce Eques, ut quemadmodum de Chriſtianiſſimi atque optimi Regis conflictu hodierno die me tibi ſcripturum ſcio, ita victores ſimul & victos, alioſque generoſiſſimae gentis Italae potentatus, ut iam pluſquam exacto biennio ipſi primum Liguro Philippo Duci, exin ad Vrbem inclyto Sigiſmundo Caeſari, atque maximo Eugenio Pontifici meis pleriſque orationibus perſuaſerim, uno & ſanctiſſimo foedere iunctos, adverſus truces Afros = almae religionis noſtrae barbaros hoſtes rem geſſiſſe, & ut pluries maiores noſtri praeclariſſime fecerant, inſignes ex his triumphos retuliſſe laeta magis calamo dicerem.* Deſ. *ut quemadmodum mihi perſuaſeris, ſpem haud exiguam haurire velis. Explicit: Lege feliciter. Cyriaci Anconitani Poëtae noſtrae tempeſtatis clariſſimi de conflictu navali Pontiani Taraconenſium Regis hiſtoria explicit. Scripta manu mei Nicolai Vgolini in Caſtro, ſeu Civitate Perae anno Domini MCCCCLXXIII.* Hoc Opuſculum Cl. Montfauconius Tom. I. Biblioth. Mss. pag. 512. tradit deliteſcere in Ambroſiana Mediolanenſi. Vid. additiones Cl. Manſii ad Biblioth. med. & inf. Lat. Fabricii Tom. I. pag. 446.

III. pag. 49. Franciſci Petrarchae Florentini Poëtae laureati de ſecreto conflictu curarum ſuarum cum B. Auguſtino Dialogus. Prooemium inc. *Attonito mihi.* Deſ. *aggreſſus eſt.* Lib. I. inc. *Quid agis homuncio.* Lib. III. deſ. *non obſtrepat. Explicit Dialogus Franciſci Petrarchae Poëtae laureati de ſecreto conflictu curarum ſuarum cum beato Auguſtino feliciter. Deo gratias. Amen.* Τέλος ἀμήν. Θεῷ χάρις. *Completus die XII. Novembris in Caſtro Ghalatae, alias Perae, anno Domini MCCCCLXXIII.*

Ex-

Digitized by Google

Exſtat in editione Baſileenſi apud Seb. Henricpetri fol. Tom. I. a pag. 331. ad pag. 369. ſub titulo: *De contemptu mundi, colloquiorum liber, quem ſecretum ſuum inſcripſit.*

IV. pag. 92. Teſtamentum (1) Ovidii Naſonis, quod repertum fuit in eius urna ſculptum in lapide plumbeo, nec ulla vetuſtate conſumptum, cum Prologo, qui inc. *Verum in libro hoc ſic procedit: Primo dicit, qualiter victurus eſt de electo amore.* Deſ. *in laudem illius Virginis terminat librum ſuum.* Teſtamentum inc.

> *Iſtae ſunt cauſſae, propter quas amodo nolo*
> *Vivere, ſicut eram ſolitus, nec ſubdere collum*
> *Plus intendo iugo, nervo carpentis amoris.*

Deſ.

> *Maxima quem per te dilectio traxerit ad nos,*
> *A nobis ipſi ſit gloria laudis, ab ipſa*
> *Gratia ſit nobis, & metae neſcia vitae.*

V. pag. 110 Poggii viri claſsiſs. de miſeria conditionis humanae Libri II. cum Prologo anepigrapho, qui tamen eſt ad Sigiſmundum Pandulphum Malateſtam, ut in Codice LII Plutei LXXVI. ſupra pag. 121. §. I. Heic autem in fine legitur: *Explicit. Deo gratias. Completus & inceptus in inſula & civitate Chii MCCCCLXXIII. die vero ſecunda lunii.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. n. 844. antiquitus notatus. Conſtat foliis 144.

## XENOPHONTIS TYRANNUS, ET BASILII ORATIO L. ARRETINO INTERPRETE.

Cod. XXXVI. I. pag. 1. XEnophontis Philoſophi Liber (2) qui dicitur Tyrannus, Leonardo Arretino interprete, cum Praefatione ad Nicolaum Niccolum, ut in Codice XV. Plutei LXV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 733. §. III. Notanda quaedam ſunt ex Praefatione, quae ita ſe habent: *Xenophontis Philoſophi quemdam libellum, quem ego ingenii exercendi gratia, e Graeco ſermone in Latinum converti, ad quem potius ſcriberem, quam ad te, qui & Latinarum litterarum tantam peritiam habes, quantam nemo fere hoc tempore alter, & in Graecis ipſis addiſcendis ſocius mihi adiutorque fuiſti? Tu itaque hoc munuſculum accipies, quod ab ingenio haudquaquam magno, ſed certe tibi deditiſſimo lucubratum eſt. Atque ita exiſtimes velim, neminem prorſus eſſe ex omni iuventute, cuius ego iudicium pluris faciam, quam tuum, quod non tantum, quia te ſumme amo, mihi hoc accidere intelligo, quantum ſua ſingulari, ac paene incredibili in cunctis rebus perpendendis examinandiſque diligentia. Sed quum univerſae antiquitatis ſtudioſiſſimus ſis, omniuſque veteribus illis ſumma auctoritate viris mirabiliter affectus videare, tamen, ut ego ex ſermonibus tuis, quos pro noſtra familiaritate ſaepe mecum inſtituis, animadvertere potui, praecipuo quodam amore Xenophontem ampleCteris. Itaque tuum hoc de Xenophonte iudicium magnopere probamus. Atque, ut tibi grati eſſent labores noſtri, quum exercere nos vellemus, in hoc potiſſimum libro id efficimus: maiora autem illius viri Opera, quae permulta ſunt ac pulcherrima in his primitiis ſtudiorum noſtrorum nullo modo auſi ſumus attingere.*

II. pag. 17. Baſilius ad Nepotes de legendis Gentilium libris, per Leonardum Arretinum in Latinum traductus, cum Praefatione ad Coluccium Salutatum, ut in Codice XV. Plutei LXV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 734. §. IV. In fine habebatur poſſeſſoris nomen, poſtea eraſum, legi tamen poſſe videtur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia num. XXX.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. ineuntis, optime ſervatus. Conſtat foliis 31.

## IUSTINUS, ET L. ANNAEUS FLORUS.

I. pag. 1. IUſtini Epitoma in Trogum Pompeium, ut in Cod. XI. Plut. LXVI. Catalogi Tomo ſuper. pag. 787. Cod. XXXVII.

II. p. 84. *b.* L. Annaei Flori Epitoma de Tito Livio, ut in Codice XII. Plut. LXIII. Catalogi dicto Tomo pag. 690. §. II.

Cod. chart. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. cum Summariis in margine, & caſtigatae ſcripturae, ab aquis pluvialibus ita corruptus, ut multis in locis vix legi poſſit. Conſtat foliis 119.

## LIBER DE CASU TROIAE.

HIſtoria deſtructionis Troiae compoſita per Iudicem Guidonem de Columna cum Prologo, ut in Codice V. Plutei LXVII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 817. Heic in calce legitur: *Expletum & perfectum fuit praeſens Opus per me Vguccium Vgolini de Ortiguano Comitatus Florae vallis Florentin. de partibus Caſentini, in anno Domini Noſtri Ieſu Chriſti ab eiuſdem Incarnatione milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo, Indictione ſeptima, die XXV. menſis Februarii, me exiſtente in Civitate Arretii cum Capitaneo, tempore Honofrii Ioannis de Arnolfis de Florentia, tunc dictae Civitatis honor. Capitanei, cuius Officialis fui, & ſervitor ſum in omnibus temporibus vitae meae. Deo gratias referendo. Amen.* Cod. XXXVIII

*Manus mei Vguccii ſcriptoris, divina gratia mediante, ſalvetur omnibus horis.*

Legitur in principio hoc monumentum: *Anno Domini MCCCCVI. die nono menſis Octubris, in die feſti S. Dopnini, gratia Dei, & meri-*

(1) Quem notoriae ſit falſitatis nemo non videt, adeo ut ne inter ſuppoſita quidem Ovidio recenſeatur a Fabricio in Bibl. Lat.

(2) Prodiit Bononiae MDII. fol.

Digitized by Google

*ritis beati Ioannis Baptiſtae, & S. Domini praedicta civitas Piſarum dicta die nona, in hora quintadecima venit ſub dominio Florentino, & pro dicto Communi Florentiae Ginus Nerii de Capponibus, unus de decem Baliae Communis Flor. ut Commiſſarius, una cum Bartholomaeo Thomaſii Corbinelli, & Bernardo Matthaei Cantini de Cavalcantibus tenutam habuerunt a Domino Ioanne Andreae de Gambacurtis, tunc Capitaneo Populi eiuſdem civitatis Piſarum, & dicta die in hora XXIII. quidam Roſſus Cavallarus Communis magnifice cum tubis partis Guelforum praeſentavit ramum viridantis olivae, cum littera veritatis praedictorum, quibus praeſentatis praeſens fui ego Zenobius* . . . . . (1) *de Florentia in platea Dominor. Flor. inter multas gentes.*

*Solares igitur, & ioviales homines Guelfi ſunt, qui iuxta traditiones aſtrologorum, benigni, gratioſi, venerabiles in facie, adſpectu pulcri, pacifici, & mites, & religioſi. E contra vero Saturnini, & Martiales, quales Gibellinos volunt, mali, malitioſi, iracundi, ſuperbi, & inrequieti.*

*Co. Salutati ad Regem Carolum.*

Sequebatur aliud poſſeſſoris nomen, ſed eſt omnino eraſum. In averſa vero pagina legitur: *Queſto preſente libro s'è moſtro queſto dì 16. di Dicembre 1568. al Padre Inquiſitore di S. Croce di Firenze . . . . . . . a detto, lo poſſiamo tenere, e leggierlo en buona conſcienzia.*

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, diligentiſſime exaratus, cum ſtemmate triplici poſſeſſoris in prima pagina, & initialibus Librorum litteris diverſimode figuratis. Conſtat foliis 93.

PHIL. VILLANI DE GALLIAE REGIBVS, *Ariſtotelis, Salluſtii, Ciceronis, Iulii Caeſaris, Plutarchi, Lactantii Firmiani, Matthaei Ronthi, Maphaei Vegii &c. quaedam.*

*Cod. XXXIX.* I. pag. 1. PHilippi Villani Iuriſconſulti Florentini Cumulatio quorumdam hiſtoricorum Gallorum de origine Regum Francorum (2) per Franconem Hectoris Troiani filium. Inc. *Compendiuſculo de urbis Florentiae conditore confecto, ſupereſt, ut ad illius veniam genealogiam, qui eamdem de Attilae cinere renovavit in lucem, & ut meliorem, & longiorem. Qua in re Gallorum ſequar annales, quorum opinio fideli relatu maiorum, licet in eumdem pergat exitum, tamen circa initia ſatis mutat &c.* A Pharamundo autem orditur his verbis: *Opinantium igitur altrinſecus turbine circa principia haec in ſuo agone relicto, undecumque Sicambris Francorum nomen advenerit &c.* Def. *Carolus VIII.* (3) *iuvenis adhuc, & egregiae indolis, atque animoſus valde, atque aetatis ſuae anno XV. non impleto, coronatus eſt, currentibus annis gratiae MCCCCIV. cuius vitam, mores, & geſta honeſtius erit, poſtquam fata ſua compleverit pertractare, quam nunc, eo vivente, deſcribere.*

II. pag. 21. Ariſtotelis Vita e Graeco in Latinum converſa. Inc. *Ariſtoteles, genere quidem Macedo, patria vero Stragutanus.* Def. *quia Deus, aut intellectus eſt, aut eſt aliquid ultra intellectum.* Habes & ſupra pag. 238. § XX. ex diverſa tamen verſione.

III. pag. 24. Ariſtotelis Epiſtola ad Alexandrum Macedonum Regem. Inc. *Miſiſti mihi quammultos.* Def. *unde ad utrumque ipſorum abundabis ex his libris tibi ſcriptis. Vale.* Item ex diverſa verſione occurrit ſupra pag. cit. §. XIX.

IV. pag. 26. Eiuſdem de Virtutibus & Vitiis Libellus (4). Inc. *Laudabilia quidem bona.* Def. *vituperabilia ſunt.* Extat Graece & Latine in vitae & mortis compendio Baſileae MDLXXXVI. pag. 31.

V. pag. 31. Criſpi Salluſtii Invectiva in M. T. Ciceronem, ut alibi.

VI. pag. 32. *b.* M. T. Ciceronis in C. Salluſtium reſponſio, ut alibi.

VII. pag. 37. Eiuſdem Invectivae IV. in Lucium Catilinam, ut alibi.

VIII. pag. 65. C. Iulii Caeſaris Epiſtola Opio & Cornelio amicis ſuis. Inc. *Caeſar Opio, Cornelioque ſalutem. Gaudeo hercle, vos mihi litteris ſignificare.* Def. *in hunc ſtatum pervenerit. Valete.* Ex Ciceronis Libro IX. Epiſtolar. ad Atticum Epiſt. VIII. Extat & apud Iul. Celſum de Vita Caeſaris pag. 187.

IX. pag. ead. Plutarchi Epiſtola Traiano Imperatori in Annalibus Romanorum reperta, ut in Codice XVII. Plutei XLIX. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 473. Heic tamen in fine aliquanto longior eſt, & concordat cum illa, quam exhibet Fabric. Biblioth. Graec. Tom. III. pag. 365.

X. pag. 65. *b.* Dignitates & Magiſtratus inclytae urbis Romae. Inc. *Reges, qui in principio Romam rexerunt.* Def. *vel civibus.*

XI. pag. 67. Fratris Matthaei Ronthi (5), Veneti, Ordinis Sanctae Mariae Montis Oliveti, Sanctiſſimi Patris & Domini Alexandri Papae V. Vita, cum Prooemio ad Fratrem Macarium eiuſdem Ordinis, quod inc. *Pater Reverende. Haud minus tuo indicio &c.* Def. *igitur Sanctitatis, & Beatitudinis ferme iuſſibus aequalibus paragorizabo* (6). Vita inc. *Sanctiſſimum Papam Alexandrum V. tamquam prae-*

(1) Forte legendum *Iacobi de Schiattеſchis*; cultro enim eraſum eſt hoc nomen.

(2) Conſulendus Cl. Tiraboſchius *Storia della Letteratura Ital* Tom. V. pag 329. & Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Ambroſii vitam pag. CCXVI. & CCXVIII. Hoc autem Villani Opuſculum adlegavit Dominicus Arretinus, Bandini filius, in *Fonte* ſuo *Memorabilium Univerſi*, publici nondum iuris facto.

(3) Eſt Carolus VI. quem Villanus VIII. vocat.

(4) Vid. Fabric. Bibl. Graec. Tom. II. pag. 156.

(5) De eo aliquid attigimus Tomo ſuperiore pag. 325. ſub nota 1.

(6) Gloſſa in marg. addidit *ideſt alliciam*.

Digitized by Google

*praeelectum omni genere chariſmatum*. D. ſ. *non comperirent. Haec igitur, Venerande Pater, Frater Macari, Sanctiſſimi Papae Alexandri vita glorioſa fuit, quam ſua virtus. & tu mihi Fratri Matthaeo Rontho Veneto de Ordine Montis Oliveti iuſſibus inſtantiſſimis indixiſti, ut poſteris calamo mundicolis intimarem.*

*Iamque vale, Reverende Pater, pro meque precare*
*Sedulus, & caelo ſtudeas me reddere gratum.*
*Eſurie tenuatus acri, preſſuſque ligone*
*Anxior, & plenus nimia rubigine dego.*
*Hanc tibi non metrico volui tractare legendum,*
*Sed potius cum more proſae, communiter eſſet*
*Quae magis apta capi populis, & plebibus orbis;*
*Verſus ab indoctis metricus ceu poſtulat ille;*
*Non ſcit enim, ſcribique legi, nec prodier ore*
*Metrica nobilitas; nullis eſt nota profanis*
*Gentibus, & diſci ſciolis non optat ab illis*
*Grata poëſis; avis nitidis & garrula roſtris*
*Guttura raucifonis fidibus modulata proſarum*
*Aufugit, & tales modulos haurire refellit.*
*Non mihi proſa libet, licet huic plerumque faveſcam.*
*Groſſitie nam ſepta manet, conſorſque ranarum.*

XII. pag. 73. Firmiani Lactantii de Reſurrectione Dominica verſus Elegi, ut in Codice II. Plutei XXI. Catalogi Tomo I. pag. 663 §. VI.

XIII. pag. 74. *b*. Matthaei (ſeu potius Mapheі) Vegii Laudenſis Carmina varia, nimirum

I. Ad glorioſam Virginem Elegia (1). Inc.

*Virgo, decus noſtrum, cuius ſe credidit alvo.*

Deſ.

*Virgo interceſſor noſtra ſer ante Ieſum.*

II. pag. 75. *b*. Oratio ſuper *Agnus Dei qui tollis peccata mundi*. Inc.

*Salve noſtra ſalus, Agnus mitiſſime, ſalve.*

Deſ.

*O magni ſalve myſtica forma Dei.*

III. pag. ead. Super *Laudate Dominum de caelis*. Inc.

*Laudate, & cuncti laetas effundite voces.*

Deſ.

*Laudibus extollant nomen ad aſtra tuum.*

IV. pag. 77. Super Pſalmum *Omnes gentes plaudite &c.* Inc.

*Plaudite g[illegible]us omnis, o ſubſtollite voceſque (sic),*

Deſ.

*Et Regi, & veſtro pſallite cuncta Deo.*

V. pag. ead. *b*. Super Pſalmum *Vſquequo oblivisceris me in finem*. Inc.

*Quo Deus uſque mei tandem te oblivio cepit?*

Deſ.

*Seu pſallam laudes, ſive canamque tuas.*

VI. pag. ead. Super Pſalmum *Domine, quis habitavit in tabernaculo tuo*. Inc.

*Quis, Deus, aetherea tecum requieſcet in aula?*

Deſ.

*Qui facit haec, certe tecta ſuperna colet.*

VII. pag. 78. Super Pſalmum *Beati omnes qui timent Dominum*. Inc.

*O quicumque Deum timet, o bis, terque beatum.*

Deſ.

*Te ſoboles, te pax longa, quieſque manet.*

VIII. pag. ead. Eiuſdem conquerentis de fera morte omnia rapiente Elegia. Inc.

*Mors fera, cuncta rapit, non eſt lex certior illa.*

Deſ.

*I nunc, longa trahas ocia, cuncta rapit.*

XIV. pag. 83. Excerpta quaedam, videlicet ex Apocalypſi, ex Libro Actuum Apoſtolorum, ex Salomone in Proverbiis, Eccleſiaſtico, ex M. T. Ciceronis Libris Officiorum, & de Amicitia, & ex Severini Boëthii de Philoſophica Conſolatione Libris.

XV. pag. 88. Praecepta utilia quorumdam nobilium Romanorum, dum eſſent in convivio in domo Q. Metelli. Inc. *L. Craſſus ait: Timere Deos. Non minorem curam animi habere quam corporis*. Deſ. *nulli deroges, eſto miſericors, memento mori.*

XVI. pag. 89. Carmina notabilia L. Annaei Lucani Cordubenſis, in quorum fine ſubiiciuntur ſeptem verſus ſcholae Salernitanae, qui inc.

*Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum,*
*Curas ſperne graves &c.*

XVII pag. 91. Redeunt alia Excerpta, videlicet ex Senecae Libro de Virtutibus, ex M. T. Ciceronis Libro de Amicitia, ex Gregorio Papa in Libro VII. Moralium, ex Criſpo Salluſtio in principio Libri de Bello Iugurthino.

XVIII. pag. 93. Plutarchi Opuſculum, quid Principem deceat, e Graeco in Latinum converſum per Rainuccium Caſtilionenſem. cum Prooemio ad Reverendiſſimum Patrem, clementiſſimumque Dominum D. Gabrielem Condalmero, tituli Sancti Clemen-

(1) Non habentur haec inter Carmina Illuſtr. Poët. Italorum editionis Flor. Tomis XI 8 ubi alia eiuſdem afferuntur; notandum vero *Maphaeum* in editione dici, non *Matthaeum*. Eiuſdem auctoris poëmata alia recenſuimus in Tomo ſuperiore pag. 169. §. VI. & alibi.

mentis Presbyterum Cardinalem (1). Inc. *Rex Artaxerxes, Reverendiſs. Pater, Domineque piiſſime, non minus regium eſſe putavit laeto animo parva accipere, quam magna atque ampla aliis impendere*. Deſ. *ad ipſum denique Plutarchum accedamus, rogantes clementiam tuam, ut qua facilitate aures ceteris quotidie praeſtas, eadem cum tranquillitate hoc ſuum legas Opuſculum*. Opuſculum inc. *Platonem Cyrenaei hortati ſunt, ut quas ſcripturus eſſet leges eis dimitteret*. Deſ. *multa ſe indigna Lucullum audire coëgis*.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. parum caſtigate exaratus, ſed bene ſervatus, cum indiculo in principio manu recenti, & num. 948. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 96.

## FRANCISCI ZEFFII INTERPRETATIONES VARIAE EX GRAECO.

Cod. XL. I. pag. 1. Ciceronis Vita ex Plutarcho, Franciſco Zephyro (2) interprete. Inc. *Ciceronis vero matrem fuiſſe quidem divitem, & honeſte vixiſſe ferunt; quae vero de patre dicuntur, nullum habent modum*. Deſ. *ex ipſis armis ſeſe, & immiſſa cohorte eripiens moritur, Antipatri crudelitate illuſa*.

II. pag. 28. Romana Reſpublica ex Polybii Libro VI., interprete eodem. Inc. *Rerumpublicarum quaecumque apud Graecos imperium ſaepius propagarunt, aut contra commutationis ſaepe vices expertae ſunt*. Deſ. *ſua enim quaeque tuetur, alia impetus retundens, alia ſemper ſibi timens, ne proxima gravius inſtet*.

III. pag. 36. Quid a ceteris differat Romana Reſpublica ex Polybio, interprete eodem. Inc. *Omnes fere Scriptores in adminiſtratione Rerumpublicarum virtutem nobis maxime celebrarunt Lacedaemoniorum*. Deſ. *re vero ipſa (peſſimum) plebeiam libidinem, & inſolentiam vulgi*.

IV. pag. 43. Vita S. Antonii deſcripta a B. Athanaſio Epiſcopo Alexandriae ad externos Monachos, interprete eodem. Prologus inc. *Optimum ſane certamen a vobis*



*inſtitutum eſt cum Aegyptiis Monachis, quod illis ſtudio veſtrae virtutis aequales, aut certe ſuperiores eſſe contenditis*. Deſ. *neve rurſus pauciora recognoſcens, virum contemnas*. Vita inc. *Antonius, genere quidem Aegyptius, parentes habuit nobiles*. Deſ. *ſed occidens veluti ſol, ſervatis in Oriente iuſtorum, gratia D. N. I. C. cui gloria &c.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. ineuntis, forte autographus, & num. 707. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 85.

## ANONYMI CHRONICON,

*Daretis Phrygii Hiſt. Troiana, Graphia Vrbis Romae, Eutropii Hiſt. Romana, Vegetii de Re Militari Libri V. Ariſtotelis Ethicor. Lib. I. Ciceronis Orationes quaedam, Salluſtii Bellum Catilinarium, & Iugurthinum.*

I. pag. 1. Initium Chronici, de quo mox dicemus; inde pag. 2. aetates quatuor mundi occurrunt in totidem loculamentis diſpoſitae; ultimae rubris litteris adſcribitur: *Ieſus Chriſtus Filius Dei in Bethelem Iudae naſcitur. Quinta aetas finitur, continens annos DLXXXV*. Mox, enumeratis Hebraeorum Regibus, ſubditur: *Hic finitum eſt regnum Iudaeorum anno II. Veſpaſiani, & Imperatorum poſt nativitatem Chriſti anno LXXII*. Adiiciuntur ſucceſſiones Regnorum, videlicet Aſſyriorum, Sicyoniorum, Aegyptiorum, Diapolitanorum, Argivorum, Medorum, Perſarum, Mycenis, Lagidae, Athenienſium, Perſarum in Aegypto, Alexandri Magni, Syriae, Corinthiorum, Alexandrinorum, Macedonum, Babyloniae, Parthorum, Lydorum, Numidiae, Latinorum, Albanorum, Romanorum. Inc. pag. 3. *b. Modo narrabo, quemadmodum ſecundum ſcriptam annorum ſeriem*. Deſ. *verbi gratia temporibus Scipionis bella Punica, temporibus Marii Iugurthinum, temporibus Ciceronis Catilinarium*. Pag. 8. adſunt ſucceſſores Alexandri, & origo gentis Francigenarum, Regum Wandalorum, Oſtrogotorum, ideſt Orientalium Gothorum, Ducum & gentis Normannorum. Inc. *Poſt Conſtantinum Magnum, ſedes imperii apud Conſtantinopolin erat*, Cod. XLI.



(1) De hac verſione conſule Apoſt. Zenum Diſſert. Voſſian. Tom II. pag. 211.

(2) Franciſcus Zeffius, Emporienſis, ſeu Zephyrus, Graece & Latine doctiſſimus, huius Laurentianae Baſilicae Canonicus A. MDXLII. magna nominis laude floruit. De eo nonnulla profert Cl. Dominicus Mar. Mannius *Oſſervazioni ſopra i Sigilli &c. Firenze nella Stamperia di Ant. Mar. Albizzini* MDCCXXXIX. 4. Tom. III. pag. 84. ſeqq. & Tom. XV. pag. 129. Praeceptor fuit filiorum Philippi Strozzae, cuius Memorabilia e veteri deſcripta Codice a nobis edita fuere inter Vitas aliquot Virorum Illuſtr. Liburni per Ant. Santini MDCCLV. 4. Tom. I pag 49. Cenſor etiam fuit Academiae Florentinae, Bernardo Segnio Conſule, A. MDXLII. atque iterum A. MDXLIV. ſub Vgolino Martellio Epiſcopo Glandavienſe. Hieronymus Benivenius plura ei Italica Carmina inſcripſit, quae cum aliis eiuſdem Carminibus edita circumferuntur. Inter Mss. Epiſtolas Bartolomaei Fontii Libro III unam legi ad Zeffium miſſam ſub die 11. Sept. MDX. Officium B. Virginis Mariae in Italicam linguam traduxit ſub titulo: *L'Vficio della glorioſiſſima Vergine e Madre di Dio ſecondo la conſuetudine della Romana Chieſa tradotto nella lingua Fiorentina. In Venezia nella Stamperia degli eredi di Lucantonio Giunti Fiorentino nel meſe di Gennaio* MDXLI. 8. Praecedit eiuſdem Zeffii Epiſtola Nuncupatoria *Alla generoſa ed eccellente Madonna Maddalena Maria Soderini de' Medici, ed alle preclare ſue figliuole Madonna Laudomia, e Madonna Maddalena Medicee degli Strozzi*. Habeo in privata mea Bibliotheca Sophoclis Tragoedias ſeptem ab Aldo Venetiis impreſſas A. MDII. 8. cum correctionibus, & notulis Graecis elegantiſſimis manu Franciſci Zeffii, qui nomen ſuum prodit in ultima pagina ſic: κτῆμα Φραγκίσκου τοῦ Ζεφύρου καὶ τῶν φίλων. Obiit tandem ſenex die XVII. Ian. A. MDXLVI. ab Incarnatione.

Digitized by Google

*era*, *pro eo quod ipſe piſſimus & Chriſtianiſſimus Imperator privilegium Romanae Sedis beato Petro Principi Apoſtolorum, eiuſque vicem tenentibus in perpetuum relinquens*. Deſ. *nam Innocentio Papa quarto apud Neapolim defuncto, & Legatis praeſidentibus exercitui Eccleſiae per Manfredum, eiuſdem Friderici Imp. naturalem filium, fultum Saracenorum Nuceriae auxilio, ſuperatis, regnum ipſum occupavit, & poſſedit quiete, non tamquam Rex, ſed ſicut Baiulus Conradi filii praefati Conradi; poſtmodum conficta eiuſdem C. morte, ſe fecit coronari in Regem*. Tum ſequitur alia manu: *Marchiam quoque occupavit, & poſtmodum Tuſciam, Florentinis in praelio ſuperatis; ſolemnem Nuncium eiuſdem C. de Curia accedentem ad urbem, procuravit occidi*. Item alia manu: *Alexandro Papa defuncto, qui ſubſtitutus fuerat Innocentio praefato, ſub quo ſubito, non ſine miraculo, vel ſtupore, homines fere ubique Chriſtianitatis, poenitentiam ſolemnem fecerunt, eligitur in Papam Vrbanum Patriarcha Ieroſolymitanus, natione Trecenſis*. Varia item manu, *qui regnum ipſum ordinavit conferri Carolo Comiti Provinciae, conceſſa ad id proſequendum ſibi decima proventuum Eccleſiaſticorum per triennium in regno Franciae. Eo namque tempore apparuit Cometes, quouſque in fata ceſſit, cui ſubſtituitur Epiſcopus Sabinenſis, natione de Caſtro S. Aegidii, qui infra XII. annos fuerat laicus uxoratus, & Clericus, & Anicienſis Epiſcopus & Archiepiſcopus Narbonenſis, & Epiſcopus Sabinenſis, & demum Papa Clemens*. Alia manu: *Tunc idem Comes Romam navigio venit, & ibi per quoſdam Cardinales illuc tranſmiſſos eſt inveſtitus de Regno. Demum fuit coronatus cum uxore ſua per Epiſcopum Albanenſem, & ingrediens regnum cum militia, quae ad ipſum venerat de Francia, apud Beneventum cum ipſo M. conflictum habuit; & eo interempto in pugna, regnum in pace obtinuit, capta nihilominus uxore praedicti Manfredi*. Pag. 9. occurrit Chronicon Pontificum, & Imperatorum in quinque loculamenta diviſum, quod ita inc.

| *Anno Domini.* | *Indict.* | *Pontifices.* | *Imperatores.* | *Anni.* |
|---|---|---|---|---|
| I. | IIII. | *Anno XLII. Imperii Octaviani Aug. natus eſt Ieſus Chriſtus filius Dei in Bethelem Iudae ex Maria Virgine, completis ab Adam an. V. M. CXCIX. a conditione vero Romanae Civit. an. DCCLII.* <br> *Petrus & Paullus poſt paſſionem Domini anno XXXIX. ideſt ultimo anno Neronis paſſi ſunt.* | *Poſt Nativitatem Domini Noſtri Ieſu Chriſti Octavianus Auguſtus imperavit annos XIV. Romanus genere, patre Octaviano Senatore, maternum genus ab Aenea ducens, Iulii Caeſaris nepos, adoptione quoque filius, totum mundum in unam redegit harmoniam. Neque vir tantus vitiis caruit. Serviebat libidini uſque ad probrum vulgus. Nam inter XII. catamitos, totidemque puellas accubare ſolitus erat.* | I. |
| II. | V. | | | II. |
| III. | VI. | | | III. |
| IV. | VII. | | | IV. |
| V. | VIII. | | | V. |
| VI. | IX. | | | VI. |
| VII. | X | | | VII. |
| VIII. | XI. | | | VIII. |
| IX. | XII. | | | IX. |
| X. | XIII. | | | X. |
| XI. | XIV. | | | XI. |
| XII. | XV. | | | XII. |
| XIII. | I. | | | XIII. |
| XIV. | II. | | | XIV. |
| XV. | III. | | | |
| XVI. | IIII. | | | |

Vltimus Pontifex eſt Innocentius IV. Imperator vero Fridericus, Henrici filius. Haec autem de Pontifice prodit: *Innocentius IV. natione Lombardus, de Comitibus Lavaniae an XI. menſ. VI. Hic Fridericum Imperatorem depoſuit in Lugdunenſi Concilio ad hoc ſolemniter convocato. Landgravium Thuringiae, & eo mortuo, Comitem Hollandiae in Reges Romanorum eligi procuravit. Audita vero morte dicti Friderici, Peruſium revertitur, ac mortuo Conrado, nato eiuſdem Friderici, qui regnum Apuliae occuparat, regnum ipſum ingreditur, & quum ipſum ſibi ſubegiſſe putaſſet, apud Neapolim mortuus eſt. & regnum praedictum eſt ab eiuſdem Friderici naturali filio occupatum*. Addit alia manus: *Sub ipſo haec acciderunt; nam Rex Franciae in aegritudine Crucem ſuſcipit, Domiatam ſubito cepit, a Soldano Babyloniae capitur & per pecuniam liberatur. Paſtores, relictis gregibus, quemdam ſeductorem in Francia ſequuntur, qui dabat eis intelligere, quod per ipſos miraculoſe Terra Sancta conquireretur. Tandem propter multas inſolentias ſubito perierunt*. Tandem alia manus continuavit ſeriem Pontificum ab A. MCCLXVIII. ad annum MCCCLXXVIII. quo tempore *menſis Aprilis die VIII. Indict. I. creatus fuit Papa Bartolomaeus de Neapoli Romae, cum maximo tumultu Romanorum, & vocatus eſt Vrbanus Papa VI. qui antea fuerat Archiep. Varen. & erat Vicecancellarius Eccleſ. Ro.* Pag. 23. occurrit notitia Sedium Epiſcopalium totius Orbis Chriſtiani, in cuius fine pag. 26. *b.* Dominium magni Soldani deſcribitur, ſub quo plura caſtra Templariorum recenſentur.

II. pag. 27. Daretis Phrygii Hiſtoria Troiana, praevia Epiſtola inſcripta: *Cornelius Nepos Salluſtio Criſpo ſuo ſalutem*. Inc. *Quum multa Athenis curioſius agerem*. Deſ. *nunc ad pollicitum revertamur*. Hiſtoria inc. *Pelias Rex in Peloponenſe Aeſonem fratrem habuit*. Deſ.

*Pa-*

*Palaemonem*, *Epiſtropum*, *Scedum*. *Explicit de Troia*. Extat in editione ad uſum Delphini cum interpretatione Annae Daceriae &c. Amſtelaed. per Georgium Gallet MDCCII. 4. a pag. 145. ad pag. 177. ubi notandum poſt verba *Antenorem ſequuti ſunt duo millia & quingenti*, *Andromacham*, *& Heleuum mille ducenti*, in quibus clauditur editio citata, in Codice per alios quatuordecim verſus continuari.

III. pag. 33. *b*. Graphia aureae urbis Romae, ſeu Antiquitates urbis Romae, auctore Anonymo. Inc. *Poſtquam filii Noë aedificaverunt confuſionis turrem*, *Noë cum filiis ſuis ratem ingreſſus*, *ut Heſiodus ſcribit*, *venit Italiam*, *& non longe ab eo ubi nunc Roma eſt*, *civitatem nominis ſui conſtruxit*, *in qua & laboris*, *& vitae terminum dedit*. Vltimum Caput: *Qualiter Romanus fieri debeat*, deſ. *illum*, *quem vos hodie mihi denunciaſtis Romanae legis iubemus*. In hac antiqua deſcriptione urbis Romae multa curioſa certe ſunt obſervanda. Specimen eſto quod legitur pag. 34. *In templo Pacis iuxta Lateranum a Veſpaſiano Imperatore*, *& Tito filio eius recondita eſt Arca Teſtamenti*, *in qua ſunt haec*: *Ani. aurea*, *mures aurei*, *tabulae Teſtamenti*, *virga Anū*, *urna aurea habens manna*, *veſtes*, *& ornamenta Aaron*, *candelabrum aureum*, *cum ſeptem lucernis Tabernaculi*, *ſeptem candelabra*, *ſeptem cath. argenteae*, *menſa propoſita s. thuribulum aureum*, *virga Moyſi*, *cum qua percuſſit mare*, *menſa aurea*, *panes hordeacei*, *veſtis inconſutilis*, *circumciſio*, *ſandalia*, *veſtimentum S. Ioannis Bapt. forcipes*, *unde fuit tonſus S. Io. Evangeliſta*. Et paullo poſt: *Idcirco tota illa pars dicitur Vaticanum*. *Eſt ibi aliud templum*, *quod fuit Veſtiarium Neronis*, *quod nunc vocatur S. Andreas*, *iuxta quod eſt memoria Iulii Caeſaris*, *ideſt Agulia*, *ubi ſplendide cinis eius in ſuo ſarcophago requieſcit*; *ut ſicut eo vivente totus mundus ei ſubiectus fuit*, *ita eo mortuo uſque in finem ſaeculi ſubiicietur*, *cuius memoria inferius ornata fuit tabulis aereis*, *& deauratis litteris decenter depicta*; *ſuperius vero ad malum*, *ubi requieſcit*, *auro & pretioſis lapidibus decoratur*, *ubi ſcriptum eſt*: *Caeſar tantus erat*, *quantus & orbis*, *ſed nunc in modico clauderis antro*. Agit deinde I. *De ſcena & orcheſtra*. II. *De officiis ſcenae*. III. *De coronis Imperatorum*. IV. *De veſtibus Imperatorum*. V. *De trophaeo*, *& triumpho*, *& quid diſtat inter trophaeum*, *& triumphum*. VI. *De tranquillo triumpho Imp.* VII. *De triumphali proceſſione Imp.* VIII. *De aurea palma*. IX. *De purpura*, *& palma*, *& toga*, *& ſcipione*, *& aquila Imp.* X. *De diarodino Imp. & laberintho aureo facto in eo*. XI. *De buccinis*, *& diverſis generibus muſicorum Imperatorem comitantium*. XII. *De ordinatione militum*. XIII. *Differentia*. XIV. *De equis*. XV. *De eunuchis &c.*

IV. pag. 38. Eutropii Hiſtoria Romanae Civitatis, dilatata a Paullo Diacono, cum duplici Praefatione. Prima inſcribitur, & inc. *Dominae Adelpergae eximiae ſummaeque ductrici Paullus Exiguus*, *& ſupplex*. *Quum ad imitationem*. Deſ. *utere felix*. Altera inc. *Primus in Italia*, *ut quibuſdam placet*, *regnavit Ianus*. Deſ. *in regnum reſtituunt*. Liber inc. *Romanum igitur Imperium*, *quo neque ab exordio ullum fere minus*. Deſ. *relinquens filio ſuo Ludovico Italici dignitatem Imperii*; *Carolus vero Pius Franciam*, *Burgundiam*, *& Aquitaniam obtinuit ſolus*. Tum ſubiicitur: *Explicit Liber Hiſtoriae Eccleſiaſticae*. *Amen*. Alia huius Hiſtoriae Romanae Exemplaria inciderunt in Catalogi Tomo ſuperiore pag. 755. §. XII. & ſeqq. ſed aliquantum ab hac diverſa.

V. pag. 96. Liber Alexandri Regis. Inc. *Aegypti ſapientes*, *ſati genere divino*, *primi feruntur*. Deſ. *& quem univerſus mundus ferro ſuperare non potuit*, *vino*, *& veneno ſuperatus*, *atque extinctus occubuit*. Magiſter Qualichinus, de quo infra in Cod. XLVI. videtur verſibus reddidiſſe Alexandri Magni hiſtoriam, neſcio quo auctore Latina proſa conſcriptam, & editam Argentorati A. MCCCCLXXXIX. huic non abſimilem, de qua vid. Fabric. Bibl. Graec. Tom. II. pag. 227.

VI. pag. 100. *b*. Anonymi, ſive, ut alibi legitur, Alexandri Epiſtola ſuppoſititia ad Ariſtotelem de regionibus & rebus notabilibus Indiae. Inc. *Semper memor tui etiam inter dubia bellorum noſtrorum pericula*, *chariſſime praeceptor*. Deſ. *perpetua de nobis opinio & animae*, *& induſtriae optimae Ariſtotelis ponderaris*. Occurrit etiam in Tomo ſuperiore pag. 9. §. VI. in fine tamen diverſa.

VII. pag. 103. Liber Sibyllae, auctore, licet nomen abſit, Beda Presbytero. Inc. *Sibyllae generaliter omnes feminae prophetantes*, *quae ad divinam voluntatem omnibus interpretari*, *& ventura praenuntiare ſolebant*. Deſ. *iuſti autem in perpetuum vivent*, *& cum Rege caeli ſine fine gloriabuntur*, *& impii ſine fine tormenta patientur*, *unde nos omnipotens Deus eripere dignetur*, *qui vivit &c.* Extat inter Bedae Opera alias cit. Baſil. editionis fol. Tom. II. a pag. 351. ad pag. 353.

VIII. pag. 108. *b*. Abbatis Ioachimi Epiſtola, in qua futura quaedam, ac praecipue ad Eccleſiae, ac Romanae Sedis viciſſitudines attinentia, praedicit. Inc. *Univerſis Chriſtifidelibus*, *ad quos litterae iſtae pervenerint*, *Frater Ioachim dictus Abbas*, *vigilare & orare*, *ne intretis in tentationem*. *Loquens Dominus Ezechieli Prophetae &c.* Deſ. *& bibatis ſanguinem Regum ſuper montes Iſraël*, *ad quorum interitus omnium mundus laetabitur*, *& invicti* (ſic) *ſibi munera mittent*. Non indicat hanc Epiſtolam Fabricius Bibl. Med. Tom. IV. pag. 39. Poſt hanc Epiſtolam in averſa pagina, manu, ut videtur diverſa, exaratum eſt fragmentum de quodam Alexandri Magni facinore.

IX. pag. 112. *b*. Oratio quaedam Senecae ad Neronem, quae inc. *Quartusdecimus annus eſt*, *Caeſar*, *ex quo ſpei tuae admotus ſum*.



Digitized by Google

*ſum*. Deſ. *& modica tolerare*. Cui ſubiungitur reſponſio Neronis ad Senecam, quae inc. *Et quod meditatae orationi tuae ſtatim occurram*. Deſ. *inde gloriam ſibi recipere*. Legitur Libro XIV. Annalium C. Cornelii Taciti editionis mox citandae a pag. 236. ad pag. 237. N. Faber Senator in Praefatione ad Senecae Opera cum Commentariis curante Frederico Morellio Pariſiis apud P. Chevalier MDCXIX. fol. haec habet: *Nam quae apud Tacitum Senecae ad Neronem habetur* (Oratio) *non magis eius eſt, quam ad illam Reſponſio Neronis*.

X. pag. 113. Vegetii de Re Militari Libri V. praevia Capitum tabula, & Prologo, ut in Cod. XXXIX. Plutei XXXIX. Catalogi Tomo ſuper. pag. 316. §. I.

XI. pag. 131. Ariſtotelis Ethicorum Lib. I. inc. *Omnis ars, & omnis inceſſus, & omnis ſollicitudo*. Deſ. *per modum praticae*. *Et eſt expleta eius translatio ex Arabico in Latinum anno Incarnationis Verbi MCCXLIII. octava die Aprilis*.

XII. pag. 142. *b*. M. T. Ciceronis Liber de Senectute, ut alibi. In fine legitur: *M. T. Ciceronis Liber, vel Catonis Maioris de Senectute explicit*.

XIII. pag. 148. *b*. Eiuſdem in Catilinam Orationes IV. ut alibi.

XIV. pag. 157. *b*. C. Criſpi Salluſtii contra M. T. Ciceronem reſponſiva, ut alibi.

XV. pag. 158. M. T. Ciceronis Invectiva contra C. Criſpum Salluſtium reſponſiva, quae inc. *Ea demum &c*, ut alibi.

XVI. pag. 159. *b*. Eiuſdem Commendatio Imperatoris pro Marco Marcello, quae incipit a verbis . . . . . . . (1) *quo etiam his temporibus uſus &c*.

XVII. pag. 161. *b*. Eiuſdem Oratio pro Quinto Ligario, quae item incipit a verbis . . . . . . . . *ante hunc diem inauditum propinquus meus &c*.

XVIII. pag. 163. *b*. Eiuſdem Oratio pro Rege Deiotaro, item incipiens a verbis . . . . . *G. Caeſar in initio dicendi commoveri ſoleam &c*.

XIX. pag. 167. Eiuſdem de Officiis Libri III. ut alibi.

XX. pag. 188. Eiuſdem Paradoxa Stoicorum, ut alibi.

XXI. pag. 191. Salluſtii Bellum Catilinarium, ut alibi.

XXII. pag. 199. Eiuſdem de Bello Iugurthino, ut alibi. In fine legitur: *Explicit Liber ſecundus*; & Epigramma ſequens:

*Qui cupis ignotum Iugurthae noſcere letum,*
*Tarpeiae rupis pulſus ad ima ruit.*
*Hiſtoriae ſcriptor negat Horoſius iſtud,*
*Carcere nam nectus, ſed ſic pro crimine fertur.*

XXIII. pag. 217. Sequuntur manu ſaeculi XIV. Bonifacii Papae VIII. Bullae V. Prima inc. *Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam*. *Olim Caeleſtinus Papa quintus anteceſſor noſter devictus inſtantia, & ambitione nimia plurimorum &c. Datum Laterani VI. Id. Aprilis Pontificatus noſtri anno primo*. II. inc. *Dudum circa promotionis noſtrae principium ad apicem Apoſtolicae dignitatis &c. Datum Laterani VI. Id. April. Pont. noſtri anno primo*. III. inc. *Pridem ad apicem Apoſtolicae dignitatis aſſumpti, dum adhuc Neapoli moraremur &c. Datum Laterani VI. Id. Aprilis Pont. noſtri anno primo*. IV. inc. *Statuimus, ut Conſervatores, qui ab Apoſtolica Sede conceduntur &c. Datum Laterani VI. Id. Aprilis Pont. noſtri anno primo* (2). V. inc. *Mulieres, quas vagari non convenit &c. Datum Laterani VI. Id. Aprilis Pont. noſtri anno primo*. Tandem Codicem claudit apoſpaſma quoddam de laudibus ſenectutis, quod inc. *Inprimis igitur ſenectutis dignitatem adgrediamur &c*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saeculi XIII. & XIV. binis columnis diligenter exaratus, cum ſcholiis in margine alia manu, & picturis in litteris Operum initialibus rudi pennicillo delineatis, & num. 267. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 219.

## EXCERPTVM EX VEGETIO.

FLavii Vegetii de Re Militari excerptum ex Libro II. Inc. a Cap. XIV. *Quemadmodum inter pedites centuria, vel manipulus appellatur &c*. & progreditur uſque ad initium Capitis XXIV. cuius ultima verba ſunt: *aut ſervare, aut agere conſuevit*. Incidit autem in editione Scriptorum Veterum de Re Militari cum notis variorum, Veſaliae Clivorum, ex officina Andreae ab Hoogenheryſen MDCLXX. a pag. 41. ad pag. 53. lin. 16. *Cod. XLII.*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XVI. ineuntis, partim Italicus, partim Latinus, varia manu exaratus, num. 479. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 20.

## VEGETII, ET ALBERTI LIB. DE MASCALCIA.

I. pag. 1. VEgetii peritiſſimi viri Liber de Maſcalcia, ſeu potius Mulomedicinae Libri IV. cum Prologis in ſingulos, ultimo excepto, & Capitum elenchis. Singulorum autem Librorum initium, & finis concordat cum Codice XIX. Plutei XLV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 356. ubi Codicem cum editione conferentes, diſcrimina quaedam adnotavimus. Haec in fine ſubiiciuntur notae menſurarum & ponderum; *Cod. XLIII.*

(1) Deſunt prima verba tam huius, quam ſequentium duarum Orationum, eo quod forte ſupplenda eſſent ab illuminatore in ſpatio vacuo relicto.

(2) Haec unica tantum Bulla legitur in magno Bullario Romano opera & ſtudio Caroli Cocquelines Romae typis & ſumptibus Hier. Mainardi MDCCXXXIX. ſeq. Tom. III. pag. 77.

Digitized by Google

rum ; tum rubrica adnotatum eſt : *Finito anno Domini M. CCCC. 89. die vero octavo Ianuarii 8. ind.*

II. pag. 107. Liber de Arte Maſcalciae compoſitus per Albertum Magnum (1), praevia Capitum tabula XL. Primum , *Quod animal ſit equus , & ubi naſcuntur meliores* , inc. *Equi dicuntur ab aequalitate , ſive paritate* . Vltimum *De tauro , & eius virtutibus* deſ. *ſit tamen taurus niger , & trium &c.*

III. pag. 133. Sequuntur Capita quaedam , videlicet , I. *De pilorum bonitate , imprimis de colore , qui dicitur baynus rubeus* . II. *De colore , qui dicitur caſtaneus* . III. *De colore , qui dicitur vaius* . IV. *De Liardo Roani* . V. *De Liardo palmato* . VI. *De pilo argenteo* . VII. *De albo lapideo* . VIII. *De colore surchiglio* . IX *De colore faginato* . X. *De colore fauro , ſive alazano &c.* Primum inc. *Et primo dicimus de baio colore , qui aliis melior eſt* . Vltimum *De malis remolinis* deſ. *de pilorum genere ſatis competenter iam ex noſtra conſcientia diximus . Finis* . Tum rubrica : *Explicit iſte Liber Maneſcaucie* (ſic) *per me Dominum Petrum Georgii Monachum de Sancto Andrea Abbacie Caſin. ſub anno Domini 1489. die vero octavo Ianuarii 7. ind. Laus Deo nunc & ſemper* .

In principio alia manu legitur : *Liber Vegetii Mulomedici compilatus & deductus ex his auctoribus , videlicet Cyrone , Celſo , Pelagonio , Aſſyrto , Aras , Farnax* .

Cod. chart. Ms. in 4. min. Saec. XV. optime ſervatus , ſed parum correcte exaratus , antiquitus num. 944. notatus . Conſtat foliis 137.

## ANDREAE FLOCCI , SEXTI RVFI , C. PLINII SECVNDI , ET MATTHAEI PALMERII QVAEDAM.

*Cod. XLV.* I. pag. 1. ANdreae Fiochi Florentini de Poteſtatibus Romanis Libri duo , praevio indice Capitum , & Prologo , qui inc. *Natura ac ratione rerum* . Deſ. *ordine videamus* (2). Liber primus inc. *Omnium Deorum* . Secundus deſ. *vigiliiſque lucubraſſe* . *Finis Laus Deo . Andreae Fiochi Florentini de Romanis Poteſtatibus Liber ſecundus & ultimus explicit feliciter* . Alia duo Exemplaria recenſuimus Catalogi Tomo ſuperiore pag. 612. §. VII. , & pag. 724. §. I. ſed partim in principio , partim in fine ab hoc diſcrepantia .

II. pag. 38. Rufi Sexti viri Conſularis rerum geſtarum Populi Romani Liber , praevia Epiſtola Nuncupatoria Valentiniano Auguſto , ut in Codice VI. Plutei LXVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 818. §. I. ſub titulo *Compendioſa abbreviatio Hiſtoriae Romanae* . In fine legitur : *Laus Deo . Sexti Rufi viri Conſularis brevis Romanae conditionis deſcriptio finis feliciter* .

III. pag. 47. Caii Plinii Secundi Oratoris Veronenſis Liber Illuſtrium Virorum , ut in Codice XXXVIII. Plutei LXVI. Catalogi dicto Tomo pag. 810. §. III. Heic tamen deſinit imperfecte in Cap. *De Marco Aemilio Scauro* , ubi praeter titulum nihil aliud habeas .

IV. pag. 68. Matthaei Palmerii Florentini , viri peritiſſimi , ad Petrum Medicem Liber de Temporibus initio mutilus . Incipit enim a verbis . . . . . . . *niſi aureas & argenteas ſibi nutu permiſit ac ponderis certi &c.* Integrum habes in dicto Catalogi Tomo pag. 765. Cod. XLIV. & ſeqq. Tum ſequitur haec ſubſcriptio :

*Liber iſte Chronicorum dictus , per M. Philibertum eſt ſcriptus ,*
*Artium Pariſius magiſtrum , Eurandi cognomine dictum ,*
*Dioceſis Anicienſis anno mille quadringentis*
*Sexaginta vero penta* (3) *Romae Martii die 2.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. duplici manu , cum initialibus Operum rubricatis , & Capitum tabulis unicuique praefixis . Conſtat foliis 143.

## ALEXANDRI MAGNI HISTORIA METRICE A VILICHINO IVDICE COMPOSITA.

*Cod. XLVI.* HIſtoria Alexandri Regis Macedonum a Vilichino Iudice , cive Spolentio , metrice ( ſc. Elegiaco carmine ) compoſita , & primo de quatuor Principibus Regni Mundi . Prooemium inc.

*Poſt Abrahae legem , qua circumciſus habetur* .

Deſ.

*De Macedum Rege proſequar ipſe modo* .

Hiſtoria inc.

*Stellarum curis Aegyptus dedita quondam* .

Deſ.

*Amodo ne dubites , ſi tibi pura fides* .

Tum verſiculi quinque adiiciuntur arcanis litteris exarati , quibus fortaſſe continetur tetraſtichon illud a Fabricio relatum Bibl. Graec. Tom. II. pag. 277. in quo auctor annum , quo Opus abſolvit indicavit . Inde ſequitur poſſeſſoris nomen ita : *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia XXXVIIII.* Tandem legitur Caput inſcriptum : *Alexander iterum ſe paravit ad pugnam cum Dario , & devicit eum* , ſuo loco in poëmate reponendum .

Magiſtri Qualichini Arretini , ſeu Wilkini Hiſtoria Alexandri Magni multis millibus verſuum Latino Elegiaco carminis genere circa A. C. MCCXXXVI. ſcripta , memoratur a Labbeo Bibl. Nov. Mss. pag. 68. quae incipit , ut in hoc Codice . Vid. Fabric. loc. cit.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XIV.

cum

(1) Eſt pars Tractatus de Quadrupedibus in eius Operum edit. Lugd. alias cit. Tom. VI. pag. 578. ſeqq. Priora autem Capita XXXIV. habentur ibid. a pag. 587. col. 1. uſque ad pag. 597. col. 1. Poſteriora VI. *de Aſino , Onagro , Mulo , Bubalo , Bove , & Tauro* , ſunt hinc inde deſumpta , in Codice tamen aliquanto fuſius , quam in editione pertractata .

(2) Diſcrepat non parum ab editione Lugd. Batav. ex officina Elzeviriana A. MDCXXIX. in 24. tam hic Prologus , quam totus huius Opuſculi contextus . Hic autem prima Codicis verba incidunt in pag. 8. lin. 18.

(3) Intellige MCCCCLXV.

Digitized by Google

cum titulis Capitum rubricatis, num. 883. antiquitus notatus. Conſtat foliis 81.

## PLVTARCHI VITAE QVAEDAM,

*Interprete Iacobo Angeli, Franciſci Caſtilionenſis, Philippi Medicei, Paulli Barbi, Thomae de Reate, Bernardi Iuſtiniani, & Donati Acciaioli quaedam.*

Cod. XLVII. I. pag. 1. POmpeii Magni Vita ex Plutarcho per Iacobum Angeli traducta, ut in Cod. XXVII. Plutei LXV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 746. §. VIII. Legitur in antiqua editione Vitarum Plutarchi, diverſis interpretibus, fol. ſine loco, & anno Parte II. a pag. 352. ad pag. 371.

II. p. 46. M. Bruti Vita item ex Plutarcho per Iacobum Angeli e Graeco in Latinum traducta (1). Ibid. pag. 747. §. XIV.

III. pag. 71. Vita Antonii Archiepiſcopi Florentini, auctore Franciſco Caſtilionenſe Presbytero (2), praevia Epiſtola Priori, Fratribuſque beati Dominici Conventus Bononienſis, quae inc. *Quum vitam Reverendiſſimi Patris Fratris Antonii Archiepiſcopi Florentini nuper conſcripſiſſem*. Deſ. *id mihi ad orationes, ſuffragiaque Sanctorum fratrum impetranda patrocinari poſtulo*. Tum ſequitur Prologus, qui inc. *Nonnullis rebus ſaepenumero adnexa eſt quaedam, ut ita dixerim, vis officii, atque honeſti neceſſitas, ut ad certas res peragendas non manu violenta compulſi*. Deſ. *exornationem tantarum laudum, amplitudinemque relinquam*. Vita inc. *Antonius Florentina urbe oriundus honeſtiſſimis parentibus, patre Nicolao, matre Thomaſia natus eſt*. Deſ. ( pag. 88. *b.* ) *illudque ſane inauditum ac multa admiratione dignum eſt, quod, dum eius funus ad Eccleſiam Sancti Marci deferretur, animadvertentibus cernebatur; ut enim dum viveret concurrebant univerſi viri, ac mulieres ad locum, qua illum tranſeuntem intelligebant, ſubmiſſique in terram, ac proni Sanctum Praeſulem adorare conſueverant, ſic exanimi tum corpori ac feretro inclinati, poſitiſque in terram genibus, non curantes etiam pluviam, quae tunc forte ingruebat, omnes, non tantum cives, verum & advenae, qui tum multi in noſtram civitatem, propter Summi Pontificis praeſentiam advenerant, tamquam conſuetam ab eo benedictionem accepturi, conſuetam adorationem, licet mortuo humiliter ac devote praeſtabant, magnum de ſua erga eum fide ac reverentia teſtimonium reddentes, maiorem de tali iactura luctum oſtendentes. Quis tantam calamitatem Chriſtiano populo inflictam non deploret? Quis tam praeclarum iuſtitiae ac veritatis lumen exſtinctum non defleat? Vereor ego profecto, ne poſthac, ſublato e medio tanto lumine, in obſcuram tenebrarum caliginem, atque in graviſſimas temporum, rerumque omnium perturbationes perirabamur, cuius rei iam quaedam magnarum calamitatum ſigna ſuboriri videntur. Totus fluctuat undique orbis. Eccleſiae vires labefactatae, iam pluribus annis magno conatu contra impios hoſtes atque atrociſſimos infideles incaſſum hactenus laborarunt. Galli iam nonnullas Italiae partes occuparunt, & ad maiora accinguntur. Suſpenſi ſunt omnium Populorum ac Principum animi. Magna quaedam, lunae ſoliſque eclipſes brevi futurae ſignificare, maiora his temporibus prophetiae quaedam minari videntur. Quem ſit res exitum habitura incertum eſt. Vtinam bene vertat* (3). *Deceſſerunt etiam hoc anno nonnulli tum ſanctitate vitae, tum litteris viri praeſtantiſſimi; inter quos ſummae pietatis atque integritatis vir Fantinus, Dandalus nomine, nobilis Venetus, Patavinus Epiſcopus, paullo ante Antonium ex hac vita migravit. Poſt Antonium vero Nicolaus Cortonenſis, Cartuſienſis Monachus, ac Prior eius Monaſterii, quod iuxta Florentiam ſitum eſt; in quo viro quum eſſet ſumma Religionis obſervantia, ſummaque prudentia, humanitaſque immenſa, ac litterarum peritia, illud maxime eius modeſtiae, ac pudici animi ſignum narratur, quod quum tunicellas, ac cilicia, quibus utebatur emundanda ſordibus, & aqua diluenda cenſebat, repulſis omnibus miniſtris, qui id munus, ut par erat, ſubire parati erant, ipſe ſolus, quum eſſet aliorum, ac totius familiae dominus, in cella recluſus, ſuae immunditiae moleſtias perferebat: quumque eſſet aetate octuagenarius, nulla Religionis officia praetermittebat, primus in choro etiam in ipſa intempeſta nocte cernebatur; quumque Romanus Pontifex Nicolaus V. illum ad maiorem dignitatis gradum evocare voluiſſet, multique ad eum Cardinalatus apicem opinione deferrent, ipſe de ſua Religione numquam ſe educi perpeſſus eſt; eaque de cauſſa Romanus Pon-*

(1) In ſupra cit. editione eſt ſub nomine Guarini Veronenſis.

(2) Iac. Gaddius de Script. non Eccleſ. Tom. I. pag. 9. ubi de Antonino Archiepiſcopo Florentino loquitur, haec habet: *S. Antonini vitam facile primus omnium deſcripſit Franciſcus Caſtilionenſis Presbyter, Canonicus S. Laurentii Florentiae, quam illam, anno, quo obiit ille ſcripſerit, ut teſtatur in vitae Prologo, qui inc* Nonnullis rebus, *quem praeit Epiſtola Priori, Fratribuſque B. Dominici Conventus Bononienſis. Haec inc.* Quum vitam. *Vita haec Ms. cum vita Victorini Feltrenſis, qui ſumme a Caſtilionenſi celebratur, veluti D. Antonino par virtute, ac pietate, & cum Sermone ad Canonicos, & Collegium S. Laurentii Florentiae, cumque Epiſtolis ad Alexandrum de Gonzaga, ad Coſmum Medicem in morte Ioannis, & ad Laurentium & Iulianum Medices in morte Petri, ſervatur in Bibl. Gadd. Ms. Cod. 44.*

(3) Hucuſque edita fuit haec Vita in calce libelli, cui titulus: *Devotiſſimus Trialogus S. Antonini Arch. Flor. ſuper enarratione Evangelica de duobus Diſcipulis euntibus in Emmaus, una cum vita eiuſdem a Franciſco Caſtellione conſcripta &c. Florentiae MDCLXXX.* 4. a pag. 124. ad pag. 167. ſub titulo: *Epiſtola D. Franciſci Caſtilionenſis Presbyteri ſaecularis, & Eccleſiae S. Laurentii de Florentia Canonici, Sacrae Theologiae Profeſſoris eximii, & Graecis, & Latinis litteris viri eruditiſſimi, ad Fratres S. Dominici de Bononia Ordinis Praedic. ſuper vita D. Antonii de Flor. eiuſdem Ord. Archiepiſcopi Florentini, qui ad Dominum migravit die II. Maii MCCCCLIX.* Vide Acta SS. Tom. III. Aprilis, ubi de S. Antonino agitur.

Digitized by Google

*Pontifex ad nepotem ſuum Iacobum, quem Peruſinum Epiſcopum fecit, favorem convertit. Obiere praeterea intra ſpatium vertentis anni duo viri doctiſſimi, Iannoctius Manettus, civis Florentinus, ac Poggius, quorum prior, non tantum Latinis, verum etiam Graecis, ac Hebraicis litteris eruditus, Philoſophia, Eloquentia, Diviniſque litteris ornatus, ſummaque humanitate praeditus, merito ſibi Equeſtris Ordinis, quam tenebat, dignitatem vindicarat; alter vero multa acrimonia, ſuavitateque ſermonis inſignis, ut ex eius libris, ac epiſtolis facile patet, non immerito huius temporis facundiae princeps appellabatur. Fuerunt etiam noſtris temporibus paullo ante in noſtra civitate duo Arretini, Leonardus, & Carolus, viri eruditiſſimi, quorum alter de ſe in libris, quos ſcripſit ſuae eruditionis ac ſapientiae teſtimonium dereliquit; alter vero, Carolus ſcilicet, etſi maiori doctrina, maiorique ingenio praeditus a multis ducebatur, ex eo tamen, quod nihil umquam dignum tanta ſcientia opus conſcripſit, brevi ſuarum laudum exornationem ac famam exſtinctam iri omnes arbitrantur. Leonardus anno MCCCCXLIII. die* XXIII. *Martii, Carolus vero poſtea MCCCCLIII. die* XXVI. *Aprilis diem vitae ultimum clauſere; uterque magna pompa, magnoque apparatu, publicis ſumptibus exſequias conſequuti, ac laurea coronati. Non multis quoque annis antea Ambroſius Monachus Camaldulenſis, qui illis ſtudiorum ſocius fuerat, ac virtute non impar, MCCCCXXXIX. anno, XIII. Kal. Novembris ex hac vita migravit; cuius ingenium, multa ſolertia, multaque humanitate, ac religione praeditum fuiſſe omnes teſtantur. Qualis vero fuerit eius doctrina, ac litterarum peritia, ex illis, quos partim ex Graeco in Latinum traduxit, partim a ſe ipſo conſcripſit libris facile cognoſci poteſt; illudque profecto in eo viro multa admiratione dignum eſt, quod ſuo labore, ſuaque induſtria, nullo, aut parvo admodum auxilio praeceptoris fertur Graecas litteras didiciſſe. Horum quoque temporibus fuit Mantuae Victorinus Feltrenſis, in quo viro ſumma doctrina, ſummaque integritas vitae, omniaque virtutum genera egregie relucebant; de quo pauca pro tempore ad bene beateque vivendi exemplar proponendum, ex officio mihi recenſenda. Fui enim octo annis ſub illius viri diſciplina, moribus ſimul ab eo, ac litteris eruditus. Aſſimilavi eum ſaepius Antonio Pontifici, cuius nuper vitam conſcripſimus; diſpar tamen vitae profeſſio, ſed virtus par, ac pietas, ſtudiaque ſimilia; alter enim ab ipſa infantia Religioni, ut ſcripſimus, dedicatus; alter ſemper in negotiis ſaecularibus verſatus, integerrime Religionis habitum, quem in animo geſtabat, in ipſis rerum agendarum operationibus oſtendebat. Scribam igitur breviter, quoniam non nunc nobis texendae hiſtoriae ſeriem propoſuimus, quae ipſe in praeſtantiſſimo viro Victorino vidi, atque cognovi. Nec pigebit lectorem es, quam nuper de Antonio lectionem perſolvi, hanc quoque de Victorino multo breviorem, quae magno ſibi uſui ac voluptati futura ſit ſuperaddere. Si quiſpiam enim eſt virtutis amator, ſi quis bonarum artium ſtudioſus, ſi quis in primis bonis litteris eruditus, debet quae de Victorino ſcribentur perlegere.* Fuit autem hic Franciſcus Caſtilioneus Florentinus, Victorini Feltrenſis, cuius vitam deſcripſit (1), diſcipulus, Philoſophiae publicus Profeſſor, familiaris, & a ſecretis S. Antonini Arch. Flor. per annos octo, qui ab eo Doctoratus inſignia ſuſcepit XVIII. Kal. Februarias A. MCCCCLVIII. & Florentinae Vniverſitatis Decanus A. MCCCCLXXIV. renuntiari meruit. Quum Salvinus Salvinius S. Appiani Plebaniam abdicaſſet, hanc idem Antoninus die XVII. Aug. MCCCCLII. Caſtilionenſi Franciſco contulit. In Opuſculo quodam Florentiae impreſſo apud Philippum Iuntam die XXIV. Sept. A. MDVII. 4. auctore Antonio Benivenio *De abditis nonnullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſſis* Cap. LXII. cui titulus: *Ex horrore flammae in febrim incido*, haec leguntur: *In Appiani Baſilica, quum adhuc eſſem admodum iuvenis, una cum Peregrino Allio litteris Graecis operam dabam ſub praeceptore* (2) *Franciſco Caſtilionenſi religioſo viro. Vbi quum ſemel e cubili ſummo diluculo conſurgens, aedem ipſam ingrederer, vixque limen tranſiliſſem ecce video flammas ab ipſo pavimento iterum atque iterum ſurſum ferri: horreſco, & pavens ac tremens, curſim, ut poteram, cubile ipſum repeto. Me vero Peregrinus condiſcipulus meus, qui adhuc in lecto quieſcebat, quum anhelantem, & veluti lymphatum inſpiceret, rogat quidnam mali mihi contigerit. Vix ego trahebam ſpiritum, rem tamen, ut potui, explico. Admiratus & ipſe timere coepit. Sed quum interim praeceptor noſter e cubili ſurrexiſſet, hominem convenimus, rem exponimus, cauſſam quaerimus. Ille vero, ut erat vir doctus, & in Philoſophia ſatis eruditus, vapores, inquit, ex cadaveribus mortuorum elevantur, qui calidiſſimum hunc aërem nacti (id enim accidit in ipſo menſe Iulii) facile inflammantur, quod & nos etiam ſaepius vidimus, ac propterea nihil vobis pertimeſcendum eſt. Hoc etſi ego auctoritate viri ſuaſus, verum iudico, ex praecedenti nihilominus timore, ex quo ſpiritus ipſi catervatim verſus cor regredientes inflammati ſunt, in eam, quam Graeci ἐφημέραν vocant, febrem incidi.* Anno MCCCCLXII. die VI. Aprilis Canonicatum Laurentianae Baſilicae adeptus eſt. Obiit menſe Maio an. MCCCCLXXXIV. Multae ſunt doctorum Epiſtolae ad ipſum conſcriptae, partim impreſſae, partim adhuc in Bibliothecarum forulis deliteſcentes, quas omnes ſtudioſe collegit, una cum uberrima Operum Caſtilionenſis notitia, eruditiſſimus Petrus Nolaſcus Cianfognius in Memorabilibus

(1) Hanc habes paullo infra ſub §. IV.

(2) Multos habuit illuſtres alumnos, quos inter memorare iuvat Paullam Malateſtam Pandulphi Ariminenſium Principis filiam, & uxorem Sinibaldi de Ordelaffis.

Digitized by Google

bus ſuis Mss. Eccleſiae, & Illuſtrium Canonicorum S. Laurentii.

IV pag. 90. *b.* Sequitur Vita Victorini Feltrenſis, & quidem ita: *Fuit igitur Victorino ingenium ſolers, atque acutiſſimum, & ad omnem ſcientiam, omnemque rem peragendam accommodatum, magna ad res proloquendas facundia. maior ad perſequendas animus, atque induſtria, immenſa erga Deum pietas, atque religio, erga homines beneficentia ſumma, ac liberalitas. Non ex ignobili genere in Feltrenſi civitate Italiae patre Bruto natus eſt &c.* = *Patavii litteris operam dedit, ubi magiſter in liberalibus artibus effectus eſt, ad quas optime pernoſcendas plurimum inſudavit &c.* = *Quum enim ad mathematicas artes adipiſcendas maximo arderet deſiderio, nec ad eam rem ullum eo tempore ducem haberet, ad Blaſium Pellacanum (ſic enim appellabatur, qui tum Patavii erat, ſolusque in ea parte Italiae illius diſciplinae peritiam habere ferebatur) ſe confert, ut eo praeceptore in geometria uteretur &c.* = *Sed quum videret, eum ad ſe docendum remorari, caepit illum ſummis precibus fatigare, ut aliquod ſaltem principium eius ſibi diſciplinae impartiretur. Quumque hominem nullis precibus, nulloque beneficio flecti poſſe cognoviſſet, poſt ſemeſtrem ab eo abitum facit, ſtomachoſusque ac nobili accenſus ira a ſe ipſo Euclidis codicem adgreditur. Poſt alium vero ſemeſtrem decem Euclidis ſine praeceptore libros intellexit; res profecto noſtris temporibus inaudita &c.* = *Brevi igitur tempore, multo tamen labore, in omni mathematica diſciplina eruditiſſimus Victorinus evaſit, cuius rei ego id ſignum maximo argumento eſſe conſpexi, quod quodam anno, tota hieme, poſtquam coenaverat, Librum Euclidis, nulla praemeditatione aut ſtudio praecedente cuidam viro ex diſcipulis ſuis ſine ulla difficultate legebat. Idem, ut memini, in Homero facere conſueverat; litteris enim Graecis, quas optime callebat, iam grandis natu Catonem imitatus, operam dedit &c.* = Pag. 91. *b. Is prima aetate Patavii Rhetoricam publice docuit; deinde laſciviam faſtiditus, atque eorum flagitia, qui in ſtudiis noſtro tempore verſantur, Venetias ſe contulit, ubi quamplures non ex infima plebe egregios adoleſcentes non tantum bonis litteris, verum etiam & optimis moribus erudivit &c.* = *Quumque ſua induſtria, ac ſtudio, quod in docendis adoleſcentibus praeſtabat, magnum ſibi & boni viri, & optimi praeceptoris nomen comparaſſet, Ioannes Franciſcus Mantuanus Princeps, huius tanti viri fama commotus, pro erudiendis filiis, quos plures habebat Victorinum adceſſit. Erat in eo Principe multa virtus, inprimiſque magnanimitas egregia, maximeque de optima filiorum inſtitutione ſollicitus erat. Quumque per totam Italiam virum tanto operi idoneum quaereret, neminem, qui Victorino adaequari poſſet invenit &c.* = *Erat enim* (pag. 92.) *Mantuano Principi uxor magni pretii, egregiaeque virtutis, nomine Paulla Malateſta, quae ſua prudentia, ſuaque gravitate magnum quodvis ſola regnum gubernaſſet, quodque praeclarius eſt, ſingularis erat in ea pietas atque religio. Magnum, dum vixit, theſaurum pauperibus erogavit, viſitabat infirmos, conſolabatur afflictos, non verbis tantum, ſed re, auxilioque iuvabat. Omnes Religiones Obſervantiae, quae ſparſim per Italiam ſitae erant, in unam civitatem Mantuanam ſimul convexit. Nullum Fratrum Conventum, nullum Monaſterium ſanctimonialium ibi eſſe voluit, quod religionis obſervantiam non teneret. Condidit etiam ipſa Monaſterium quoddam ſingulare, quod optimis ſanctimonialibus repletum, ad hunc uſque diem in maxima religionis obſervantia ac vitae ſanctitate perdurat &c.* = Pag. 92. *b. Quae enim ſcribam, non aliorum relata, ſed quae ipſe vidi, certiſſima, ac veriſſima refero. Ipſe enim Victorinus viginti & duobus annis Mantuae erudiendis Principis filiis, aliiſque adoleſcentibus operam dedit, quo tempore apud illum octo annis uſque ad eius obitum permanſi &c.* = Pag. 93. *Nam ut omittam, quos adoleſcentes pauperes, quos ad diſcendas litteras idoneos noverat, domi ſuis ſumptibus retinebat, quibus libris, domo, victu, veſtituque optime conſulebat; nullos praeterea pauperes, non viduas, non pupillos, nullos denique religioſos a ſe indonatos dimittebat, neque id parce agebat &c.* = Pag. 93. *b. Quum eſſet in omni ſcientia, omnique doctrina eruditiſſimus, multaque facundia praeditus, numquam tamen ad aliquid ſcribendum adceſſit, ne aliqua inanis gloriae fama accendi poſſet. Aiebat etiam ſatis a maioribus noſtris, abundeque in omni doctrina ſcriptum eſſe &c.* = Pag. 94. *Quum ſuo tempore multi eſſent in Italia docti viri, qui in oratoria facultate illuſtres eſſent, nulluſque paene eſſet ex illis, qui alter alteri non eſſet infenſus, in quem maledicta, invectivaſque dictaret, audiretque; ſolus Victorinus omnibus amicus, charus omnibus fuit, deteſtabaturque plurimum, quae ab aliis invectivae ſcribebantur &c.* = Pag. 95. *Semper erant apud Victorinum viri docti, tum Latinis, tum Graecis litteris eruditi. Semper aliquos ex Graecia* (1) *viros, nonnumquam tres, quatuorve domi habebat, qui partim noſtros Graecas litteras edocerent, partim ipſi Latinas docerentur; nonnullis etiam pro librariis utebatur. Erat enim Victorino bonorum librorum magna copia, quos tamen auditoribus, aliiſque litterarum ſtudioſis pro voluntate petentium liberaliſſime commodabat. Videbatur tum Mantuae, partim ex ipſo praeceptore, partim ex copia diſcipulorum, nonnihil etiam ex ipſa librorum abundantia, maxime vero ex ipſo inſtitutionis, ac diſciplinae genere altera, quae fertur Platonis Academia conſtituta &c.* Deſ. *Deo, qui ſumme eſt bonus, ut David cecinit, bonum eſt adhaerere; ipſe clementiſſimus Pater, quum filios, qui a ſe non fugerint corripuerit, tandem ad ſe recipiet, ipſe percutiet, & ſanabit nos. Finis.*

Ex

(1) Fuit in his Theodorus Gaza. Vide Humphredum Hodium de Graecis Illuſtribus Lib. I. Cap. III. pag. 55. Fuit etiam Georgius Trapezuntius, de quo idem Hodius Lib. I. Cap. 4. pag. 103. & ſeq.

Digitized by Google

Ex hoc eodem Codice excerpta huius vitae in medium extulit Cl. Mehus in Praef. ad Ambroſii Camald. Epp. pag. CCCCVIII. ſeqq. (1)

V. pag. 96. *b.* Eiuſdem ad virum magnificum Coſmam Medicem Epiſtola conſolatoria in morte Ioannis. Inc. *Quum viderem, vir praeclariſſime, ac prudentiſſime Coſma, optimos quoſque civium noſtrorum, ac fere omnes, qui te norunt, in hac tua afflictione, ne dixerim calamitate propter obitum filii tui Ioannis, viſitationis conſolationiſque gratia ad te accedere, ego quidem, qui inter tuos non tantum notos, verum etiam familiares, ac domeſticos, inprimiſque abs te beneficio affectos connumerari poſſum, diutius mecum ipſe cogitavi, verbiſne coram, an epiſtola potius id agere uterer, quod ad mitigandam minuendamque animi tui aegritudinem, & ad officium meum pertinere videretur*. Deſ. *pulcre locut. Vale. Florentiae Kal. Decembris MCCCCLXIII.*

VI. pag. 104. Eiuſdem ad illuſtrem & humaniſſimum Dominum D. Alexandrum de Gonzaga Epiſtola. Inc. *Quum tuam in me dilectionem, & dilectionis ſigna conſidero, quum diligentiam, quam officioſiſſime in colenda tuorum amicitia ſervas intueor, negligentiam meam, & inertem meam deſidiam ſatis accuſo. Quum enim iam multis antea menſibus nullas ego ad te, ut par erat, litteras dederim, tu binas ad nos bis proximis diebus, nec longo ſcriptas intervallo, & non breves, ſed ornatiſſimas, amoriſque, & charitatis* (2) *dediſti; erant tamen pro tempore, & rerum accidentium qualitate, diſpari affectu animi, & diſſimili rerum materia conſcriptae; nam priores, laetitiae & honeſtae voluptatis plenae; alterae dolore ac luctu, & ſuavi, ut ita dixerim, querimonia refertae erant. Narrabat in alteris quae proſpere apud vos agebantur, illuſtrem videlicet Dominam Margaritam Kalendis Iuliis puellam peperiſſe, & partum ſimul cum puerpera incolumem; Reverendiſſimum Dominum Cardinalem nepotem tuum triremem paraſſe, & ad profectionem ſe accingere; omnes, qui apud vos erant, bene valere; civitatemque incolumem. Inerat etiam in illis litteris quaedam communis praeceptoris Victorini recordatio, quae etiam in maximo luctu, voluptatem ſemper nobis poſſit afferre. In alteris ſuper luctuoſo ſane obitu clariſſimi viri Coſmae Medicei, & ſuper tanta talique iactura, ultra dolorem, & querimoniam, pias, ut opinor, etiam lacrymas effudiſti*. Deſ. *tum quia talem narrationem tibi gratiſſimam iucundiſſimamque fore non dubitavi. Vale. Apud Plebem noſtrae fidei commiſſam Sancti Appiani Vallis Elſae Kal. Septembr. A. D. MCCCCLXIV.*



VII. p. 109. *b.* Eiuſdem ad Concanonicos ſuos, & Collegium Sancti Laurentii de Florentia (3) Sermo. Inc. *Scriptum eſt, chariſſimi fratres, corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt*. Deſ. *& ad illam beatam vitam feramur deſiderio, in qua omnes electi congaudent, & laudant eum, qui eſt benedictus in ſaecula &c. Florentiae XIV. Kal. Aprilis MCCCCLXIV.*

VIII. pag. 114. *b.* Eiuſdem ad Laurentium, & Iulianum Medices Epiſtola conſolatoria in obitu Petri Coſmae eorum patris. Inc. *Non videbatur oportere, clariſſimi, atque optimi adoleſcentes, nihilque mihi certis de cauſſis in hoc veſtro luctu atque obitu patris veſtri clariſſimi viri ſcribendum eſſe decreveram*. Deſ. *preces tantummodo noſtras dignetur Altiſſimus pro ſua clementia ratas efficere. Valete in Domino. Florentiae XII. Kal. Ianuarii MCCCCLXIX.*

IX. pag. 119. Reverendiſs. Domini D. Philippi Medicei Archiepiſcopi Piſani (electi a Pio II. Pont. Max. die XIV. Maii MCCCCLXI.) Florentinorum Oratoris ad Chriſtianiſſimum Ludovicum Francorum Regem Oratio. Inc. *Aeterna ſuſceptorum beneficiorum memoria*. Deſ. *atque largitur* (4). Inde rubrica adnotatum eſt: *Expoſita fuit haec Oratio in civitate Thuronis die XXX. Decembris* MCCCCLXI. *hora XXIII. in praeſentia infraſcriptorum:*

D d Re-

(1) Nec praetereundum extare in Bibliotheca S. Marci Codicem Saec. XV. membranac. in 4. *de Oratore* libros tres continentem, qui in prima averſa pagina ligneo tegumento adglutinata adſcripta haec habet ab alia quadam manu: MCCCCXXXVIIII. (ſic) *de menſe Octobr. 14. die. Liber iſte de perfecto Oratore reviſus & correctus fuit Mantuae ſub clariſſimo praeceptore noſtro Rhetoricae Profeſſore D. Victorino per me Alexandrum de Alexandris de Mutina Scholarem, ſub eo intrantem, ac domi una commorantem, cui accuratiſſime ſtudui. 1449.* (ſic) *die ultimo Ianuarii complevi audire & ſtudere ſub clariſſimo Victorino. & iterum Vincentiae ſemel ſtudui. 1449.* (ſic) *die ultimo Ianuarii complevi audire & ſtudere ſub clariſſimo Victorino. & iterum Vincentiae ſemel ſtudui & audivi hunc ipſum de perfecto Oratore, quem egregie emendatum inveni. Laus Deo.* Infra a tertia quadam manu perſcriptum eſt: *Hic liber eſt Oratorii S. Mariae de Iliceto Ordinis Praedicatorum.* De Victorino eo, quem tantopere in adlato huius Codicis monumento Alexander ille de Alexandris, memor gratuſque diſcipulus, laudat, adſcribere extremo hoc loco non pigeat, quae a Sabellico apud Obertum Giſanium in Dialogo de Latinae linguae reparatione commemorantur: *Profuit itaque*, inquit, *ille* (Guarinus Veronenſis) *maxima eruditione multis, ſed morum ſanctitate optimoque vivendi inſtituto non paucis: quam virtutem multi & in Victorino Feltrenſi, eius aequali, atque mirari dicuntur; adeo ut nihil dubitare poſſis, veriſſima eſſe quae de amborum inſtitutione vulgo feruntur, utrumque ab ineunte adoleſcentia neſcio quo Ravennate, viro integerrimo, dicendi magiſtro uſum: ſiquidem haud parvi refert, qualem a teneris quiſque annis ſit praeceptorem ſortitus. Ut mores igitur, ita ſtudia, paene paria; par etiam & aetas, vicinis inter ſe propinquiſque urbibus nati, propinquioribus profeſſi: Feltri hic, ille Veronae genitus; hic Mantuae docuit, ille Ferrariae: uterque ſuo Principi charus, ſua felix uterque familia, felix vitae exitu: alterius tamen fama aliquanto maior, quanto videlicet Feltro maior eſt Verona.*

(2) Forte omiſſum eſt *plenas*.

(3) In Biblioth. Strozziana Florentiae eius alter extat Sermo ſub titulo: *Franciſci Caſtilionenſi Presbyteri Flor. de vita B. Marci Papae, & de laudibus Eccleſiae S. Laur.* Inc. *Scriptum eſt, chariſſimi fratres &c.* In fine legitur: *Explicit vita S. Marci Papae, ſimulque laus & gloria Eccleſiae S. Laurentii Flor. per Franciſcum Caſtilionenſem Presbyterum Florentinum, Sacrae Theologiae Profeſſorem. XIX. Kal. Sept. praeſens opus abſolvi anno ſal. MCCCCLXXXII.*

(4) In eadem Biblioth. Strozziana Cod. 316. fol. extat *Il viaggio, ſpeſe, e rapporto dell' Ambaſceria di Meſſ. Filippo de' Medici Arciveſcovo di Piſa, Piero di Meſſ. Andrea de' Pazzi, e Luca Pitti al Re di Francia dell' anno* MCCCCLXI.

Digitized by Google

*Rever. Domini Cardinalis Conſtantienſis.*
*Rever. Domini Epiſc. Attrabatenſis ſummi Pontificis Legati; noviter factus Cardinalis.*
*Rever. Archiep. Turonenſis.*
*Rever. Archiep. Bituricenſis.*
*Rever. Epiſc. Redonenſis.*
*Rever. Epiſc. Maſſilienſis.*
*Rever. Epiſc. Baionenſis.*
*Rever. Epiſc. Andegavenſis.*
*Rever. Epiſc. Pictavienſis.*
*Illuſtriſſimi Domini Ducis Bituricenſis, fratris Regis Francorum.*
*Ducis Aurelianenſis.*
*Ducis Britanniae.*
*Ducis Alanconiae.*
*Ducis Fuxi, & aliorum multorum Dominorum.*

X. pag. 123. *b.* Magnifici & generoſi militis Domini Paulli Barbi, Illuſtriſſimi Senatus Venetorum Oratoris, ad Chriſtianiſſimum Ludovicum Francorum Regem Oratio. Inc. *Credo te fortaſſis admiraturum.* Deſ. *aliqua ex parte reſpondere* (1).

XI. pag. 129. *b.* Magnifici militis Domini Thomae de Reate (2), Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Oratoris, ad Chriſtianiſſimum Ludovicum Francorum Regem Oratio. Inc. *Antequam ad tuam Maieſtatem iter ab Italia caperemus.* Deſ. *conſtanter firmiterque teneo.*

XII. pag. 134. Magnifici & generoſi militis Domini Bernardi Iuſtiniani, Venetorum Oratoris, ad Chriſtianiſſimum Ludovicum Regem Francorum Oratio, quando ab eo militiam ſuſcepit die VI. Ianuarii MCCCCLXII. in die Epiphaniae (3). Inc. *Suſceptis a te, glorioſiſſime Rex, militaris honoris inſignibus.* Deſ. *vel opera, vel conſilio, vel manu, vel lingua exponere mihi liceat.* Tum rubrica haec adiiciuntur: *Facti fuerunt milites a ſuprad. cto Chriſtianiſſimo Rege Ludovico, Dominus Bernardus Iuſtinianus, quondam Domini Leonardi, Orator Venetorum, & Dominus Petrus de Pazzis, quondam Domini Andreae, Orator Florentinorum, die VI. Ianuarii, videlicet in die Epiphaniae Domini MCCCCLXI. in civitate Turonis, in camera Regia, in praeſentia infraſcriptorum:*

*Rever. Domini Card. Conſtantienſis.*
*Rever. Domini Epiſc. Attrabatenſis Legati Summi Pontificis; noviter electus Cardinalis.*
*Rever. Archiep. Turonenſis.*
*Rever. Archiep. Bituricenſis.*
*Rever. Epiſc. Redonenſis.*
*Rever. Epiſc. Maſſilienſis.*
*Rever. Epiſc. Baionenſis.*
*Rever. Epiſc. Andegavenſis.*
*Rever. Epiſc. Pictavienſis.*
*Illuſtriſ. Ducis Bituricenſis, fratris Regis Francorum.*
*Ducis Aurelianenſis.*
*Ducis Britanniae.*
*Ducis Alanconiae.*
*Oratorum Regis Renati.*
*Oratorum Ducis Ioannis Calabriae.*
*Oratorum Ducis Mediolani.*
*Oratorum Venetorum.*
*Oratorum Florentinorum.*
*Oratorum Ianuenſium, & aliorum.*
*Oratores ad Chriſtianiſſimum Ludovicum Francorum Regem*
*Illuſtriſ. Ducalis Dominii Venetorum, Dominus Paullus Barbus, quondam Domini .... miles.*
*Bernardus Iuſtinianus, quondam Domini Leonardi, qui a ſupradicto Rege creatus fuit miles.*
*Oratores magnificae Communitatis Florentiae*
*Rever. Dominus Philippus de Medicis Archiep. Piſanus.*
*Petrus Domini Andreae de Pazzis, qui creatus fuit miles.*
*Bonaccurſus Lucae de Pittis.*
*Oratores Illuſtriſ. Franciſci Sphortiae Ducis Mediolani*
*Dominus Thomas de Reate miles.*
*Dominus Petrus de Poſterla miles.*
*Dominus Laurentius de Piſauro miles.*

XIII. pag. 141. Caroli Magni Romanorum Imperatoris, Regiſque Francorum, Vita a Donato Acciaiolo Florentino compoſita (4), cum Prooemio ad Ludovicum Divino numine Chriſtianiſſimum Francorum Regem, ut in Cod. XI. Plut. LII. Tomo ſuperiore pag. 554. §. IV.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. bene ſervatus, ſed aliquantum mendoſe exaratus, cum indiculo in principio, recentiori manu, in cuius prima pagina legitur nomen *Io. Gaddi*, num. 708. antiquitus notatus. Conſtat foliis 157.

## LAERTIUS DIOGENES.

LAërtii Diogenis de vita, opinionibuſque Philoſophorum Libri X. interprete Ambroſio Camaldulenſe, licet nullus titulus adpareat, cum Praefatione, ſeu Epiſtola Nuncupatoria ad Coſmum Medicem, ut in Codice XXI. Plutei LXV. Tomo ſuperiore pag. 736. *Cod. XLVIII.*

Co-

(1) Paullus Barbus Patricius Venetus natus anno circiter MCCCCXV. Eius *Oratio ad Ludovicum XI. Caroli Victoris filium Galliae Regem habita Turonii. Venetae Reip. mandato VI. Idus Decembris A. MCCCCLXI.* legitur inter Orationes aliquot Patriciorum Venetorum impreſſas poſt Opuſculum De cautione adhibenda in edendis libris, auctore Auguſtino Valerio S. R. E. Cardinale, Patavii apud Ios. Cominum MDCCXIX. 4. Vid. Mazuchellium *Scrittori d' Italia* Tom. II. Part. I. pag. 321. ubi hunc eumdem memorat Codicem.

(2) De eo videndus Iacobus Gaddius de Scriptoribus non Eccleſ. Tom. II. pag. 218. ſeqq. qui hunc ipſum adlegat Codicem.

(3) Exſtat inter Orationes & Epp. ipſius Iuſtiniani, de quibus conſule Cl. Ioannem de Auguſtinis *Notizie Iſtorico-critiche degli Scrittori Veneziani. Venezia per Simon Occhi* MDCCLII. 4. Tom. I. pag. 159.

(4) Hanc Vitam ex hoc Codice memorat Iac. Gaddius de Scriptor. non Eccleſ. Tom. I. pag. 2.

Digitized by Google

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. cum correctionibus & notulis marginalibus. Conſtat foliis 167.

PLVTARCHI VITAE QVAEDAM, LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. XLIX. I. pag. 1. Codex eſt anepigraphus, ſed continet Plutarchi Vitam M. Antonii, interprete Leonardo Arretino. cum Praefatione, ut in Codice XXVII. Plut. LXV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 748. §. XVI. Exſtat in antiqua edit. Vitar. Plutarchi a pag. 496. ad pag. 514.

II. pag. 35. Eiuſdem Vita Paulli Aemilii, eodem interprete (1). Ibid. Cod. XXVI. pag. 744. §. XXI.

III. pag. 49. *b.* Leonardi Arretini Cicero Novus, cum Praefatione. Ibid. Cod. XXVII. pag. 747. §. XIII.

IV. pag. 50. *b* Demoſthenis Vita ex Plutarcho, eodem interprete. Ibid. § XII. Subſequitur deinde initium Epiſtolae cuiuſdam, forte eiuſdem Arretini (2), quae inc. *Credo nonnumquam tibi eveniſſe, Antoni chariſſime, mihi namque ipſi ſaepius quam vellem &c.* ſed poſt pauca verba, nil aliud habes.

Obſervandae ſunt quaedam marginales notae poſſeſſoris, ut pag. 7. *b.* in Vita M. Antonii, ad ea verba *hic Antonius primo iuvenem adſpernari atque inſanum dicere, & boni conſilii, bonorumque amicorum expertem, ſi tam oneroſam hereditatem adeundam putet &c.* notavit: *Oneroſa hereditas, qualis fuit Ginevrae uxoris meae, quam poſt VII. annum heredes non adierunt 1538. Flor. Auguſtin.* Item pag. 25. ad verba: *&, ut ſupra diximus Herculem quidem generis auctorem, Bacchum autem ducem vitae habebat*, ſubiungit: *o quot ſunt, ut Iulius Papa 1507.* Item pag. 63. *b.* in Cicerone Novo Arretini, ubi agit de libris ad Herennium, adnotavit: *Q. Cornificius fuit auctor Rhet. ad Herennium, ut Auguſtinus Nettuccius clare oſtendit ſuo Opuſculo, cui titulus, Declamatio, & eſt typis excuſa.* Tandem pag. 71. *b.* in Vita Demoſthenis ad verba: *rurſus igitur orare aggreſſus, quum apud populum concidiſſet &c.* addit: *Ita evenit D. Bartholomaeo Sozino coram Pont. anno 1493.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Operum auratis, & coloratis, num. 233. antiquitus notatus. Conſtat foliis 80.

LIBER DE CASV TROIAE.

Liber de Caſu Troiae compoſitus per Iudicem Guidonem de Columna Meſſanenſem, ut ſupra. In fine leguntur verſiculi: Cod. LXVII.

*Facto fine, pia laudetur Virgo Maria.*
*Finito libro referamus gratias Chriſto.*
*Manus ſcriptoris ſalvetur omnibus horis.*

Tum alia ſequebantur, quae poſtea omnino eraſa fuere, ac tandem Epiſtola quaedam familiaris adſcripta erat, magna ex parte evanida, *data Piſtorii II. Idus Maii MCCCCXXXVIII. Ind. I.* In primis duabus paginis praemittuntur quaedam de diviſione temporis vitae praeſentis iuxta Eccleſiam, in quatuor partes, ſcilicet in tempus deviationis, renovationis, ſive revocationis, reconciliationis, & peregrinationis, & index Capitum Operis de Excidio Troiae.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. cum initialibus litteris, & titulis Capitum rubricatis. Conſtat foliis 78.

# PLVTEVS LXXXX. SVPER.

## QVI CONTINET, PRAETER ITALICOS, LATINOS CODD. CIV.

## *CODEX I.*

DESIDERII ERASMI ADAGIORVM CHILIADES.

Adagiorum Chiliades Deſiderii Eraſmi Roterodami quatuor, cum dimidia, ex poſtrema auctoris recognitione. In hac editione, prioribus duobus Indicibus ſubiunctus eſt tertius novus, quo cuncta in hoc Opere ſparſim tractata, lectori ob oculos quam clariſſime ſunt poſita. Baſileae MDXLVI. In fine legitur: *Baſileae per Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium, menſe Martio anno MDLI.*

Codex chartac. impreſſus in fol. ex veteri Armario Mediceo. Conſtat pag. 1071.



(1) In marg. ad verba *reliquit M. Aemilium* notavit Codicis poſſeſſor: *qualis Nicolaus Maclavellus 1518. Flor.*

(2) Non exſtat in edit. Flor. Epiſtolarum Arret. curante Laur. Mehus.

Digitized by Google

## LAVR. VALLAE ORATIO,

*Bruti, Lucae Geminianenſis, & aliorum recentiorum Epiſtolae, & Carmina, quibus adde Valerii Maximi Libros X.*

Cod. II. I. pag. 1. *b.* LAurentii Vallae Oratio habita in principio ſui ſtudii die XVIII. Octobris MCCCCLV. Inc. *Non ignoro, venerandi Patres, ac viri clariſſimi, cunctos fere, qui ex hoc loco anniverſariam de ſtudiis auſpicandis Orationem habuerunt &c.* Deſ. *& viam cognoſcamus, qua ad illam caeleſtem perveniamus vitam, quam daturus eſt nobis, qui per ſe vivit &c.* Omittitur haec Oratio a Fabricio in Biblioth. Med. Tom. VI. pag. 282. In ea autem pertractatur, primum, *quae fuerit cauſſa, cur in lingua Latina ſcientiae ex parvis humilibuſque, in ſummum faſtigium quondam, & in altiſſimum culmen adſcenderint*; deinde, *cur rurſus ab eadem ſublimitate deſcenderint, & paene collapſae ſint; quae poſteaquam oſtenderimus, tunc, id quod noſtri propoſiti eſt, ab Apoſtolica Sede effectum eſſe, ne illae prorſus exſtinguerentur, aperiemus.*

II. pag. 4. *b.* Bruti Epiſtolae LXX. quibus praecedit Mithridatis ad Mithridatem conſobrinum ſuum Prologus, cuius initium eſt: *Bruti Epiſtolas ſaepenumero ſum admiratus, nec acrimoniae modo, brevitatiſque gratia, ſed & ut ſpiritus cuiuſdam Imperatoris praeſ-ferentes imaginem.* Deſ. *ex perfectione rei deſpectu facilia* Prima Bruti ad Pergamenos haec eſt: *Dediſſe vos audio pecunias Dolobellae; quas ſi volentes dediſtis, me laeſum fatemini; ſin inviti, oſtendetis ultro dantes.* Secunda Pergamenorum ad Brutum ſequens eſt: *Dolobellae pecunias nos quidem locupletes adhuc, tamen coacti dedimus: tu vero a nobis dandi cupidis eo tempore poſtulaſti, quo male expleri poteſt in egeſtate noſtra promptitudo.* Vltima Samiorum ad Brutum deſ. *horum utrorumque finis eſt venia. Finis Epiſtolarum Bruti.* Haec verſio diverſa omnino eſt ab ea Rinuccii (1), quam innuimus in Cod. XXV. Plut. XLVII. Catalogi Tom. ſuperiore pag. 415. §. III.

III. pag. 11. Marſilii Ficini Epiſtola Matthaeo Palmerio poëtae theologico, Praeſidi Volaterrano. Inc. *Etſi certe ſcio litteratos viros apud Palmerium, Muſarum palmam, commendatione non indigere, ut tamen amicitiae officio ſatisfaciam, commendo tibi quampluri mum Lucam Geminianenſem, praeceptorem quondam in Grammatica meum &c.* Deſ. *Vale. X. Aprilis MCCCCLXXIV.* (2) Exſtat inter Ficini Epp. Baſileenſis Operum editionis alias cit. Tom. I. pag. 640.

IV. pag. ead. *b.* Decretum Reip. Florentinae, quo Coſmus Patriae Pater eſt renunciatus. Inc. *Quam gratae debeant eſſe Reſpublicae, prudentiſſimi viri, erga eos cives, qui bene de ſua patria meruerunt, ex antiquorum litteris, & monumentis facile intelligi licet.* Deſ. *qui de Rep. bene mereantur.* Et paullo infra ſubſcribitur: *Donatus Acciolus* (ſic) *edidit, recitavitque toto populi Florentini applauſu, pro Coſma Medice honeſtando, in ſui funeris celebratione.* Edidit Ioſephus Blanchinus in Prooemio Operis; *de' Granduchi di Toſcana &c. Venezia* MDCCXLI. fol. pag. XV. ſeqq. Memorat autem Decretum ipſum ex hoc Codice Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Ambroſii Camald. Epiſtolas pag. CCCLXIV.

V. pag. 12. *b.* Epiſtola Nicolai Corbizii Canonici Florentini ſtrenuo ac praeſtantiſſimo viro Matthaeo Palmerio, Volaterranae civitatis Capitaneo, Volaterris. Inc. *Clariſſime vir atque eloquentiſſime ſalve. Meas has litteras humanitati tuae deferet Lucas Antonii de S. Geminiano, vir profecto, & apprime eruditus, & honeſtis moribus inſignitus, qui iampridem mihi notus fuit. Nam quibus* (3) *hic filiis Lucae Domini Maſii de Albizis prima rudimenta tradidit; nunc vero iſthic a Volaterranis magiſter ludi, pretio conductus, prima elementa pueris tradit. Et certe is innocens, cumque Florentinis ſentiens, dum diripienda iſthaec urbs militibus traditur, & ipſe cum aliis funditus ſupellectilem omnem, & ſubſtantias amiſit, poenaſque non debitas luit. Ob quam cauſſam quum uxorem, & plures filios habeat, mendicare uſquequaque cogitur &c. Ex Flor. XI. Aprilis MCCCCLXXIV.*

VI. pag. 13. Antonii Bici, Ioannis filii, Senenſis Epiſtola doctiſſimo ac erudito viro Domino Lucae Antonii de S. Geminiano in Colle. Inc. *Nolim tibi admirationi eſſe, ut ego, qui in hunc uſque diem nullo amicitiae ſuae congreſſu uſus fuerim, tam audacter ad te litteras tradam &c. Ex Oppido Caſularum Kal. Mart. MCCCCLVII.* Tum ſubiicitur Carmen, quod ei corrigendum miſit. Inc.

*Velox aequora ratibus*
*Mercator pavidus perſecet Adriae,*
*Committat pelago truci*
*Naves &c.*

Infra legitur: *Vale, tumultuarios & inter obeunda negocia ſcriptos hos verſus accipies, Ant. B.* A tergo: *Doctiſſimo ac erudito viro Domino Lucae Antonii de Sancto Giminiano meo, tamquam fratri honorando &c. In Colle.*

VII. pag. 14. Lucae Geminianenſis Epiſtola facundo ac generoſo Antonio Bico. Inc. *Non admirationi umquam a me traditum fuit &c. Datum VI. Idus Mart. MCCCCLVII. Colle.* Huic quoque adnectitur Carmen, quod inc.

*Menti non mihi plurima*
*Cur nunc diſpoſitis carmina nervulis*
*Cum lyra ſubeunt meae?*
*Vt poſſim Ilericinam laudare candidam &c.*

In fine legitur: *Vale, noſtros hos verſus incomptos accipies, tibi morem gerere cupientes. L. A.* A tergo: *Erudito ac generoſo viro Anto-*

(1) De variis harum Epiſtolarum interpretationibus adi Cl. Fabricium Bibl. Graec. Tom. I. pag. 414.

(2) Annus, quo haec data fuit epiſtola deſideratur in cit. edit.

(3) Sic eſt in Codice, ſed forte legendum tribus.

*tonio Ioannis de Bicis Caſulis, maiori ſuo quam optimo.*

VIII. pag. 15. In ſolemnitate S. Nicolai hymnus editus Latine, & Italice a Luca de S. Geminiano ludi magiſtro ibidem. ut ſupra in Codice XXVII. Plut. LXXXIX. ſup. §. LXIV. pag. 296.

IX. pag. 16. Sixti VI. Pont. Sum. Inſignia (1), quibus tetraſtichon ſubiicitur a Luca editum pro ſuperliminari in Abbatia de Spongia, ut in citato Codice §. LXV.

X. pag. ead. *b.* Occurrunt varia eiuſdem Lucae Geminianenſis Carmina, videlicet

I. Ad Laurentium pro promiſſa electione, quod ita habet:

*Protinus ad magnum Laurentem, & numine amico*
*Carmen perge meum, ſupplex quoque brachia flecte,*
*Et Lucam commenda tuum, dextramque rogabis*
*Promiſſae fidei, pietatem ut porrigat almam*
*Virginibus quinque, & pueris ſex, proh! fame raptis,*
*Quae heu, ſubmiſſis precibus, manet anxia proles*
*Ante fores lacrymans, & ſciſſo pectore fatur:*
*Sit ſubitum quodcumque paras, en porrige panem;*
*Iam ſibi ſit promiſſa fides, manibuſque ſupinis,*
*Cum liberis, fundetque preces ad numina Lucas.*
*I nunc, quod poteſt, Laurenti, & carmina noſtra*
*Atque humili cantata lyra cape numine laeto.*

*Vale, magnifice Laurens, & noſtros hos verſus lege feliciter, quamquam incomptos, ſed tibi morem gerere cupientes, & plures accipies, ſi annues; non tamen te dignos, ſed qualeſcumque pro tempore potuerimus.*

II. Ad eumdem pro promiſſo non ſervato. Inc.

*Poſcit opem primus Lucas miſerabilis in re &c.*

III. Quum agi faceret Luciani Dialogum de venditione, & emptione, Muſa, quum Lyram traderet, haec ait in primis ad puerum, ipſam Lyram accipientem. Inc.

*Mulcentem tigres, adamantaque ſaxa trahentem &c.*

IV. Pro quodam religioſo Diſtichon. Inc.

*Praemia quanta Deus promittat, & ipſe memento.*

V. Aliud pro eodem. Inc.

*Tendimus ad letum, leto nil certius ullum.*

VI. Pro Abbate Abbatiae de Feſulis ſuper ſuo quodam Opere, quod compoſuerat in honorem Canonicorum Fratrum S. Auguſtini. Inc.

*Haec Auguſtini lector notanda videbis &c.*

XI. pag. 17. *b.* Guarini Veronenſis adloquutio in coniugio Hannibalis Mantuani IC. & Luciae Ioannis Branchini Ferrarienſis. Inc. *Cogitanti mihi, Princeps Illuſtris, & generoſi cives, coniugale munus.* Deſ. *& pulcra faciat te prole parentem. Dixi. Guarinus Veronenſis.*

XII. pag. 18. Romani Conſulis, ac viri diſertiſſimi Valerii Maximi Factorum, Dictorumque Memorabilium ad Tiberium Caeſarem Libri IX. cum Prooemio, ut in Cod. XXVII. Plut. LXIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 697. In hoc quoque Codice, ut in illo, legitur fragmentum Libri X. praevio hoc monito: *Decimus ac ultimus huius Operis Liber, ſeu ſtudioſorum inertia, ſeu ſcriptorum ſegnitie, ſeu alio quovis caſu, aetati noſtrae perditus eſt. Ceterum Iulius Paris Abbreviator Valerii, poſt novem explicitos, hunc decimum ſub infraſcripto compendio complexus eſt, per quod de nominibus, pronominibuſque, cognominibus, & agnominibus fuiſſe eumdem decimum a Valerio compoſitum, coniectari licet. Verba quidem Iulii Paridis haec ſunt: Liber X. de Praenominibus & ſimilibus incipit.* Clauditur tandem hac ſubſcriptione: *Valerii Maximi Factorum, Dictorumque Memorabilium ad Tiberium Caeſarem Liber decimus & ultimus feliciter explicit. Bononiae in domo de Bonazolis tranſcripſi. Scriptum per me Andream Ugolini de Vichio hoc Opus exſtat MCCCCXLIX. die XVI. Martii expletum eſt.* Adſunt interlineares quandoque, & marginales notae ſatis bonae, minuto, ac perſpicuo charactere exaratae, & in fine Librorum & Capitum ſingulorum index accuratiſſimus; in calce vero totius Operis legitur: *Iſte liber eſt mei Lucae Antonii de Sancto Geminiano, quem emi a quodam Presbytero S. Laurentii de Florentia pro pretio florenorum quinque a c. 132. anno Domini* MCCCCLI. *die* XX. *Maii.*

XIII. pag. 200. Siglae Romanorum cum interpretatione. Inc. *AUG. Auguſtus. AA. Auguſtalis &c.* In fine hoc monitum legitur: *E ſupra poſitis litterarum notis vetuſto more, quaſdam ſcripſi, quaſdam pinxi, ut repperi.*

XIV. pag. 208. *b.* Sequuntur I. Litterae adnotatae in vetuſtiſſimo quodam Codice. II. Litterae ſingulares in Iure Civili, de Legibus, & Plebiſcitis. III. In Legis actionibus. IV. In Edictis perpetuis.

XV. pag. 210. Inſcriptiones veteres ſatis multae, partim metricae, partim proſaicae, ſatis diligenter exaratae, ac cum Gruteriana, & Muratoriana Collectione ab aliquo veterum monumentorum indagatore diligenter conferendae. XVI.

(1) Error in Codice, nam legendum Iulii II. antea Iuliani Cardinalis Roborei, cuius ſtemmata gentilitia variis in locis inſpiciuntur in Abbatia S. Salvatoris de Spongia, quam commendatam habuit, ut in hiſtoria huius Eccleſiae probare contendit Ferdinandus Morozzius in libello Italico, cui titulus: *Memorie d' Iſtoria Eccleſiaſtica, Civile, e Letteraria di Colle di Valdelſa. Firenze per Gaetano Cambiagi MDCCLXXV. 8.* pag. 5. 30. & ſeqq.

Digitized by Google

XVI. pag. 216. *b.* Tandem Codicem claudit haec Genealogia Lucae Antonii de Sancto Geminiano (1).

*Piero alias Petro da Monte Varchi.*

*Vanni di Petro habitò a Colle di Valdelſa, & quì exercitò la ſua arte.*

*Antonio di Vanni di Petro habitò a Colle, dove ſuo padre, & quivi morì. & ſuoi heredi furono Antonio, & Vettore di Gianni, & Checlo di Ballata, & Antonio d' Vrbano di Petro habitò a Aſciano Contado di Siena. Gio. detto Gianni, & Bartolommeo detto Ballata di Bernardo di Petro detto Bernardo della Bella, habitorono a Sancto Gimignano, & quì exercitorono la loro arte. Di Ballata nacque Checho, & molti figli: ſono morti tutti.*

*Antonio & Vettore di Giovanni detto Gianni habitorono a S. Gimignano & quivi exercitorono loro arte. Hebbe il ſopradetto Gianni molti figlioli, & maritò 4. figliole, cioè M. Maria, della quale è deſceſo grande numero di figlioli, & di nipoti, & biſnipoti &c. & molti ne vive.*

*Monna Nanna hebbe più figlioli, che ne ſono vivi 4. M. Agneſe hebbe molti figlioli, & nipoti, & biſnipoti, & molti ne vive &c. M. Bartolommea hebbe pochi figlioli, & ſono morti, & niuno ne vive.*

*Ant. di Gio. detto Gianni hebbe circa 26. figlioli, & maritò più figliole, delle quali è nati molti figlioli, & figliole, & nipoti, & molti ne vive.*

*M. Luca d' Antonio di Giovanni hebbe 14. figlioli, & maritò 4. figliole, delle quali ſono nati molti figlioli. Di d. M. Luca al preſente vive frate Franceſco de' frati degli Agnioli, Liſabetta vedova, Brigida vedova, & ſuoi figlioli, & Girolamo Maeſtro di Grammatica, & Ginevra con più figlioli, & M. Nicolò medico fiſico, & Ant. frate di S. Marco, & Piero ſtà allo Speziale, & Bernardo &c. & habita detto M. Luca cum ſua famiglia a Firenze.*

*Ser Matheo d' Antonio di Gianni ha avuti pochi figlioli, de' quali vive Ser Modeſto, & la Franceſca, & una figliola di d. Franceſca habita a S. Gimignano.*

*Vettore hebbe pochi figlioli, maritò una figliola, hebbe nome Franceſca, della quale ſono nati più figlioli, & nipoti &c.*

*Queſto raccolto ho fatto io M. Luca tratto da iſtrumenti pubblici, incominciati dal* 1370. *inſino a queſto dì primo di Giugno* 1499.

Alia manu ſequitur: 1544. *adì* 10. *di Dicembre. Reſtò ſolo de' figlioli di M. Luca, M. Nicholò Medico, quale hebbe più figliole femine, quale tutte maritò. Di figlioli maſchi n' hebbe quattro, de' quali ne vive hoggi dua, cioè, Bernardo, Girolamo. Di Girolamo, & M. Felice de' Maccarii ſua donna ne nacque Goſtanza, Niccolò, Caſſandra, Luca Ant., Margherita, Pier Franc., Annalena, Lariona, Livia, Raffaello, Goſtanza, Sibilla, Agnolo.*

Denique in ipſo Codicis tegumento idem Lucas Geminianenſis adſcripſit:

I. Diſticha quatuor, Tetraſticha tria, quibus titulus, *Cherubini* (Quarqualii) *Diſtichon, quum redderet Priſcianum ſibi commodatum a Luca Ludimagiſtro puerorum.* Inc.

*Reddo tibi librum, ludi venerande magiſter,*
*Et pro me grates diſtichon iſtud agit Cherubinus.*

Ad Cherubinum (Quarqualium) vatem.

*Diſtichon & librum cepi, Cherubine, libenter,*
*Sed quae pro tali carmine digna feram? &c.*

II. Maledici cuiuſdam ineptiſſimum carmen in Magiſtrum Lucam Antonii.

*Tu melius faceres ollas componere gyro,*
*Ars haec tua fuit, tuaque ſemper erit.*

III. Diſtichon Lucae ad maledicum ignorantem, qui ſupraſcriptum carmen ineptiſſimum, & inconcinne dictum ſcripſerat.

*Non uſura meos poterit corrumpere cenſus;*
*Si figulus fuero, tu male parta tene* (2).

IV. Eiuſdem Lucae Epiſtola magnificis Dominis, Prioribus, Vexillifero Iuſtitiae Populi, & Terrae S. Giminiani. Inc. *Heri, & nudiuſtertius, quum ex verbis quorumdam ſpectabilium concivium noſtrorum certior factus eſſem, quemadmodum celebrato conſilio veſtro, totius ſenatus conſulto, ſuffragia obtinueram, & deputatus eram liberorum noſtrorum praeceptor, & doctor, magiſtratus veſtri litteras ſumma laetitia exſpectatam, perſuadens ipſe mihi, ut quidquid in eis iuberer a D. V. exſequutioni tradere poſſem, praeſertim in patriam revocatus, cui quantum quiſque debet haud me latet, nec facile eſt ſcribere.* Deſ. *itaque vobis primum, quantum veſtra in me propenſa benivolentia, & ſingulare ſtudium immortalis in me honoris, ingentes gratias, ſi non quas debeo, nam huic rei verba paria non reperio, quantas tamen ex corde, & animo poſſum, ago, & habeo, & quantum ingenio, labore, opera, ſtudio, diligentia potero, contendam, ut me cupidum reddendae gratiae in poſterum exiſtimetis. Valeant denique M. V. quibus me etiam atque etiam recommendo.* In altera tegumenti parte legitur

I. Epigramma tetraſtichon ad Paullum Summum Pontificem, quod ordine retrogrado etiam legitur, incipitque:

*Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum &c.*

II. Proverbiorum Salomonis Caput VI.

III. Monitum, quod ſequitur: *Magiſter Dominicus Hambalzonius ſacrae paginae digniſſimus Profeſſor de S. Geminiano pingi fecit quaedam carmina, quae hic ſunt inferius annotata, ad cognitionem & memoriam quorumdam fratrum ibidem pictorum, ubi depicta inerat etiam imago Sancti Alo fabri, in aede D. Auguſtini, pre-*

(1) Hanc ideo libentius in lucem damus, quia de hoc Magiſtro Luca nulla occurrit mentio inter Grammaticos, & Rhetoras Geminianenſes apud Io. Vinc. Coppium *Annali di S. Gimignano. Fir. MDCXCV.* 4. pag. 194. ſeqq. Ex Codice autem Plut. XC. ſup. num. XC. § VII. eius cognomen habes, ubi ſe ſubſcribit ita: *Liber mei Lucae Antonii Ioannis Bernardi Petri de Bernardis de S. Gemin. &c.*

(2) In margine: *quia hic male lucrum ſibi parare conſuevit.*

Digitized by Google

*prope Sacriſtiam, prope funes campanarum. Quas picturas olim fieri fecerat D. Dominicus de Mainardis clariſs. Legum Doctor cum his carminibus, qui ſcripſit hiſtoriam beati Bartoli ſatis eleganter,*

*Quos tulit haec patria inſignis ſimulacra virorum*
*Religione ſua ſimul, ingenioque nitentum,*
*Dominicus Doctor Mainardus pingere iuſſit;*
*Iunta, tuam mire deſcripſit, Bartole, vitam;*
*Sanguine caeleſtem Petrus conſcendit ad aulam;*
*Hiſtoriam placido fini dedit ore Ioannes.*

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. quoad Lucae Geminianenſis ſcripta autographus, quoad Valerium Maximum nitidiſſimus, cum gloſſis interlinearibus, & marginalibus, & cum initialibus auratis, & coloratis. Conſtat foliis 217.

## MARCELLVS DE COMP. DOCTRINA.

Cod. III. NOn. Marcelli Peripatetici Tiburcienſis (*ſic*) Compendioſa Doctrina per litteras ad filium de proprietate ſermonum, ut in Codice I. Plutei XLVIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 425. a §. I. ad §. V. incluſive.

Codex chartac. Ms. in fol. minori Saec. XV. ab aquis pluvialibus male habitus, in cuius prima pagina legitur: *Bernardi de Puccinis num. XVI.* Conſtat foliis 179.

## BOETHIVS DE SCHOLAST. DISCIPL.

Cod. IV. I. pag. 1. BOëthii de Scholaſtica Diſciplina Liber, praevia Capitum tabula, ut in Codice VIII. Plutei XXXVIII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 262. §. III. In fine legitur: *Anitii Boëthii Severini Exconſularis Patritii Liber de Diſciplina Scholarium explicit.* Tum alii duo verſiculi forte poſſeſſoris nomen continentes ſequebantur, poſtea omnino erasi; inde eadem antiqua manu adſcripti ſunt hi alii:

*P. liber eſt ſcriptus a P. qui crimine rarus*
*Vivat quinque prius tribuit bis P. ſibi carus.*
*Explicit expliciat ludere ſcriptor eat.*
*Qui ſcripſit carmen ſit benedictus amen Blimbus.*
*Qui ſcripſit totum pro Chriſto da ſibi potum B.*

Tandem poſſeſſoris nomen ita indicatur: *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia LXII.*

II. pag. 19. In fine Codicis adſcriptae ſunt alia manu teſtimoniales quaedam litterae Epiſcopi Lucani Guilielmi de miraculo Sancti Vultus Lucenſis. Inc. *Frater Guillelmus Dei & Apoſtolicae Sedis gratia Epiſcopus Lucanus* (1) *univerſis & ſingulis, ad quos praeſentes pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. Miſerator & miſericors Deus, ipſum timentibus in memoriam miſerationum ſuarum mirabilia ſua quotidie renovans, ad incredulorum cordium molliendam duritiem, & incredulitatem exprobrandam ipſorum, noviſſime diebus iſtis obſtupendum miraculum non ſolum audientibus, ſed etiam videntibus admirandum, ad oſtendendam ſuae propitiationis benignitatem, in honorem ſereniſſimi ac ſacratiſſimi Vultus ſui, ipſius repraeſentantis effigiem, dignatus eſt demonſtrare. Pridie ſiquidem de menſe Septembri proxime praeteriti, dum quidam Ioannes Laurentii de Comitatu Trebatenſi, negociandi cauſſa, verſus Thuſciam de Neapoli veniens, tranſitum faceret per Diſtrictum Caſtri de Petralunga civitatis Caſtelli Dioeceſis, eſſetque ibi quidam homo a praedonibus interfectus, gentes illarum partium ad ipſius interfecti clamorem & ululatum, cum impetu cucurrerunt, & neminem invenientes, praeter dictum Ioannem, per ſtratam publicam incedentem ſecure, dicti homicidii inſcium, & inſontem; in dictum irruerunt Ioannem, & tamquam ſuſpectum de iam dicto homicidio tenuerunt, & captum ad Caſtrum ipſum ducentes, tamquam dicti homicidii patratorem, Domino Brancae de Guelfuciis de civitate Caſtelli, Domino & Poteſtati Caſtri praefati tradiderunt, de peccato, quod non commiſerat puniendum &c.* Narrat deinde quod licet conſtanter negaſſet ſe tantum facinus umquam perpetraſſe, fuiſſe tamen capite damnatum; ſed quum ad ſupplicium ductus eſſet, miraculoſe liberatum, interceſſione Sancti Vultus, & tandem claudit: *ſed quia relationi ſuae fidem credulam non dabamus, ad dictum D. Brancam redit iterato pro teſtimonialibus litteris ſuis, & ſuorum Officialium, ſeu Iudicum praemiſſorum, qui nos, & noſtrum clerum per eorum patentes litteras ſigillis eorum munitas, praedicta omnia continentes, certiſſimos reddiderunt, dictam manariam ſic obtuſam nobis in teſtimonium tranſmittentes* (2). *Nos igitur volentes, quod tale, ac tantum miraculum taceatur, nec ſub modio, ſed ſuper candelabrum apponatur, ut hominum corda ac mentes illuſtret, illud intendimus per mundi climata declarare; & in praeſentiarum vobis per dictum Ioannem latorem praeſentium, qui verſus beatum Iacobum Apoſtolum greſſus ſuos dirigit, votum ſuum complere praefatum, per praeſentes noſtras litteras intimamus, Univerſitatem veſtram in Domino attentius exhortan-*

(1) Ferd. Vghellus Italiae Sacrae Venetiis apud Seb. Coleti MDCCXVII. fol. Tom. I. pag. 823. inter Epiſcopos Lucenſes de Guillelmo haec habet: *Fr. Guillelmum deinde Dulcinum de Monte Albano, Generalem Procuratorem Ordinis S. Dominici, cuius erat alumnus, Ioannes XXII. Pontifex Lucenſem evexit ad Sedem anno MCCCXXX. die XXVIII. menſis Aprilis.* = *Fato functus eſt Lucae anno MCCCXXXXIX. die XII. menſis Aprilis, ſepultuſque in Choro S. Romani apud ſuos Dominicanos.*

(2) Viſitur adhuc appenſa in Sacello S. Vultus Lucae, ut habet Io. Dominicus Manſius: *Diario Sacro antico e moderno delle Chieſe di Lucca riveduto, e accreſciuto &c. Lucca MDCCLIII. 8 pag.* 237.

Digitized by Google

*tantes, quatenus praefatum Ioannem habere velitis pietatis intuitu commendatum; ipſe enim Ioannes de praedictis omnibus veſtram prudentiam poterit vivae vocis oraculo ſeriosius informare. Datum Lucae ſub anno Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo quinto, Indictione III. die ſexta menſis Ianuarii.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori, quoad Boëthium Saec. XIII. quoad Epiſcopi vero Lucenſis Diploma Saec. XIV. in cuius fine quatuor leguntur verſiculi, & ſubſcriptio rubricata; ſed haec in praeſens omnino eraſa; antiquitus num. 445. notatus. Conſtat foliis 19.

## FRANCISCI DELLA TORRE,

*Ludovici Tornaboni, Sigiſmundi Stuphae, M. T. Ciceronis &c. Orationes, & Epiſtolae.*

Cod. V. I. pag. 1. SErmo egregii ac generoſi viri Franciſci della Torre, quem fecit in Synodo Archiep. Florentini in Eccleſia Cathedrali Florentina. Inc. *Salve Rever. Pater, digniſſimique Suffraganei avete, celeberrimique Patres, iterum atque iterum ſalvete. Quoniam bonorum motum tarditas.* Deſ. *miſericorditer maneant per infinita ſaecula &c. Franciſci Martini della Torre Rectoris Eccleſiae Sanctae Margaritae de Flor.*

II. pag. 6. *b.* Eiuſdem Oratio, quam fecit (1) Sigiſmundus, (forte Stupha) Laurentio avo ſuo MCCCCLV. Inc. *Florentinorum proſapia, noſtri avum Andrea natum, inter ceteros ab Stupha fore clarum &c.* Finis deſideratur, reciſis IX. paginis, in quibus quid contineretur ex antiquo indice Codici praemiſſo non adparet.

III. pag. 8. Eiuſdem ſcientiarum in facultate peritiſsimi Sermo in Coena Domini habitus in Eccleſia Cathedrali. Inc. *Iterum libertas nititur.* Deſ. *cum illis perenniter ac miſericorditer valeat collocare, qui cum Filio &c. Explicit Sermo, quem fecit ſapientiſſimus Dominus Franciſcus Martini della Torre in triduo, ſeu in Coena Domini in Eccleſia Cathedrali Civitatis Florentiae* MCCCCLVI.

IV. pag. 15. *b.* Anonymi quaedam gloſſae ſuper Sphaeram (Ioannis de Sacrobosco). Inc. *Tractatum de Sphaera &c. A principali propoſito ſuo.* Deſ. *ſunt corpora magna.*

V. pag. 21. Aliud item Anonymi Commentum utile ſuper Sphaeram eiuſdem. Inc. *Tractatum de Sphaera &c. Volentibus habere cognitionem in ſcientia Aſtronomiae, neceſſario praemittitur Tractatus, in quo agitur de diſpoſitione Sphaerae caeleſtis.* Deſ. *poteris metiri profunditates quaslibet, & planities.*

VI. pag. 34. *b.* Anonymi Tractatus Algoriſmi, de pluribus Tractatibus reductus ad brevitatem. Inc. *Ad habendam ſcientiam Algoriſmi, ſciendum eſt, quod Algoriſmus dicitur ab Algorio huius ſcientiae inventore.* Deſ. *ſcribi debet ſub ultima figura numeri ſuperioris.*

VII. pag. 36. Oratio anepigrapha, quae tamen eſt Iſottae Nogarolae, ut in Codice XXIV Plutei LXXXIX. inf. ſupra pag. 387. §. XIII.

VIII. pag. 37. Item alia eiuſdem Oratio, ſine titulo, praeviis verſiculis, ut ibid. §. XII.

IX. pag. 38. *b.* Anonymi Epiſtola pro Republica noſtra. Inc. *Superioribus diebus ſcripſimus vobis de negotio amici noſtri; nunc etiam quia impugnatores non ceſſant, iterum ſcribimus rogantes impenſius &c.* Adiiciuntur in fine verſiculi quatuor de Idibus & Calendis.

X. pag. ead. Anonymi Exempla varia Epiſtolarum.

XI. pag. 40. D. Franciſci Martini della Torre ad Barptolemaeum Lentium Vita feliciter ac breviter digeſta, quam Laurentius ſuus nepos recitavit die XXVII. Maii MCCCCLVIII. Inc. *Beneficiorum perceptorum germani tui memores.* Deſ. *quumque noſtri generoſi Franciſci ſua benivolentia aliquo tempore eruditione, quoad eius fieri poteſt minime careamus, ut alumnorum tuorum virtus clara ſecus mortales in aeternum permaneat.*

XII. pag. ead. *b.* Oratio Ludovici Tornaboni ad Philippum Tornabonum patrem ſuum de negligentia eius erga filium, quam fecit Franciſcus. Inc. *Quum orandi quidquam, praeclariſſime genitor, diſciplina litterarum, ac dicendi commoditas mihi praebuerit.* Deſ. *quoad te fieri poteſt.* Subiicitur apoſpaſma ex dictis Solonis ſecundum Aulum Gellium.

XIII. pag. 41. *b.* Sigiſmundi dalla Stupha ad Sigiſmundum Pandulphum Epiſtola. Inc. *Decus, tuique gloria, ac magnitudo.* Deſ. *animo defueris. Vale.*

XIV. p. 42. Prophetia Sibyllae Erythraeae, ut in Codice XXIII. Plutei XII. Catalogi Tom. I. pag. 29. §. XVIII. ſed in fine diverſa.

XV. pag. 43. Aliud Formularium Epiſtolarum, quae ſcribuntur Rebuspublicis, Principibus, Magiſtratibus, & aliis in dignitate conſtitutis (2), in quo inſeruntur dicta varia ſententiola Philoſophorum, & praecipue ex Operibus Senecae excerpta. Inc. *Ai Signori Fiorentini. Magnificis & Excellentiſſimis Dominis Dominis Prioribus Artium, & Vexillifero Iuſtitiae, Populi, & Communis Florentiae Dominis ſuis ſingulariſſimis. Magnifici & Excellentiſſimi Domini, Domini mei ſingulariſſimi poſt humilem recommendationem &c. In queſto puncto ò lettere dalla V. M. S. de' dì 20. &c. Altre nuove al preſente non ſono in paeſe degne di ſcrivere alla V. M. S. alla grazia della quale ſempre mi raccomando. Ex Oppido Caſtilioni die III. Aprilis MCCCCLI.*

XVI. pag. 58. *b.* Franciſci della Torre Epiſtola ſolito ſuo Franciſco Tornabono de caede Iulii Caeſaris in Senatu per Brutum, & alios coniuratos patrata. Inc. *Saepenumero*

(1) Scilicet *recitavit.*

(2) Nominantur ii, ad quos litterae diriguntur.

*ro ad te reſerare &c. Datum ſolito loco die Sanctorum Omnium hora XI.*

XVII. pag. 59. Quaedam expoſita ſuper Tractatum Sphaerae. Inc. *Diametron dicitur linea recta, tranſiens per medium circuli*. Deſ. *niſi eſſet interpoſitio Lunae*.

XVIII. pag. 60. Franciſci della Torre Ioanni Franciſco Tornabono ſuo Epiſtola. Inc. *Fuit etenim ultra communem sui valentiam, mi alumne &c. Datum II. Nonas Decembris* MCCCCL.

XIX. pag. 61. Auctoritates Librorum Metaphyſicorum Ariſtotelis ad Sigiſmundum de Stupha. Inc. *Omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, quod inter omnes ſenſus, ſenſus viſus magis facit ſcire*. Deſ. *ſed iuxta capacitatem ſuae naturae. Amen. Giſmundus noſter de Stupha tradidit nobis, quem Deus per longa tempora conſervet*.

XX. pag. 75. Tabula Tachuini decemnovem litterarum alphabeti, cui ſubiicitur notitia ſtellarum, quae regnant in quolibet menſe, curſus Solis, ac Lunae, aliorumque planetarum, nomina ſeptem Sapientum &c. inter quae notandum pag. 76. *b.* hoc monumentum: MCCCCL. *Iudicium Magiſtri Lamberti Pictavienſis Aſtrologi morantis in Rhodo in manſione Magiſtri Hieroſolymitani &c.*

XXI. pag. 77. Prophetia completa uſque ad annum MCCCCLXX. (1) Inc. *Dixit quod Teucer in brevi tempore omnino habebit Conſtantinopolim, ſed hoc permittit Deus pro principio renovationis Eccleſiae ſuae, & nunquam, niſi poſt multum tempus Conſtantinopolim habebit Imperator Chriſtianorum. Item Teucer omnino veniet Romam*. Deſ. *& omnia iſta myſteria complebuntur, antequam perficiantur anni Domini milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi primi* (2). Adiicitur pag. 78. *b.* alia Prophetia verſibus XII. comprehenſa, cuius initium eſt:

*Gallorum levitas Germanos iuſtificabit &c.*

Item alia tranſmiſſa per Sereniſſimum Regem Francorum Sanctiſſimo Papae, quam fertur ab Angelo accepiſſe, quamvis ipſe id noluit confiteri. Ea vero ſequens eſt:

*De anno MCCCCLVI. Roma, Papa carebit.*

*De anno MCCCCLVII. multi fame peribunt.*

*De anno MCCCCLVIII. omnis clerus interficietur.*

*De anno MCCCCLIX. per Turcum ab Rhodo uſque Romam ad portam Latinam obſeſſo erit, & obſeſſa Roma, Rex Francorum Turcum conſtringet, atque in fugam vertet uſque Ieruſalem.*

*De anno MCCCCLX. Teucro ſuperato, & victo, fiet Papa, qui ſub arbore ſicca Miſſam celebrabit, & florebit arbor ipſa, fietque unio totius Chriſtianitatis, dehinc Rex Francorum morietur.*

XXII. pag. 79. Ariſtotelis Epiſtola ad Alexandrum (3). Inc. *Quum humanum corpus ſit corruptibile, eique corruptio accidat colera ſive aliarum humanarum* (ſic) *quae ſunt in eo, viſum eſt mihi in praeſenti Opere tibi reſcribere quaedam utilia, & omnino neceſſaria ex ſecretis artis medicinae*. Deſ. *defectum*. Tum ſubiungitur: *Ioannes M. Antonii de Caſtro Franco. Explicit Epiſtola Ariſt. ad Alexandrum*.

XXIII. pag. 81. Laudatio Leonardi Hiſtorici & Oratoris, auctore anonymo (4). Inc. *Si Latinae Muſae, vel aliud, quod ſtudiis & litteris magis ſit praepoſitum Numen venire in publicum, & elegantem virtutem cuiuſdam mortalis ingenii laudare ad Populum aliquando conſueviſſet, ſupervacanea quippe foret oratio mea.* = *Amore igitur incredibilium virtutum ſuarum compulſus, ne apud me ſuae gratitudinis beneficia pereant, incipiam. Etſi mea brevi oratione meritis ſuis, & noſtrorum civium deſiderio ſatiſfacere minus valuero, officio tamen fungar benivolentiſſimi atque amiciſſimi, qualis illi ſemper fui, & in futurum eſſe confido.* = *Quum natus eſſet igitur Leonardus Arretii, vir ſanctae quippe ruſticitatis, ac communi omnium conſenſu prophetico ſpiritu plenus, quem cognominabant Stupam Fratrem, perambulans civitatem, infortunium maximum illi venturum praedicabat. Hic, quum nutricem cunam cum Leonardo infantulo quaſſantem, ante oſtium videret, audientibus multis, exclamavit, & tu puer, qui iaces in cuna de his hiſtoriam ſcribes. Sequentibus inde annis varie poſſeſſa, ac directa eſt Urbs Arretium, donec in manus Gallorum equitum devenit, qui illam hoſtili modo depraedatam, Florentinis tandem vendiderunt.* = Narrat deinde quomodo captivus cum patre ab hoſtibus detentus fuit, inde proſequitur pag. 81. *b. Verum quum Arretii propter ſummam doctoris penuriam praecepta eius doctrinae, quam conſequi avebat percipere minus valeret, parentes oravit, ut illum Florentiam, florentiſſimam Etruſcorum urbem, traducerent: ibique incredibili paene celeritate Latinarum litterarum, & vocum proprietates rectiſſime comparavit, quarum in ſtudiis quum iam plurimum profeciſſet, Dialecticam primo, mox Iuris Civilis diſciplinam, ac inde Philoſophorum praecepta accuratiſſime perquiſivit; quibus ſtudiis dum ſedulam operam impenderet, vir magnus, atque omni eloquentiae laude floreſcens, Chryſoloras Byzantius Graecarum litterarum diſciplinam in Italiam reduxit, quarum recta eruditio per ſeptingentos iam annos apud Italicos non habebatur. Leonardus tunc adoleſcens cognitioni earum, praeter ceteros intentus, quoad poterat, ab illo ſummo Graecae linguae Magiſtro non diſcedebat; & quidquid ab eo docebatur, memoriae mandabat, donec in*

 *utra-*

(1) Notae numericae *XX.* fuerunt interpolatae.

(2) Primitus legebatur *ſexageſimiprimi*.

(3) Teſte Fabricio Biblioth. Graec Tom II. p. 167. Alexander Achillinus Medicus ac Philoſophus, Bononiae edidit A. MDXVI. fol Opus ſeptiſegmentatum, in quo Latine reperiuntur primo Ariſtotelis Secretum Secretorum ad Alexandrum Magnum de Regum Regimine, de Sanitatis Conſervatione, de Phyſiognomia &c. Pridem ex Arabica lingua in Latinam tranſtulerat Philippus Clericus.

(4) Non eſt Iannoctii Manetti, nec Poggii Bracciolini, quorum ſinguli funebri Oratione Leonardum cohoneſtarunt, quae editae ſunt ante eiuſdem Leonardi Arretini Epiſtolas, curante Laur. Mehus, Florentiae impreſſas typis Bernardi Paperini A. MDCCXLI. Tomis II. 8.

Digitized by Google

*utraque lingua inſtitutus & doctus, omnem mox operam ad communem Latinorum hominum uſum, utilitatemque convertit. Hinc complures Graecorum Oratorum atque Philoſophorum libros, quos noſtri non habebant, prius Latino ſermone abſolvit, & quod in ſe plus laudis habet, abſolutos iam prius, quia abſurdi, minimeque ſonantes, atque ſemigraeci remanſerant, ut ſua elegantia, & decore, Latine legerentur, effecit. Primum igitur eloquentiſſimorum Graecae linguae auctorum Demoſthenis, Aeſchinis, Xenophontis, Plutarchi, atque Baſilii quindecim libros interpretatus eſt; ac inde maiora iam auſus, Platonis ſex, Ariſtotelis vero viginti Libros, qui ad mores, & rectam vivendi viam ſcribuntur, diligenter, & ornate Latine dictavit; cuius quidem interpretationis laudem tacitus praeterire non poſſum &c.* Et paullo infra pag. 82. *Inter has quidem tot Librorum interpretationes, nec ipſe in ſuis Operibus ſiluit; verum complures, & doctrina, & eloquentia praeſtantes libros compoſuit; nam & optimarum artium vias pluribus libris oſtendit. Scripſit enim de ſtudiis, & litteris, de interpretatione recta, de Militia, & Moralis Philoſophiae Iſagogicon, qui Libri nihil aliud continent, niſi bonarum artium introductiones & modos. Ac inde, quum non ſolum doctrina, verum etiam recte factorum exemplis prodeſſe quamplurimis conaretur, hiſtorias ſcribere aggreſſus eſt; & primum antiquiora expetens, primi Belli Punici hiſtoriam, Latinorum negligentia iampridem amiſſam, tribus Libris abſolvit, & in lucem, noſtrorumque memoriam reduxit. Hinc res geſtas Florentini Populi ſcribere adorſus, ſupra quam tum memoria haberi potuit, Florentinae Civitatis hiſtoriam, quae iam obliterata paene remanſerat, duodecim libris illuſtravit; in quibus ab origine Civitatis ſumens exordium, quam LXXXVIII. annos ante Chriſti Nativitatem a Syllanis militibus conditam fuiſſe conſtat, uſque ad ſecundum ſupra MCCCC. noſtrae ſalutis annum, quae digna memoratu videbantur, collegit. Scripſit praeterea de Bello Italico adverſus Gothos geſto Libros IV. Librum Commentariorum rerum Graecarum, & Librum de Temporibus ſuis. Oratorias inſuper nonnumquam cauſſas aggreſſus, de laudibus Florentinae Urbis Orationem compoſuit, quaſi publicum quoddam munus. Ad excellentes inde verſus cives, laudationem ſplendidiſſimi Equitis Ioannis Strozzae dictavit. Pro ſe ipſo ad Praeſides, & ad Summum Pontificem, quum eſſet Florentinorum Legatus, Orationes habuit. Scripſit etiam Ariſtotelis Vitam, & Ciceronem Novum, in quo eius Vita continetur. Scripſit contra Hypocritas, in Nebulonem maledicum, Dialogorum Libros duos, & Epiſtolarum ſuarum Libros VIII. qui omnes inſcribuntur Libri LXXIV. quorum aliqui ad mores, & rectam bene vivendi rationem ſpectant; plerique ad memoriam rerum antiquarum, quarum exempla maximo emolumento ſuis civibus eſſe poſſunt; reliqui, partim bene dicendi copiam, partim vero cum familiare, ac domeſticum, tum commune, atque uſitatum ſcribendi genus proſequuntur.* Pag. 83. *Quare ne erga tantum virum maligni ſimus, atque ingrati, ipſum, ac ſuos omnes ingenii honore, & benevolentia proſequamur. Hic eſt enim vir ille, qui praecepta excolendi mores, quos benemerito probaverit honeſtiſſima civitas, in Latinam linguam reduxit. Hic exoletam iam antiquam Florentinae Civitatis memoriam, ac paene deletam, ex cohibentibus undique tenebris in lucem revocavit. Hic eruditionem Graecarum litterarum per ſeptingentos iam annos in Italia non notam, primus relevavit. Latinarum quoque litterarum elegantiam & copiam iampridem perditam, adeo diligenter, ornateque conquiſivit, ut poſt octingentos annos illam primus reſumpſerit, ſumtaque eloquentia tractavit, ut illis antiquis, quos legentes admirari ſolemus, nulla ex parte inferior eſſe videatur.* = Et paucis interiectis = *Quid itidem de Leonardo dicemus? ad quem, non ſolum ex Hiſpania, Galliaque, ſed ex ultimis Angliae, atque Germaniae finibus, vidimus & nobiles viros, & Regum, ac magnorum Principum Legatos Florentiam veniſſe, & eius magni pretii libros in provincias ſuas ad ſuos Principes miſiſſe.* Deſ. *cui ſpero omnipotentem Patrem, qui praeſtantiam tanti ingenii atque altiſſimae mentis excellentiam conceſſit, aeternam quoque gloriam conceſſiſſe, ad quam una cum ipſo ceteriſque beatis nos itidem pervenire mereamur.* Subiungitur Epitaphium eiuſdem Leonardi Arretini hiſtorici decem verſibus conſtans, quod ita ſe habet:

*Hic Leonardus erat vivens Aretinus in orbe*
*Lumen, in antiquos vir referendus avos.*
*Graece doctus erat, mediis quaſi natus Athenis,*
*Et medio in ludo Socratis ille foret.*
*In Latium multos interpres fidus ad unguem*
*Tranſtulit ex Libris, Attica lingua, tuis.*
*Edidit & ſacro multos de pectore tanto*
*Ornatu, ut numquam fama perire queat,*
*Cui Romana pares vidit facundia paucos,*
*Poſt Arpinatis tempora priſca lyrae.*

XXIV. pag. 85. Proloquutio quaedam ſine titulo de Eloquentiae laudibus. Inc. *Sunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum.* Deſ. *huic ſtudio* (ſcilicet *Eloquentiae*) *omnem diligentiam impendamus, inſudemuſque in omni ocio ac exercitatione legendi, audiendi, & ſcriptitandi, ut omne noſtrae vitae tempus cum dignitate degere poſſimus.*

XXV. pag. 87. Octava pars Rationarii Divinorum Officiorum, in qua tractatur de Computo & Calendario (1). Inc. *Quoniam, ſicut ait Beatus Auguſtinus, ſacerdotes Computum ſcire tenentur &c.*

XXVI. pag. 89. Tractatus de Cometa. Inc. *Quia ſicut Ptolemaeus in Centiloquio.* Deſ. *ad*

(1) Eſt excerptum ex Libro VIII. Rationalis Divinorum Officiorum Guilielmi Duranti.

*ad portum triumphantis vivendo perducat. Explicit Tractatus de Cometa compilatus per D. Ioannem de Lignano iuris utriuſque Doctorem in civitate Bononiae MCCCLXVIII. & completus XX. Aprilis, quo menſe apparuit Cometa. Deo gratias.* Notandum circa finem huius Tractatus triſtes quoſdam eventus commemorari, quos auctor Cometis tribuendos cenſet.

XXVII. pag. 97. Initium Commentarii in Tragoedias Senecae anepigraphum. Inc. *Soror Tonantis &c. Tria genera Theologiae diſtingui a Varrone Auguſtinus narrat libro ſexto de Civitate Dei*. Deſ. *deliciae ad luxuriam, divitiae ad avaritiam, & quod hic debeat intelligi* . . . . . . . Reliqua deſiderantur.

XXVIII. pag. 98. M. T. Ciceronis Epiſtolae quaedam ad Curionem, & Lentulum &c. in fine mutilae.

XXIX. p. 113. Anonymi Scholia uberrima in Ovidii Libros Metamorphoſeon. Inc. *In nova fert animus &c. Dicere, deſcribere. Dii, Deus, vel intelligentia. Facit invocationem, dicens, o Dii auxiliabimini*. Deſ. *ingreditur aliam fabulam*.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. & XV. varia manu, ac plerumque difficili & mendoſo charactere exaratus. Conſtat foliis 152.

## POMPEIVS FESTVS.

Cod. VI. 1. EXcerpta ex Libris Pompeii Feſti de ſignificatione verborum, praevia Epiſtola Paulli Diaconi ad Regem Carolum, ut in Codice XIII. Plutei LIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 609. §. I.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. ab aquis pluvialibus maculatus, variiſque in locis evanidus, in cuius prima pagina legitur: *Bernardi de Puccinis num.* 1. Conſtat foliis 100.

## POMPEIVS FESTVS.

Cod. VI. 2. I. pag. 1. FEſti Pompeii Excerpta de verborum ſignificatione, ut in Codice ſuperiori, ſed ſine Epiſtola Paulli Diaconi.

II. pag. 68. *b*. Aliae ſignificationes verborum anepigraphae, quae tamen ſunt pars Libri IX. (1) & XI. (2) eiuſdem Feſti. Quae ſpectant ad Librum IX. inc. *Incita, incitata, ex Graeco originem trahit, quod Heſiodus omnium rerum initium dixerit Chaos &c.* & progrediuntur uſque ad finem Libri, ut in editione Feſti in calce Cornucopiae Nicolai Perotti Venetiis in aedibus Aldi MDXIII. fol. pag. 1157. lin. 42. Vndecimi vero fragmentum incipit a verbis: *Magnos ludos Romanos ludos appellabant &c.* & progreditur uſque ad finem, ut in cit. edit. pag. 1170. lin. 10.

III. pag. 72. Tractatus item anepigraphus, qui tamen eſt Marci Terentii Varronis Liber IV. tantum, in quo inquiritur, a quibus rebus impoſita ſint nomina in lingua Latina. Inc. *Quemadmodum vocabula*. Deſ. *quare ut proximo, ut in primo libro dixi, quod ſequitur de temporibus dicam*. Vt in editione Lugdunenſi apud heredes Seb. Gryphii MDLXIII. 8. a pag. 6. ad pag. 49. Subiiciuntur Excerpta quaedam ex Horatii Satyra VI. & Poëtica.

Codex chartac. Ms in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum initiali littera aurata, & colorata, antiquitus num. 462. notatus. Conſtat foliis 83.

## POGGII INVECTIVAE.

I. pag. 1. POggii Florentini in Thomam Reatinum ſpurciſſimum ganeonem Invectiva. Inc. *Licet rectius forſan*. Deſ. *& quo ſerius, eo ſeverius caſtigabis immanium ſcelerum gravitatem*. Cod. VII.

II. pag. 15. Eiuſdem in Laurentium Vallam Invectiva I. Inc. *Si quibus in rebus honeſtum eſt*. Deſ. *quod ſi ceteri deſint, ego eius nomen profiteor me in iudicium delaturum*. In editione Aucuparii, Argentorati MDXIII. fol. a pag. 71. t. ad pag. 77. t.

III. pag. 30. In eumdem Invectiva II. Inc. *Nihil unquam mihi optatius accidere potuiſſet*. Deſ. *in poenam ſuorum ſcelerum ſempiternam*. Ibid. a pag. 78. ad pag. 88.

IV. pag. 54. In eumdem Invectiva III Inc. *Novum monſtrum, multiſque ſaeculis inauditum*. Deſ. *cuius ſcribendae copiam ac facultatem, eius inſania ac ſcelera ſuppeditabunt*. Ibid. a pag. 89. (per errorem 98.) ad pag. 91. t.

V. pag. 60. *b*. In eumdem Invectiva IV. Inc. *Quum ceteris in rebus Laurentium Vallam periurum, infidum, fallacem, mendacem eſſe omnibus conſtet, hoc uno laudem adeptum videmus, quod foedera, quae cum inferis pepigit, non quidem caeſa, ut priſci ſolebant porca, ſed anima perempta ſanctiſſime ac fidiſſime ſervavit*. Deſ. *ut ſaltem inter ebrios aliquam laudem mereatur*. Non exſtat in cit. edit.

VI. pag. 71. *b*. In eumdem Invectiva V. Inc. *Ago tibi gratias, quas mereris, & uberiores referam, clementiſſime Valla*. Deſ. *in quos ego, ſi mihi innotuerint, liberius ac licentius evagabor*. Ibid. a pag. 92. ad pag. 95.

VII. pag. 80. *b*. Eiuſdem Invectiva in Nicolaum Perottum infamem puſionem, ut in Codice XVII. Plut. XLVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 400. §. II.

VIII. pag. 94. *b*. Eiuſdem Invectiva contra fidei violatores. Inc. *Quoniam raram fidem inter multos mortales verſari, pluresque ne-*



(1) In margine notatum eſt: *Deeſt in fine litterae I.*
(2) Heic quoque notatum eſt: *Deeſt in principio M.*

Digitized by Google

*neſcio qua effrenata cupiditate ductos, nullam illius ſervandae tum publice, tum privatim curam gerere videmus, ſed potius impetu quodam veſano eius violandae libidine ferri, neceſſarium duxi diſſerere paucis quam foedum, quam turpe, quam perniciosum, quam ab omni honeſto alienum id vitium exſiſtat, quam ſit exitiabile non ſtare conventis, & fidem tollere, eam praeſertim, quae publicis foedere, & decretis ſancita eſt & confirmata*, Deſ. *a rebus vero publicis eiuſmodi legum eluſiones abſint; abhorrent enim ab earum nomine & dignitate; fides, iura, aequitas, iuſtitia valeant, quae efficiunt, ut iure civitas appellari queat, ne potius tyrannus, quam Respublica nominetur. Abolenda ſiquidem ſunt, quae infamiam, dedecus, opprobrium efferunt civitati, quorum qui ſe auctores praebent, peſtiferi ſunt cives, & ex urbibus eiiciendi, quum ea tollant, ſine quibus nulla umquam civitas fuit.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. bene ſervatus. Conſtat foliis 101.

## SIDONII APOLLINARIS EPISTOLAE ET CARMINA &c.

Cod. VIII. I. pag. 1. GAii Sollii Apollinaris Sidonii Epiſtolarum Libri IX. quibus praecedunt indiculi rerum notabilium, & eorum, ad quos Epiſtolae diriguntur, manu Petri Criniti, qui ſe in ſuperiori margine primae paginae ſubſcribit: *Petri Criniti puerull* (1) *& amicorum*. Liber primus Epiſtolarum inc. *Diu praecipis*. Liber ultimus deſ. *arcens potius exiſſe videatur. Vale*. Τέλος. *MCCCC. 89. Octobribus P. Crin. puerulus* In hiſce Epiſtolis recenſendis cum alias cit. edit. inter Opera Iac. Sirmondi Venetiis apud Barptolem. Iavarinam MDCCXXVIII. fol. Tom. I. haec pauca adnotavimus diſcrimina. In inſcriptione Epiſtolae IV. Libri II. pro *Syagrio* legitur in Codice *Sagittario*. In inſcriptione Epiſtolae XXI. Libri IV. pro *Apro* legitur in Cod. *Aſpero*. Epiſtolae poſtremae duae Libri VI. ſcilicet XI. & XII. omittuntur ſuo loco, & redduntur infra in Libro VII. loco Epiſtolarum VI. & VII. quae quidem Epiſtolae VI. & VII. inſeruntur inter Epiſtolas XI. & XII. Libri eiuſdem VII.

II. pag. 142. Eiuſdem Carmina, praevio rerum notabilium indiculo. Primum eſt Panegyricus Anthemio Aug. dictus cum Praefatione, ut in edit. pag. 662. ſeqq. Deſinit autem in verſu:

*Praeterea quidquid Latiaribus indere libris*,

qui eſt 182. Secundum pag. 146. eſt Editio ad Libellum, in edit. *ad Petrum*. Tertium pag. ead. *b*. Panegyricus Maiorano cum Praefatione, ut in edit. a pag. 686. ad pag. 710. Quartum pag. 159. *b*. eſt Editio ad Priſcum Valerianum, ut in edit. pag. 735. Quintum denique eſt Panegyricus ad Avitum Auguſtum cum Praefatione, ut ibid. a pag. 711. ad pag. 735. Tum ſubiicitur *MCCCC. 89. Novembribus. P. Crin. puerulus*; ac demum pag. 173. *b*. leguntur verſiculi quidam anonymi, forte eiuſdem Criniti, de Hercule, quorum initium:

*Pavidus hic gemino cinctus ſerpente novercae &c.*

Item de Naſone, qui inc.

*Et te carmina per libidinoſa &c.*

Item alii anepigraphi, qui inc.

*Qua Criſpus brevitate placet, quo pondere Varro &c.*

cum brevi teſtimonio de Varrone.

III. pag. 174. Verſus Bedae ad componendum Horologium. Inc.

*Quos currus Solis iungant ſua tempora menſes*.

Deſ.

*In centro torrens ternos ſibi ſexta retentat*.

Exſtant inter Epigrammata. & Poëmata vetera Lugduni apud Mich. Chovet MDXCVI. 8. a pag. 609. ad pag. 612.

IV pag. 176. Verſus quidam de menſuris & ponderibus. Inc.

*Coclear extremum eſt, ſcrupulique imitabitur inſtar*.

Deſ.

*Haec quoque drachmarum ſimili tibi parte notetur*.

Eſt continuatio ſequentis Carminis, quod ſub Q. Rhemnii Fannii Palaemonis nomine occurrit inter Epigrammata ſupra citata a pag. 529. verſ. 33. uſque ad pag. 532.

V. pag. 178. Rhemnii Fannii verſus de ponderibus & menſuris. Inc.

*Pondera Paeoniis veterum memorata libellis*.

Deſ.

*Sicilicumque tibi miſtro ſimilare licebit*.

Tum ſubiicitur: Τέλος. *P. Crinitus puerulus M. CCCC. 89. Ianuar.* Habes loco citato a pag. 527. ad pag. 529. De hoc Codice, qui fuit Petri Criniti, mentio incidit apud Iacobum Gaddium de Scriptor. non Eccleſ. Tom. II. pag. 321.

Codex chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. exeuntis, in cuius prima pagina, ubi incipiunt Sidonii Epiſtolae, legitur, licet litura deletum, nomen *Bened. Varchii*, antiquitus num. 673. notatus. Conſtat foliis 180.

## FRANC. PHILELPHI CONVIVIUM.

FRanciſci Philelphi ad Thomam Thebaldum Mediolanenſis Convivii Libri II. ut in Codice V. Plutei LIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 603. Hunc ipſum Codicem memorat Iac. Gaddius de Scriptoribus non Eccleſ. Tom. II. pag. 256. ubi Catalogum Philelphi Operum exhibet. Cod. IX.

Co-

(1) Vox illa *puerull* litura deleta eſt; idemque factum eſt, ubicumque eadem inferius ſubſcriptio recurrit.

Digitized by Google

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum pulcherrima pictura in principio, & initialibus auratis, & coloratis, ſtemmate poſſeſſoris, poſtea deleto, & Summariis in margine, antiquitus num. 406. deſignatus. Conſtat foliis 72.

## VALERIVS MAXIMVS.

Cod. X. P. Valerii Maximi Romani Conſulis, hominis diſertiſſimi, Factorum Dictorumque Memorabilium Libri IX. ut alibi, cum tabula ſatis accurata in principio, cui praemittitur monitum eius, qui ipſam adornavit. In fine rubrica adnotatum eſt; *Valerius in ſe continet quamdam philoſophiam hiſtorialem. quae alibi non reperitur, nec hiſtoriae ita collectae; ſed aliquando durus eſt, quia voluit nimium hiſtoriam arctare, & breviter dicere.* Tum alia haec rubricata occurrunt: *Romani Conſulis hominis diſertiſſimi P. Valerii Maximi Factorum Dictorumque Memorabilium ad Tiberium Caeſarem liber nonus & ultimus feliciter explicit.* Inde ſequitur item in rubrica brevis de Valerio Maximo notitia, illuſtrium virorum virtute & vitiis nomina, ac tandem ſententiae quaedam breves, ex Baſilio ex III. Homil. in Hexaemeron, & Quintiliano Lib. VII. Inſtitut. excerptae.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. perſpicuo charactere exaratus, in cuius ſummo primae paginae margine legitur nomen poſſeſſoris *Ioannis Gaddii*, in principio autem Libri I. Valerii Maximi calamo delineatum eſt ſtemma Ordinis Camaldulenſis, ad quem fortaſſe Codex pertinuit; antiquitus num. 727. deſignatus. Conſtat foliis 180.

## PRISCIANVS DE PARTIBVS ORATIONIS.

Cod. XIII. 1. PRiſciani Grammatici viri diſertiſſimi Caeſarienſis Partium Orationis Libri XVI. Deſideratur tamen Liber primus, & fere totus ſecundus; incipit enim a verbis Libri ſecundi ultimis: *Praeterea veteranus facit. non ſolum veteranus, ſed diverſas habet ſignificationes &c.* Habes integrum in plurimis Codicibus Plutei XLVII. quos vide Catalogi noſtri Tomo ſup. pag. 387. ſeqq.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. cum Summariis, & notulis in margine, titulis grandiori rubricata littera exaratis, initialibus diverſis coloribus figuratis, cum Graecis verbis ſuis locis adlatis, & quaternionibus in calce paginarum numeratis, quorum ultimus eſt XVI. Conſtat foliis 116.

## ALIVD EXEMPLAR.

Cod. XIII. 2. PRiſciani Caeſarienſis Grammatici praeſtantiſſimi de Partibus Orationis Libri XVI. anepigraphi. In fine legitur: *Georgii Antonii Veſpuccii L. b.* MCCCCLX. cuius nomen in tegumento rubrica repetitum eſt. Graeca inſuper verba, ab eius manu ſuppleta ſunt. Praeterea duo hi verſiculi occurrunt in calce ſtemmatis gentilitii duplicem crucem ex una parte exhibentis, cum litteris O. S. S. C.

*Surge, viator, abi, revocat Deus, unde fuiſti,*
*In Cruce quaere Deum, crede, precare, cole.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum eleganter illuminatis, & pulcherrima pictura in principio, quae auctoris effigiem, Opus ſuum prae manibus geſtantem repraeſentat. Conſtat foliis 220.

## ALIVD EXEMPLAR.

Cod. XIII. 3. PRiſciani Grammatici Caeſarienſis Iuliano Conſuli ac Patricio Grammaticarum Inſtitutionum Libri XVI. ut in Codice praecedenti, cum notulis, & Summariis in margine, Graecisque verbis ſuis locis ab eadem antiqua manu relatis.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. exeuntis, cum initialibus coloratis, in cuius ſummo margine primae paginae nomen poſſeſſoris legebatur, poſtea omnino eraſum, quod tamen divinando legi poſſet: *Viviani Verii Not. Flor. Lib.* Conſtat foliis 133.

## VARRO DE LINGVA LATINA.

Cod. XIV. 1. I. pag. 1. MArci Terentii Varronis de Lingua Latina, de diſciplina originum verborum ad Ciceronem Liber V. ut in Codice V. Plutei LI. Catalogi Tomo ſuper. pag. 527. §. I.

II. pag. 70. Excerpta ex Libris Pompeii Feſti de ſignificatione verborum, ut ibid. §. II. Heic autem poſt verba *nequitum & nequitur pro non poſſe dixerunt. Nequidquam*, in quibus deſinit dictus Codex V. per alios octo progrediuntur verſus, & ita deſinunt: *nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes, vel etiam cervices impediuntur* (1). Ad Graeca ſupplenda, ſpatia relicta ſunt.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. in cuius prima pagina legitur *Bernardi de Puccinis num. II.* Conſtat foliis 108.

ALIVD

(1) Haec verba incidunt in alias citata editione Feſti in calce Cornucopiae pag. 1173. lin. 7.

Digitized by Google

## ALIVD EXEMPLAR.

*Cod. XIV. 2.* MArci Terentii Varronis de Lingua Latina, de diſciplina originum verborum ad Ciceronem Liber quartus (ita enim inſcribitur pro *quintus*) ut in Codice ſuperiori XIV. 1. Heic quoque Graeca verba ut plurimum omiſſa ſunt, ſpatiis vacuis relictis.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum titulis rubricatis, Summariis in margine, & emendationibus interlinearibus. Conſtat foliis 112.

## AVLI GELLII NOCTES ATTICAE.

*Cod. XV. 1.* AVli Gellii Noctium Atticarum Libri XX. ut in Codice XI. Plutei LIV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 651. Heic tamen adſunt Summaria ad ſingula Capita, quae quandoque etiam Libris ipſis praemittuntur. Deſunt inſuper Graeca verba, ſpatiis ad ea exſcribenda relictis, itemque adſunt in margine multae variantes lectiones & correctiones non adſpernandae. In calce adſcriptum eſt: *Hic Liber eſt pignori mihi iuveni Ioanni Baptiſtae pro enſe cuidam ſtudenti de Monte Sanctae Mariae commodato Senis. Iam biennium elapſum, & tertius exortus eſt annus.* Τέλος τοῦ αὐτοῦ ἔργου, ἢ ἀυτοῦ βιβλίου. κλέος τῷ Θεῷ.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. in cuius prima pagina legitur *di Ser Giovan Batiſta da Caſtiglione*. Conſtat foliis 130.

## ALIVD EXEMPLAR.

*Cod. XV. 2.* COdex eſt anepigraphus, ſed continet Auli Gellii Noctium Atticarum Libros XX. cum Summariis. In calce legitur: *Emi a Magiſtro Georgio duc. auri octo cum dimidio Anconae XIII. Aprilis MCCCCLXIV.* Tum haec alia:

*Liber Antonii Roſſii Florentini, emi a Benincaſa de Benincaſis ducatis novem pp.* (forte *parvis*) *die XX. Aprilis MCCCCLXVII.*

*Liber Angeli Locti, emi a Franciſco Roſſio libris ſeptem.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV. nitidiſſimus, binis columnis exaratus, ubi tamen ſpatia ad Graeca ſupplenda relicta ſunt. Conſtat foliis 125.

## ISIDORI ETYMOLOGICON.

*Cod. XVII. 1.* ISidori iunioris Eccleſiae Hiſpalenſis Epiſcopi ad Braulionem Epiſcopum Scriptum Etymologicon Libris XX. (1) cui praecedit accuratiſſima Librorum & Capitum tabula, necnon Epiſtolae ſeptem, quarum primae duae non occurrunt in principio editionis Pariſienſis Operum Iſidori curante Margarino de la Bigne anno MDLXXX. in fol. (2) Prima vero iſtarum inſcribitur *In Chriſto Domino & dilectiſſimo filio B. Archidiaconus Iſidorus*, & inc. *Quum amici litteras, chariſſime fili, ſuſcipis &c.* Altera inſcripta *In Chriſto Domino, & dilectiſſimo fratri Braulioni Archidiaconus Iſidorus*, inc. *Quia non valeo te perfrui oculis carnis &c.* Quinque ſequentes eodem ordine progrediuntur, ut in cit. edit. quibus ſtatim ſubſequitur brevis Prologus, qui inc. *En vobis, ſicut pollicitus ſum &c.* Deſ. *ſic exſtat conſcriptum ſtylo maiorum*. Etymologicon inc. *Diſciplina a diſcendo nomen accepit*. Deſ. *ardore ſiccetur*. Concordat quoad initium & finem cum editione ſupracitata. Tum ſequitur uberrimus index rerum notabilium ab alia recentiore manu adiectus.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. cum initialibus, & titulis Librorum, & Capitum rubricatis, & multis in margine variis lectionibus ſatis bonis inſtructus, in cuius prima pagina, quae vacua ſupereſt, nomen poſſeſſoris legitur ita: *Franc. Maria Tartarinus de Mutina Clericus*. Conſtat foliis 242.

## ALIVD EXEMPLAR.

*Cod. XVII. 2.* ISidori Hiſpanienſis (*ſic*) Epiſcopi Etymologiarum Libri XX. praeviis Epiſtolis, ut in Cod. ſuperiori. Heic autem deſiderantur priores duae. Liber XX. & ultimus deſinit in verbis, *character eſt ferrum coloratium*, (ſic) *quo notae; character autem Graece, Latine forma dicitur*, quae quidem verba occurrunt paullo ante finem citatae editionis. Atque heic notandum non paucas variantes a nobis fuiſſe obiter animadverſas, ac praeterea Graecas voces Latinis litteris expreſſas exhiberi. Notandum pag. 19. *b.* in vacuo ſpatio, quod ſupererat unius columnae adſcribi, manu aeque antiqua, duas Epiſtolas, quarum prima ita incipit (3): *D. & Reverentiſſimo Epiſcopo L. peccator monachus ſalut. in Domino. De cauſſa, quam quaeris, Venerabilis Pater, ita mihi videtur, quia ſi homo iſte qui vulnera-*

(1) Iſidori Opera Mss. in Biblioth. Gaddiana memorat Iac. Gaddius de Scriptor. non Eccl. Tom. I. pag. 263.

(2) Adſunt tamen in editione Iſidori Operum Matriti typis Regiis MDXCIX. fol. Part. II. pag. 393.

(3) Primi duo verſus omnino eraſi ſunt, ſed haec duo monumenta ſpectant fortaſſe ad aliquod Coenobium Imolenſis Civitatis.

*ratus eſt, vulneranti ſe non fecerat talem iniuriam, pro qua hoc malum iſte pateretur* &c. Deſ. *ſi quis autem contra hoc quod dicimus fecerit per iniuſtitiam, timendum illi eſt, ne canonicae excommunicationis compellatur ſubire vindictam*. Altera inſcripta *Domno A dudum Abbati P. peccator monachus ſal.* inc. *Quia tua flagitia in tantum, frater, creverunt, ut fama per populos nimium percrebuerit, iuſte nimirum Abbatia privatus exſiſtis; ſed quoniam dictum nobis eſt te Monaſterium, & Fratres perſequi, & peiora minari, monemus te ab hac quantocius ceſſare inſania*. Deſ. *& Dei omnipotentis gratiam recuperare poteris, & noſtram fidelitatem ſemper habere*.

Pag. item 43. *b.* hoc aliud legitur monumentum: *In ſancta Eccleſia Cornel.* (1) *beati Caſſiani martyris, Epiſcopo eiuſdem Sedis Synodum celebrante, plurimae proclamationes ibi emerſerunt, quod Laici, & Clerici Presbyteros eiiciebant de Eccleſiis ſuis, & conſtituebant alios Presbyteros ſine conſenſu Epiſcopi. Unde Epiſcopus commotus, a cuncto Clero conſilium exquiſivit. Ad hoc maiores Abbates, & maiores natu, qui ibi aderant, ita reſponderunt: Si placet veſtrae religioni, alme Pater, neceſſe eſt, ut haec iniquitas radicitus evellatur de univerſa veſtra Parochia. Date nobis hanc praeceptionem, ut nullus tranſgreſſor impunitus remaneat deinceps. Ad hanc placitam, & conlaudatam reſponſionem, Epiſcopus talem dedit ſententiam, ut nullus Presbyter de noſtro Conventu accipiat Eccleſiam alterius Presbyteri, vel aliquam partem ei conceſſam, aut ad iniuriam illius, officium Miſſae celebret; quod ſi aliquis fuerit, qui hanc conſtitutionem noſtram rumpere tentaverit, componat tres libras de denariis Veneticorum huic Epiſcopo, & Eccleſia careat; & ſicut contemptor legis divinae coërcendus eſt, ſic & ipſe qui contra hanc definitionem inobediens permanſerit. Sic omnis Clericus, qui ibi aderat collaudavit & affirmavit dicendo, fiat, fiat*. Tandem pro Codicis tegumento charta quaedam adiicitur, continens Inſtrumentum de mutuo inter Franciſcum quondam Ser Philippi de Dilicatis de Imola ex una parte, & Iacobum quondam Gheiti de Captaneis de Ducia &c. datum anno MCCCLVII.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XI. binis columnis diligenter exaratus, cum titulis rubricatis, & indice praevio Librorum & Capitum ab alia manu recentiore adiecto, antiquitus num. 288. notatus. Conſtat foliis 84.

## ALIVD EXEMPLAR.

*Cod. XVII. 3.* ISidori Hiſpalenſis Etymologicon Libri XX. ut in ſuperioribus Codicibus, heic tamen nullae praemittuntur Epiſtolae.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis exaratus, cum rudi pictura in principio auctoris effigiem praeter tres alias, exhibente, in cuius ſuperiori margine poſſeſſoris nomen legitur: *Ioannis Gaddii*. antiquitus num. 415. notatus. Conſtat foliis 123.

## M. REMIGII IN CAPELLAM GLOSSAE.

MAgiſtri Remigii Gloſſae (2) in Martiani Minaei Felcis Capellae Libros IX. *Cod. XIX.*
Prologus in primum Librum de Nuptiis Mercurii, & Philologiae inc. *Titulus iſte quatuor nomina dat ſuo auctori*. Deſ. *tunc quodammodo ſociantur Mercurius & Philologia; tunc quoque promptiſſimum eſt ad ſcientiam ſeptem liberalium artium poſſe accedere*. Gloſſae inc. *Introducitur hoc loco quaedam ſatyra Martiani amica*. In Librum IX. de Muſica deſ. *Hi verſus quamvis ad omnes Libros ſeptem liberalium artium referri poſſint, maxime tamen ad praedictos duos Nuptiarum Mercurii & Philologiae pertinent; in illis abundant plus fabulae, quam in his ſeptem, quamvis in principio & in fine iſtorum ſunt*. Tum maiuſculis litteris adiicitur verſiculus, & ſequens Epigraphe

*Corpore qui meruit miſeram nunc ducere vitam*.

*Martiani Minaei Felicis Capellae Liber IX. explicit de Muſica*. In fine eadem antiqua manu delineantur ſchemata quaedam mathematica, adiecta ipſorum explicatione.

Codex membranac. Ms. in 4. quadrato Saec. X. cum Summariis, & notulis marginalibus, necnon Graecis verbis paſſim maiuſcula litera expreſſis eadem manu, initio a muribus mutilatus in cuius calce quaterniones numerantur, quorum poſtremus eſt IX. Conſtat foliis 82.

## RHODORICI ALTERCATIO.

ALtercatio, ſive Diſputatio de Pace, & Bello inter R. P. Rhodoricum Epiſcopum Calaguritanum Hiſpanum, & B Platinam, dum hic pacem extollit, bellicaſque exercitiis praefert; ille e contra militaria, & bellica arma laudat, a culpa defendit, eaque paci, viciorum nutrici, antepoint. Prologus eſt qui ſequitur: *Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Domino, D. M. Barbo tituli Sancti Marci Presbytero Cardinali Epiſcopo Vicentino, Rhodoricus indignus Calaguritanus Epiſcopus, Sanctiſſimi Domini Paulli Pont. Maximi Referendarius, arcis ſuae Sancti Angeli de Urbe Caſtellanus. & B. Platina poſt utriuſque noſtrum humilem commendationem. Quum nuper eiuſdem S. D. N. opera, labore indefeſſo, ac* *Cod. XX.*

(1) Hoc monumentum pertinet ad Eccleſiam maiorem Fori Cornelii, nunc Imolae Civitatis, de qua vide Vghellum Ital. Sacr. Tom. II. pag. 618. ſeqq.

(2) Has Remigii gloſſas in duos priores tantummodo Libros habes etiam in Codicibus XV. & XVIII. Plutei LI. Catalogi Tomo ſuper. pag. 538. §. II. & pag. 540.

*mirabili paene vigilantia, pax inter populos Italos, poſitis armis & odiis, quibus in mutuam certe & plurimorum fidelium Populorum perniciem ruituri videbantur, confecta eſſet, deque tanta re, tamque mortalibus periucunda, ut fieri ſolet, ſermo haberetur, non ſine ingenti Pontificalis dignitatis amplificatione actum eſt, ut ea magis de accepta pace laetitia augeretur, quo magis de pacis ipſius innumeris bonis ſermo verteretur. Verum quemadmodum lux, non niſi in tenebris ſplendet, nec ſanitas ſatis agnoſcitur, quum morbi vires ignorantur, nec aliter in ceteris rebus humanis; tanto ſiquidem unaquaeque res praeclarior redditur, quanto inſignior, fortiorque ei hoſtis inſidiatur; nihil enim, ut putamus, tantum illuſtrat pugnatorem, quam hoſtis ſtrenuitas; nam, ut aiunt, fortis eſt, cui fortiſſimus adverſatur. Herculis ſiquidem vires, leo fortiſſimus patefecit; & quantum David fortis fuerit, adverſantis Goliath gigantea ferocitas demonſtravit. Pacis ergo, atque humanae quietis mirificas laudes non ſatis arbitramur agnoſci poſſe, niſi armorum ac bellorum praeconia, commoditas, & neceſſitas recolantur. Veluti itaque etiam apud veteres mos fuit ob adeptam pacem, ſingularia certamina a quibuſdam athletis, aut aliqua bellorum praeludia inſtituere ad publicam populi laetitiam, ſic nos, ut de pace ipſa uberius gaudeamus ſingulare quoddam atque inerme certamen inire decrevimus, & dum de pace immortali Deo, eiuſque in terris ſummo Vicario gratulamur, de pace, & de bello duellum inſtituemus, ut pacem ipſam, bello quodam feſtivemus. Erit igitur non inſulſa, nec parum grata contentio, in qua ille erit dicendi ordo. Ego ſiquidem B. Platina, ut iunior, cuius natura aggreſſiva eſt, conflictum, pacis gratia & favore aggrediar, & dum pacem laudo, in bellum, veluti pacis hoſtem, plurima rationum, & auctoritatum immittam iacula. Contra ego Rodoricus Calaguritanus Epiſcopus terrenam quietem, quam pacem vocant, tamquam plurimorum viciorum nutricem, inertem, timidam, inſtabilem, atque fictam plurimis ſaeculorum ictibus inſequar, armorumque bellicum exercitium, non modo a culpa defendam, ſed & pluribus extollam laudibus, dum quidquid ad religionem, ad pietatem, & aequalitatem, ad mores, ad ſegnitiem vitandam, ad omnem denique virtutem ſectandum Platina noſter, pacis gratia referebat, ego ignaviae, deſidiae, diſcordiae adſcribere conabor, armorum, bellorumque originem, nobilitatem ſimul & neceſſitatem, invincibilibus, ut ita dixerim argumentis & rationibus perſtringam. At quia res humanae per negationem, ut aiunt, dubiae redduntur, opus iudice fuit. Quare communi uno omnium adſtantium conſenſu, arbitrum inter nos diſceptantes aequiſſimum delegimus, cuius ſententiae, auditis utriuſque partis rationibus, ſtandum eſſet. Recte igitur delegimus te, Pater ampliſſime, quem certo ſcimus ob integrum animi tui conſtantiam, ſingularem ſapientiam & prudentiam, rectam & firmum ſententiam allaturum; cui non nobis tantum eſt ſtandum, tanta eſt auctoritas & conſtantia tuae dignitatis, ſed & his, quos inter talis contentio, & diſceptatio deinceps orietur, cuius correctioni, & emendationi quidquid dicturi ſumus devote & humiliter ſubiicimus.*

Hanc Epiſtolam ſequitur commendatio Pacis cum hoc titulo: *Pacem bello anteferendam oſtendit Platina ad Reverendum ac doctiſſimum in Chriſto Patrem ac Dominum D. Rodoricum Epiſcopum Calaguritanum, & fidiſſimum S. Angeli Caſtellanum*, & inc. *Non erit fortaſſe abſurdum, vel ab ocio meo alienum, ſi quod plerique praeſtanti ingenio, doctrina, eruditione, experientia viri, non ita probarunt, bello pacem anteferendum oſtendero*. Deſ. *haec habui, Reverende Pater, ac doctiſſime Rodorice, de laudibus pacis, quae ad te ſcriberem, tum ut abs te provocatus, tuae voluntati, & quidem honeſtae, morem gererem, tum vel maxime, ut oſtenderem, Paullum Secundum Pont. Max. non ſine cauſſa, iuſſis omnibus ab armis diſcedere, quibus iam concitata erat Italia, ſaluberrimam pacem, conſentientibus omnibus, magna cum laude compoſuiſſe*.

Huic ſubiungitur pag. 12. commendatio Belli ita inſcripta: *Commendatio armorum militarium, ac utilitas, & neceſſitas bellici exercitii, & illius a culpa defenſio, ac difficultas humanae quietudinis, quam pacem vocant, & quae ſit vera pax laudibus digna & peroptanda, & de incommodis ac viciis ex longa inertia, pacis ſecuritate provenientibus, edita a R. P. Rodorico Epiſcopo Calaguritano Hiſpano, Caſtri Sancti Angeli de Urbe Caſtellano, reſponſiva ad praecedentem tractatum*. Dividitur autem in duas partes, quarum primae praecedit Prologus, qui inc. *Loquuturus de armorum praeclaro exercitio*. Deſ. *brevi ſermone ſubiungam*. Prima pars inc. *Inprimis, doctiſſime Platina, non ignoro*. Deſ. *& haec velim primae parti ſufficiant*. Secunda pars pag. 30. In qua agitur *de difficultate humanae quietis, quam pacem vocant, & quae ſit vera pax, & de viciis, & incommodis ex longa inertiaque pacis ſecuritate provenientibus*, inc. *Cogit ordo pollicitus, diſertiſſime ac eloquentiſſime Platina, ut poſt militarium armorum, ac bellorum excuſationem, ſimul & commendationem, necnon illorum neceſſitatem & utilitatem, ad alteram partem accedamus, in qua inertis, ac deſidioſae ſecuritatis, & temporalis quietudinis plurimorum vitiorum nutricis, quam tu pacem vocas, & tantopere laudas, incommoda, damna, diſcrimina, & calamitates brevi percurram*. Deſ. *quam pacem ipſe nobis praeſtes, qui eſt benedictus in ſaecula &c.*

Rodericus Sancii de Arevalo, non Azecolo, ut Lud. Iacobus, natus A. MCCCCIV. in oppido S. Mariae de Nieva Segobienſis dioeceſis, Archidiaconus primum Trevinienſis in Eccleſia Burgenſi, Decanus Legionenſis, & Hiſpalenſis, Epiſcopus Ovetenſis, ſub Paullo II. Pontifice Praefectus Caſtri S. Angeli, Epiſcopus Zamorenſis, Calaguritanus, &

Pa-

Digitized by Google

tandem Placentinus, multis legationibus functus, obiit A. MCCCCLXX. Eius ſcripta tam edita quam inedita recenſet Fabricius Biblioth. Med. Tom. VI. pag. 113. ubi tamen nulla fit de hac Diſputatione mentio.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, necnon perpulcra pictura in principio, cum ſtemmate Cardinalis cuiuſdam, fortaſſe Barbi, antiquitus num. 81. deſignatus. Conſtat foliis 43.

## ALANVS DE COMPLANCTV NATVRAE.

Cod. XXI. ALani de Complanctu Naturae Liber, partim ſoluta, partim ligata oratione exaratus. Inc. *Hoc Opus igitur faſtidire non audeant, qui adhuc nutritum vagientes, in cunis inferioris diſciplinae lactantur*. Deſ. *viſionis ſubtracto ſpeculo me ab exſtaſi excitatum in ſomno, prior myſticae apparitionis dereliquit adſpectus*. Tum ſubditur: *Explicit Alanus de Complanctu Naturae*. Deinde alia manu antiqua leguntur appoſiti ſequentes verſiculi:

*Aureus, & tenuis ſermo finitur Alani.*
*Alanum brevis hora brevi tumulo tumulavit,*
*Qui duo, qui ſeptem, qui quidquid Sibylla ſcivit.* (ſic)
*Mors inimica bonis, fontem ſiccans Heliconis,*
*Audet in Alanum ponere ſaeva manum.*

Tandem adſcribitur poſſeſſoris nomen: *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia XCII.*

Alanus de Inſulis, qui ſaeculo XII. floruit, ſcripſit prae reliquis hunc Librum de Planctu Naturae, proſa, & carmine contra Sodomiae crimen metris IX. quae ex tribus Helmſtadienſibus Codicibus longe emendatiora exhibet Polycarpus Leyſerus in Hiſtoria Poëtar. Medii Aevi pag. 1045. ſeqq. qui & ex Apibus Vrbanis pag. 179. Allatium notat Commentario voluiſſe ſcriptum illud illuſtrare. In prima, & ultima pagina, quae vacuae ſupererant manu ſaeculi XIV. adiecta ſunt dicta quaedam ſententioſa.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. breviato, & perplexo charactere exaratus, antiquitus num. 939. notatus. Conſtat foliis 24.

## PLANCIADIS FABVLAE &c.

Cod. XXII. I. pag. 1. FAbii Planciadis Fulgentii Fabularum ſecundum Philoſophiam moraliter expoſitarum Libri III. (ad Catum Presbyterum) praevia Capitum tabula. Liber primus inc. *Quamvis inefficax petant ſtudium res &c.* Liber tertius deſ. *veritatis lux, malarum rerum ſemper oblivionem importat*. Exſtant in editione Mythographorum Latinorum cum notis variorum curante Auguſtino Van Staveren Lugduni Bat. apud Samuelem Luchtmans MDCCXLII. 4. a pag. 595. ad pag. 734. Tum legitur: *Explicit Liber tertius Mythologiarum Fulgentii V. C. ad Cantum* (ſic) *Presbyterum Carthaginis. Finitus eſt liber. Amen.*

II. pag. 38. *b.* Publii Ovidii Naſonis Metamorphoſeon Capitula, ſeu Fabularum, quae in Metamorphoſeon Libris XV. enarrantur, elenchi; earum vero, quae in primo continentur Libro, occurrit etiam explicatio, quae inc. *Chaos, ut Heſiodus indicat volumine, quod Deorum Originem continet, fuit in initio rerum confuſio, quae poſtea in ſuas ſpecies diſtributa eſt*. Deſ. *Colligera,que Dea eſt appellata*. Ibid. a pag. 788. ad pag. 794. ubi habentur etiam dicta Capitula expoſitionibus interſerta, ſed multis cum varietatibus. Tandem in fine legitur: *Expliciunt Capitula totius Libri Metamorphoſeos.*

III. pag. 47. Anonymi Declaratio Fabularum moraliter expoſitarum. Caput I. *De Idolo* inc. *Fuit vir in Aegypto ditiſſimus nomine Syrophane; hic habuit filium unigenitum, quem immodice diligebat; contingit filium mori, cuius ſimulacrum prae nimio dilectionis affectu in aedibus ſuis conſtituit*. Caput ultimum *De Cypreſſo* deſ. *valeant qui inter nos volunt dici Divi, hoc eſt ita a vobis diſcedant, & pereant, ut etiam numquam in veſtrum accedant adſpectum*. Citantur Plato, Varro, Cicero, Virgilius, Ovidius, Lucanus, Macrobius, Simonides poëta, Statius, Fulgentius, Lactantius, Servius. Io. Scotus &c.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. cum titulis rubricatis, antiquitus num. 925. deſignatus. Conſtat foliis 80.

## COLLENVCCII APOLOGI.

PAndulphi Collenuccii Piſaurienſis Iuriſconſulti Apologi IV. cum argumentis praeviis, ad Illuſtriſs. Principem Herculem Eſtenſem, Ferrarienſium Ducem inclytum. Cod. XXIII.
Primus, cui titulus *Agenoria* inc. *Inertiam natu inter filias minorem, fatuam alioquin, atque inſtrenuam feminam, ſed cui blanda ſpecies, atque allectrix eſſet, Labori, communi gentium Deo, Orcus pater uxorem dedit*. Deſ. *nunc vertitur ordo*. Alter pag. 29. cui titulus *Miſopenes*, inc. *Venales ad haſtam Mango ſervos adoleſcentes duos auctionans oſtentabat, egregia utrumque forma*. Deſ. *id ſe factarum (qua eſt virtute) recepit Hercules, laetumque cum Chryſio Miſopenem dimiſit, qui marmoream columnam ſubinde foro ſtatuens, honoris & memoriae cauſſa hunc illi titulum, qui nunc quoque exſtat, inſculpſit:*



Digitized by Google

HERCVLI VICTORI
QVOD MELIOREM SORTEM
FECERIT FORTVNAMQVE
EX INFENSA PACATAM
PROPICIAMQVE REDDIDERIT
MISOPENES
PENIATES
NVMINI MAIESTATIQVE EIVS
DICATISSIMVS
VOTO SVSCEPTO.

Tertius pag. 55. inſcriptus *Alithia*, inc. *Graves quondam Alithia cum Vanitate inimicitias exercuerat*. Deſ. *ac conſpicuis litteris huiuſmodi titulus inſculptus eſt ſuſquedeque*. Quartus denique pag. 61. *b.* cui titulus *Bombarda*, inc. *Quum urbem ſibi quandoque aedificaſſet Phronimus*. Deſ. *ita inquiens merito dicere Phronimus*.

Pandulphus Collenuccius Piſaurienſis, IC. & Orator apud Ioannem Sphortiam Piſaurienſium Tyrannum, qui deprehenſis litteris offenſus, ignoviſſe ſe ei fidem fecerat, ſtrangulatus eſt in carcere an. MD. de quo Iovius in Elogiis, Voſſius pag. 673. ſeqq. Ioannes Matthaeus Toſcanus in Peplo Italiae pag. 413. & Iſaacus Bullartius Tom. II. Academiae Scientiarum pag. 142. Eius Plinianae Defenſioni ſaepius recuſae (ut Ferrariae MDXI. 4. & in Tomo ſecundo Herbarii Brunfelſiani) de interpretatione Simplicium, quae ſunt apud Plinium, contra Nicolai Leoniceni Vicentini Librum de Plinii, & aliorum Medicorum erroribus an. MCCCCXCI. editum, reſpondit Pontius Virunius Bellunenſis. Facetum Collenuccii Apologum, cui titulus *Agenoria*, de quo ſupra, ſive Dialogum Capitis, & Pilei, de pigris & induſtrioſis hominibus, recudit Iacobus de Breda Daventriae MCCCCXCVII. Idem familiam ducit inter quatuor eius Dialogos, iunctim vulgatos Argentorati MDXI. 4. Romae MDXXVI. 4. & Baſileae MDXLVII. cum Colloquiis Ioannis Artopoei, ex quibus ceteri tres ſunt, ut in Codice obſervavimus, II. *Miſopenes*, de auri, ac ſapientiae uſu ad utramque felicitatem, III. *Alethia*, & IV. *Bombarda*. Libellus de Vipera prodiit Venetiis MDVI. 4. Etiam Latine, inquit Voſſius, in compendium reduxit Hiſtoriam Neapolitanam, eam puto innuens, quae cum Ioannis Ioviani Pontani VI. Libris de Bello Neapolitano recuſa eſt Dordraci MDCXVIII. 8. & in anno MCCCCXCII. deſinit, unde incipit Guicciardinus. Idem Collenuccius Libris VI. Hiſtoriam Neapolitanam proſequutus eſt, ſed Italice in gratiam Herculis Aceſtini, ſive Eſtenſis, Ferrarienſium Ducis; Latine autem tranſtulit Ioannes Nicolaus Stupanus Rhaetus, Baſileae MDLXXII. 4.

Codex chartac. Ms. in 8. min. Saec. XVI. elegantiſſime exaratus, num. 778. antiquitus notatus. Conſtat foliis 66.

CANTALYCII COLLECTANEA.

Cantalycii, ut ex diligenti Codicis lectione comperimus, Collectanea eruditae antiquitatis, quibus inſeruntur Orationes, Carmina, & Interpretationes veterum Poëtarum, & Oratorum, collectae fortaſſe ab eius diſcipulo Alexandro Ser Gabrielis de Monte Franco, qui ſe in principio manifeſtat hiſce verbis: *In nomine D. N. I. C. amen, & ſuae pientiſſimae parentis Mariae, caeli, terrae, maniumque Dominae, miſerorum effugium, peccatorum ſpes, Angelorum, ac ceterorum ſpirituum caeleſtium perenne ſolamen, quae terra, quae mari ſibi devotiſſimos protegit, ſalutaremque ſuam porrigit dextram: quare te, beata Virgo, ſuppliciter exoramus, ut huic libello Alexandri Ser Gabrielis de Monte Franco tibi devotiſſimi faveas, atque adſpires, & mentem ad bonarum artium diſciplinas capeſſendas apertas, ut tibi, Vnigenitoque tuo veras reddere laudes queat, & ſibi, ſuiſque, ac charae patriae uſui, honori, laudique eſſe poſſit*. Cod. XXIV.

I. pag. 1. Cantalycii Collectanea inc. *Bonorum praecipuum eſſe virtutem, nemo quidem eſt, niſi mente captus, qui ignoret, quum cetera fortunae, hoc vero nequaquam, ſubiaceant, unde Petrarcha &c.* Deſ. *non quae poſt occaſum, ſed quae poſt ortum*. In his autem eruditiſſimis Collectaneis primo agitur de Sicinio Dentato egregio bellatore, de Coronis Militaribus, de Triumpho, & Ovatione, de Roſa purpurea, cur ſit facta rubicunda, de Aemilio Sibaritano, de Leonida Spartano &c. Inde occurrunt pag. 4. *b.* Patriae Poëtarum, & Oratorum Encomia. Pag. 14. Laudes Tarenti, & provinciarum Hiſpaniae. Pag. 15. Notabilia quaedam de urbibus Italiae. Iuvat heic adſcribere ſpeciminis loco, quae de Florentia & aliis Etruriae urbibus profert pag. 22. & ſeqq. *Anno ſalutis MXXIV. Florentia, acceptis vi, & in ſe populariter tranſductis Feſulanis, plurimum opibus & gloria aucta eſt. Quo item tempore Henricus Primus Imperator Eccleſiam Sancti Miniatis ad muros aedificavit. Piſanis, Senenſibus & aliis Etruſcis in conventu apud Emporium habito, Florentiam eſſe deſtruendam cenſentibus, Farinotae Vbertini virtute ſervata eſt, qui longo poſtliminio in patriam reverſus Piſam, eam ſe dixit, quam non aedificaſſent, ſe vivo, ab illis deſtrui non paſſurum. Quo timore, Florentia Feſulanos populariter in ſe traduxit. Arſit vero Florentia duobus incendiis parvo in temporis ſpatio, ad annum ſalutis ſextum, & ſeptuageſimum ſupra undecies centenum. Ex eo fere tempore primum per Priores Artium, & Vexilliferum Iuſtitiae, ſicut nunc ſit, gubernari caepit. Anno a Nativitate Domini* (ſic) *Palatium item ſuperbiſſimum, quod inhabitant Priores aedificari caepit. Anno ſalutis MCCCXXXIV. turris marmorea inter ceteras orbis campanarias ſpecioſa, excitata eſt,* quo

Digitized by Google

*quo tempore Dantes Aldegerius, & Franciſcus Petrarcha fuerunt; quorum hic patre Florentino, ſed exſul apud Arretium natus, & Arquadae inter colles Euganeos mortuus, & ſepultus eſt; ille Florentinis parentibus Florentiae natus, obiit. Paullo poſt Florentia Iotum habuit pictorem, Apelli aequiparandum. Habuit quoque Accurſium Iureconſultorum principem, qui Ius civile egregie interpretatus eſt. Sunt qui dicant Claudianum poëtam fuiſſe Florentia oriundum. Colutius vero Salutatus, etſi prius didicerit, quam Ciceronianae imitatio eloquentiae ſui ſaeculi nota eſſe caepiſſet, & eloquens eſt habitus, & multa ſcripſit, prudentiam magis, & doctrinam, quam eloquentiam redolentia &c.* Pag. 23. *Superavit omnia Florentiae ornamenta Concilium in ea celebratum, in quo Quartus Eugenius Pontifex glorioſiſſimus Orientalis Eccleſiae cum Occidentali unionem, maximo diu quaeſitam impendio celebravit, Ioanne Palaeologo Imperatore Conſtantinopolitano, & Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac ingenti doctiſſimorum nobiliumque totius Graeciae virorum, qui interfuerant multitudine, Romanae Eccleſiae ſumptibus in patriam reportatis; Armeni etiam, Aethiopes, Georgiani, & Iacopitae, Libyam, Aſiamque incolentes, Catholicae fidei documenta in eodem Concilio a praedicto Pontifice Eugenio acceperunt. Finis de Florentia.*

*Feſulana urbs vetuſta, & multorum ſcriptis, praeſertim Salluſtii in Catilinario, & Livii centeſimo ſecundo idem ſcribentis bellum, celebrata, interiit, vel, quod ſupra diximus, in Florentiam, populum, opeſque mutavit.*

*Scarperia oppidum in via Bononienſi, unde Iacobus Angeli filius eſt oriundus, cuius M. T. Ciceronis vita exſtat ex Plutarcho.*

*Terranova oppidum eſt, & patria Pogii viri doctiſſimi.*

*Volaterra, ut Leonardus Arretinus docet, inter capita Etruriae numerata, qua Perſius poëta ſatyricus fuit oriundus; habetque haud procul a mari aquas calidas, quibus piſces gigni auctor eſt Plinius; quam urbem anno ſalutis quinquageſimo, & duceteſimo ſupra milleſimum hoc modo ceperunt. Inter praeliandum ad radices montis, in quo ſita eſt urbs Volaterra, ſuperati Volaterrani confugere enitebantur; inſequutus eos miles Florentinus victor, pari impetu cum victo, ingreſſus urbem cepit.*

*Maſſa civitas, Mallianum, Paganicum ſunt in regione ſubiecta populo Senenſi, quae regio incipit ab agro Volaterrano.*

*Campagnanicum arduo in colle ſitum, vinis ceteriſque frugibus feraciſſimum.*

*Ruſellana urbs, quae numeratur inter capita Etruriae, ſita erat in Altino monte, cuius adhuc exſtant veſtigia, adiacetque ibi balneum nomine Ruſellanum.*

*De Sena &c.*

II. pag. 35. *b.* Recurrunt aliae obſervationes eruditae, nimirum circa aves, quae vario tempore canunt, & de inventionibus Thaletis Mileſii. Pag. 36. *b.* ampliſſima paupertatis laus, & e contra divitiarum opprobrium. Pag. 37. hoc monumentum occurrit: *Corpus infraſcriptae mulieris inventum fuit Romae anno D. N. I. C. MCCCCLXXXIV. integrum & incorruptum, nec a nulla temporum vetuſtate attritum, in cuius monumento hoc erat infraſcriptum Epitaphium, videlicet*

D. M.

IVLIA SECVNDA PRISCA VIXIT ANNOS XXVI. MENSEM VNVM DIEM VNVM QVAE NIHIL VMQVAM PECCAVIT NISI QVOD MORTVA EST. FILIA. Q. CLODII ILLARII. QVI VIXIT ANNOS XXXVI.

*Erat praeterea huius corpus quibuſdam liquoribus conditum, quare dormire videbatur, multiſque ornamentis ornatum, in cuius laudem infraſcriptum Epigramma a quodam tunc editum fuit, videlicet:*

*Me licet abſumptum corpus ſpectetis & umbram,*
*Et nihil exſtincto gutture poſſe loqui;*
*Spiritus hic habitat, vivoque clauditur artu,*
*Noſtraque in exiguo ſanguine vena tepet.*
*Quid iuvat hoc igitur ſpoliato cortice, membra*
*Inficere, & ſomnos laedere, quidve iuvat?*
*Hae mihi ſunt veſtes, has ſed mihi ſuſcipis; alter*
*Sic veniat cineri crudior, oro, tuo.*
*Nonne ſatis fuerat violaſſe ſepulcra, parentes*
*Quae mihi cum luctu compoſuere gravi?*
*Proh pudor! hinc illinc iaceant quum mille ruinae,*
*Huic poterat ſaxo parcere ſaeva manus;*
*Attamen hoc nihil eſt, dolor hic eſt, triſte, quod urbem*
*Quo quondam viſa eſt lumine, non video.*

III. pag. ead. *b.* Accedunt alia Carmina, videlicet,

I. Epigramma in Peruſinos prope portam S. Laurentii, forum verſus, mane in diluculo inventum. Inc.

*Indutus Tyria Peruſinus veſte ſuperbus &c.*

II. Epitaphium parentum Papae Pii in choro Sancti Franciſci Senarum exſiſtens, per ipſum Pium factum. Inc.

*Silvius hic iaceo &c.*

III. Epitaphium in Eccleſia Sanctae Crucis Florentiae a latere ſiniſtro, ubi eam ingrederis. Inc.

*Siſte, vides magnum &c.*

IV. pag. 38. Epitaphium D. Marcelli Excell. Doctoris Bononienſis. Inc.

*Conditus heic ego ſum, legum qui aenigmata ſolvi &c.*

V. Iudicium Vulcatii Sedigiti de Comicis Poëtis, verſibus adnotatum. Inc.

*Multos incerto certare hanc rem videmus &c.*

VI. pag. 38. *b.* Ad C. Ravennatem Epigramma. Inc.

*Sex mihi perdices iterum mea cura Ravennas &c.*

ſubſcribitur: *Nicolaus de Valle*.

VII. Aliud, cui titulus *Poëta Gallus*. Inc.

*Augebat meritum dulcis mixtura bonorum &c.*

IV. pag. ead. Accedunt alia memorabilia excerpta ex Apuleii Libro, qui de Coſmographia, ſeu de Mundo inſcribitur; & Capita de officio doctorum erga pueros, de tribus generibus ingeniorum, de amicitia, & generibus eius, ex Platone; quod nihil homini proprium, ex ſententia Euripidis; de laudibus hiſtoriae, ex Diodoro Siculo; de numero oppidorum Aegyptiorum, & univerſi populi; de moribus laudabilibus quibuſdam apud Aegyptios circa mortuos; argumentum certiſſimum contra mulierum impudicitiam a filio Seſooſis expertum; de pietate & humanitate Sabaci Regis Aegyptii; de Medicis, & curatione morborum apud Aegyptios; de populis Aethiopum, & litteris; de topatio lapide; miracula de odoribus Arabiae Felicis; de Regibus Arabum; de quorumdam ventorum qualitatibus, & ipſorum diverſis motibus. Pag. 48. *b.* de diverſis Romanorum legibus. Pag. 49. de conceptione humana ſecundum Auguſtinum &c.

V. pag. 51. Epiſtola Sancti Bernardi ad quemdam nobilem militem de cura & modo rei familiaris utilius gubernandae, ut alibi.

VI. pag. 53. Auctoritates ex Laërtio de vita, & moribus Philoſophorum.

VII. pag. 63. Redeunt alia tria Epigrammata,

I. Repertum tempore Paulli Pont. in quodam ſepulcro. Inc.

*Semicapri quicumque ſubis ſacraria Fauni &c.*

II. Epigramma Homeri ſepulcro inciſum. Inc.

*Conditus hoc tumulo vates divinus Homerus &c.*

III. Carmen in Homeri ſtatua repertum. Inc.

*Nate Meletedecus, Graiorum ſplendor, Homere &c.*

VIII. pag. 63. Obſervationes quaedam de Grammatica, in quarum fine alia manu Epigramma illud adiicitur, cuius initium eſt:

*Dum mea me genitrix gravida geſtaret in alvo &c.*

IX. pag. 68. Brevis Oratio in Praefatione Salluſtianae lectionis, in laudem hiſtoriae, & de ipſius hiſtorici vita.

X. p. 69. *b.* Extemporalis Oratio habita in funere Franciſci Mariae Pontificis Viterbienſis. Inc. *Heu heu luctuoſa dies*. Def. *ac pulſanti ianuam Domino hoſpitium praebere poſſimus*.

XI. pag. 72. *b.* Oratio habita Viterbii in Praefatione Ciceronianae lectionis de Officiis ſuper Philoſophiae partibus, & laudibus Ciceronis. Inc. *Venio tandem, humaniſſimi auditores, ad Ciceronis Ethicam lectionem*. Def. *iam ad Ciceronis ipſius Officia redeamus, quae hoc anno ſumus pro noſtris viribus interpretaturi, & ea quae huic principio magis neceſſaria videntur, breviter attingamus*.

XII. pag. 79. *b.* Oratio in Coniugio. Inc. *Pollicitus fueram tibi, humaniſſime Baptiſta, in his tuis ornatiſſimis nuptiis de coniugio, pro meritis in me tuis prolixius dicturum*. Clauditur Oratio Epigrammate, cuius poſtremus verſus eſt:

*Effice iam pulcra prole puella patrem.*

Ex alio autem huius Epigrammatis pentametro, qui ita habet:

*Sanctorum illuſtras, virgo decora, domum,*

eruitur ſponſi cognomen.

XIII. pag. 81. Praelectio in Horatium. Inc. *Chilonis Lacedaemonii, cuius dicta accepit pro oraculis antiquitas*. Def.

*Conditor a tanta fertilitate tuus.*

Perſequitur in hac Oratione laudes Spoletinae urbis.

XIV. pag. 87. Brevis Oratio in Terentii commendationem. Inc. *Ecce hic, clariſſimi ſpectatores, Terentium noſtrum, cuius hodie vobis Comoediam daturi ſumus*. Def. *favete cives, adeſte ſpectatores, cognoſcite quaeſo, quid ſibi velit Andria Terentiana*.

XV. pag. ead. *b.* Proloquutio anepigrapha, nomine diſcipuli habita, in Reſurrectione Chriſti. Inc. *Tace, mihi inquit garrula adhuc pueritia, praeſtantiſſime Pontifex*. Def. *ſi autem mortui ſumus cum Chriſto, credam quia etiam ſimul vivemus cum illo, qui vivit &c.*

XVI. pag. 91. Oratio in Epiphania. Inc. *Conſuevere, inſignis Gubernator, clariſſimi Magiſtratus*. Def. *per me remorentur, finem dicendi iam faciam, in eius laudem, qui ſine fine vivit &c.*

XVII. pag. 92. *b.* Oratio de Religione. Inc. *Demoſthenem illum, quem cunctis Oratoribus Graeci anteponunt*. Def. *ut qui nunc de hoc veſtro conventu ingentes gratias agimus, aliquando maximas, & cumulatiſſimas referre debeamus*.

XVIII. pag. 96. Oratio in reverſione in patriam. Inc. *Diu mihi deliberanti, & omnino tandem redire in patriam deſtinanti, duo, & illa quidem non parva, mentem atque animum graviſſime diſtraxerunt, inſignes Magiſtratus, clariſſimi viri, concives Ducales, voſque ceteri humaniſſimi auditores, patriae videlicet pietas, quae me iure ſuo ad reditum exhortabatur, & multarum Italiae civitatum quam maximae preces, & promiſſa non mediocria, quae me a redeundi propoſito revocabant. Vicit demum patriae dulciſſima pietas, deque ſuis adverſariis quodammodo triumphavit &c.* Pag. 100. *b.* *Quamquam ſi de patria ſiluiſſem, nec quidquam umquam de laudibus patriae ceciniſſem, non parum ex eo accepi ornamenti atque decoris, quod tot clariſſimae Italiae civitates publi-*

Digitized by Google

*blicae mihi profeſſionis ſtipendia perſolverint; nam in tenera illa aetate, dum in Romana Curia degerem, non ſine admiratione praeceptorum meorum in noſtrarum litterarum traditione verſabar. Inde relicta Curia, Senam profectus, publico aere ibidem munus exercui. Poſtea Florentiae, Volaterris, Piſae, Geminiani, octo circiter annos ſub eodem ſtudioſo labore conſumpſi. Rurſus a Fernenſibus* (ſic) *revocatus, apud eos biennium moratus ſum; unde quum Arretini, ut haberent, operam ſedulo impendiſſent, ad Fulginates me libentius tranſtuli, qui eodem tempore me allectabant. Hinc me, ut ſcitis, habuit Rheate, inde Thaleacotini, ac Marſi populi; inde in Academiam Perusinam, mox Spoletum, inde Viterbium, unde ad te litteris publicis invitatus ac conductus acceſſi. Hae ſunt Italiae illae civitates, quae me habuerunt publice profitentem. Sunt & aliae multae, quibus me ſaepius, accerſentibus aliis, obligatus morigerari non potui. Nam Caeſena, Ciſpadanae regionis urbs, & Azara Venetiae, ac Luca, Thuſciae provincia celeberrima, ſimul & Narnia, atque Interamna, & Ameria nobis vicinae civitates, non ſemel ad ſua ſtipendia me convocarunt. Poſtremo vos me, clariſſimi viri, & concives amantiſſimi, veſtra ſponte in patriam, non ſine ingenti munere revocaſtis; illud de me vobis ſane perſuadentes, ut qui tot civitates mea hac diligenti induſtria illuſtravi, multo me libentius diligentiuſque Rempublicam noſtram illuſtraturum eſſe non dubitetis; quod profecto ita fiet, ita erit, ita agetur, clariſſimi viri, nec vos certa ſpes fallet, nec vos tanta exſpectatio defraudabit. Credidere autem nonnulli, ut accepi, me nequaquam hoc tempore ad vos reverſurum, immo promiſſam fidem proditurum: eos eſſe certe dixerim, qui huic publicae, & tantae utilitati turpiter invidebant. Sed hos ſinamus, ſi qui ſunt, cum ſuo livore tabeſcere; nam invidia Siculi tyranni non invenere maius tormentum. Habuiſtis hactenus hoc noſtro tempore liberorum veſtrorum plurimos praeceptores, iuvenes, hercle, non uſquequaque litterarum ignaros, & qui, quod poterant ſedulo praeſtiterunt, quique, ſi verum fateri non denegarunt, cuncti ex officina Cantalyca defluxerunt. Videre licet ex diſcipulis meis nunc circiter ſeptuaginta, qui in praeclaris Italiae urbibus noſtras litteras publice profitentur. Denique nullum eſt Italiae Studium, in quo Cantalycae Muſae non reſonent.* Deſ. *iam clariſſimi viri huic meae ineptiſſimae Praefationi finem imponam, & demandatam docendi provinciam ita vobis omnibus exſpectantibus aggrediar, & ad principium noſtrarum lectionum cum veſtra humanitate deveniam.*

XIX. pag. 104. In Svetonium Tranquillum interpretatio, cum Prooemio, quod inc. *Tranquillus Svetonius, qui duodecim Caeſarum vitas ſcripſit.* Deſ. *de veſtium genere unum.* Expoſitio inc. *Annum agens Caeſar ſextum decimum &c. Quum igitur Caeſarum vitas ſcribere Svetonius propoſuiſſet, a Iulio Caeſare principium auſpicatus eſt.* Deſ. *una pugna Caeſar quaſi totum exercitum amiſit, cadentibus mille Caeſarianis, quos lacrymans adſpexit.*

XX. pag. 137. *b.* Expoſitio ſuper Diſtichis Martialis. Praefatio inc. *Saturnalia, dies feſti erant dedicati Saturno, menſe Decembri, in quibus duo munerum genera mittebantur, unum, quod Xenia appellaverunt.* Deſ. *apud eum communis pecunia.* Expoſitio inc. *Ne toga &c. Antequam Poëta ad Xeniorum diſticha veniat, tria Epigrammata praeponit; hoc autem primo Epigrammate hortatur Muſas, ut in Saturnalibus novas urbanitates ſecum ludant.* Deſ. *cominus, ideſt prope; in grandem aprum, in magnum porcum ſilveſtrem.*

XXI. pag. 170. Super Hortulum Columellae interpretatio. Prologus inc. *Columellarum familia ex municipio Gaditano progenita eſt.* Deſ. *quam nonnulli ſub nomine Florae Deae denotaverunt.* Expoſitio inc. *Hortorum quoque &c. Sicut alia, quae iam decem libris de Re Ruſtica ſcripſerat.* Deſ. *nomine Graio, quia lepidum appellatur a Graeco vocabulo lepis, idos, quod ſquamam, ut diximus, ſive lepram ſignificat.*

XXII. pag. 191. *b.* Expoſitio ſuper Silvas Papinii Statii, cum Prologo, qui inc. *Silva quidem materia eſt, unde argumenta deducuntur, ut Fabius refert.* Deſ. *& numeri manent rebus temere congeſtis.* Expoſitio inc. *Diu multumque dubitavi &c. Hoc primum Silvarum volumen Stellae dedicavit, poëtae Patavino, & Elegiarum ſcriptori.* Deſ. *creditur, ideſt habetur fides, quod ea Silva celeriter ſit ſcripta.*

XXIII. pag. 194. Praelectio ſuper Salluſtium, nomine diſcipuli habita. Inc. *Hiſtoria, ut Cicero deſcripſit, eſt temporum teſtis &c.*

XXIV. p. ead. *b.* Brevis Oratio de priſcis Grammaticae Profeſſoribus. Inc. *Audiviſtis inſignes Magiſtratus, voſque alii viri ornatiſſimi.* Deſ. *hodie vero nos, ornatiſſimi cives, beneficio veſtro, praeceptori noſtro Cantalycio operam damus, quo duce Grammaticae, Poëticae, Rhetoricae, Hiſtoriae toto pectore indulgemus, virtutiſque viam ingredimur, quae ſola eſt ſtabilis, & firma poſſeſſio; cuius quidem quanta ſit in diſcipulos ſuos diligentia atque ſolertia, toti huic civitati noſtrae dignoſcere licet; in qua iam iuventutem eruditiſſimam cernimus, immo per puerorum ora reſonantia carmina, qui vix a maternis uberibus depulſi, iam litteras ſapiunt. Finem dicendi iam faciam, ſi ipſum praeceptorem noſtrum vobis totius noſtrae ſcholae nomine etiam atque etiam commendavero.*

XXV. p. 196. Vita Terentii, ut in Cod. XXX. Plut. XXXVIII. Catal. Tom. ſup. pag. 275.

XXVI. pag. 197. *b.* Capita occurrunt, de ſeptem caeli Planetis, & quae a ſingulis nobis proveniant; quot modis dicta eſt Terra; cur ſternutamentis ſalutamus; cur maria non creſcunt; varia poëtarum loca explicata.

XXVII. pag. 200. *b.* Brevis Oratio in actionis Comicae interpretationem. Inc. *Egimus tandem beneficio veſtro, inſignes Magiſtratus, & clariſſimi ſpectatores, Comoediam noſtram.* Deſ. *ut ad eam, quam ſperamus aliquando lucem perducas.*

XXVIII.

XXVIII. pag. 201. *b.* Alia Oratio habita dum Terentii Comoediam Andriam repraeſentarent diſcipuli. Inc. *Illuſtriſſime Gubernator &c. Cretenſium vetus inſtitutum fuit*. Deſ. *& vobis ex hoc ſpectaculo plena voluptas exoriatur*.

XXIX. pag. 203. Fragmenta quaedam reperta in margine cuiuſdam antiqui Virgilii. Inc. *In prima Ecloga. Poſtquam; quoniam, Ter. Poſtquam poëta vetus. Pro praeſenti etiam tempore poſtquam ponitur. In ſecunda Ecloga. Alba liguſtra; liguſtrum & arbor, & herba eſt*. Deſ. in primo libro Georgicorum, & in verbis: *quum poſt occaſum ſolis oriuntur, acronitae ab eodem dicuntur, veſpertinas autem appellat ipſe, non quae poſt occaſum, ſed quae poſt ortum* ....... reliqua deſiderantur, paginis vacuis ad ſupplendum relictis.

Cantalycii Epigrammata Venetiis MCCCCLXXXIII. recenſentur a Cl. Mattairio Annal. Typogr. Tom. I. pag. 450. Item pag. 561. memorat Epigrammata Cantalycii, & aliquorum diſcipulorum eius Venetiis impreſſa per Matthaeum Capcaſam Parmenſem xx. Ianuarii MCCCCXCIII. 4. Tomo autem II. pag. 179. innuit *Cantalycii Epiſcopi Pinnenſis atque Adrienſis* (1) *de his recepta Parthenope Gonſalvia. Neapoli per Giſmundum Mair MDVI. fol.* Varia eiuſdem Cantalycii Epigrammata adferuntur inter Carmina Illuſtr. Poëtar. Italor. Florentiae MDCCXIX. 8. Tomo III.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. ineuntis. Conſtat foliis 212.

## MACROBII SATVRNALIA, ET CARMINA QVAEDAM.

Cod. XXV. I. pag. 1. MAcrobii Theodoſii V. C. & Illuſtris Conviviorum Saturnaliorum Libri VII. ut in Codice VIII. Plutei LI. Tomo ſuper. pag. 528. Heic autem in fine legitur: *Macrobii Theodoſii V. C. & Ill. Conviviorum tertii diei explicit*.

II. pag. 98. Subiiciuntur ab eadem antiqua manu ad implenda fortaſſe folia, quae vacua ſupererant,

I. Expoſitiones quorumdam vocabulorum, quae in Egeſippo occurrunt.

II. Epitaphium Senecae, ut in Codice XIII. Plutei XXXVII. Tomo ſuperiore pag. 252.

III. Verſus Maximiani, ſeu priora tria diſticha Elegiae primae, quae inc.

*Aemula quid ceſſas finem properare ſenectus &c.*

Inter Epigrammata, & Poëmata vetera Lugduni apud Mich. Chovet MDXCVI. 8. pag. 550.

IV. M. Tullii Ciceronis verſus, qui inc.

*Crede ratem ventis, animum ne crede puellis &c.*

Ibid. pag. 21. ſed anepigraphi.

V. Item eiuſdem diſtichon, quod eſt:

*Fontibus in liquidis parum requieſce viator,*
*Atque tuum rurſus carpe refectus iter.*

VI. Verſus Lucani, ſeu potius primi duo verſus cum dimidio Carminis, quod adfertur in Satyrico T. Petronii Arbitri Cap. CXIX. quod inc.

*Orbem iam totum victor Romanus habebat &c.*

VII. Anonymi verſus tres, nimirum:

*Partibus habet Craſſum, Libyco iacet aequore Magnus,*
*Iulius ingratam perfudit ſanguine Romam,*
*Diviſi cineris hos glorie reddit honores.*

VIII. Item Ciceronis verſus duo, ſcilicet:

*Noli arcana Dei, caelumve exquirere quid ſit,*
*Quum ſis mortalis, quae ſunt mortalia, cura.*

IX. Item verſus Elegi anepigraphi VI. quorum primus

*Abiecta in triviis inhumati glabra iacebat &c.*

Eſt Carmen Auſonii num. LXXII.

X. Ovidii verſus Elegi VI. quos non invenio inter Ovidianos; primum diſtichon ita habet:

*Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,*
*Et ſubito caſu quae valuere ruunt &c.*

XI. pag. 98. *b.* Hiſtoria de Transfiguratione Domini cum notis muſicis.

XII. pag. 102. *b.* Tandem claudunt volumen hoc ſententiae quaedam morales.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum Graecis verbis, ſuis locis antiqua manu adiectis, & cum Summariis, & notulis marginalibus varia manu, num. 26. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 103.

## MACROBII IN SOMNIVM SCIP. COMMENT.

I. pag. 1. MAcrobii Ambroſii Theodoſii V. C. in Somnium Scipionis ex Cicerone Commentariorum Libri II. praevia Epiſtola ad Euſtachium, ut in Codice XIV. Plutei LI. Tomo ſuper. pag. 536. §. II. In fine legitur: *Explicit liber Macrobii ſuper Somnio Scipionis*. Cod. XXVI.

II. pag. 78. M. T. Ciceronis de Somnio Scipionis Liber, ut alibi.

Codex membranac. Ms in 8. maiori Saec. XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis 82.

P. CAN-

(1) Obiter de eo agit Vghellus in Ital. Sacr. Tom. I. pag. 1150. novae edit. Venetae fol.

Digitized by Google

## P. CANDIDI PEREGRINA HISTORIA ET GRAMMATICON.

Cod. XXVII. I. pag. 1. P. Candidi Peregrinae Hiſtoriae Libri III. cum Praefatione ad Nicolaum Arcimboldum Parmenſem, Iuris utriuſque Doctorem, quae inc. *Quantum inter ſe terrarum ſpatio ſeparantur amantes*. Deſ. *nullus ſtudiorum bonos habitus eſt*. Poſt enumerationem Regionum, & Provinciarum Europae, Aſiae, & Africae, Liber primus inc. *Orbis terrarum ſpatia breviter litteris comprehenſuri*. Liber ultimus deſ. *quod qui diligenter, & penitus inſpexerit, nec dulcedinem verſibus, nec ſententiis acumen, nec ſtylo gravitatem, aut gratiam verbis ſentiet defuiſſe*.

II. pag. 39. Eiuſdem Grammaticon Libri II. de uſus antiquitate ſcribendi, cum Praefatione ad inſignem Iuris utriuſque Doctorem Guarnerium Caſteloneum, quae inc. *Qui amico detrahit, ut alteri ſufficiat, Guarneri virorum optime &c.* Deſ. *ſola mors tempus ad ſe vendicat*. Liber primus inc. *Antiquis mos fuit, ut apud Aſconium legimus &c.* Alter deſ. *vix, cum labore, & vix, ſtatim, ſignificat*.

In Codicis tegumento legitur: *Haec, quam auctori Peregrinam libuit appellare Hiſtoriam, continet primo compendioſam orbis deſcriptionem, deinde de hominis genitura quaedam phyſica, cognitione digna; praeterea de Magiſtratibus ac Sacerdotiis Romanis; poſtremo libellum γραμματικῶν, verborum brevem interpretationem continentem*.

Cl. Antonius Saxius in Biblioth. Scriptor. Mediolanenſium fol. Tom. I. pag. CCXCVII. haec ad rem noſtram habet: *Alterum Opus Petri Candidi adhuc ineditum, tenet Bibliotheca Ambroſiana, tribus diſtinctum libris, atque inſcriptum* Peregrina Hiſtoria. *Primus Coſmographiam complectitur, & Provincias, Inſulaſque Europae, Aſiae, atque Africae, brevi, ſed accurata dimenſione deſcribit. In ſecundo de Genitura Hominis, iuxta Phyſicae principia diſſerit, & admiranda narrat de lapide Eibite, qui in nidis aquilarum, colore fulvus, & alios lapillos continens, reperitur; ait enim ſe vidiſſe, ac plerumque expertum fuiſſe, lapidem illum praegnanti mulieri impoſitum, partus diſcrimina avertiſſe, & feminam cum fetu praeſtitiſſe incolumem, ſubiungitque* „ Et ne quis rem commentitiam putet, plurimae in Mediolanenſi urbe, eius ope liberatae ſunt, quum lapidem ipſum a nobis habuiſſent = Hunc Marratius avus meus, vir Phyſicae peritus, ut puerum me audiſſe memini, in Germanorum Alpibus adeptus eſt, ſumma induſtria nidos aquilarum inſectatus „ *In tertio de Muneribus Romanae Reipublicae agit, ſingula Officia, quibus tum civilis, tum ſacra res gerebatur, deſcribens, eruditione illo ſaeculo non admodum nota. Nonnulla etiam attexit de praeclaris Viris, ac Vatibus, Iulio Caeſare, Octavio Auguſto, Caio Germanico, Virgilio, Ovidio, Statio, Lucano, Horatio, & Iuvenali. Hos libros dicavit doctiſſimo Nicolao Arcemboldo, Epiſcopo Parmenſi. Subſequuntur alii duo Libri ſub titulo* Grammaticon *ad virum inſignem & eruditiſſimum Guarnerium Caſtellionem. In primo explicat, ordine alphabetico, difficiliora Latina vocabula, & nomina veſtium, colorum, navigiorum, vaſorum, armorum, & ordinum militarium, ac ponderum, ſecundum antiquos ſcriptores. In altero de proprietate verborum Latinorum ſermonem inſtituit, eamdem alphabeticam methodum ſervans atque ita praefatur* „ Qui eloquentiae ſtudia diligentius auſpicantur, vir inſignis & eloquentiſſime, non tam ſcribendi laſciviam, & inanes dicendi ſonos conſectari ſolent, quam verborum ſenſus, & proprietatem imitari, quibus tanta vis ineſt, ut quae animo concepimus, eleganter exponere, dilucide exarare, faciliter imprimere poſſimus. Quid enim tam ineptum, quam illa mandare litteris, quae ſolo verborum ſtrepitu, nulla diſciplina fulta ſunt, & quae facilius admirentur homines, quam intelligant, ut plerique aetate noſtra, priſca nimis imitantes, ex duodecim tabulis ſcripta referunt, nonnulli autem vulgaribus nugis, & ineptiis oblectantur &c. „ *Non omnem tamen rubiginem ipſemet Candidus a lucubrationibus ſuis deterſit, quum plura occurrant, quae aureum Latinae linguae nitorem non referunt. Cardinalis Paullus Corteſius in ſuo Dialogo de Doctis Hominibus, quamvis Decembrium illuſtribus illius aevi litteratis viris comparet, duritatem tamen, & orationis quaſi maeſtitiam (ut aiebat Cicero) in ipſo reprehendit.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum initialibus auratis, & coloratis, & titulis rubricatis, antiquitus num. 642. notatus. Conſtat foliis 82.

## MICHAELIS VERINI EPISTOLAE.

Michaëlis Verini (1), diſertiſſimi adoleſcentis, Vgolini filii, ac nonnullorum virorum clariſſimorum ad eum Epiſtolae (2), Cod. XXVIII.
quas

(1) Filius fuit Vgolini Verini Poëtae celeberrimi, qui anno aetatis ſuae XVIII. deceſſit MCCCCLXXXIII. & in Eccleſia S. Spiritus honorifice conditus eſt, adpoſito elegantiſſimo carmine, quod adfert Nigrius *Iſtoria degli Scrittori Fior* pag. 416. quodque inc.

*Regia Pyramidum cedant monumenta viator &c.* In editione Mich. Verini Diſtichorum Romae apud Vincentium Lucrinum MDLIII. 8 adferuntur duo Epigrammata in eius funere, videlicet Ang. Politiani, & Ant Geraldini, quae etiam occurrunt in altera editione Lugduni apud Ant. Gryphium MDLXXVI. 8. ubi praeterea alia adduntur, Nicolai Seratici, Bernardi Michelotii, Hieronymi cuiuſdam, & Martini Ivarrae Cantabrici; reticentur tamen ea, quae ſunt in hoc Codice. Verini autem Diſticha recuſa quoque fuerunt Tom. X. inter Carm. Illuſtr. Poëtar. Italor. edition. Florent. 8. pag. 415. ſeqq.

(2) Poccianus in Libro de Scriptoribus Flor. haec habet: *Eiuſdem Epiſtolae candidiſſimae, & abſolutae ſervantur in Bibliotheca Gaddiana Florentiae Mss. inter quas altera eſt ad Petrum Medicem Laurentii filium, qua adhuc invenit Politiani Opus a ſe lectum commendat.*

Digitized by Google

quas ordine recenſebimus. In principio & in fine Codicis adſcripta ſunt variorum Carmina in eius laudem; quae habentur in principio, ſunt iſta:

I. Ioannis Pontani Poëtae in obitu Michaëlis Verini, Vgolini F.

*Funus Apollinei deflet Michaëlis acerbum*
*Turba, breveſque dies ſtulta fuiſſe dolet.*
*Saecula Cumaeae ſuperavit longa Sibyllae,*
*Qui victura dedit tot monumenta puer.*

II. Hieronymi Calabri in laudem eiuſdem.

*Pierius cecinit Michaël ſacra Diſticha, ſed non*
*Carmine proſa minus terſa nitoris habet.*
*Clauditur anguſtis grandis ſententia chartis;*
*Eſt brevis, eſt facilis, fulget utroque puer.*

III. Callimachi Poëtae Carmen in obitu eiuſdem.

*Dum bibit Aonios tenero puer ore liquores,*
*Iniecit ſaevas lurida Parca manus.*
*Sic iacet heu Michaël, ſpes unica patris, & urbis*
*Deliciae, rarae palma pudicitiae.*
*Nil agis, o Lacheſis; canitur iam clarus ubique;*
*Auxiſti, dum vis ſaeva nocere, decus.*

IV. Georgii Alexandrini in tumulum eiuſdem.

*Archetypos vitae Michaël Verinus honeſtae*
*Heic ſitus eſt, caeptum ſiſte viator iter;*
*Adſpice, delicias maeſti genitoris, & urbis*
*Florentis clauſas quam brevis urna capit.*
*Grandia vix puber ſcripſit ſermone ſoluto;*
*Scripſit & Aonio carmina digna choro.*

V. Chriſtophori Landini Poëtae Eulogium pulcherrimum in obitu eiuſdem Michaëlis Verini doctiſsimi adoleſcentis, & caſtiſsimi.

*Eſtne levis rumor? ſic, o, ſeu conſcia veri*
*Fama; ſed heu nimis eſt conſcia fama mali;*
*Occidit heu, veſtrum crimen, crudelia fata,*
*Occidit heu Michaël, luctus, amorque patris;*
*Occidit, Aonio quem vos nutriſtis in antro,*
*Muſae, Cyrrhaei quem lavit unda iugi;*
*Occidit heu Michaël, proprio nam nomine dixit*
*Princeps Aonii Calliopea chori.*
*Quis Deus eſt, Michaël reſonat, modo noſſe velimus*
*Priſca Palaeſtino verba notata ſono;*
*Ipſe Deus quid ſit, vix puber noſſe laborat,*
*Tempore quo reliquis ludus & umbra placet.*
*Verum id quum vera faceret ratione, putandum eſt*
*Verini agnomen non ſine ſorte datum.*
*Quid pietas, quid caſta fides, quid poſſit honeſtum,*
*A teneris annis hic monumenta dedit;*
*Quique ſolet primam nimium vexare iuventam,*
*Expers obſcaeni ſemper amoris erat.*
*Vivebat caelebs, primis atque integer annis*
*Contempſit Cypriae dulcia dona Deae.*
*Hoc tulit indigne, ſuperat qui cuncta Cupido,*
*Cui parent ſuperûm numina magna Deûm,*
*Et paras ultrici puerum terebrare ſagitta,*
*Altitonum valeat qua ſuperare Iovem;*
*Sed fruſtra aurato tentas praefigere telo*
*Pectora, quae ſanctae Palladis arma tegunt.*
*Hoc cernens, alioſque dolos, aliudque volutans*
*Conſilium, inſolita callidus arte petit;*
*Nam morbum immiſit, quem nec queat ipſe Machaon,*
*Nec tua docta manus pellere, Phoebigena.*
*Convocat heic medicos Paullus, quem cura nepotis*
*Anxia ſollicitum nocte, dieque premit.*
*Conquirunt igitur veterum monumenta virorum,*
*Siqua datur morbo iam medicina gravi,*
*Quae, Galiene, tuo divine volumine monſtras,*
*Quaeque docet Coi pagina docta ſenis,*
*Quid velit Hippocratis magni doctrina, quid ille,*
*Cuius Arabs iuſto paruit imperio.*
*Moſaicoſque manu verſat, Latios, Danaoſque,*
*Quique colunt ripas, advena Nile, tuas.*
*Denique perceptis cunctorum ſenſibus, omnes*
*Huc veniunt, atque haec mens fuit una viris;*
*Non poſſe extremae hunc tempus ſperare iuventae,*
*Gaudia percipiat ni tua, pulcra Venus.*
*Res miranda quidem, rara & per ſaecula viſa,*
*Exemplum in puero tale pudicitiae:*
*Qui vitae ſanctum potuit praeferre pudorem,*
*Viveret ut ſemper, tunc voluiſſe mori.*
*I nunc, Hippolytum verbis extolle ſuperbis,*
*Bellerophonteum nomen in aſtra refer;*
*Non hic Antiam, non pulcrae gaudia Phaedrae,*
*Omnia ſed Veneris furta nefanda fugit.*
*At ne forte putes nullo hunc caluiſſe furore,*
*Nulla nec aligeri tela tuliſſe Dei;*
*Sunt geminae Veneres, gemini hinc oriuntur Amores,* Ter-

Digitized by Google

*Terra haec demerſa eſt, caelitus illa venit.*
*Altera, vulgarem vero quam nomine dicunt,*
*Namque levis plebis vilia corda domat,*
*Mortaleſque artus, homines, formaeque caducae*
*Terrenum miſeros corpus amare iubet.*
*Altera caeleſtis ſuperis dominatur in oris,*
*Mater nulla illi eſt, Iuppiter ipſe pater,*
*Haec, quas nulla mali violant contagia ſenſus,*
*Divino mentes urit amore pias.*
*Hic Michaël valido praefixus pectora telo,*
*Caelum amat, & caeli moenia mente capit,*
*Nec quidquam puerile ſapit puerilibus annis,*
*Triſtis at in tenera fronte ſenecta ſedet.*
*Sevocat a ſenſu mentem, taetramque peroſus*
*Luxuriem, aethereas ſcandit ad aſtra plagae,*
*Cunctaque ſub pedibus mittens, quae merſa ſub ipſa*
*Materia, in tenebris corpora caeca tegunt,*
*Et magni volitant mundi per curva, ſupernos*
*Spirituum volucer tentat adire choros.*
*Interea peſtis teneros depaſcitur artus,*
*Contrahit in rugas ſqualida membra lues,*
*Et toto ſuccum flacceſcens corpore fugit*
*Pus ſolidum, innatus deſerit oſſa vigor,*
*Donec ab abſumptis animus diſcedere membris*
*Cogitur, & putri carcere pulſus abit,*
*Pulſus abit, ſed laetus abit, vincliſque ſolutus*
*Cognoſcit quantum mors habet iſta boni,*
*Exſilioque gravi liber, caeleſtia ſummi*
*Quae patria eſt ardet viſere templa dei.*
*Sed quid te plorem puerum, Verine, quid ultra*
*Fata tuae mortis ſtultus iniqua querar?*
*Mortuus en vivis; ſed nos dum noſtra manebit*
*Vita, nimis blanda morte maligna premet.*

vi. Gabrielis Mediolanenſis Theologi Carmen in ſepulcro eiuſdem.

*Conditur hoc tumulo tuus, o Florentia, vates,*
*Verinae Michaël ſtirps generoſa domus,*
*Qui dulces Elegos ſcripſit lanugine prima,*
*Naſo, tuis ſimiles, terſe Tibulle, tuis.*
*Ad tria luſtra duos hic vix adiecerat annos,*
*Quum vitam hanc miſeram pro meliore dedit.*
*Occidit obſcaenae Veneris contagia vitans,*
*Aeger, & hanc medicus dum ſibi ſpondet opem.*



Quae habentur in fine Codicis, ea ſunt quae ſequuntur:

vii. Paulli Mediolanenſis Poëtae Carmen pro eodem.

*Abſtulit Aonium mors importuna Verinum,*
*Pulſat Apollinea dum puer arte lyram.*
*Exſtinctum Muſae graviter flevere Latinae,*
*Frondibus & ſacris implicuere comas,*
*Purpureiſque roſis, & pingui corpus amomo*
*Calliope adſperſum condidit in tumulo;*
*Vtque ſepulturae poſſint meminiſſe nepotes,*
*Impoſuit buſto carmina bina ſuo:*
*Vrna ſacros cineres claudit Michaëlis Etruſci,*
*Siſte, puer fuerat, virgo, poëta; vale.*

viii. Calphurnii Calabri Poëtae Carmen pro eodem.

*Vbera Pieridum Michaël dum ſugit Etruſcus,*
*Dum brevibus mandat grandia ſenſa notis.*
*Fatorum invidia ſexta eſt trieteride raptus,*
*Debuit hoc illis non licuiſſe nefas.*
*Debuerant Parcae truncata reſumere fila,*
*Pignus & afflicto reſtituiſſe patri.*
*Quid ploras genitor? Phoebum, doctaſque ſorores*
*Num puero vitam reſtituiſſe vides?*

ix. Saxii Mutinenſis Carmen pro eodem.

*Tam clara egregium Michaël dedit indole nomen*
*Vatis, ut agnomen fama ſecunda daret;*
*Sed cecidit primo Verinus flore iuventae,*
*Quae lux ingenii, quanta pudicitiae!*
*Quod tamen ereptum eſt vitae brevitate Camoenae*
*Aeternum puero reſtituere decus.*

x. Candidi Veronenſis Carmen pro eodem.

*De patre Pierio genuit quem docta Thalia,*
*Quemque ſuo fovit Calliopea ſinu,*
*Heic ſitus eſt Michaël, teneris Verinus in annis*
*Exſtinctus, caſtae fama pudicitiae.*

I. pag. 1. Carminibus praemiſſis (1) occurrit Epiſtolarum Michaëlis Verini Liber I. cui praevia eſt Epiſtola Vgolini Verini ad Petrum Ridolphum, quae eſt Praefationis loco ſupra Librum hunc Epiſtolarum primum. Ea vero ita habet: *Vgolinus Verinus Petro Ridolpho, Nicolai filio S. P. D. Rogaſti me ſaepe, ut Diſticha filii mei, quae multa compoſuit, diſperſa colligerem, quod quidem non ſine dolore feci libenter tui cauſſa, & illius gloria. Pleraque dimiſi, quae ille praeventus morte inemendata reliquerat. Dum autem monumenta eius evolvo, Epiſtolas ſuas legi breves, argutas & graves, quarum multas ſcripſit, ut exerceret ingenium, ſed non edidit. Sed heu me*



(1) Haec Carmina, veluti quaedam in Epiſtolas Prolegomena, in veteri Codicis paginarum enumeratione minime fuerunt comprehenſa.

Digitized by Google

*me miſerum, quanta eſt facta iactura huius adoleſcentis! Patri, fortaſſe mihi, pluſquam par eſt, placuere. Tu ipſas iam leges. Circiter ergo centum elegi, quas tibi, quum per occupationem licebit, legendas edendaſque mittam; etſi hoc eſt dolorem fovere; recrudeſcunt enim vulnera mihi, memoria geſtorum ſuorum. Ille ut tamen aſſecto immortalitatem, quam merito ſibi vendicavit, ſumma doctrina, ac morum probitate. Ne igitur iniuria tenacis morbi & immatura morte debiti honores praeripiantur, opuſcula ſua digeſſi, correxi nonnulla, nihil inſerens. Quamobrem oro obſecroque noſtri ſaeculi viros eruditos, quos ille, ut litterae eius indicant, in caelum extulit, & ego id meis multis ac diverſis carminibus feci, debitam velint de omnibus benemerito adoleſcenti reddere mercedem.* Habe nunc Epiſtolarum inſcriptiones, & initia, quarum ſeries ſequens eſt:

I. pag. ead. *b.* Michaëlis Verini ad Vgolinum patrem. Ea vero ita habet: *Quod me fortaſſe gloriae praecupidum ſenſiſti, menſuram hortaris, ut habeam mearum virium, ne propinquo ſolis ardore cera tabeſcat, & pennis ſolutis demergar in pelagus. Recte mones: altiora mente volvebam, quam tenera aetas pateretur, quae, ut dicis, refrenanda potius a gloria, quam incitanda: ſiquidem nimius effloreſcit ingenium laudibus; ſed nullum habeo hac ſtimulum acriorem. Diſtichis me exerceo ut ad maiora contendam; declamationum in ludo decerto, ut in campo mox oratorio conflictem; ſequar tamen quodcumque mihi iniunxeris. Vale.*

II. pag. 2. Eidem. Inc. *Perterrefecit nos valitudo adverſa Petrocli.*

III. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Ex Paullo fratre tuo, te convaluiſſe accepi.*

IV. pag. ead. Eidem. Inc. *Poſt reditum Paulli nihil de tua valitudine accepimus.*

V. pag. 3. Eidem. Inc. *Neſcio, utrum rem gratam.*

VI. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Non ſine lacrymis.*

VII. pag. 4. Vgolini Epiſtola Michaëli filio. Inc. *Quod eſſet.*

VIII. pag. ead. *b.* Michaëlis Epiſt. Vgolino. Inc. *Omnibus tuis litteris.*

IX. pag. 5. Vgolini Epiſt. Michaëli filio. Inc. *Gratus mihi fuiſſet tuus adventus, quia te neminem habeo chariorem.*

X. pag. ead *b.* Michaëlis Epiſt. Vgolino patri. Inc. *Omnia me.*

XI. pag. 6. Paullo Verino patruo. Inc. *Scripſiſti ad me conſultationem, quam cum Vgolino patre meo habuiſti.*

XII. pag. ead. *b.* Vgolini Verini Michaëli filio. Inc. *Ex litteris.*

XIII. pag. 7. Michaëlis Verini Gregorio Spoletino viro doctiſſimo. Inc. *Quum patruus meus.*

XIV. pag. ead. Eidem. Inc. *Annaei Senecae Tragoedias.*

XV. pag. ead. *b* Petro Ridolpho, Nicolai filio. Inc. *Repetenti mihi infinitos labores, & morbos vitae mortalis.*

XVI. pag. 8. Bernardo Adimario. Inc. *Idibus Septembribus.*

XVII. pag. ead. *b.* Petro Ridolpho. Inc. *Si aetatis rationem haberet parentum ſeveritas.*

XVIII. pag. ead. Alexandro Gerardino Ameliae. Inc. *Mitto ad te.*

XIX. pag. 9. Gregorio Spoletino. Inc. *Adhortatio tua.*

XX. pag. ead. *b.* Bernardo Adimario. Inc. *Ne me importunum arbitreris.*

XXI. pag. 10. Anepigrapha. Inc. *Si quid magnum.*

XXII. pag. ead. Anepigrapha. Inc. *Quod ad me.*

XXIII. pag. ead. Paullo Saxiae. Inc. *Captiunculam liguleius quidam oblatrans mihi obtulit.*

XXIV. pag. ead. *b.* Laurentio Laurent. Inc. *Prudentis hominis eſt.*

XXV. pag. 11. Simoni Caniſiano. Inc. *Franciſcum mihi Pictum.*

XXVI. pag. ead. Paullo Saxiae. Inc. *Plura ad te ſcriberem.*

XXVII. pag. ead. *b.* Nicolao Dino. Inc. *Epiſtolare poſcit officium.*

XXVIII pag. 12. Laurentio Lau. Mathematico. Inc. *Petiſti a me ſolitudinis, ſtudiique mei rationem.*

XXIX. pag. ead. *b.* Mariano Pomicello Theologo Auguſt. Inc. *Examinatus ſum, immo omnis domus Verinorum, &, ut rectius loquar, tota civitas, valitudine tua tam longa contabuit.*

XXX. pag. 13 Barptolemaeo Cavalcantio. Inc. *Moleſtiſſime tuli obitum patris tui Ioannis viri optimi.*

XXXI pag. ead. *b.* Vgolino patri. Inc. *Quamquam ſuperioribus litteris.*

XXXII. pag. 14. Petro Ridolpho. Inc. *Quod laet us.*

XXXIII. pag. ead. *b.* Petro Medici Laurentii filio. Inc. *Quamquam non eget.*

XXXIV. pag. 15. Laurentio Phyſico. Inc. *Docti doctos.*

XXXV. pag. ead. Simoni Caniſiano. Inc. *Perge, ut caepiſti, doctis ſemper inhaerere.*

XXXVI. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Non me ludi.*

XXXVII. pag. 16. Petro (forte Ridolpho). Inc. *Inſanire tibi videor, ita mea ſolitudo ſuſpecta eſt.*

XXXVIII pag. ead. Petro Ridolpho. Inc. *Et coram, & litteris.*

XXXIX pag. ead. Eidem. Inc. *Rem levem tibi narrabo.*

XL. pag. ead. *b.* Ioanni Niccolo. Inc. *Quod ſponte & libenter feciſſem, pater tuus me pepulit, ut aliquid ad te darem litterarum.*

XLI. pag. 17. Simoni Caniſiano. Inc. *Non facile.*

XLII. pag. ead. *b.* Vgolini Verini Epiſt. Michaëli filio. Inc. *Legi Diſticha tua, quae facilitatem ſimul & gravitatem redolent, ſatis habent candoris.*

XLIII.

XLIII. pag. 18. Michaëlis Verini Epiſt. Laurentio Mathematico. Inc. *Mire concupiſco tuum noſſe iudicium.*

XLIV. pag. ead. *b.* Nicolao Dino. Inc. *Si animi bona, quemadmodum fortunae, relinqui poſſent heredibus. vel quoquo modo teſtari.*

XLV. pag. 19. Paullo Saxiae. Inc. *Quod Diſticha mea.*

XLVI. pag. ead. Petro Ridolpho. Inc. *Viſere me poſt longum tempus concupiſcis.*

XLVII. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Non minus difficile, quam magnum eſt ſeveritatem ſimul cum iucunditate condire, gravitatique adiungere comitatem, qualem licet videre in Laurentio Medice.*

XLVIII. pag. ead. Laurentio Mathematico. Inc. *Miſiſti ad me quaeſtiunculam.*

XLIX. pag. 20. Simoni Caniſiano. Inc. *Reprehendes iactantiam meam.*

L. pag. ead. *b.* Petro Ridolpho. Inc. *Quaeris quid agam.*

LI. pag. 21. Simoni Caniſiano. Inc. *Quod ad te ſaepius ſcribam.*

LII. pag. ead. Eidem. Inc. *Petiſti a me.*

LIII. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Multi ſaepe, & falſo de ſuis ſaeculis conqueruntur.*

LIV. pag. 22. Petro Ridolpho. Inc. *Quo multa, & ſaepius ad te ſcribo.*

LV. pag. ead. *b.* Laurentio Mathematico. Inc. *Narrabo tibi.*

LVI. pag. 23. *b.* Laurentio Niccolino. Inc. *Si quid liberius.*

LVII. pag. 24. Nicolao Dino. Inc. *Amorem pariter, & prudentiam tuae litterae mihi oſtendunt.*

LVIII. pag. ead. *b.* Franciſco Pictio. Inc. *Ex litteris tuis plane cognovi.*

LIX. pag. ead. Petro Ridolpho. Inc. *Quamdiu ruſticatus ſum.*

LX. pag. 25. Simoni Caniſiano. Inc. *Quum nihil ſit iuſtitia Principum melius, nihil comitate & eruditione procerum iucundius, nihil contra tyrannide deterius, ſummopere gratulari debemus de Laurentii Medicis prudentia &c.*

LXI. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Carpis me non aperte.*

LXII. pag. 26. Petro Ridolpho. Inc. *Maiores noſtri quondam liberos ſuos ad aliena oppida mittebant, ut ſtudia litterarum perdiſcerent. Pariſios uſque Dantes, Avinionem Petrarcha profectus eſt: hodie tam claros magiſtros Senatus conduxit, ut alieni in noſtra loca confluant.*

LXIII. pag. ead. *b.* Laurentio Tuccio. Inc. *Carmina tua.*

LXIV. pag. ead. Petro Ridolpho. Inc. *Quanti ſit.*

LXV. pag. 27. Paullo Saxiae. Inc. *Quaeris cur.*

LXVI. pag. ead. Laurentio Tuccio. Inc. *Pacificus Poëta.*

LXVII. pag. ead. *b.* Laurentio Mathematico. Inc. *Expoſtulas a me, cur tantus ſcribendi ardor invaſerit, quum tanta ſit Principum ingratitudo.*

LXVIII. pag. ead. Roſſo avunculo ſuo. Inc. *Si quid mihi.*

LXIX. pag. 28. Franciſco Vrſino. Inc. *Obligavit me tibi prius Gregorius praeceptor tuus.*

LXX. pag. ead. *b.* Simoni Caniſiano. Inc. *Magni iudicii Pollionem fuiſſe nemo ambigit.*

LXXI. pag. 29. Eidem. Inc. *Et quem tu ſtimulum exiſtimas laude acriorem?*

Tum adiicitur rubrica: *Epiſtolarum Liber primus Michaëlis Verini diſertiſſimi adoleſcentis explicit.*

II. pag. 30. Michaëlis Verini, & nonnullorum ad ipſum Epiſtolarum Liber ſecundus, cui praecedit Vgolini Verini Praefatio in hunc Librum ad Petrum Ridolphum, Nicolai filium, quae ita ſe habet: *Ob magnitudinem doloris, non bis patriae cecidere manus, ſed decies calamus lapſus eſt: obſtupuit dextera, palluit vultus, contabuit mens, dum unici gemmas adoleſcentis colligo, & in ſcrinia digero. Si crebra eſt, mi Petre, lacrymis facta litura, ne mirere, hoc praeſertim ſecundo volumine Epiſtolarum, quas ille anno ferme uno compoſuit, & paucas edidit, quo valitudine tam moroſa & pertinaci laboravit, & tandem, maiore fortaſſe iactura linguae Latinae, quam ſuo damno, deceſſit. Quantum praeſtare potuerit, ſi ad maturam perveniſſet aetatem, Diſticha, Epiſtolae, Orationes plane oſtendunt. Omitto alias corporis animique dotes, morum probitatem; ſed haec forſan, pluſquam patrem deceat, praedicavi. Qualis fueris, tu probe noviſti, a quo unice dilectus fuiſti, ut plures illius teſtantur epiſtolae. Proin defuncti gloriam defende. Si qua in eis non emendata deprehenduntur, id non temeritati ſuae, ſed immaturae morti imputetur; octavum nondum & decimum annum implerat. Haec ex bibliotheca ſcriniiſque ſuis, nullo ſervato ordine, excerpſi: confido, multos rationem aetatis habituros, & non modo veniam errori, verum, ſpero, laudes tributuros ingenio. Vale.* Epiſtolarum vero ſeries ſequens eſt:

I. pag. 30. Michaëlis Verini Epiſtola Petro Ridolpho. Inc. *Vereor, ne ſi de eadem re ſaepius ad te ſcripſero.*

II. pag. ead. *b.* Antonio Gerardino. Inc. *Obligaſti me prius tuis lyricis; poſt diſceſſum tuum tam ſuavi epiſtola nos repetiſti, ut nulli mortalium, quam tibi magis debere optarim.*

III. pag. 31. Franciſco Pictio. Inc. *Elegantem magis, quam ſumptuoſam coenam Dinus paravit.*

IV. pag. ead. *b.* Paullo Saxiae. Inc. *Quum mea Diſticha laudas, ad ſimilia condenda invitas.*

V. pag. ead. Bernardo Adimario. Inc. *Multis a me.*

VI. pag. 32. Franciſco Vrſino. Inc. *Non mediocrem cepi voluptatem, quum ex Gregorio praeceptore tuo intellexi, te ita ſtudiis litterarum incumbere, ut pariter bellicis artibus corpus exerceas. ut te brevi ſummum oratorem, egregiumque ducem augurer futurum.*

 VII. pag.

VII pag. ead. Laurentio Mathematico. Inc. *Qui ſua libenter communicant*.

VIII. pag. ead. *b*. Anonymo. Inc. *Arrogantis non eſt, neque quaerentis immaturus honores ſua compluribus oſtendere*.

IX. pag. 33. Bernardo Cavalcantio. Inc. *Te, ut ſcribis, tenet incredibile mei deſiderium*.

X. pag. ead. *b*. Simoni Caniſiano. Inc. *Etſi hoc genus litterarum*.

XI. pag. 34. Bernardo Adimario. Inc. *Erat mihi curae, quod tu impenſe rogaſti, ut Vgolino parenti meo ſplendorem familiae tuae commendarem, ortuſque Adimarium duplicem eſſe famam, a Feſulis, annos circiter quadringentos, poſtquam eruta e ſunt, veniſſe cum multis vetuſtiſſimis prolibus. Caniſianis, Portinariis, Thedaldis, & aliis compluribus*.

XII. pag. ead. *b*. Laurentio Mathematico. Inc. *Euodavit patruus*.

XIII. pag. 35. Paullo Saxiae. Inc. *Promiſeram hoc autumni ſeceſſu mittere tibi meorum librum Diſtichorum*.

XIV. pag. ead. Eidem. Inc. *Quanto a te mea Diſticha probantur, & leguntur, tanto ad alia edenda compellor*.

XV. pag. ead. *b*. Simoni Caniſiano. Inc. *Torſiſti me*.

XVI. pag. 36. Eidem. Inc. *Superioribus litteris*.

XVII. pag. 37. Bernardo Adimario. Inc. *Graviſſime tuli, quod infra menſem. geminam feceris iacturam, diluvio, & incendio, ruri, & in urbe, ut vel inimicis dolorem excuſſeris, quid mihi aegroto?*

XVIII. pag. ead. *b*. Nicolao Dino. Inc. *Eia age*.

XIX. pag. ead. Paullo Saxiae. Inc. *Diis quondam*.

XX. pag. ead. Franciſco (1). Inc. *Nec diſerti viri eſt, nec boni ſignum amici, verboſa uti excuſatione*.

XXI. pag. 38. Laurentio Mathematico. Inc. *Callimachus Poëta*.

XXII. pag. ead. *b*. Paullo Saxiae. Inc. *Legiſti mea*.

XXIII. pag. 39. Petro Ridolpho. Inc. *Quod pila. & cythara delector*.

XXIV. pag. ead. Franciſco. Inc. *Cur me de brevitate carpas non video*.

XXV. pag. ead. *b*. Nicolao Dino. Inc. *Etſi ſcio*.

XXVI. pag. 40 Laurentio Mathematico. Inc. *Plura me ad ſcribendum impellunt, auctoritas patris, tua adhortatio, laudis cupiditas; tum vitae brevitas vehementer ſollicitat. Theodorus ex Bithynia, inſignis Aſtrologus, quum eſſet Florentiae, & maxime doctos requireret, ut Vgolino rem gratam faceret, *horoſcopum ſuum, deinde meam geneſim popoſcit*.

XXVII. pag. ead. *b*. Leonardo Attavantio. Inc. *Hortaris, & prope compellis, ut Romam proficiſcar*.

XXVIII pag. 41. Laurentio Mathematico. Inc. *Mitto ad te quatuor diſticha, quibus quaeſtiunculae quorumdam reſpondi, qui de providentia Dei conquerebantur*.

XXIX. pag. ead. *b*. Simoni Caniſiano. Inc. *Quid ruri agam*.

XXX. pag. 42. Paullo Saxiae. Inc. *Delicias meas, Diſticha, ad te mittam*.

XXXI. pag. ead. *b*. Gregorio Spoletino. Inc. *Non tam mihi pertinax valitudo, quam intercapedo ſtudiorum graviſſima eſt*.

XXXII. pag. ead. Paullo Saxiae. Inc. *Taciturnitatem meam carpſere nonnulli, quum apud te caenaremus*.

XXXIII. pag. 43. Bernardo Adimario. Inc. *Quum publicaris*.

XXXIV. pag. ead. *b*. Nicolao Dino. Inc. *Quod ad te ſolito rariores ſcribam epiſtolas*.

XXXV. pag. ead. Laurentio Tuccio. Inc. *Si perges*.

XXXVI. pag. 44. Laurentio Mathematico. Inc. *Ecquid tu fama praeſtantius*.

XXXVII. pag. ead. *b*. Petro Ridolpho. Inc. *Quouſque me*.

XXXVIII. pag. ead. Laurentio Mathematico. Inc. *Aperiri maxime a te deſiaero, unde tanta procedat ingratitudo, nec tantum noſtri ſaeculi, ſed omnium erga eruditos & bonos viros*.

XXXIX. pag. 45. *b*. Petro Medici Laur. filio. Inc. *Non ſine magna voluptate, vel potius admiratione Politiani tui Poëma, alterum Naſonis opus legi = Retulit pater, qui eius exordio interfuit, viciſſe te ipſum, & eius ore longe elegantiſſimum apparuiſſe*.

XL. pag. 46. Paullo Saxiae. Inc. *Accuſas me inertiae ſimul & timiditatis, quod Diſticha mea non ederim, quum te, & parentem meum habuerint cenſores*.

XLI. pag. ead. *b*. Simoni Caniſiano. Inc. *Adeone a noſtra declamandi conſuetudine deſcivimus*.

XLII. pag. ead. Petro Ridolpho. Inc. *Quid inconſtantius, quid ineptius*.

XLIII. pag. 47. Vgolino patri. Inc. *Quum eſſem apud Antonium Geraldinum Legatum Ferdinandi utriuſque Hiſpaniae Regis, qui Florentiae commorabatur, legi librum Apologorum Barptolemaei Scalae diſertiſſimi viri, qui uſque adeo mihi placuit, ut totum uno hauſtu, antequam deponerem pellegerim; quod ſi Aeſopus Phrygius lepidior eſt, Scala gravior: illico Geraldinus hiſtorias noſtri populi oſtendit, quas miro & Liviano candore deſcripſerat. Porrexit & Carmen de Rebus Moralibus, inſtar Lucretii. Miratus ſum verſatile ingenium; & in utroque bene, ſed proſa melior incedit &c.*

XLIV. pag. ead. *b*. Laurentio Mathematico. Inc. *Laudaſti, & merito ingenium, ſtylum, ſtudium Ioannis Pici. in quo natura uno omnia bona congeſſit; ſummam nobilitatem, magnas divitias, egregiam formam, robuſtum & procerum corpus, tenaciſſimam memoriam, qui omnium ferme linguas complecti deſiderat. Ille ubi Carliadem patris mei pellegerat, mihi palinodiam pulcherrimam (2), quam pro theologis noſtris conſcripſerat contra Hermolaum eloquen-*

(1) Forte omiſſum fuit cognomen *Vrſino*, vel *Pictio*, quemadmodum & paullo infra §. XXIV.
(2) Forte deeſt *oſtendit*.

*quentiſſimum doctiſſimumque virum, qui tamquam barbaros inſectabatur, oſtenditque mihi Themiſtii Philoſophi libros, quos ille nuper e Graeco traduxerat tanta eloquentia, ut nullos illis anteponam &c.*

xlv. pag. 48. Nicolao Dino. Inc. *Nudiuſtertius ex agro mihi redeunti propter valitudinem occurrit, olim tonſor tantum nomine cognitus.*

xlvi. pag. ead. *b.* Laurentio Mathematico. Inc. *Petiſti a me.*

xlvii. pag. ead. Petro Ridolpho. Inc. *Grata mihi munera tua fuerunt.*

xlviii. pag. 49. Simoni Caniſiano. Inc. *Dolebis, & non iniuria.*

xlix. pag. ead. Eidem. Inc. *Non te fugit, quantum & fidibus, & pila delector.*

l. pag. ead. *b.* Paullo Saxiae. Inc. *Hortaris me ad patientiam.*

li. pag. ead. Franciſco Pictio. Inc. *Ex Vgolini litteris accepi.*

lii. pag. 50. Alexandro Gerardino. Inc. *Eiſi ſumma diligentia medicorum valitudo mea curatur, Paulli praeſertim patrui mei.*

liii. pag. ead. *b.* Simoni Caniſiano. Inc. *Accepi te perterritum meo tam pertinaci morbo. Quid ſi vidiſſes ante ſectionem teſticuli, ibi chirurgum, more Paeonis, ſuccinctum linteo, exertum manicis ſex medicos de magnitudine periculi differentes, ibi prunas cum forcipe, cum ſpecillis ignitis, tabulas paratas, funes groſſiores, me nudum, reſupinum, vinctum manibus, iuvenes hinc inde robuſtos, qui me paene reluctantem erant comprehenſuri, ex quibus duo paene exanimes cecidere ex mei ſanguinis profluvio. Ego aliquantiſper immobilis, ceu alienum corpus ſecaretur, & combureretur, permanſi.*

liv. pag. 51. Petro Ridolpho. Inc. *Non facile explicem quanto tui deſiderio flagrem, quanto taedio mulicrcularum nauſeam, quae me importuniſſime viſunt: numquid bene Michaël, decies idem hora interrogant &c.*

lv. pag. ead. Laurentio Mathematico. Inc. *Duplex eſt virtus ingenii, facile cuncta percipere, & fideliter percepta retinere.*

lvi. pag. ead. *b.* Bernardo Adimario. Inc. *Laudaſti me, quod purpura & ſerico non utar.*

lvii. pag. 52. Simoni Caniſiano. Inc. *Poſtquam valitudine impedior.*

lviii. pag. ead. *b.* Paulli Saxiae Epiſt. Michaëli Verino. Inc. *Si librum ad me mittes, libenter legam, ut tua omnia; ſi qua inerunt digna ut corrigantur, ſolita libertate, & fide reſecabo. Sed novi diligentiam tuam.*

lix. pag. 53. Paulli Verini Epiſt. Michaëli Verino nepoti. Inc. *Scripſit ad me Ptera mater tua, te vehementer angi, non ſolum adverſa valitudine, quam temporis iactura.*

lx. pag. ead. *b.* Michaëlis Verini Epiſt. Paullo Verino patruo. Inc. *Litteras tuas amore & prudentia plenas, non minus libenter quam attente legi.*

lxi. pag. 54. Laurentio Mathematico. Inc. *Reprehendis me.*

lxii. pag. ead. Petro Ridolpho. Inc. *Vbi de affinitate tua mihi eſt nunciatum, tametſi doloroſo & longo morbo conficior, ſum tamen vehementer laetatus, quod Laurentius Medices noſtrae civitatis facile primus, filiam tibi ſpopondit.*

lxiii. pag. ead. *b.* Simoni Caniſiano. Inc. *Quam moleſte feras aegritudinem meam.*

lxiv. pag. 55. Franciſco Vrſino. Inc. *Ita adverſa.*

lxv. pag. ead. Paullo Saxiae. Inc. *Rogaſti me impenſe, ut patri meo Nicolaum Forlivienſem commendem.*

lxvi. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Retardavit me valitudo adverſa, quominus ad diem dictam in urbem redirem.*

lxvii. pag. ead. Franciſco Pictio. Inc. *Aegerrime fers.*

lxviii. pag. 56. Eidem. Inc. *Quum menſe Ianuarii, cauſſa valitudinis, rus ſeceſſiſſem, apud colonum meum diverti in beati Antonii celebritate: aderant ſacerdotes, & turba ruſticorum, ubi avidiſſima ingurges epulis vinoque diſtenta eſt.*

lxix. pag. ead. *b.* Simoni Caniſiano. Inc. *Cum Coſmo Oricellario.*

lxx. pag. 57. Laurentio Mathematico. Inc. *Quanta ſit hominum inſania.*

lxxi. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Quum tota civitas in theatro ac ludicro haſtarum eſſet occupata, ad Muſarum convivium nos convenimus; quum fames eſſet ſedata, exiit ſermo de poëtica facultate.*

lxxii. pag. 58. Petro Ridolpho. Inc. *Vel valitudo mea tam pertinax.*

lxxiii. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Feciſti me graviſſimum debitorem malis granatis dulcibus, ac aureis malis, quae hoc anni rariſſima reperiuntur.*

lxxiv. pag. ead. Franciſco Vrſino. Inc. *Mirabar quae te cauſſa retardare poſſet, quod me iam quarto menſe aegrotantem non viſiſſes.*

lxxv. pag. 59 Gregorio Spoletino. Inc. *Roganti tibi pauca ex noſtris Diſtichis miſi.*

lxxvi. pag. ead. Laurentio Mathematico. Inc. *Quaeris ſimul, & carpis.*

lxxvii. pag. ead. *b.* Franciſco ſuo. Inc. *Tantane noſtri te oblivio tenuit.*

lxxviii. pag. 60. Petro Ridolpho. Inc. *Hortari te non deſiſtam.*

lxxix. pag. ead. Paullo Saxiae. Inc. *Magna me diuturnitatis cupido ſollicitat, ut ne aegrotus quidem a ſcribendo deſiſtam.*

lxxx. pag. ead. *b.* Mariano Theologo Ro. Inc. *Frequenter me mones, & hortari non deſinis, ut Romam demigrem.*

lxxxi. pag. ead. Bernardo Adimario. Inc. *Quid dulcius eſt ocio litterato?*

lxxxii. pag. 61. Petro Ridolpho. Inc. *Inſuperabilis me valitudo confecit.* In fine legitur: *Explicit Liber ſecundus Epiſtolarum Michaëlis Verini diſertiſſimi adoleſcentis. Deo gratias.*

In ultima tandem Codicis pagina manu recentiore adſcripta ſunt varia carmina, videlicet

i. Ad Laurentium Medicem diſtichon.

*Si Lau-*

*Si Lauri pulcros delectat hortus ocellos,*
*Cur ego non illi dulcis amicus ero?*

II. In Molum tetraſtichon. Inc.

*Vibe licet tota clames, hem grammata quis vult? &c.*

III. In eumdem decaſtichon. Inc.

*Mole, quid affectas vanum tibi fingere nomen &c.*

IV. Tetraſtichon anepigraphum. Inc.

*Sirena ſolet pueros, nec non maioribus annis &c.*

Praeter pauca illa, quae in ipſa Epiſtolarum recenſione ſpecimina dedimus, in quibus aliquid obſervatione dignum occurrebat, placet hoc loco nonnullas ex integro Epiſtolas proferre, eas nimirum, quae vel ad ipſius Michaëlis Verini vitam, moreſque, vel ad illorum temporum hiſtoriam quoquomodo illuſtrandam pertinere viſae ſunt. Ex primo igitur Libro ſequentes excerpſimus.

Michaëlis Verini Vgolino patri
Epiſtola V.

*Neſcio utrum rem gratam tibi feciſſem, ſi Piſas ad te viſendum cum matre mea Piera veniſſem, quod ego ſummopere cupiebam; ſed veritus iacturam temporis, qua tu nullam aeſtimas maiorem, reſtiti, quum acceperim te proſperam recuperaſſe valitudinem. Ego nullum praetermitto temporis momentum, quin illud tuis ſtudiis impertiar, ludo tamen pilae corpus quandoque exerceo, cytharaque oblector, ut ſpiritus modicis intervallis fiant alacriores. Chriſtophoro Landino, Angelo, Fontio utor interpretibus, quos mire diligo, & obſervo; hi propter meam obſervantiam, & tui cauſſam paternum certatim officium mihi miniſtrant, enodant dubia, emendant, reſecant luxuriantia, bona laudant, & hortantur, ut incumbam & te mihi proponunt exemplum. Quamobrem tuo angor deſiderio. Sed poſtquam recte vales ſalva res eſt; reditum tuum tota domus exſpectat. Vale.*

Vgolini Verini Michaëli Verino filio
Epiſt. VII.

*Quod eſſet meum deſiderium, & coram ſaepe, & tibi litteris indicavi; tametſi ex Saxia noſtro, Paulloque fratre, quae de te ſentire cupiebam acceperim, tamen te iterum atque iterum hortari non deſinam, ut totum te dedas ſtudiis litterarum, in hoc praeſertim lubrico flexuque aetatis; omnes abs te obſcaenae reſpuantur voluptates, curſuſque vitae in labore corporis animique contentione verſetur. Multa enim blandimenta voluptatum natura genuit, quibus virtus ſopita connivesſcit; nec ſolum haec adoleſcentiae aetas, ſed ipſa provectior caperetur. Quod pilae ludo aliquando exercearis, non diſplicet; ſed habeas gracilitatis tuae rationem. Quod Muſice delecteris, approbo; pauca condonanda aetati, ſed ita, ut ſemper cupiditas voluptaſque pareat rationi. Etſi illud Apoſtoli duriuſculum videatur praeceptum, ut ſine intermiſſione ſemper oremus, non ſomnum tamen nobis, non eſum, non potum, non alia multa vitae neceſſaria interdicit; ſed quando oramus, quod crebro faciundum eſt, mente tota in Deum adſcendamus, ſic & in liberalibus artibus faciamus. Memento, dulciſſime fili; ſtudia iſta, & facile & perfecte in adoleſcentia diſcuntur, eloquentia in primis, quae ſine morum probitate raro comparatur; orator enim, vir bonus eſt, dicendi peritus, ut vere Cicero ex Catonis ſententia comprobavit. Vale.*

Michaëlis Verini Vgolino patri
Epiſt. VIII.

*Omnibus tuis litteris, quas ad me, Paullumque ſcriptitas, hortaris ad ſtudia humanitatis, quo nihil tibi gratius, nihil utilius aſſeris eſſe futurum. In primis mones, ut Mathematicae operam impendam, quum domi patruum habeam praeceptorem, quod ego avidius, quam fortaſſe opineris, ſum complexus. Tres primos Euclidis libros memoriae mandavi; & ſi aetati aliquid condonandum eſt, & adoleſcentia ſolet eſſe liberior, tua tamen auctoritas eſt mihi pro ratione; ſed id ſponte facio, & addis currenti calcaria; ſtylum frequenti exercitatione compono, ut & facilis, & Latina fluat oratio. Diſtichorum brevitate delector, quae ſine tua lima in lucem non efferentur. Redi, pater, quamprimum, ut quem carne veſtiſti, eruditione reformes, ne tibi magis rerum, quam tuarum ſim heres virtutum. Vale.*

Eiuſdem ad eumdem Epiſt. X.

*Omnia me, & labore, & diligentia mones aſſequuturum, in hoc flexu aetatis, in hoc lubrico adoleſcentiae fugiendas voluptatis illecebras, quibus incauta ſaepe aetas capitur; faciam, ut praecipis, chariſſime pater; paucis exceptis, ne videar agreſtis, me credam. Roncilionis utor contubernio, cuius integritas pariter & doctrina mihi cognita eſt; hic totam domum Verinorum eſt amplexus, ex hoc puros Grammaticae latices imbibi, hic me ad Muſarum fontem deduxit: cui plus debeam habeo neminem. Cum Caniſiano, cum Ridolpho, cum Pictio, cum Dino omnis eſt noſtra familiaritas, quorum probitas, & ardor litterarum te non fugit. Domi praeterea eſt patruus, qui & tuis ſtudiis delectatur, qui mihi Euclidem interpretatur, & nonnulla ex ſacris litteris poſt coenam enodat, ut corporis cibus ſacro pabulo corroboretur. Haec latius ſcripſi, ut ſi quid in hoc erratum eſſet, te monente, corrigatur. Vale.*

Vgolini Verini Michaëli filio Epiſt. XII.

*Ex litteris Paulli fratris cognovi te ita Geometriae addictum, ut Euclidem iam paene totum evolveris, nec oratoriam deſerere facultatem; tum poëtarum figuris vehementer delectari; &, quia in altera paene urbis regione Gregorius, ac Demetrius commorentur, litteris Graecis non multum poſſe inhaerere, quod mihi moleſtum eſt: ſed omnia ſimul complecti eſt divinitatis; prudentis eſt habere ſui ingenii rationem. Singulae per ſe artes ediſcuntur, ſed ubi ordo non reperitur, confuſa ſunt omnia. Facile aſſequeris quod intendis ſi ingenii vires perpenderis, & per momenta temporis cuncta diſtinxeris. Vale.*

Mi-

Digitized by Google

Michaëlis Verini Gregorio Spoletino viro doctiſſimo Epiſt. XIII.

*Quum patruus meus Ariſtotelica Problemata mihi interpretatus fuiſſet, Geometricaſque enodaſſes propoſitiones, quidam ſophiſtulus, qui in gyris Dialecticae conſenuit, de lectione me caepit interrogare, ſimulque diſputare, digitiſque partiri; erat enim nodoſus, & tenax, & acuminato me capite impetebat: tum vox indefeſſa mirae impudentiae; non enim quid diceret, ſed quantum, attendebat. Subito nos corona populi circumſepſit. Ego, ut moris eſt mei, brevi, & ſubmiſſo ſermone quaedam retorſi, nec praeſentis temporis cum loquaci athleta diſputare, nec me profiteri Dialecticen: ceterum partes meas tueri: quod niſi puerorum turba ille nebulo, invectis malis clamoribus, coenoque petitus aufugiſſet, abire inde non potuiſſem. Vide quantum huiuſmodi ſibi arrogent. Vale.*

Eiuſdem ad eumdem Epiſt. XIV.

*Annaei Senecae Tragoedias ex bibliotheca Auguſtinenſi tuo nomine accepi. Hunc velim librum, poſtquam uſus fueris, illi confeſtim reſtituas, ut inde, ſi opus fuerit, & alios liceat utendos recipere. Thuſcum eſt proverbium, alieni marſupii dominum eſſe, qui ad diem dictam reſtituerit rem commodatam. Franciſco Viſino me impenſe commendes. Tertio ad eum fruſtra ſcripſi, quum ne unum quidem verſiculum reddiderit; amo tamen eum non mediocriter ob ingenii acumen ſummamque nobilitatem, tum propter egregios mores, & quia quondam condiſcipuli fuimus. Vale.*

Eiuſdem Alexandro Gerardino Ameliae Epiſt. XVIII.

*Mitto ad te Svetonii librum de Vita Caeſarum ex bibliotheca parentis mei, mendoſum, non vitio patris, ſed librarii; quum nactus fuero emendatiorem, curabo quamprimum, ut habeat. Interea dum Florentiae moram trahis, ſi qua mea opera indiges prompta, utere. Sed, ut ad Svetonium redeam, ſtylus durior, & qui curſim, niſi a doctis legi non poteſt; ceterum graviſſimus auctor, & veritatis amator eſt; niſi quod in Neronis vita ignarus noſtrae Religionis, Chriſtianos appellavit Magos, utpote ferveſcente adhuc calore Dominici Cruoris, prodigioſa miracula, quae per Salvatoris diſcipulos fiebant, illi magicis credebant fieri praeſtigiis. Sed de his hactenus; neſcio an ante tuum diſceſſum ſim in urbem reverſurus. Vale.*

Eiuſdem Laurentio Laurent. Epiſt. XXIV.

*Prudentis hominis eſt noſſe menſuram ſuam, neque ſupra vires ſuas quidquam tentare. Sub magno enim pondere puſillum corpus atteritur. Non omnes* Arma virumque cano; *non tamen fraudandus honore eſt quiſquis in tenui valuerit. Diſticha, quae binis verſibus clauduntur, facile eſt edere, ſed bene, difficile; fortaſſe & haec praeludium noſtri ingenii erunt. Luſit adoleſcens Culicem, & parva primum opuſcula, qui Aeneam, & Turnum poſtea cecinit; & ſi candorem Hiberi vatis non ſumus aſſequuti, eruimus tamen praeclaras ſententias e tenebris barbarorum; ne unum quidem in toto Opere reperitur verbum obſcaenum; tum ſperamus, facilitate, repertura lectorem. Vale.*

Eiuſdem Simoni Caniliano Epiſt. XXV.

*Franciſcum mihi Pictium vehementer commendas. Tune Pictium mihi? quem habeo vita mea chariorem. Proinde ita patri commendavi, ac ſi res mea ageretur, & eo plus laboravi, quod hoc tibi cordi erat. Kalendis igitur Novembris ad Quintiliani Enthymemata, ad Orationes Ciceronis, illius nomine, iam nunc acceſſo. Spero nos in hoc litterarum campo bonum certamen inituros, neque enim ſine aculeo aemulationis ad cumulum laudis pervenitur. Vale.*

Eiuſdem Paullo Saxiae Epiſt. XXVI.

*Plura ad te ſcriberem, & apertius de conſiliis meis aperirem rationem, niſi ſperarem reditum tuum eſſe in proximo. Non mediocriter conturbor, dum dubius pendo, quid ſim ſtudiorum initurus. Hinc patruus ad Medicinam, cui me exiſtimat peridoneum; amici patris ad Ius civile, ut anſa mihi ad honores publicos praebeatur exhortantur; affines me ad mercaturam; quidam naturam meam inveſtigati poëticae facultati inhaerere compellunt; pater ad hanc rem pronior; ſed ingratitudinem noſtri ſaeculi veritus, ne idem quod ſibi contigit, mihi eveniat, perplexus muſſat. Incepta interim ſtudia non deſero; quidnam acciderit te faciam certiorem; tu quid in hac re videatur, mihi ſignifices, qui & me noſti, & ſemper, ut filium amaſti. Vale.*

Eiuſdem Nicolao Dino Epiſt. XXVII.

*Epiſtolare poſcit officium, ut abſentiae meae referam rationem, & interioris primum vitae meae conſuetudinem paucis explicem. Dum ſimul militaremus ſub contubernio Vgolini patris in caſtris litterarum, ſingulis quibuſque diebus diſtichum unum, epiſtolamque unam me compoſuiſſe, ſuſpicor te non latere, quae lima nocturna poliebam; diurni laboris rationem a me ipſo repetebam. Kalendis autem Auguſti, ſilentium quum publicis auditoribus indictum eſt, rus me confero, ut ab annuo labore recreer, quin etiam cudo nonnulla, ne tanta intercapedine ſtylus rubiginoſus efficiatur, multaque, quae olim recentia placuere, Vulcano dicavi; magnus eſt limae labor, ſed adiumento pater eſt, qui & hoc anni plerumque ruſticatur; haec me cauſſa ruri diutius quam velles remoratur. Vale.*

Eiuſdem Vgolino patri Epiſt. XXXI.

*Quamquam ſuperioribus litteris cauſſas inſtituti mei tibi ſignificavi, quod brevitate delector, quod diſtichis exerceor, quod Phalaridis, Bruti, Plinii epiſtolae placeant, obſequar tamen conſilio tuo, cuius auctoritas, ut ſcripſi, mihi ſemper eſt pro ratione. Id in primis te auctore didici eſſe ſalubre, quod peractae lucis a me ipſo diſquiro rationem, & calculis albis computo doctrinae proventum; iacturam vero temporis, atris denoto lapillis; ſi ludo, vel inertiae, quod raro contingit, & id feſtis diebus, indulgeo, adoleſcens ſum, quae aetas, ut tu monuiſti, proclivis eſt voluptati: curabo ſemper tuis parere praeceptis. Vale.*

Eiuſ-

Eiuſdem Petro Ridolpho Epiſt. xxxi.

*Quod laetius, quod iucundius ſpectaculum, quam videre adoleſcentes multos, nobiles, egregia indole, qui non ſola nobilitate ac divitiis nitantur, quae communia plerumque ſunt malis, ſed famam ex ſtudiis quaerant litterarum! O praeclarum gymnaſium Florentinum! Non enim ſcaenicis ludis, non aleae, non obſcaenae voluptati deditis, ut captus eſt iuventutis, ſed aemulatione virtutum, praeclara viciſſim imitantur ingenia: redit ſaeculum Ciceronis. Tu igitur, cuius & tenax memoria, & magnum eſt ingenium, incumbe & perge, ut caepiſti. Imitemur ſummo ſtudio praeſtantes viros, quorum magna nobis copia eſt. Itaque, ne me ceſſes mutuis litteris adhortari, ut hoc calle virtutis ſimul ad gloriam proficiſcamur, Vale.*

Eiuſdem Petro Medici Laurent. F. Epiſt. xxxiii.

*Quamquam non eget externis laudibus Philelphus, Graecarum litterarum pater, & traducta e Graeco in Latinum, & a ſe edita complura volumina perennem reddunt; tamen paterni moris eſt neminem ſui temporis inſignem praeterire intactum: pium eſt, & decens doctos a doctis ſine livore celebrari, nec, ut multos vidi, rabie invidiae inter ſe digladiari, quod non modo Chriſtiana religio prohibet, verum omnis Reſpublica lege cavet, ne famoſis quiſquam notetur verſiculis. Mitto ad te eulogium de obitu Philelphi, quia domus veſtra doctorum fautrix ſemper fuit, & nihil libentius, quam iniuriarum obliviſcitur. Poſt quinquageſimum annum, nepos vatem ab exſilio revocavis, ut Florentiam felici funere illuſtrares. Vale.*

Eiuſdem Laurentio Phyſico Epiſt. xxxiv.

*Docti doctos illuſtrabunt, ſi erunt docti. Ubi parenti meo denuntiatus eſt obitus Apollinaris ſummi Philoſophi, & celeberrimi Mathematici, aegerrime tulit, nec a lacrymis abſtinuit. Subito eius mortem carmine deflevit, quoniam & praeceptor, & amicus patrui mei, & tui exſtiterat: tranſcripſi verſus, & ad ſe miſi, quia illos Ugolinus ad Arretinum Franciſcum Iuriſconſultum praemiſerat, ut in lucem prodiret; ſed, uti ego accepi, homo alienae laudis invidus, non edidit. Ne igitur vera laude fraudetur Apollinaris, eoſdem ut haberes curavi, ut eius ſectatoribus exemplum praeberes. Vale.*

Eiuſdem Simoni Caniſiano Epiſt. xxxvi.

*Non me ludi in urbe detinuerunt; ſcis quam ab huiuſmodi fabulis ſim alienus. Verum Ariſtotelis ac Plutarchi ſententia me ad Mathematicem pepulit, quum domi Paullum patruum, & Laurentium affinem vicinum habeam Geometres inſignes. Euclidem rogavi mihi interpretari, feſtis praeſertim diebus, quum & illi, & nos plus ocii nacti ſumus: & iam primos libros accurate legimus. Scio & te huiuſmodi re delectari; poterimus una, ceu in aliis ſtudiis, contubernales in hac quoque militia Geometriae ſimul certare. Vale.*

Eiuſdem ad eumdem Epiſt. xli.

*Non facile explicem aeſtum mentis corporiſque agitationem, quam in oppido Prati, dum Natalem Virginis frequento, pertuli innumera ruſticorum turba oppreſſus, & paene combuſtus candelarum ardore, dum Cingulum immaculatae Virginis, ut ferunt, in alta ſpecula, proſtrato populo ob religionem monſtratur, tanta veneratione, ac ſi Chriſti omnipotentis Corpus oſtenderetur. Unde vix tandem aegre in forum Boarium deſcedens, ut ea porta rus peterem, quam ibi moleſtiam, nec mediocre ſubivi periculum! Indomitus taurus, abrupto fune, per medios cuneos metu conterritos proruens, cornibus nunc hos, nunc illos impetebat; quis tibi tunc, Michaël, cernenti talia ſenſus! Demum noctu egreſſus ad Lequoream villam deveni, horam circiter ſecundam, oppidum Prati in nundinis Virginis numquam viſurus. Vale.*

Eiuſdem Paullo Saxiae Epiſt. xlv.

*Quod Diſticha mea libenter perlegeris, pergratum eſt mihi, gratius quod laudes, hoc eſt laborem mihi iucundum iniungere. Sed obſecro te, ne amor noſter fallat, attentius lectites; omnia recentia auctori, & amicis eius placent, utinam inimicis. Quamobrem diligenti cenſura perſcruteris, ne ipſis poſthac, quum velit, poſſit nocere invidia. Vale.*

Eiuſdem Petro Ridolpho Epiſt. l.

*Quaeris quid agam in agello Lequoreo, quove modo dies aeſtate a me traducantur, quid nugarum mediter. Conſurgo diluculo, ſyndone ad pedes demiſſa hortulum circumeo, ubi levi aura recreatus, ad receptaculum me Muſarum confero, Poëtas evolvo, Quintiliani praecepta inquiro, Ciceronis Orationes non ſine admiratione lectito, Epiſtolas Plinii meas delicias amplector, Epigrammata conſcribo, ſed Diſticha magis placent. Poſt cibum paulliſper quieſco; adeſt pater, Muſis deditiſſimus, qui reſecat, addit, ornat, & digerit noſtra huc illuc fluitantia; mox ſcacco, vel teſſera ſomnum evinco. Eſt prope villam praegrandis vinea cum multis arbuſculis, quam ſecat rivus aquae gelidiſſimae; maxima vis piſciculorum, ſepes praedenſae, luſcinia die noctuque veteres concinit iniurias; ibi lego nonnulla, tum ad cytharam carmen extemporale, tum praemeditatum edo. Deinde ſole ad Hiſpanos vergente, pilo grandiori decerſo. Aeſtas tota ſic nobis diſponitur, dum vis morbi in urbe ceſſarit: non agrum, ſed me ipſum ſtudiis excolo; non eſt mihi Saxetta, vel Medicea bibliotheca, ſed eſt ſcrinium parvum refertum emendatis libris, quos vel Attalicis veſtibus praepono. Vale.*

Eiuſdem Simoni Caniſiano Epiſt. lii.

*Petiſti a me nonnumquam, oratoriam ſicut facultatem ſub Ugolino patre meo didicimus, ita Euclidem ſub Paullo meo patruo, quod quidem ille, tui cauſſa, libenter feciſſet; ſed medicina occupatiſſimus, nos ad Laurentium affinem meum remiſit; vir eſt apprime eruditus in omni genere litteraturae, Diſputator ſubtilis, doctus Philoſophus, perfectus Mathematicus, & quod mirum eſt, ſatis habet eloquentiae, ut carmen componat: Graii ſermonis non ignarus; praeterea vir induſtrius, & iucundus; tantae probitatis, ut ab omnibus amari ſit dignus;*

*hic*

Digitized by Google

*hic me unice diligit, & iam me ultro currentem hortatur, operam utriſque promptam pollicetur. Quare omiſſis moris, properemus ad palmam virtutis. Vale.*

Eiuſdem Laurentio Mathematico
Epiſt. LV.

*Narrabo tibi rem fabulae perſimilem, ſed teſtimonio multorum comprobatam, incredulo ut mihi de eiuſmodi rebus fidem faceret. Laronis familia inter colonos, & ruſticos non extrema in agro Lequoreo eſt. Haec interdiu, noctuque, horrendis portentis vexata eſt: auditur ſtrepitus catenarum, ululatus vociferantium, dum coenant, dum dormiunt, dum vigilant. Duravit per annum haec peſtis, ut ſi videris eos, attonitos, veſanoſque arbitreris; oliae, & fictilia minutatim colliduntur in parietibus, ſaepe iactu lapidis, nonnumquam glebis feriuntur, neque unde, neque quomodo vulnerentur inſpicere queunt. Iam ager ille, & domus infamis eſt, ut nulli audeant introire. Erit mihi pergratum, ſi huiuſmodi quaeſtiunculae reddideris rationem, utrum phantaſmata, an nequam ſpiritus, ſive animae parentum, vel alicuius ex dicta familia, quae ibi iudicio Dei torqueantur, & ob neglecta ſacra, infandis iudiciis heredes crucientur, ſive praeſtigiis daemonum, ſive ipſi inſania laborent. Legi fabellas apud priſcos non diſſimiles. Narravit tamen Paullus meus patruus anno, quo natus ſum, dum Bononiae medicinae incumberet, audax figmentum pſeudoreligioſorum, qui noctu domum amplam, & deſertam ingrederentur, ſine arbitris, qui omnia ſtrepitu, tamquam ſi daemones eſſent, ex occultis tenebris permiſcebant. Deprehenſa fraus, timori finem impoſuit. Fuit & altera perſimilis. Erat nux ingens, intus cava, turri fere coniuncta, per quam tanta vis murium grandiorum deſerta tecta ingrediebatur, ut inſtar cohortis per tabulata diſcurreret, nec quid eſſet ſciri poterat, metuque deſerta eſt, donec vento prolapſa nux, errorem detexit. Multa huiuſmodi accidunt, quorum ignorata cauſſa, portenta creduntur. Tu quid de re iſta ſentias, fac me certiorem. Vale.*

Eiuſdem Laurentio Tuccio Epiſt. LXIII.

*Carmina tua, quae miſiſti libenter accepi, ſed quum eſſem occupatiſſimus non pellegi; irreligioſum quippe duxerim illa perturbato animo conſiderare; tua enim tanti facio, ut niſi ſerena, & vacua mente, auſim evolvere. Vale.*

Eiuſdem Petro Ridolpho Epiſt. LXIV.

*Quanti ſit aeſtimanda pronunciatio, teſtis Demoſthenes, qui cunctam vim Oratoris illi attribuit. Audivi ego quondam Antonium in vico Martini, bella Orlandi canentem, tanta eloquentia, ut Petrarcham audire viderer, ut agi, non referri bella putares; legi poſt carmina eius inculta, ut alia crederes. Danda eſt igitur opera, ut optime pronuntietur; non enim in voce ſolum, ſed in geſtu corporis conſiſtit; haec, exercitatione diligenti, & iudicio, ut cetera, bene comparantur. Vale.*

Eiuſdem Paullo Saxiae Epiſt. LXV.

*Quaeris, cur tot aggrediar, quum carmine pariter, & proſa incedo, quum Euclidem ſimul, & Boëthium evolvam, Latinas Atticaſque litteras una condiſcam, quum melius unum inſigniter ſit, quam plura facere mediocriter; recte moneres, ſi haec omnia ſimul aggrederer. Sed quum omnia diſtincte tentaverim, eu me natura effinxit promotem, adhaereo. Proinde, ſi laudem non dederis, quod Diſticha non ſuccedunt, quae a me graviſſimis ſententiis clauduntur, ſaltem venia exoranda eſt, me nihil inexpertum reliquiſſe, & quod potui praeſtitiſſe. Vale.*

Eiuſdem Laurentio Tuccio Epiſt. LXVI.

*Pacificus Poëta, quantum laudavit ingenium tuum, Vgolinus pater teſtis eſt, qui me ſaepe excitabat, dum tuas laudes praedicaret, iamque poëtae nomen acceperas; at tu, Muſis relictis, medicinam amplexus, quod ego numquam te ſponte feciſſe crediderim; ſed parentis avaritia compulſus, egregias dotes naturae deſeruiſti, quod mihi moleſtum eſt; ſperabam enim te ſocio, vel duce, Aonios montes perluſtrare, ut nos, civitatemque noſtram illuſtraremus. Sed quid ego poſſim, vires ingenii tentabo. Quid enim Pegaſeo latice dulcius, quo ſemel epoto, cetera amara videntur? Tu venalem ſectaris mercedem, ego laudem amplector aeternam. Vale.*

Eiuſdem Roſſo avunculo ſuo Epiſt. LXVIII.

*Si quid mihi daretur otii a ſtudiis litterarum, poſtulaſti, ut de bello tibi Ligurum breviter ſignificarem, quod ego libenter facerem, ſi aut otium aliquod ſupereſſet, aut interiora belli ſciviſſem, quae mea quaerere minime intereſt. Sed cunctis eſt notum, & tibi fortaſſe in extremo terrarum angulo. Bellum utrinque ſumma contentione geritur; noſtri iam oppidum pulcherrimum Petrae Sanctae expugnaverunt; illi maritimas arces circumſederunt, ſed, ut opinor, incaſſum conatus eorum recidet, quippe quod acriter a noſtris defenditur. Quam ſit Liguri mobile, audaxque ingenium, te latere non arbitror. Per orbem fere totum diſperſi, cunctis innotuerunt; in mari tamen praepotentes; ſed omnia eorum avaritia praepedit. Vnum ſuſpicor, numquam illos quieturos, verum nihil effecturos; proinde, bellum, an pacem cum illis potiorem duxerim incertum eſt. Vale.*

Ex Libro II. ſequentes ſelegimus.

Michaëlis Verini Bernardo Adimario
Epiſt. V.

*Multis a me precibus petiſti, tuum ut nomen meis inſeram verſiculis, augurans noſtros fore immortales; ſed ſplendor tuae familiae nulla aetate denigrabitur; non meo, ſed patris Vgolini nitore illuſtrabitur, & nos addemus particulam, ut tuae morem geramus voluntati. Omnibus eſt quidem immortalitatis inſitus amor, ut exquiratur optimus ſculptor, fictor, & pictor, a quo effigies imprimatur; ſed ſoli ſcriptores boni ſunt aeternitatis cuſtodes, quibus aetas, quae omnia atterit, nocere non poteſt. Vale.*

Eiuſdem Laurentio Mathematico
Epiſt. XII.

*Enodavit patruus mihi tres libros Euclidis; hor-*

*hortatis ad reliquos, operamque tuam promptam polliceris, quod mihi pergratum eſt, & iam recepi, ſed plura ſimul ſe obtulerunt. Declamationibus incumbo, nec litteras Graecas omitto; tum poëticen amplector, ad quam, & natura mea impellit, & paterna ſtudia invitant, quorum non invidus, ut Philippi Alexander, ſed aemulator exſiſto. Plurima Diſticha edidi, quae plerisque nec indoctis placuerunt, nec coepti me poenitet. Vides iam me furentem. Sed id poëtis permittitur. Cupio a te probari; ſcio, non errabis, ut fortaſſe illi, qui non carminibus meis id laudis, verum impubi aetati conceſſerunt. Vale.*

Eiuſdem Simoni Caniſiano Epiſt. XV.

*Torſiſti me tuis moris, iam totum triduum te exſpectavi: potes apud multos apparatius divertere, & coenare lautius, ſed nuſquam hilarius, & familiarius. Scio te non exquirere marmoreas Luculleaſque villas. Fingit Homerus Iovem ipſum, alioſque Deos, Olympo relicto, apud Aethiopas divertiſſe, coenaſſe, luſiſſe; Auguſtum etiam orbis terrarum principem apud privatos ſine ullo apparatu coenitaſſe; ſed cur vetera? Laurentius Medices, urbis noſtrae facile primus, apud patrem meum pranſus eſt nonnumquam. Te ne apud amicum, contubernalem, familiarem ruſticari pudebit? Heic aviculis mane captandis hora dabitur, aliae Muſis; poſt prandium paullisper teſſeris, vel ſcacco indulgebimus, mox cymba vecti, opacum Umbronem percurremus, nos lyra verſus canemus, piſcator interim funda piſciculos concludet. An te pudet adoleſcentem facere, quod olim fecere Laelius, & Scipio, Romani principes, dum cochleas legunt otioſi? Nec procul eſt Caianus collis, Laurentii Medicis rus pulcherrimum, cuius dotes, ſi non ſubito ad nos veneris, explicabo, ut quod non es mea cauſſa facturus, ad id te invitet Caiana felicitas. Vale.*

Eiuſdem ad eumdem Epiſt. XVI.

*Superioribus litteris promiſeram tibi Caiani ruris laudes deſcribere, ut libentius ad agellum noſtrum Caiano vicinum accederes. Vicus eſt celeberrimus in colle leniter acclivi; is diſtat ab urbe decem millibus paſſuum: via eſt plana, & patens, pervia multis ſimul curribus, ſine luto hieme, ſine lapide, glarea operta. Umbro fluvius ambit profundus, amoenus; ibi maxima copia piſcium, hinc inde, & ſupra ſemper vernantibus avibus. Ambra villa dicitur, ſive ab amne, ſive a pulcritudine, quam Medices, ut in ceteris mirabilis, aquaeductu per multa millia, per montes, & anfractus derivata irrigat aqua ſaluberrima, & in colle ſicco pernecesſaria viatoribus, ut ſpero, potum praebitura ſuavem. Moles nondum ſtructa, ſed iacta ſunt fundamenta. Haec Piſtorium Florentiamque urbes media ſecat. Ceterum ad aquilonem, iuxta Umbronem amnem planities iacet maxima, florentiſſima prata, quae cingit agger immenſus, ne forte auctus imbribus amnis, limo oblimet pabula; rigantur aeſtate perennibus rivis, ut ter foeni copia reſecetur; ſtercorantur alternis annis ſimo vaccarum, ne aſſiduo fetu ſteriliſcant. In medio, loco paullo editiori, ſtabula multa, & longiſſima facta, lapide area ſtrata, ne fimo, & luto vaccae ſordeſcant. Moenibus, & foſſa latiſſima, cincta inſtar Caſtelli, quatuor turribus. Vaccarum numerus magnus, fecundiſſimae quaeque, caſeique pinguiſſimi in hieme copia magna fit, qui urbi Florentiae, & agro ſuperſit; neque, ut olim, ex Gallia Ciſalpina neceſſe ſit nunc adportare. Lactentium vitulorum caro ſuaviſſima. Eſt ibi ſtabulum porcorum, qui ſero pingui magnopere craſſeſcunt. Incredibilis eſt avium numerus, aquatilium praeſertim, & in pratis degentium; inter domeſticas ſilveſter Anſer & Anata paſcuntur; aucupium ſine labore uberrimum. Praeterea in ſilvis vicinis, & id Medicis induſtria, Phaſides aves, & Phoenicoctori, quas ille uſque ex Sicilia devexit. Quid Coturnicum, quid Noctulanorum, quid Ficedularum numerum expreſſerim? Pomeria pulcherrima, & hortus iuxta ripas fluminum; mororum ſilva copioſa, ut iam inde ſperetur vilitas ſerici. Sed quid te plura? veni iam, dices illud, quod Sabaeorum Regina, viſa gloria Salomonis aſſeruit, longe famam minorem, quam eſſet rei veritas, Vale* (1).

Eiuſdem Laurentio Mathematico Epiſt. XXI.

*Callimachus Poëta, noſter campatriota (noſtrum appello, quia ex oppidis noſtris oriundus) ex Ponto his diebus Florentiam venit; cupiebam adloqui quem fama cognoram. Carliadem patris mei, ut aditus eſſet adloquendi, ad eum detuli, quam quidem legit libenter, & probavit; mihique Hendecaſyllaborum ſuorum Epigrammatumque librum porrexit, quem non ſine admiratione pellegi; nihil terſius illis, nihil elegantius vidi, quodque Catullo, vel Martiali magis aequiparem. Praeterea vir eſt magni conſilii in negociis obeundis. Plurimum ineſt homini auctoritatis, ut ſolo adſpectu amare poſſis, & revereri. Magnum hic ardorem mihi ingeſſit litterarum, neve a ſolito more declamandi deſiſterem, & ad carmen vehementer hortatus, quod fortaſſe mihi hereditarium arbitratus eſt. Sequar tamen, quod ille mihi iniunxit. Vale.*

Eiuſdem Paullo Saxiae Epiſt. XXII.

*Legiſti mea Diſticha, &, ut ſcribis, vehementer probas, & te auctore, cenſes iam publicanda; gaudeo tibi ſic videri. Vereor, ne nimium amori meo tribuas; nam pater meus, noſti quem virum, uſus eſt opera Fontii, hominis docti, nec minoris iudicii, & Angeli Politiani Poëtae egregii, cui ex noſtris praepono neminem: uſus eſt opera Chriſtophori Landini, noſtri ſaeculi patris eloquentiae; quin & Antonius Geraldinus Poëta lyricus, Carliadem totam accurate perlegit, & emendavit nonnulla; nec non Pontanus, & Callimachus vates, adiutores fuerunt; nec his auctoribus fretus, adhuc ardet in lucem prodere; & hic eſt ſeptimus, & decimus annus, ex quo tantam ſeriem, tot labores perpeſſus, tot noctes inſomnis pervigilavit; & tu hortaris Diſticha mea edere, quae hoc biennio emiſi? Vale.*

Eiuſ-

(1) Hanc Epiſtolam integram adfert Cl. Targionius Tom. V. pag. 58. in Opere, inſcripto: *Relazioni di alcuni Viaggi per la Toſcana*. Firenze 1773. 8. ubi plura de hac Villa refert.

Eiuſdem Simoni Caniſiano Epiſt. xxix.

*Quid ruri agam, quae mora longior ſolito me ab urbe retraxeris, requiris, & increpas. Omnis ruſticatio inficit ſales urbanitatis, neque habes cum quo ſcripta communices, & quae neſcias, interroges. Ego, mi Simon, ſtudeo, ideſt ſcribo, & lego frequenter, lyram pulſo, piſcor, & aucupio quandoque delector. Eſt domi parens, qui Cariadem expolis, cui & Carmen, & Orationes oſtendo; corrigit, emendas complura, nonnulla probat; an neſcis Muſas forum, Curiam, & celebres coetus evitare, ſilvas, ſolitudinem quaeritare? Inter concentus avium, inter murmur rivi per muſcoſa ſaxa repentis, in virentibus pratis, cum Muſis non inertes, ſed quieti reſidemus, ab omni prorſus turbine civilis procellae reſoluti; heic nemini invidemus, nulli detrahimus, non anheli ambimus procerum aulas, non avaritiae, non luxui ſtudemus; heic ſimplicitas, heic pudicitia, heic tranquilla quies reperitur. Vergilius felices appellat agricolas, feliciores poëtas, qui ocio pariter. & eruditioni incumbunt. Si has morae cauſſas non admittis, Diſticha mittam, quae hoc tempore plurima conſcripſi; redibo quoque cito, ut Petrum Rodolphum, Dinum, Pictium familiariſſimos meos viſam, quorum deſiderio paene tabeſco. Vale.*

Eiuſdem Bernardo Adimario Epiſt. xxxiii.

*Quum publicarit genitor meus libros, quos ad Mathiam Regem Pannoniae deſtinavit, confeſtim tibi exhibebo. Primi quinque, partim geſta invicti Principis, partim graviſſima Epigrammata continent; duo extremi, Eulogia clariſſimorum virorum, Odas caeleſtium heroum explicant; facilitatem imprimis & elegantiam in eo non deſiderabis. Laudat omnes ſui saeculi, etiam fictores, ſculptores, pictores, architectos; nemini detrahit, ut merito ab omnibus amari ſit dignus; ſed noſti quantum vivis livor noceat, ut ſi quis quem laudari ſenſerit, tamquam ſibi detrahatur aegerrime perferat; ſed hunc, neque doctum hominem, neque virum bonum arbitror. Vale.*

Eiuſdem Laurentio Tuccio Epiſt. xxxv.

*Si perges ut caepiſti, non dubito quin brevi te egregium vatem habeamus; nam ſive felicitas ſideris, ſive ingenii dexteritas, vel praeceptoris prudentia, poëtae tibi nomen iam vendicavit. Parentum perſaepe ignorantia, aut avaritia obſtat virtutibus filiorum, quominus ſtudia bonarum artium adſequantur; quam enim neſciunt, amare non poſſunt virtutem. Roncilion Grammaticus, Pacificus Poëta, uterque praeceptor tuus, laudavit facilitatem carminis tui, & inventionem, quae duo potiſſimum in poëta requiruntur; quare perge, ut caepiſti, neque te vincat cupiditas, aut auctoritas cognatorum; domeſtici enim homines ſunt inimici. Vale.*

Eiuſdem Laurentio Mathematico Epiſt. lv.

*Duplex eſt virtus ingenii, facile cuncta percipere, & fideliter percepta retinere; primum in Philoſophia, ac Mathematica oſtendiſti, quas tam feliciter aggreſſus fuiſti; alterum elatius oſtendiſti, quum linguam Graecam anni ſpatio ita didiceris, ut Graece optime loquaris. Redit in mentem Themiſtocles, qui Perſicam anno vix uno; Origenes, qui Hebraeam paucis menſibus adripuit. Tu quum Hermolai cupias adhaerere ſententiae, & pro viribus Latinae Philoſophiae opem conferre, diligenti opus eſt tibi exercitatione ad ſtylum, qui eo tibi difficilior, quo aetate provectior. Eloquentia enim primis annis imbibi debet, nam epota barbaries tibi tota evacuanda eſt. Duplicem Pythagoras exigebat mercedem ab eo, quem alter docuerat praeceptor, ut dediſceret primum percepta, mox nova imbiberet; ſed nihil tibi volenti erit difficile; optima exercitatio eſt traductio, ubi proprietas verborum, ornatus figurarum, elegantia & dignitas ſplendorque totius orationis exprimitur. Inveniendi facultas prompte paratur, haec omnia tamquam argumentum ad novas res componendum occurrent; ſed ſemper meliores, aut traduces, aut imitaberis, ut ſi aequipares, laudem magnam adſequaris, ſi paullo inferior, non contemnaris. Vale.*

Eiuſdem Franciſco Vrſino Epiſt. lxiv.

*Ita adverſa valitudine laboravi, & adhuc graviter laboro, ut neque ingenium dictare, neque manus potuerit exarare; plurimaque in noſtris commentariolis exſtant principia epiſtolarum imperfecta; multae ſunt liturae, & ſi ardor ſcribendi nos ſaepe impulerit, nos labor & dolor a tranſcribendo deterret. Da igitur veniam, ſi noſtrae rarius ad te litterae perferuntur, tamen tuas ſine labore, & libenter lego. Vale, & noſtri memor vive.*

Eiuſdem Franciſco Pictio Epiſt. lxvii.

*Aegerrime fers, quod pater meus abiecerit omnem curam interpretandi Oratoresque, & Poëtas, quod ille gratis, & diligenter faciebat, ut me cum multis expolitum redderet; plus etiam mihi moleſtiae haec litterarum intercapedo, quam morbus affert. Sed noſtra urbs eſt tam copioſa eruditorum virorum, ut nuſquam facultas diſcendi ullo tempore maior fuerit. Eſt Fontius, eſt Nicolaus Bucinenſis, inſignes Rhetores, non minus doctrina, quam moribus clari, quos audire, & imitari poteris. Vale.*

Eiuſdem Simoni Caniſiano Epiſt. lxix.

*Cum Coſmo Oricellario magna eſt tibi familiaritas; is habet vetuſtiſſimas imagines aereas, & argenteas, non ſolum Romanorum Principum, ſed Oratorum, & Poëtarum. quas doctiſſimus pater eius, partimque avunculus Medices, ex toto orbe collegit. Proinde quum ſis quoque tu ſtudioſorum hominum amator, velim inquiras, ſi aut Ciceronis, aut Virgilii, vel Plinii ulla cum inſcriptione cum illis reperiatur, & per pictorem inſignem imago pingatur. Arduum eſt imaginem effingere ex vero, ſed longe difficillima imitatio eſt imitationis. Quorum doctrinam imitamur, delectat habere figuras, quae Perſicis gazis nobis erunt chariores. Vale.*

Eiuſdem Petro Ridolpho Epiſt. LXXXII.

*Inſuperabilis me valitudo confecit, membra ut ſint pallore macieque deformia; nocte crucior, die non quieſco, & quod me acrius torquet, in tanto dolore ſpes nulla ſalutis. Quamquam medici, & tota domus, & amici nihil pericli afferant, deprehendo tamen tacitos in vultu timores, ſuſpiria, murmur, taciturnitatem, maeroris cuncta ſigna proſpicio; ſed cui notior morbus, quam mihi? Quidquid acciderit, utinam forti animo feramus; ſcio mihi nullum de vita factum reſtare poenitendum, niſi quod potueram valitudini conſulere ſapientius. Verum mihi pudor, vel potius ruſticitas obfuit. Vale.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum perpulcra pictura in principio, & icone Michaëlis Verini librum prae manibus habentis, in cuius prima pagina, eraſo antiqui poſſeſſoris nomine, adſcriptum eſt: *Hic libellus Epiſtolarum ad uſum eſt Ioannis Baptiſtae de Bracciis*, antiquitus num. 784. deſignatus. Conſtat foliis 63.

## IANNOCTII MANETTI DIALOGVS.

Cod. XXIX. IAnnoctii Manetti (1) Dialogus (2) in domeſtico, & familiari quorumdam amicorum Sympoſio Venetiis habitus, dum ibi Florentini populi nomine legationis munere fungeretur, ad Donatum Acciarolum (3). Inc. *Quum in illa celeberrima ac famoſiſſima Venetorum urbe quadringenteſimo quadrageſimo octavo ſupra milleſimum Chriſtianae ſalutis anno, Florentini populi nomine legationis munere fungeremur, factum eſt, ut quoſdam noſtrates cives, praecipuos & egregios viros, domi ad epulum invitatos, quod hodie prandium appellamus, oblectandi magis & convivandi, quam comedendi & compotandi gratia ſuſciperemus. Eo namque tempore longa ac diuturna univerſi biennii peſtis, appropinquante iam hieme, praeter communem omnium opinionem, paullo vehementius invaleſcere caeperat; unde variat cum pſallendi, & perſonandi, tum legendi quoque & diſputandi, tum etiam convivandi & converſandi voluptates & oblectationes, quibus mentes noſtrae a peſtiferis & triſtibus maeſtiſque cogitationibus aliquatenus diſtraherentur, inter plura alia extrinſeca antidota, vel praecipua quaedam ac ſolemnia remedia fore putabamus. Dum his igitur variis, & ceteris eiuſmodi voluptatibus, diverſiſque oblectationibus interpolatam operam navaremus, forte evenit, ut die octava menſis Octobris, qua Marci Evangeliſtae annua zenzivarum ritum* (ſic) *celebrabatur* (4) *commemoratum prandium exerceremus, in quo quidem, & dum comedebamus, & poſteaquam comedimus, varios diverſoſque ſermones, ceu in domeſticis amicorum conviviis plerumque fieri conſuevit, nos ipſi habitos fuiſſe audivimus. Proinde, nec inutile, nec iniucundum fore putabamus, ſi pro noſtra commemoratione ea Latinis litteris mandaremus, quae in eo convivio, oblectandi animi gratia agitata ac geſta eſſe perceperamus, neque id ipſum inſuper indecens & ingratum futurum arbitrabamur, ſi ad te, Donate ſuaviſſime, Dialogum quemdam ex mutuis illorum convivarum ſermonibus confectum exhinc tranſmitteremus. Quod duabus rationibus adducti non iniuria facere poſſe videbamur. Prima, ut tibi optimo adoleſcenti, & in primis familiari, & affini noſtro degustationem quamdam rerum, partim in commiſſione, quemadmodum ex Oratione noſtra ad Venetos habita antea percepiſti, partim vero extra commiſſionem, a nobis, dum vacaremus hac tempeſtate geſtarum, non abſurde praeberemus. Altera quoque, ut te de nobis & de ſalute noſtra amice ac familiariter ſuſpicantem vel parumper conſolaremur, ne forte nos pavore peſtis perculſos tabeſcere, atque domeſtico otio ſtertentes & dormitantes una cum Chryſo Cancellario noſtro marceſcere arbitrareris. Sed quoniam varios diverſoſque ſermones & inter comedendum hinc inde abſque ordine, ac fortuito, & quaſi confuſe agebamus; reliqua vero variis diverſarum perſonarum diſtinctionibus, ut geſta, & agitata fuerunt, dialogis atque interloquutionibus commendabimus* (ſic). *Quidam enim, antequam menſae removerentur, inter comedendum invicem confabulantes, alter alterum percontabantur, utrum unicae & uniformes, an diverſae ac multiplices comeſtiones ad conſervationem humanae valitudinis plus utilitatis afferrent. Alii vero perſcrutabantur, quibus rationibus humana vita a diluvio per plura ſaecula paullatim diminuta, uſque ad tempora noſtra ita decreverit, ut per noningentos circiter annos brevior effecta fuiſſe videretur. Nonnulli inſuper varias deteſtandae peſtilentiae cauſſas indagabant, & cur quoque humanum genus ab exſecrandis peſtibus ſaepius ac frequentius temporibus noſtris vexaretur, quam olim, quum homines longioris, & diuturnioris vitae, & ut Graeci expreſſius macrobios fuiſſe conſtabat. Dum haec igitur, & cetera huiuſmodi oblectandi & recreandi cauſſa invicem amice ac familiariter agebamus, ablatis repente epulis, menſiſque remotis, convivii ipſius miniſtri, omneſque a ſede implendi ventris, & meri ingurgitandi gratia ad epulandum abierunt. Proinde ſoli inter nos ipſos, quum dapibus viniſque egregie paullo ante indulſiſſemus, taciti parumper muſſabamus, atque dum quiſque in quodam ſuo mirabili ſilentio, velut in iucundo quodam diverſorio cogitabundus commorabatur,*

Si-

(1) Lucem adſpexit Florentiae die XXIII. Iunii MCCCXCVI. & deceſſit Neapoli XXVII. Sept. MCCCCLIX.

(2) Videtur ineditus, & memoratur hic Dialogus a Fabricio Biblioth. Med. Tom. IV pag. 25. his verbis: *Sympoſium de rebus legationis ſuae A. MCCCCXLVIII. ad Venetos ſuſceptae:* & a Cl. Apoſtolo Zeno Diſſert. Voſſ. Tom. II. pag. 183.

(3) Hic titulus rubrica exaratus, madore fere totus evanuit.

(4) Forte aliquid deeſt.

*Sinibaldus quidam, unus ex convivis, de generoſa Donatorum familia oriundus, vir facetus & comis in haec tandem verba prorupit.* = Pag. 4. *Vnde Sinibaldus, quoniam, inquit, unumquemque veſtrum in alterum proſpicientem, & alterius verba praeſtolantem video, planeque intelligo, ad te, Bernarde, benivole, & amice convertor, quem ceteris omnibus longe iuniorem proſpicio, & quem humanitate tua fretus, poſtulata mea nequaquam negaturum eſſe confido; rogoque, & obſecro, ut tu, & ego hanc nimiam iſtorum ſapientum collegarum noſtrorum taciturnitatem quibuſdam interrogationibus effringamus.* = *Bernardus in hunc certe modum ſermonem ſuum exorſus eſt.* = Pag. ead. *b. Mandatis veſtris obſequi & obtemperare conſtitui; & quoniam nec Hebraeos, neque Graecos, neque Latinos etiam Codices ullo umquam tempore, ſtudendi gratia volutavi, quamquam huiuſmodi voluminibus genitoris mei bibliothecam plenam, ac refertam viderim, nihil memoratu dignum, vel de conſervatione ſanitatis, vel de diminutione humanae vitae, vel de variis peſtilentiae cauſis in medium afferre poſſum. Sed de famoſo illo ac ridiculo Boccaccii noſtri facetiſſimi & elegantiſſimi Poëtae Codice, qui centum Fabellarum, ſeu Decameron vulgo inſcribi & appellari conſuevit nonnulla ridendi gratia promere, & in lucem prodere conabor, atque pulcram quamdam & elegantem hiſtoriam peregrinam ac Graecam a Leonardo Arretino maternis & vulgaribus litteris mandatam opportune admodum adhibebo &c.* Ea autem Fabula, quae adfertur pag. 5 eſt Tancredi Principis Salernitani, quam ſubſequitur altera pag. 10. Seleuci Aſſyriorum Regis; quibus recitatis, ita continuatur narratio pag. 13. *b. Et quamquam Arretinus, egregius noſtri temporis Orator, & Hiſtoricus, huius peregrinae ac nobilitatae hiſtoriae apud Latinos auctor, Seleucum de humanitate ac prudentia mirum in modum laudaverit, Tancredum vero de naturae ſuae aſperitate, ac temeritate magna cum nominis ſui ignominia vituperaverit; ſi tamen ſingulas quaſque utriuſque Principis conditiones & qualitates, ac etiam diverſa regnorum ſuorum tempora, & cuncta eorum geſta diligenter & accurate conſideraverimus, profecto, ut arbitror, utrumque in propria amborum deliberatione non iniuria laudandum eſſe cenſebimus. Quocirca unumquemque veſtrum rogo & obſecro, quatenus quid in hac controverſia ſingulatim ſentiatis, quemve horum duorum Principum, alterum alteri in laudibus & commendationibus praeferendum iudicetis, dicere & explanare non vereamini; quae quum dixiſſet e veſtigio ipſe conticuit. In eo convivio, praeter Sinibaldum, & Bernardum, nonnulli alii egregii cives noſtri aderant. Nam & Alexander Martellus, & Thomas Ringadorius, & Pigellus Portinarius, & Carolus Bardus, & Nerotius, proavi cognomine Niger, & Chryſus Cancellarius & Iamfranciſcus noſter in novo baptiſmate filius, atque ego, omnes denario numero recenſebamur &c.* Chryſus Cancellarius ubi ediſſerit de diverſis humani corporis morbis, haec ſubiungit pag. 26. *Ego de me ipſo idoneus teſtis ſum; poſtquam enim in hanc celeberrimam & famoſiſſimam urbem applicuimus, ob mutationem aëris dumtaxat crebris emigraneae doloribus, ſic enim haec capitis paſſio a Medicis appellatur, primum vexari ac torqueri coepi &c* Deſ. *quum igitur his, & huiuſmodi mentis & corporis ludis ac ſalibus ſatis ſuperque ſatis induiſiſſemus, quiſque dormiendi, & quieſcendi gratia, hilari ac laeto animo, & prompto, atque iucundo vultu, domum ſuam magno cum gaudio remeavit.*

In ultima pagina nomen poſſeſſoris legebatur, ſed in praeſens litura deletum eſt; legi tamen poſſe arbitror: *Queſto libro è di Piero di Ser Franceſco di Ser Antonio di Ser Iohanni* . . . . . . . Itemque in tegumento rota quaedam picta conſpicitur, adſcriptis circum verbis: *Ego Petrus Ser Franciſci Ser Antonii feci hoc opus.* Ibidem aliud poſſeſſoris nomen legebatur, item omnino eraſum, ubi forte quis legat *Petri Dovitii* . . . . . .

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. num. 847. antea notatus. Conſtat foliis 43.

## VESPASIANI LIBRAR. FLOR. EPISTOLAE.

COntinet hic Codex Veſpaſiani Philippi, Librarii Florentini (1), diligentiſſimi Codicum Hebraicorum, Graecorum, & Latinorum inveſtigatoris, Epiſtolas, omnes Italicas, ac propterea in poſtremo noſtri Catalogi volumine recenſendas, praeter primam, quae eſt Iannoctii Manetti ad Veſpaſianum, quae inc. *Dici non poteſt, Veſpaſiane ſuaviſſime, quantum tua eruditione delecter, quantumque te cupiam fieri ſapientem, non adumbrata & ſaeculari ſapientia, quae apud Deum rite ſtultitia appellari ſolet; ſed potius vera illa ac divina, quae accurata quadam ſacrarum litterarum cognitione vel maxime continetur; quaeque ſola cultores ſuos & viventes ex homunculis digniſſimos viros efficit, & mortuos quoque vitae probitate condita ex miſeris ac defunctis, beatos immortaleſque reddit. Quocirca litteras tuas ſumma propterea alacritate perlegi, quoniam ſingularem quemdam & praecipuum divinarum rerum guſtum continere ac praeſeferre videbantur. Duae enim ambiguitates, quantum nos ex diligenti praedictarum litterarum lectione intelligere ac percipere potuimus,* Cod. XXX.

(1) De eo fuſe ediſſerit Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Ambroſii Camald. Epp. pag. XCIV. ſeqq. & pag. CCCLXXII. ſeqq. qui conſulendus. Excerpta ſiquidem nonnulla ex eo profert, animadvertitque Epiſtolam Italicam ab eo ſcriptam die XIX. Sept. A. MCCCCLXXXI. de Hydruntina victoria *Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Alphonſo Primogenito, & Illuſtriſſimo Duci Calabriae maiori ſuo ſingulariſſimo* editam fuiſſe pag 204. Libelli cui titulus: *Io. Albini Lucani de geſtis Regum Neap. &c. Neapoli MDLXXXIX.* 4.

Digitized by Google

*mus, de parvulis ante Baptiſmum defunctis tibi ex reſponſionibus noſtris ſuboriebantur; ſalutiferam namque Ieſu Chriſti Domini noſtri mortem uſque adeo pretioſam fuiſſe exiſtimas, ut parvulos, licet originali dumtaxat labe coinquinatos, mundare ac ſalvare poſſet, quos, neque in Patrem, neque in Filium, neque etiam in Spiritum Sanctum, iuxta illam celebratam Evangelii ſententiam, peccaſſe conſtat. Nos igitur tibi egregio, & peculiari amico noſtro, ut par eſt obſequi, ac morem gerere cupientes, praedictis interrogationibus tuis breviter reſpondebimus &c.* Deſ. *vale, & me ut facis ama. Datum Varciani die VIII. Octobris MCCCCL.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. praeter adlatam Epiſtolam Italicus, nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, in cuius prima pagina legitur: *Hic Liber eſt Alexandri Petri Philippi Pandulphini & amicorum eius*, antiquitus num. 13. deſignatus. Conſtat foliis 29.

## POGGII FLOR. OPERA VARIA.

Cod. XXXI. I. pag. 1. POggii Florentini in Avaritiam Liber ad Franciſcum Barbarum, cum Praefatione, ut in Codice XIX. Plutei XLVII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 402. §. I.

II. pag. 47. Eiuſdem de Vera Nobilitate Liber, cum Prologo (ad Gerardum Cumanum.) Ibid. §. II. In Codice membranac. in 4. Bibliothecae Riccardianae Saec. XV. poſt Ciceronis Orationes in Catilinam quatuor, ſequitur: *Clariſſimi Viri Pogeii de Terranova Libellus de Nobilitate* (1) *miſſus ad gloriofiſſimum Principem*, diverſus omnino ab eo, qui in noſtro Codice legitur. In Riccardiano ſiquidem inc. *Apud maiores noſtros ſaepe de Nobilitate dubitatum eſt. Multi quidem in felicitate generis, nonnulli in affluentia divitiarum, plerique vero in gloria virtutis illam eſſe arbitrati ſunt. Quae res, quoniam mihi pulcherrima videbatur, & diſputatione digniſſima, ac non abſolute peroratam inveniam, ſtatui mandare litteris, & in hoc feſtivum declamandi genus deducere, in quo maxime veterum aetas delectabatur &c.* In calce iterum Poggius auctor commemoratur his verbis: *Explicit Libellus de Nobilitate editus ab eloquentiſſimo viro Domino Poggio de Terranova Cancellario Florentino.* Hic idem Tractatus occurrit etiam, ſed ſine Poggii nomine, in alio Codice membr. in 8 eiuſdem Biblioth. Riccard. Saec. XV qui continet in L. Catilinam Libros quatuor, Salluſtii in Ciceronem Invectivam, & Ciceronis in Salluſtium cum hac librarii adſcriptione: *Explicit Invectiva Tullii in Salluſtium. Incipit Tractatus de Nobilitate* (2). Huic autem poſtremae voci recentior neſcio quis aeque audax & imperitus continuo ſubdidit: *Eiuſdem*, quaſi Tractatus de Nobilitate, qui ſequitur, incipitque *Apud maiores noſtros &c.* Ciceronis Opus eſſet. At Poggii fetus eſſe non videtur, ſed potius Dominici Grammatici Arretini, quum diſſimili utatur principio Opuſculum, quod eſt in hoc Codice Gaddiano. Incipit illud, ut iam monuimus: *Non dubito, praeſtantiſſime Pater, nonnullos eſſe futuros, qui &c. = Equidem miror aliquando, quum tam late pateat Nobilitatis nomen, quumque de ea tam variae ſint, non ſolum inter rudes litteratum, ſed etiam inter doctiſſimos viros ſententiae, nihil a Latinis, niſi paucis verbis, neque Graecis quoque, praeter Ariſtotelem, & Metrodorum, quorum uterque unico libro Nobilitatem complexus eſt, hac de re explicatum &c.* Riccardiani autem Codicis Tractatus adfert in principio auctoris ſcribendi de Nobilitate conſilium: *quod haec res*, inquit, *mihi pulcherrima videbatur, & diſputatione digniſſima, ac non abſolute peroratam inveniam*: Dedicationemque Operis praefert cuidam, quem *Principem gloriofiſſimum, & ſaeculi ſui lumen* appellat, quo negat quemquam *inter fauces Italiae, vel vetuſtate maiorum, vel parentum gloria clariorem*: quem denique, tamquam alterum Titum *delicias humani generis* dicit. Tum ſubditur huius Tractatus, qui duabus Orationibus continetur (3) occaſio; nempe quum florente Romanorum Republica eximiae pulcritudinis atque honeſtatis virgo Lucretia, Fulgentii Felicis ampliſſimi viri filia, duobus petita procis, nobiliori ſeſe nupturam denunciaſſet, inducuntur adoleſcentes duo, P. Cornelius ex nobiliſſima Corneliorum familia, & C. Flaminius generis non pari nobilitate ſed indole atque virtutibus praeſtantior, Orationes in Senatu duas habentes, quibus uterque ſibi veram potioremque nobilitatem adſciſcit. Orationis prioris, quae Cornelio tribuitur, hoc eſt initium: *Si ex nobis Lucretia nobiliorem petit*. Finis hic: *vos igitur, P. C. pro magnitudine ſenatoriae dignitatis aequam tam de his ſententiam dicite*. Poſterioris Orationis, quae Flaminio tribuitur, initium eſt: *Magna mihi gratia eſt. P. C. quum de Nobilitate orationem habiturus ſum, apud vos, atque animos veſtros nobiliſſimos dicere &c.* Finis autem: *ut a earum nobilior ſit, in veſtra nunc ſententia derelinquitur*.

III. pag. 77. Eiuſdem de Infelicitate Principum Liber, cum Praefatione. Ibid. § III.

IV. pag. 130. Eiuſdem, an ſeni ſit uxor ducenda Liber, cum Praefatione ad Coſmum de Medicis virum praeſtantiſſimum. Ibid. pag. 403. § IV.

V. pag. 146. Eiuſdem contra Hypocritas Liber. Ibid. §. V. VI. p.

(1) Indicatur tantum titulus ab Io. Lamio Catal. pag. 325.

(2) Ad hunc Codicem ſubiungit Lamius l. c. pag. 126. *Hoc quidem Opus Ciceronis non eſt ſicut Invectiva in Salluſtium. Titulus ita habet: Incipit Tractatus de Nobilitate; & recentiori manu additum eſt eiuſdem, hoc eſt Tullii. In fine vero legitur: Oratio edita per eloquentiſſimum virum Dominicum de Areta principem huius aetatis praeceptorum. Quare Aretinum puto eſſe hunc Tractatum.*

(3) Habes infra in Cod. XLIX. huius Plutei § III. §. IV. quem vide.

Digitized by Google

VI. pag. 179. Eiuſdem Dialogus trium diſputationum ad Cardinalem de Columna, cum Praefatione, quae inc. *Superiorem Catonem ſcriptum reliquiſſe legimus.* Deſ. *quam reddere doctiorem.* Dialogus inc. *Quo primum anno Nicolaus Pontifex Quintus, peſtis cauſſa Fabrianum Piceni oppidum ſeceſſit, quum me ad Terram Novam, natalem patriam, cum familia contuliſſem, venit eo poſtmodum rogatus a me, qui Florentiam ob negotia publica adibat, paullum de via concedens Carolus Arretinus, vir omni laude & doctrina praeſtantiſſimus. Is enim pluresque alii, in queis erant viri doctiſſimi Benedictus Arretinus Iuriſconſultus, ac Nicolaus Fulginas inſignis Philoſophia atque arte Medicus, Arretium petierant, peſtis vitandae gratia.* Deſ. *haec ridens quum dixiſſet, ſurreximus, portamque oppidi egreſſi, ad fluvium divertimus, aëris, animique gratia.* In editione Aucuparii Argentorati A. MDXIII. fol. a pag. 13. t. ad p. 24. t.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Sec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis, & coloratis, & indiculo in principio, in cuius prima pagina legitur: *Nicolai Michelozzi Bartholomei Not. Flor.* Conſtat foliis 221.

## POGGII FLOR. OPERA VARIA.

Cod. XXXII. I. pag. 1. POggii Flor. de Miſeria Conditionis Humanae Libri II. cum Prooemio ad Illuſtrem Principem Sigiſmundum Pandulphum Malateſtam, ut in Cod. LII. Plut. LXXVI. ſupra pag. 121.

II. pag. 49. Eiuſdem in funere Reverendiſs. Patris & Domini, D. Franciſci Zabarellae Cardinalis Florentini Oratio. Inc. *Etſi plurimum.* Deſ. *perpetuo conſervetis.* In cit. edit. Aucuparii Argentorati MDXIII. fol. a pag. 95. t. ad pag. 98. t.

III. pag. 57. *b.* Eiuſdem in funere Reverendiſs. Patris & Domini, D. Nicolai tituli Sanctae Crucis in Ieruſalem Presbyteri Cardinalis Oratio. Inc. *In maximo dolore.* Deſ. *noſtris laboribus & actionibus conſequamur.* Ibid. a pag. 99. ad pag. 102.

IV. pag. 65. *b.* Eiuſdem in funere Reverendiſs. Patris & Domini, D. Iuliani Caeſarini tituli Sancti Angeli Presbyteri Cardinalis Oratio. Inc. *Si quis umquam in funere cuiuſque praeclari viri.* Deſ. *& immortalem laudem patefecit.* Non exſtat in cit. editione.

V. pag. 74. Eiuſdem in funere eloquentiſſimi Leonardi Arretini, Civis, & Cancellarii Florentini, Oratio. Inc. *Hodiernus, Florentini, dies.* Deſ. *quamque omnes debemus appetere, conſequantur.* Adfertur integra haec Oratio in Prolegomenis ad Leonardi Arretini Epiſtolas Florentiae MDCCXLI. ex recenſione Laur. Mehus a pag. CXV. ad pag. CXXVI.

VI. pag. 81. *b.* Eiuſdem in funere doctiſſimi viri Nicolai Niccoli Florentini Oratio funebris, ut in Codice XX. Plutei XLVII. Tomo ſup. pag. 409 §. XCVIII.

VII. pag. 89. *b.* Eiuſdem in funere clariſſimi viri Laurentii Medicei, Civis & Patritii Florentini, laudatio ad Carolum Arretinum, ut in Codice XXII. eiuſdem Plutei. Ibid. pag. 412.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum indiculo in principio recentiori manu, & titulis rubricatis, num. 650. olim notatus. Conſtat foliis 96.

## POGGII FLOR. ORATIONES ANEPIGRAPHAE.

I. pag. 1. POggii Oratio habita in funere Franciſci Zabarellae, ut in Codice ſuper. §. II. Cod. XXXIII.

II. pag. 7. *b.* Eiuſdem in funere Nicolai Niccoli. Ibid. §. VI.

III. pag. 14. *b.* Eiuſdem in funere Laurentii Medicei, Laudatio ad Carolum Arretinum. Ibid. §. VII.

IV. pag. 21. Eiuſdem in funere Nicolai Cardinalis. Ibid. §. III.

V. pag. 29. Eiuſdem in funere Leonardi Arretini. Ibid. §. V.

VI. pag. 37. Eiuſdem in funere Card. Caeſarini. Ibid. §. IV.

VII. pag. 45. *b.* Eiuſdem Oratio ad ſummum Pontificem Nicolaum V. Inc. *Scio conſuetudinis eſſe B. P.* Deſ. *favor & opera ſit amplius expetenda.* In cit. edit. Aucuparii fol. a pag. 34. t. ad pag. 36. t.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. caſtigate, & diligenter exaratus, & forte autographus, in cuius prima pagina legitur: *Liber Petri Pauli de Borgiannis ſuorumque & amicorum num.* 75. antiquitus num. 938. notatus. Conſtat foliis 51.

## POGGII, L. ARRETINI, ET ALIORVM CL. VIRORVM EPISTOLAE ET ORATIONES.

VIrorum quorumdam Illuſtrium Epiſtolae, pleraeque lucis adhuc expertes, & Orationes, quae hoc ordine progrediuntur: Cod. XXXIV.

I. pag. 1. Poggii initium Orationis ſine ullo titulo, ſed quae eſt in funere Franciſci Zabarellae, Patavini Iuriſconſulti, quam habes integram in Codice XXXII. ſupra pag. 493. §. II. & infra pag. 499 § LII.

II. pag. ead. *b.* Eiuſdem Epiſt. ad Cardinalem Sancti Angeli, ut in Codice XX. Plut. XLVII. Catalogi Tom. ſuper. pag. 406. §. LV.

III. pag. ead. Eiuſdem Epiſt. ad Franciſcum Mareſcalcum. Ibid. pag 409. §. CIV.

IV. pag. ead. Plinii Epiſt. ad Fabium Iuſtum

Digitized by Google

ſtum ſuum. Inc. *Olim mihi nullas epiſtolas mittis*. Deſ. *neſcire non poſſum*. Eſt Ep. xi. Lib. I.

V. pag. 2. Eiuſdem alia ad Hiſpullam ſuam. Inc. *Quum ſis pietatis exemplum* Deſ. *invicem elegeris. Vale*, Ep. xix. Lib. IV.

VI. pag. ead. Franciſci Barbari Epiſt. Ambroſio ſuo (1), Inc. *Si bene vales, bene eſt. Clarus Phyſicus Nicolaus noſter*. Deſ. *Vale. III. Non. Iunias. Hermolaus ſe tibi commendat*.

VII. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Etſi monaſticae rei cura*. Deſ. *Vale. Litteratiſſimo Nicolao, & clariſſimis viris Coſmo, & Laurentio, & ſpectatiſſimo ac praeſtantiſſimo Equiti D. Pallanti, & Hieronymo fratri ſal. dic. Ex Venet. prid. Id Iun.*

VIII. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Operaepretium facere exiſtimo*. Deſ. *occupationi tuae*.

IX. pag. 3. Leonardi Arretini Epiſt. Bartolemaeo ſuo. Inc. *Voluntas deprehenditur animi*. Deſ. *ſcribo epiſtolam unam Cyriaco, quam leges, &, ut ſibi reddatur, curabis. Iterum vale*, Eſt Ep. iii. Lib. VII. edit. Flor. alias cir. curante Laur. Mehus.

X. pag. ead. Eiuſdem Epiſt. Flavio Forolivienſi. Inc. *Ne forſan tu aliter accipias, quam ego*. Deſ. *plura etiam pollicear in eam ſententiam me eſſe dicturum, Vale*. Epiſt. x. Lib. VI.

XI. pag. 5. *b*. Eiuſdem Epiſt. Philelpho, Inc. *Lapo, quem mihi per tuas litteras commendas*. Deſ. *& cogitatio noſtra*, Epiſt. xi. Lib. VI.

XII. pag. ead. Poggii Epiſt. Leonardo Arretino, ut in dicto Cod. XX. Plut. XLVII. Tomo ſuper. pag. 404. §. XVII. Data eſt autem *Romae XX. die Martii*.

XIII. pag. 6. Praefatio in vitam Ariſtotelis ad Cardinalem Sanctae Crucis, auctore Leonardo Arretino, ut in Codice III. Plutei LII. Tomo ſuper. pag. 547. § X.

XIV. p ead. Anonymi Epiſtola ad Hiſpaniae Regem de laudibus Hiſpaniae. Inc. *Sereniſſ. ac glorioſiſſ. Rex. Quum vehementer flagitarent quidam familiares tui, ut ſcriberem aliquid ad Regiam Sublimitatem, ſatis diu renuere perſeveravi*, Deſ. *ac maximarum rerum aviditatem cohorter, Vale, & Benedictum Ananienſem doctum hominem & bene litteratum, qui in obſequio tuae praecellentiae degit, rogo ſuſcipias recommiſſum*.

XV. pag. 7. Franciſci Philelphi Oratio habita in principio publicae lectionis, quam domi legere aggreſſus eſt, quum per invidos publice nequiret, ut ſupra in Codice XXVII. Plutei LXXXIX. ſuper. pag. 295. §. LVIII. Heic autem ſubiicitur: *Florentiae X. Kal. Novembres MCCCCXXXI.*

XVI. pag. ead. Eiuſdem Oratio in principio lectionis Ethicorum. Ibid. §. LIX. Heic quoque adiicitur: *Florentiae III. Kal. Ianuar. MCCCCXXXI.*

XVII. pag. 9. Eiuſdem Epiſt. ad Poggium. Inc. *Et rumoribus, & nuntiis certior factus ſum neſcio quas ineptias, atque deliramenta in Philelphum, ut aiunt, magna iſtic cum induſtria per homines ſtultiſſimos divulgari, & horum te auctorem aſſeverant*. Deſ. *rurſum, inimice, vale. Ex Sena XV. Kal. Martias.*

XVIII. pag. ead. Poggii ad eumdem reſponſum, ut in dicto Cod. XX. Tomo ſuperiore pag. 407. §. LIX. *Data XIV. Kal. Martii*.

XIX. pag. ead. *b*. Eiuſdem Epiſt. ad Franciſcum Barbarum. Inc. *Licet ſciam permultas eſſe occupationes tuas cum publicas, tum privatas, quibus te plurimum temporis impertiri convenit, audebo tamen pro noſtra amicitia te interpellare paullulum, atque avocare a rebus feriis ad ineptias quaſdam ridiculas, neſcio, Guarini viri doctiſſimi, an mea culpa contractas. Si tamen hac in re ſolitam tuam prudentiam praeſtabis, intelliges potius culpandum eſſe Guarinum, qui ultro munus deſumpſit, neque ſibi neceſſarium, neque congruens amicitiae noſtrae. Ego dudum exercitio quodam ſcribendi ductus, edidi Epiſtolam quamdam de Scipionis Caeſariſque praeſtantia, in qua neque Guarini, neque cuiuſquam alterius e noſtris mentionem feci, uſus ſcribendi libertate, de mortuis praeſertim, qui neque reſcribere poſſint, neque proſcribere. Tuli ſententiam, quae & opinioni meae, & veri ſimillima videbatur, linquens ceteris libenter iudicium, prout cuiquam libitum eſſet ſentiendi. At vero Guarinus, tamquam coheres Octaviani, ad quem neceſſario defenſio Caeſaris ſpectaret, tamquam in ea re ſua exiſtimatio verſaretur, indignum id facinus exclamans, inſurgit adverſum me, ſcribens ſuperbe nimirum & arroganter magis, quam vires ſuae eloquentiae patiantur, aut priſtina ſua humanitas, requirat*. Deſ. *lege igitur, quum otium ſuppetit. primo Epiſtolam a me conſcriptam, quam Guarinus ridendam ſibi ac lacerandam putavit; tum Guarini reprehenſionem; deinde defenſiunculam meam; hoc maxime pacto, vel me, vel Guarinum, vel utrumque aut temeritatis, aut ignorantiae accuſabis. Vale, & mei, ut ſoles memor. Florentiae.*

XX. pag. 10. *b*. Oratio B. ad Summum Pontificem. Inc. *Inter veſtras praeſtantiſſimas laudes P. B.* Deſ. *ſuſcipere dignemini recommiſſum*.

XXI. pag. ead. Prima Oratio B. ad Summum Pontificem. Inc. *Credo mirabere, P. B. loquentem infantiam, quodque, necdum emenſo quinto anno, tanta conſtantia Pontificem Summum, & rerum omnium Dominum alloquar*. Deſ. *atque obſecro*.

XXII. pag. ead. Philelphi Epiſt. Antonio Bellacio. Inc. *Dedi Miloni iſti ad te, veluti petis, Iuſtinum tuum*. Deſ. *verbis meis. Ex Sena VI. Idus Aprilis MCCCCXXXV.*

XXIII. pag. 11. Anonymi (ſed forte La-

pi

(1) Haec, & aliae duae, quae ſubſequuntur Epiſtolae deſiderantur in abſolutiſſima editione Epiſtolarum Ambroſii Camald. curante Laur. Mehus, & in Collectione Epp. Franciſci Barbari, quae Brixiae prodiit ſtudio Eminentiſſ. Card. Quirini MDCCXLIII. 4.

Digitized by Google

pi Caſtelliunculi (1) iunioris ) Epiſtola ad Leonardum Arretinum. Inc. *Miraberis fortaſſe, cur ego homo externus & alienus, nec tibi ſuperiori tempore, ullo non modo uſu & conſuetudine, ſed ne tenuiſſima quidem, ut opinor, fama, aut etiam intuitu hominum cognitus, te nunc litteris audeam provocare = Nunc vero accedunt alia, quae me, non hortari modo, verum etiam quodammodo cogere videantur; aequalitas aetatis, ut audio, horum ſtudiorum ſimilitudo, quibus uterque noſtrum deditus eſt*. Deſ. *ac perpetuo in amicitia permanſurum. Vale. Ex Bononia*.

XXIV. pag.*13. Eiuſdem Epiſt. ad eumdem. Inc. *Etſi nulla ante in re, egregia tua erga me voluntas ſpectata mihi foret*. Deſ. *quodcumque in eum virum* ( ſcilicet Ioannem Arretinum ) *officii, ſtudii, benignitatiſque contuleris, multo me maiorem tibi, quam ſi in me ipſum contuliſſes, gratiam habiturum. Vale. Ex Bonon*.

XXV. pag. 14. Leonardi Arretini Epiſt. Lapo Caſtelliunculo. Inc. *Te in familiaritatem atque amicitiam ſummi Principis Franciſci Cammenſis inſinuaſſe, plurimum, ut debeo, tibi gratulor*. Deſ. *ſcribo praeterea ad eum litteras, licet minus expediat; tua enim virtute ſatis ei commendatus eſſe debes; quibus te illi poſſum diligenter commendo, quas velim ei reddas, & pluribus commendatum me facias. Vale. Ex Flor. IV. Nonas Maii*.

XXVI. p. ead. *b*. Eiuſdem Epiſt. Clariſſimo Principi Franciſco Condolmario S. R. E. Presbytero Cardinali Venetiarum, tit. S. Clementis. Inc. *Cognovi ex litteris eruditiſſimi viri Lapi Caſtelliunculi, non ſine maxima comprobatione mea, illum tibi non familiarem modo eſſe factum, verum etiam domeſticum, & ut dici ſolet, commeſtilem*. Deſ. *mihi enim ipſi pro ſingulari mea in eum benivolentia & amore quidquid ei tribues, tributum putabo. Vale*.

XXVII. pag. 15. Anonymi Epiſtola anepigrapha. ſed quae ex contextu eruitur ad Guillelmum quemdam eſſe conſcripta. Inc. *Spectabilis vir &c. Si litterati, & ſtudioſi homines prodeſſe ceteris hominibus poſſent, & vel negligentia, vel malignitate praetermitterent id facere, quid aliud foret, quam ſimulare virtutis ſtudium?* Deſ. *vale, ac mihi parce, ſi incognitus ad te familiarius ſcripſi. Communia enim ſtudia fiduciam pariunt, nec alienos eſſe patiuntur eos, qui eiſdem rebus gaudent, atque intendunt. Iterum vale. Flor. XIII. Kal. Iunii*.

XXVIII. pag. ead. *b*. Reſponſio quaedam Florentinorum, quae ita ſe habet: *Magnifici &c. Vidimus volatilem & fugitivam veſtram, & Domini veſtri potentiam. Verumtamen, tam ipſi, quam ſui ſequaces, quibus tenore praeſentium bellum indicimus, noſtram experientiam ſolidam adſpicient, non fugacem. Dat. Flor. II. Maii MCCCXC*.

XXIX. pag. 16. Epiſtola anepigrapha, quae tamen eſt Leonardi Arretini. Inc. *Iampridem, Sereniſſime Rex, inſignem praeſtantiam mirabilium virtutum tuarum conſpiciens*. Deſ. *eſſe contenta. Vale, decus ſaeculi noſtri. Flor. die IV. Martii MCCCCXLI. Devotus V. R. culminis L*. Eſt Ep. 1. Lib. IX.

XXX. pag. 18. *b*. Poggii Epiſt. Nicolao Niccolo. Inc. *Quamvis ſciam, mi Nicolae, non admodum probari tibi*. Deſ. *tu vero reſponde, quum libet. Romae prid. Non. Iun*. Exſtat inter Miſcell. Baluzii curante Io. Dominico Manſio recuſa fol. Tom. III pag. 183.

XXXI. pag. 23. Oratio anepigrapha, quae tamen eſt Lapi Caſtelliunculi de ſtudiorum commodis & utilitatibus, ut ſupra in Codice XIII. Plut. LXXXIX. inf. pag. 358. §. III.

XXXII. pag. 36. Eiuſdem Actio gratiarum. Ibid. pag. 359. §. VII.

XXXIII. pag. 39. Leonardi Arretini, licet titulo careat, Laudatio in funere Othonis. Inc. *Plenam lacrymarum, atque maeroris hodiernam diem nobis dedit acerbiſſima mors Othonis noſtri praeſtantiſſimi, & impigerrimi iuvenis*. Deſ. *atque ita circiter nonaginta dies febri agitatus, ſana atque integra mente, in complexu dulciſſimae matris tranquilliſſime exſpiravit*. Haec numquam lucem adſpexit, & elucubrata a Leonardo fuit A. MCCCCV. quum Viterbii moraretur, teſte Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Arretini Epp. pag. LXII.

XXXIV. pag. 43. Poggii Oratio in funere Nicolai Niccoli, ut in dicto Cod. XX. Plut. XLVII. Catal. Tomo ſuper. pag. 409. §. XCVIII.

XXXV. pag. 54. *b*. Eiuſdem gratiarum Actio. Inc. *Si pro honore, quem hodierno die, praeſtantiſſimi viri, in hoc meo reditu mihi impendiſtis*. Deſ. *felicem vitam concedat*. Ibid. pag. 408. §. LXXXVI. ubi eſt anepigrapha.

XXXVI. pag. 55. Eiuſdem Epiſt. inſigni Equiti Leonello Eſtenſi. Inc. *Baptiſta de Albertis, vir ſingularis ingenii, mihique amiciſſimus, ſcripſit fabulam quamdam, quam Philodoxeos appellat, ſumma cum elegantia ac venuſtate. Eam tibi dicavit, ut in tuo nomine edatur*. Deſ. *ſolae enim litterae reddunt hominem apud poſteros immortalem. Vale, & me ama. Bononiae die XII. Octobr*. Exſtat & in dicto Cod. XX. Tom. ſuper. pag. 409. §. CVI.

XXXVII. pag. ead. *b*. Eiuſdem forte gratiarum Actio, quod in Advocationis officio a Pontifice adſcriptus fuerit. Inc. *Vellem, Beatiſſime ac clementiſſime Pater*. Deſ. *praeſtetque eam, quam tu ipſe optas, felicitatem ad regimen populi Chriſtiani, & Eccleſiae ſuae ſanctae*.

XXXVIII. pag. 57. Alia, forte eiuſdem, gratiarum Actio, quod in numero Secretariorum fuerit adſcitus. Inc. *Quamvis, Sanctiſſime Pater, hoc novum in me beneficium tuum*. Deſ. *ut merito laetari poſſis, me ad hoc genus officii aſſumpſiſſe*. Exſtat in dicto Cod. XX.



(1) Quae ſequitur Epiſtola nomen praefert Lapi Caſtelliunculi.

Tom. ſuper. pag. 410. §. CXVIII. item anepigrapha.

XXXIX. pag. 58. Eiuſdem Epiſt. Reverendo Patri Loyſio Archiepiſcopo Florentino. Ibid. pag. 404. §. I.

XL. pag. 59. *b.* Eiuſdem Epiſt. Carolo ſuo Arretino. Ibid. pag. 408. § XCIII.

XLI. pag. 62. Eiuſdem Epiſt. Feltrino Boiardo Equiti Ferrarienſi. Ibid. pag. 409. §. XCV.

XLII. pag. 62. *b.* Eiuſdem Oratio in laudem Legum. Ibid. pag. 408. §. LXXXI.

XLIII pag. 67. *b.* Anonymi Oratio de laudibus Medicinae, habita, dum cuidam Doctoratus in ea facultate inſignia traderentur. Inc. *Vellem, Patres praeſtantiſſimi, tantam eſſe in me dicendi copiam & facultatem, ut hanc praeclariſſimam Medicinae ſcientiam, ſuis, quae plurimae ſunt laudibus ornare &c.* Deſ. *quibus me humaniter recommendo.*

XLIV. pag. 68. *b.* Poggii Epiſt. Leonardo Arretino, ut in dicto Cod. XX. Tom. ſup. pag. 405. §. XXIV.

XLV. pag. 69. Eiuſdem ad eumdem. Ibid. §. XXVI.

XLVI. pag. 70. Eiuſdem ad eumdem. Ibid. §. XXX.

XLVII. pag. 71. Eiuſdem Epiſt. Illuſtri Principi D. Ioanni Franciſco Marchioni Mantuae. Ibid. pag. 409. §. CXII. Memoratur autem in hac Epiſtola Victorinus Feltrenſis.

XLVIII. pag. 72. Eiuſdem ad eumdem alia. Ibid. pag. 410. § CXVI.

XLIX. pag. 74. Eiuſdem Epiſt. Berto Cancellario Senenſi. Ibid. pag. 406. §. LIII.

L. pag. 75. Eiuſdem Epiſt. inſigni viro Leonello Equiti Eſtenſi. Ibid. pag. 409. §. CII.

LI. pag. 76. Eiuſdem ad eumdem alia. Ibid. §. CIII.

LII. pag. 77. Eiuſdem Oratio habita Conſtantiae in funere Cardinalis Franciſci Zabarellae. Ibid. pag. 408 §. LXXXII.

LIII. pag. 88. *b.* Eiuſdem Epiſt. Leonardo Arretino. Ibid. §. XCIV.

LIV. pag. 89. Eiuſdem Epiſt. Illuſtri Principi D. Ioanni Franciſco Marchioni Mantuae. Ibid. pag. 409. §. CVIII. (1) Eſt autem data *Bononiae die XIII. Novembr.*

LV. pag. 97. *b.* Eiuſdem Epiſt. Victorino Feltrenſi. Ibid. §. CIX. & eodem die data, ac ſuperior.

LVI. pag. 98. Eiuſdem ad eumdem alia. Ibid. pag. 410. §. CXIII. data *Ferrariae die XIV. Februar.*

LVII. pag. 100. Eiuſdem Epiſt. Iacobo Foſcaro. Ibid. §. CXIV. data *Ferrariae die X. Febr.*

LVIII. pag. 101. Anonymi gratiarum Actio ad Auguſtum. Inc. *Licet aetas mea, & puériles anni, Sereniſſime Auguſte, non ſolum ab oratione, ſed etiam a conſpectu tantae Maieſtatis me terrere debuiſſent.* Deſ. *atque ita ut nos, quamvis indignos, in tuorum numero digneris adſcribere.*

LIX. pag. ead. *b.* Poggii Epiſt. Galeotto de Ricaſolis. Ibid. pag. 406. § XLVI.

LX. pag 102. Eiuſdem Epiſt. Coſmo de Mediciş. Ibid. pag. 407. §. LXII.

LXI. pag. 103. Eiuſdem Gaſpari Veronenſi. Ibid. §. LXIII.

LXII. pag. ead. Eiuſdem Epiſt. Philippo ſuo. Ibid. pag. 405. §. XXXVII.

LXIII. pag. 104. Eiuſdem Epiſt. D. Dalmatio Archiepiſcopo Caeſarauguſtino. Ibid. pag. 406. §. LII.

LXIV. pag. 105. Eiuſdem Epiſt. Suffecto Rhodi commoranti. Ibid. §. LIV. ubi pro *Suffecto* legitur *Guffreto.*

LXV. pag. 106. Eiuſdem Epiſt. Reverendiſs. Patri D. Angelotto Card. S. Marci. Ibid. §. L.

LXVI. pag. 113. *b.* Eiuſdem Epiſt. inſigni Equiti Leonello Eſtenſi. Ibid. pag. 408. §. LXXIX. data *Bononiae XVI. Kal. Sept.*

LXVII. pag. 116. Eiuſdem Epiſt. Coſmo de Medicis. Ibid. pag. 407. § LXVI.

LXVIII. pag. 121. *b.* Eiuſdem ad eumdem alia. Inc. *Quoniam, mi ſuaviſſime Coſme, te olim patriis pulſum laribus abſens litteris ſum conſolatus, nunc quoque quum ſis decreto publico revocatus in patriam, praeſenti tibi gratulari praeſens hac epiſtola inſtitui.* Deſ. *mercedem certiſſimam omnium conſtitutam. Vale diu, & me, ut facis, ama. Flor. V. Kal. Nov.* Ibid. §. LXIX.

LXIX. pag. 123. *b.* Eiuſdem Epiſt. Guarino viro ſuaviſſimo. Inc. *Doleo, mi Guarine, imponi mihi quodammodo neceſſitatem expoſtulandi tecum offenſionem quamdam, ne dicam iniuriam, qua me affecit Franciſcus Barbarus.* Deſ. *quum librum habuerimus una cum litteris tuis. Romae Id. b. Nov.* Ibid. pag. 404. §. VIII.

LXX. pag. 127. Eiuſdem Epiſt. ad Carolum Arretinum in obitu Laur. Medicei ſenioris, ut in Cod. XXII. Plut. XLVII. Tomo ſuper. pag. 412.

Sequuntur nunc Epiſtolae nomine Florentinae Reipublicae a Leonardo Arretino exaratae, & quidem hoc ordine:

LXXI. pag. 140. Lucenſibus. Inc. *Magnifici Domini, amici chariſſimi, Diſplicent nobis iniuriae nobis illatae per illum Ianuenſem circa retentionem & redemptionem illius frumenti veſtri &c.*

LXXII. pag. ead. Anconitanis. Inc. *Nobilis ac dilectiſſimus civis noſter Orlandus de Medicis, ut nobis expoſuit, quamdam habet controverſiam cum Ferrantino de Arretio, & filiis, qui Anconae commorantur &c.*

LXXIII. pag. ead. *b.* Conſiliario Regis Francorum, ac Iudici parvi Sigilli. Inc. *Spe[illegible] Domine, amice chariſſime. Recepimus litteras veſtro nomine ſcriptas ſuper petitione, [illegible] facta contra nobilem virum Fran[illegible] de Neriis &c.*

LXXIV.

(1) Eſt ſatis prolixa Epiſtola, & multis rationibus Mantuae Marchioni ſuadere conatus, ut filium, qui mu[illegible] flagrans eo invito abierat, gravi poe[illegible] deſiſtat.

LXXIV. pag. 141. Cardinali de Vitulienſibus. Inc. *Domino Ioanni tituli S. Laurentii in Lucina Presbytero Card. Ap. Sedis Legato. Rev. in Chriſto Pater & Domine. Credimus, R. P. V. non ignorare &c.*

LXXV. pag. ead. *b.* Spectabili militi D. Angelo de Boncianis Magnifico urbis Romae Senatori. Inc. *Spectabilis miles, civis noſter chariſſime. Credimus Excellentiam Veſtram non ignorare, quantam benivolentiam in civitate noſtra promeruerit, dum vixit ſtrenuus vir Arrigus della Tacca conductor gentium armigerarum, qui fideliſſime ſervivit Reip. noſtrae, & pro eadem Rep. tandem praelians interiit.* Eſt ſimilis ferme tenoris ac mox memorata, in eaque filios commendat Arrighi della Tacca.

LXXVI. pag. 142. Senenſibus. Inc. *Magnifici DD. fratres chariſſimi. Gratias agimus Magnificae Fraternitati Veſtrae pro his, quae liberaliter ac magnifice ipſa Fraternitas dignata fuit efficere erga Ven. virum D. Matthiam Plebanum Aioli &c.*

LXXVII. pag. 143. Regi Siciliae. Inc. *Sereniſſime &c. Quum ad noſtrae civitatis obſequia noviter conduxerimus ſtrenuum ac magnificum armorum Capitaneum Petrum Iampaulum de Vrſinis &c.*

LXXVIII. pag. ead. Domino Iacobo Caudola. Inc. *Illuſtris &c. Ideo Magnificentiam Veſtram rogamus, ut noſtro intuitu recommendatos habere velis fratres germanos eiuſdem Petri Iampauli* (de Vrſinis) *&c.*

LXXIX. pag. ead. *b.* Aquilanis. Eſt Epiſtola ſimilis praecedenti.

LXXX. pag. 144. Anepigrapha. Inc. *Magnifici Domini, amici chariſſimi. Accedit ad praeſentiam veſtram civis dilectus Iacobus Dini D. Gucci &c.*

LXXXI. pag. ead. *b.* Paſſus pro egregio viro Mariotto Ioannis Bencinii Notario Flor. Oratore ad civitatem Ianuae, cui accedunt Epiſtolae credentiales.

LXXXII. pag. 146. Baſileae (1). Inc. *Magnifici ac prudentes viri &c. Si iuſtitiam colit civitas veſtra, quemadmodum nos de tam nobili civitate credere debemus &c.*

LXXXIII. pag. 148. *b.* Viceregi Sardiniae. Inc. *Magnifice vir, amice chariſſime. Ratio exigit, ut pro iuſtitia & indemnitate, & conſervatione civium noſtrorum ſcribere & operari debeamus = audivimus enim quamdam ſaettiam civium noſtrorum Florentinorum, cuius erat patronus Ioannes de Prato ſubditus noſter fuiſſe captam &c.*

LXXXIV. pag. 149. Domino Iacobo Caudola. Inc. *Quia officium eſt Magiſtratus ſollicitudinem capere pro civibus ſuis &c.* Commendat Bonaccurſum Philippi de Adimaribus.

LXXXV. pag. ead. *b.* Regi Aragonum. Inc. *Sereniſſime &c. Neceſſe eſt tam in parvis rebus, quàm in maximis recurrere ad gratiam Serenitatis Veſtrae pro conſervatione atque indemnitate civium noſtrorum. Quidam ergo ex civibus noſtris nomine Franciſcus Antonii Redditi navigans verſus inſulam Scii, captus fuit a quibuſdam ſuppoſitis Veſtrae Maieſtatis = Praeterea abſtulerunt tres ſervas venalitias, quas ſecum ducebat, & pannos &c.*

LXXXVI. pag. 150. *b.* Gubernatori Panormi. Inc. *Quia penes omnes Gubernatores &c.* Agit de quodam Apollonio Borſaro, qui cum quadam navi ſibi a mercatoribus noſtris tradita Panormum aufugit.

LXXXVII. pag. 152. Senenſibus. Inc. *Quum olim ſequuta fuiſſet pax ex noviſſimo bello, placuit concorditer V. M. & nobis, ut hinc inde tollerentur banna &c.*

LXXXVIII. pag. ead. *b.* Duci Venetiarum. Inc. *Illuſtris &c. Si eadem conditione forent cives noſtri, qui Venetiis habitant, qua ſunt alii forenſes inibi habitantes &c.*

LXXXIX. pag. 153. *b.* Regi Aragonum. Inc. *Sereniſſime &c. Accedit ad pedes V. M. civis noſter dilectus Iacobus Ioannis de Biſcaris &c.*

XC. pag. 154. *b.* Senenſibus. Inc. *Super querela nobis facta per Oratorem V. in negotio nobilis viri Bocchini, informationem habere volumus diligentem &c.*

XCI. pag. 155. *b.* Reginae Blancae. Inc. *Iampridem, ut meminiſſe debet S. V. quum miſiſſemus ad partes Regni Siciliae certum Commiſſarium noſtrum pro emptione frumenti, quo plurimum tum temporis indigebamus &c.*

XCII. pag. 156. *b.* Anepigrapha. Inc. *Magnifici Domini, amici chariſſimi. Si proviſio facta per populum noſtrum circa gabellas, de quibus ſcribitis, reſpiceret ſolummodo cives Lucanos, & non Florentinos cives noſtros, haberetis vos quidem iuſtam & admirandi & conquerendi cauſſam &c.*

XCIII. pag. 157. *b.* Duci Venetiarum. Inc. *Inter occupationes maximas V. Celſ. oportet etiam mercatores noſtros favorem & operam in rebus iuſtis ab eadem V. Celſitudine reportare &c.* (2)

XCIV. pag. 158. Eidem. Inc. *Prudentes viri ac nobis plurimum dilecti, Andreas, & Iacobus, & Thomas fratres, filii quondam Franciſci de Arnoldis, cives Flor. qui Venetiis commorantur &c.*

XCV. pag. 159. Ad Regem Neapolitanum. Inc. *Sereniſſime Princeps &c. Capta fuit dudum, ut Veſtram S. meminiſſe confidimus, galea quaedam noſtrorum civium, quum bono, & recto animo Neapolim peteret &c.*

XCVI. pag. 160. L. Franciſco de Landriano. Inc. *Solent qui convivia inſtituunt = Nullum quippe munus vel gratius, vel convenientius nobis eſſe potuiſſet, quam Leone donari &c.*

XCVII. pag. ead. *b.* Concilio Baſileenſi. Inc. *Rev. in Chriſto &c. Audivimus litteras quaſdam diffamatorias civitatis noſtrae publicatas fuiſſe apud Sacrum Baſileenſe Concilium ſub nomine, ac titulo D. Ducis Mediolani &c.*



(1) Scripta eſt Epiſtola pro Lamberto de Lamberteſchis.

(2) Reſpicit haec Epiſtola Franciſcum Boſcoli, & Io. de Vxano.

Digitized by Google

XCVIII. pag. 166. Papae. Inc. *Non dubitamus, B. P. quin multum diſpliceant Beatitudini Veſtrae fraudes &c.*

XCIX. pag. 167. Marchioni Eſtenſi. Inc. *Quia ſemper fuit conſuetum, & laudabile commendatitias litteras ſcribere ad magnos Dominos & Principes in favorem hominum indigentium & praeſertim Nobilium, & benemeritorum, eapropter per praeſentes litteras decrevimus commendare V. M. ſpectabilem militem D. Ioannem de Panciaticis &c.*

C. pag. 168 Duci Venetiarum, Inc. *Vt poſſit Illuſtris Dominatio Veſtra intueri, quo ſe dirigat Nicolaus Piccininus cum omni apparatu inimicarum copiarum, mittimus eidem D. litteras his diebus captas per noſtros, qui circa urbem Lucam commorantur &c.*

CI. pag. 169. Ianuenſibus. Inc. *Recenſentes nobiſcum ipſi ſanctum illud ac indiſſolubile confoederationis vinculum, quo ſimul colligati atque connexi ſumus &c.*

CII. pag. 170. *b.* Senenſibus. Inc. *Saepius iam querelas nobis fecerunt Communitates, & homines de Monte Pulciano &c.*

CIII. pag. 171. Iiſdem. Inc. *Veniens ad nos ſpectabilis vir Io. Ser Nerii, civis & Orator veſter, ſimulac facunde nobis expoſuit querelas quaſdam civium veſtrorum &c.*

CIV. pag 172 *b.* Sigiſmundo Imperatori. Inc *Licet graviſſimum ſit mentibus noſtris adverſus Caeſaream Maieſtatem verbis reſtagari, tamen quia crudelis eſt, qui famam negligit ſuam, & iure naturali permiſſa eſt unicuique tuitio ſui. atque defenſio, reſpondere conſtituimus diffamationibus illis, quas eadem Maieſtas de nobis minus vere informata perſcribit. Devenit enim ad manus noſtras copia litterarum, quas Ser. Dominus Imperator ad captivitatem & depraedationem civium Florentinorum ad partes Alamanniae & Hungariae deſtinabat &c.*

CV. pag. 178. *b.* Ioannae Reginae Siciliae. Inc. *Vellemus nos quidem, Ser. Regina, ut qui ferebat litteras V. Ser. ſuper negotio egregii viri Thomae de Riſio Notarii Neap. debito nobis tempore eas reddidiſſet &c.*

CVI. pag. 180. *b.* Anepigrapha. Inc. *Magnifice Domine, & amice noſter chariſſime. Audivimus non ſine diſplicentia animorum noſtrorum, quod dilectus civis noſter B. Sandri Talani. qui cum rebus & mercibus ſuis una cum aliis mercatoribus de partibus Dalmatiae ad partes Kajetae tranſibat, nulla penitus fraude, neque delicto aliquo ab eo commiſſo, captus atque detentus una cum mercibus antedictis fuit per nobilem virum Paullum Comitem de Iurovvieb, ad cuius caſtrum quoddam tunc iter facientes devenerant &c.*

CVII. pag. 181. Alia anepigrapha eiuſdem ferme tenoris ac praecedens. Inc. *Audivimus non ſine diſplicentia &c.*

CVIII. pag. ead. *b.* Raguſinis. Inc. *Audito caſu providi viri B. Sandri Talani &c.*

CIX. pag. 183. *b.* Anepigrapha, quae tamen ſcripta videtur Legato Bononiae. Inc. *Rever. in Chriſto Pater. Licet noſtris mentibus deſiderium inſideat &c.* (1)

CX pag. 184. Duci Venetiarum. Inc. *Illuſtris atque Excelſe Domine, amice chariſſime. Quoniam per effectum operis manifeſte deprehendimus, neque inimicis, neque amicis noſtris placere, ut Lucana civitas in poteſtatem Florentini Populi deveniret, decrevimus non amplius contra illam pugnare, ſed nos contrahere &c.*

CXI. pag. ead. *b.* Ad Regem Hungariae. Inc. *Sereniſs. ac glorioſiſs &c. Gloria, & magnitudo, & omnis proſperitas ſit in perpetuum tibi, glorioſiſſime Rex. Haec enim omnia nos devoti filii tui precamur, & optamus per divinam gratiam tibi caelitus exhiberi.* Deſ. *praeterea quum in Regno Hungariae multi cives Florentini exſiſtant, partim Clerici, & Praelati, partim ſaeculares, vel Nobiles, vel mercaturis intendentes eos omnes & ſingulos Regiae Sublimitati recommittimus; Praelati quidem, & Nobiles, ut in ſuis dignitatibus conſerventur; mercatores autem, ut gratiam, & benignitatem Regiam in ſuis negotiis reportent. Data Florentiae XI. Kal. Maias MCCCCXXXVIII.*

CXII pag. 187. *b.* Illuſtri, atque Excelſo Domino Franciſco Foſcari Venetiarum Duci. Inc. *Dum ſapientiam Veſtrae Dominationis eximiam &c. Data Florentiae die III. Februar. MCCCCXXXVII.*

*Decem Baliae Comm. Flor.*

CXIII. pag. 190. Principi Tarentino. Inc. *Acceptis litteris Claritatis Veſtrae, quibus ad nos ſcribitis de expeditione Ioannis de Montone familiaris veſtri, & de pecuniis ſibi debitis a Nicola de Medicis &c.*

CXIV. pag. 191. Reginae Ioannae. Inc. *Superioribus diebus, quum praeſentatae nobis eſſent Veſtrae Serenitatis litterae ſuper negotio Thomae de Riſio Notarii Neapolitani &c.*

CXV. pag. 194 *b.* Senenſibus. Inc. *Fraternus amor, & benivolentia ſingularis, qua vos, Communitatemque veſtram veriſſima charitate ſinceritateque complectimur &c.* (2)

CXVI. pag. 195. *b.* Domino Lucano. Inc. *Non alienum ab officio &c.*

CXVII. pag. 196. *b.* Cardinali Sancti Marcelli. Inc. *Expoſuerunt nobis quidam negotia Florentini Cleri procurantes &c.*

CXVIII pag. 197. Conſilio Reginae Ioannae. Inc. *Quia nonnulli huius populi &c.*

CXIX. pag. 198. Magno Siniſcalco. Inc. *Quia experientia teſte didicimus M. V. & erga civitatem noſtram, & erga cives, qui in Regno verſantur praecipuum ſemper favorem, ac ſingularem benivolentiam exhibuiſſe &c.*

CXX pag. 199. Ioanni de Varano. Inc. *Notum eſt non ſolum nobis, verum & univerſis civibus noſtris, quanta cum fide, quantaque cum liberalitate obſequia vobis praeſtiterit dilectus civis noſter Eſau Angeli de Martellinis &c.*

CXXI.

(1) Negatur licentia extrahendi oleum.
(2) Scripta eſt occaſione diſcordiae coortae inter homines Caſtri Foiani, & Aſinae Longae.

CXXI. pag. 206. Nicolao de Tolentino. Inc. *Scribimus Magnifico Domino Io. de Varano negotium illi commendantes dilecti civis noſtri Eſau de Martellinis &c.*

CXXII. pag. ead. *b.* Domino Lucano. Inc. *Accepimus litteras veſtras ſuper negotio hominum de Pontico &c.*

CXXIII. pag. 201. Archiep. Piſano. Inc. *Per litteras venerabilium Religioſarum Monialium Sancti Silveſtri de Piſis accepimus, quamdam controverſiam, ſive potius altercationem in veſtra Curia vigere &c.*

CXXIV. pag. 202. Papae. Inc. *Quum ſpectabilis miles D. Paullus de Piperno, qui Poteſtariae officium in hac noſtra civitate exercuit &c.*

CXXV. pag. ead. *b.* Conradino de Antroccia, & Gubernatoribus Piperni. Eſt eiuſdem tenoris ac ſuperior.

CXXVI. pag. 203. Domino Lucano. Inc. *Si caſus maleficii umquam accidit, in quo boni domini ſeveritas, iuſtitiaque excitari ad ultionem facinoris debuerit &c.* (1)

CXXVII. pag. 205. Duci Sabaudiae. Inc. *Etſi non dubitamus Celſitudinem Veſtram in multiplicibus variiſque caſibus, qui hominibus accidunt, ad commiſerationem moveri &c.*

CXXVIII. pag. 206. Fratri Bernardino (Senenſi). Inc. *Quanta devotione, & quam eximia charitate Florentinus populus erga perſonam veſtram afficiatur, & quam liberali ac prope gaudenti animo increpationes veſtras, directioneſque exaudiat, nil attinet nunc verbis referre vobis, qui admirabilem concurſum, celebritatemque eius ſaepenumero conſpexiſtis &c.*

CXXIX pag. ead. *b.* Senenſibus. Inc. *Quia per Capitaneos Partis Guelphae ordinatum eſt certamen equeſtre, quam Gioſtram vocant &c.*

CXXX. pag. 20 . Eiſdem. Inc. *Audivimus quemdam Stephanum Donati de Raſſana ſubditum noſtrum eſſe captum in civitate veſtra &c.*

CXXXI. pag. ead. *b.* D. Ioannae de Brancaleonibus. Inc. *Quum, ſicut accepimus, dilectus civis noſter Simon Antonii, qui per iſta loca mercaturam exercere conſuevit, dari fecerit in caſtro veſtro Mercatelli &c.*

CXXXII. pag. 208. Carolo de Malateſtis. Inc. *Quia iuſtitiae favor ſemper eſt commendabilis &c.*

CXXXIII. pag. ead. Imperatori. Inc. *Cognoſcimus, Sereniſſime Princeps, & clementiſſime Domine, Regnum Hungariae veſtrum fuiſſe proculdubio, & eſſe tamquam benigniſſimum quoddam hoſpitium civium noſtrorum, nec ſolum Regnum, ſed etiam Regiam aulam veſtri culminis ita civibus noſtris patuiſſe, ut nulli alteri civitati, vel genti uſque adeo patueris &c.*

CXXXIV. pag. 209. Duci Venetorum. Inc. *Fuerunt dudum res quaedam, & merces nomine Franciſci, & Nicolai de Tornabonis &c.*

CXXXV. pag. ead. *b.* Caſtellanis. Inc. *Quae per veſtras litteras ad gaudium & laetitiam ſignificatis de libertate, deque ſtatu populari vobis, & civitati veſtrae recuperato &c.*

CXXXVI. pag. 210. Senenſibus. Inc. *Ad litteras veſtras ſuper negotio hominum caſtrorum Forani, & Aſinae Longae &c.*

CXXXVII. pag. ead. Oratoribus Regis Aragonum. Inc. *Adventus nobilis viri I. Bronei a vobis miſſi gratiſſimus proculdubio nobis fuit &c.*

CXXXVIII. pag. 211. *b.* Papae. Inc. *Sentientes, B. P. quam favorabiliter & benigne S. V. ſe habuerit, & habeat erga Rev. in Chriſto P. Amerigum Florentinum Archiepiſcopum &c.*

CXXXIX. pag. 212. *b.* Duci Venetiarum. Inc. *Con uncto noſtra & haec ſcribendi aſſiduitas, prooemia, praefationeſque repudiat = Habitat igitur in partibus Foroiulii in oppido Vtinenſe quidam civis noſter nomine Gherardinus Pieri Gherardini &c.*

CXL. pag. 213. Carolo de Malateſtis Inc. *Fuit dudum in principio huius* (ſic) *caſtellum Petralinae, quod erat nobilis viri Dei Nicolai de Vbertinis recommendati Communitatis noſtrae &c.*

CXLI. pag. ead. *b.* Papae. Inc. *Expoſuit nobis Rev. in Chriſto Pater D. Pilius Archiepiſcopus Ianuenſis, quod quidam noviter miſſus eſt ad Curiam S. V. pro parte Ducis Mediolani &c.* Sequitur Salvuſconductus pro eodem Pilio.

CXLII. pag. 214. Collegio Cardinalium. Eſt eiuſdem tenoris, ac ſuperior, cui adiicitur Salvuſconductus pro eodem Archiep.

CXLIII. pag. ead. Alius Salvuſconductus. Inc. *Priores Artium, & Vexillifer Iuſtitiae Populi, & Communis Florentiae univerſis, & ſingulis Vicariis, Capitaneis &c. ad quos praeſentes advenerint. Quum Illuſtris Princeps, & generoſus Dominus D. Petrus Regnorum Portugalliae & Algarbii &c. ſecundogenitus, Columbriae Dux, ex cauſſis tam devotionis, quam aliis, Apoſtolorum limina, Vrbemque Romanam viſitare intendat, tranſitumque facere per civitatem Florentiae = iniungimus per praeſentes = ut praefatum Illuſtrem Dominum cum ſua comitiva uſque ad CCC. equos, & cum ſalmis, valiſiis, ornamentis, & rebus omnibus ad ipſum, familiares, & comites eius ſpectantibus per civitates, terras, paſſus, & loca noſtro Dominio ſuppoſita, venire, tranſire, immorari, redire, quotieſcumque volueris, libere permittas, ſine aliqua ſolutione pedagii vel gabellae &c.*

CXLIV. pag. 215. Nurſinis. Inc. *Humanum eſſe putamus & rationi conveniens &c.* L. de Luchinis de Vrbino exſequutorem iuſtitiae commendat.

CXLV. pag. ead. *b.* Imperatori. Inc. *Etſi per alias litteras cives omnes noſtros, qui in Regno Hungariae veſtro commorantur, tota noſtri cordis affectione commendaverimus &c.* Pro venerabili viro D. Corr. Praepoſito Varadinenſe.

CXLVI.

(1) Agit de facinore quodam perpetrato in domo Martini Cacciae de Altovitis a quodam Mariano quondam Antonii de Giogoli, qui ſeceſſerat in territorium Lucanum.

Digitized by Google

CXLVI. pag. 216. Duci Venetiarum. Inc. *Alias ſcripſimus Celſitudini Veſtrae recommittentes negotium dilectorum civium noſtrorum M. & Ze. & heredum de Pantaleonibus &c.*

CXLVII. pag. ead. *b.* Nurſinis. Inc. *Singularis dilectio noſtra, quam erga vos, Communitatemque veſtram habemus &c.* Simonem de Biſſolis in Poteſtatem civitatis Nurſinae commendat.

CXLVIII. pag. 217. Syracuſanis. Inc. *Etſi non hactenus gratias egimus M. V. pro ſingulari favore, quem civibus & mercatoribus noſtris continuato benivolentiae ſtudio praeſtitiſtis &c.*

CXLIX. pag. ead. *b.* Senenſibus. Inc. *Relatum vobis a Commiſſario veſtro ſcribitis multa & facta & dicta fuiſſe a Foiauenſibus, ſecus quam oportuit &c.*

CL. pag. 218. Papae. Inc. *Scripſit nuper S. V. nobis ſuper negotio Venerabilis viri Salutati Canonici Florensini, & ſuper moleſtia domus illius &c.*

CLI. pag. ead. *b.* Comiti Vrbini. Inc. *Quia audivimus M. V. per hoc ipſum tempus, in quo ſcribimus, eſſe Romae apud S. D. N. Papae, decrevimus recommendare vobis Vener. virum D. Mariam de Guadagnis Canonicum Florentinum &c.*

CLII. pag. 219. Regi Ludovico. Inc. *Singularis devotia, quam civitas noſtra erga vos, progenitoreſque veſtros ſemper geſſit = Quum itaque nuper quaedam navis B. Piſani Catalani de Thalamonis portu onuſta frumento & aliis rebus, inter quas novem capſae ſericorum operum magni valoris mercatorum noſtrorum fuerunt, in Aragoniam curſum ſuum propoſitumque dirigeret, abrepta tempeſtate, ac vi ventorum delata in partibus Provinciae naufragium fecit, non longe a caſtello Grimaldi &c.*

CLIII. pag. 220. Senenſibus. Inc. *Magnifica Fraternitas Veſtra ſic litteras noſtras interpretatur, quaſi nos petiverimus, ut iis, quae per Foianenſes, ſecus atque oportuit facta ſunt, ignoſcere velitis &c.*

CLIV. pag. 221. Iiſdem. Inc. *Audivimus captum eſſe in civitate veſtra B. quemdam de Tiſano ſubditum noſtrum ratione cuiuſdam blaſphemiae &c.*

CLV. pag. ead. *b.* Conſiliario Regis Burgundiae. Inc. *Scribimus ſpectabilibus viris, ſcribimus & Burgomagiſtris oppidi Burgenſis pro liberatione mercatorum noſtrorum &c.*

CLVI. pag. 222. Duci Venetiarum. Inc. *Alias ſcripſimus Celſitudini Veſtrae recommendantes negotia quaedam dilectorum civium noſtrorum Fr. & Ni. de Tornabonis &c.*

CLVII. pag. ead *b.* Magno Magiſtro Rhodi, & Gubernatoribus Hoſpitalis. Inc. *Excitat nos dilectio ſingularis, qua Venerabilem virum D. Priamum de Gambacurtis Priorem Piſarum Ordinis S. Io. Hieroſolym. complectimur, ut illius incolumitatem & honorem vobis per noſtras litteras commendemus. Audivimus enim ipſum ex generali conſtitutione & ordinatione veſtra cohortari, ut ſe perſonaliter debeat Rhodum conferre &c.*

CLVIII. pag. 223. Senenſibus. Inc. *Examinatis litteris veſtris, in quibus videmini ſuper quaeſtione Foianenſium a conſilio ſapientis vobis oblato quodammodo vos retrahere &c.*

CLIX. pag. 224. Salvuſconductus pro Nicolao Vaggi del Maza ad ſpectabiles viros Conſules civitatis Cracoviae.

CLX. pag. 224. Regi Aragonum. Inc. *In his litteris, per quas iuſtitia poſtulatur, minori verborum apparatu cenſemus opus eſſe &c.*

CLXI. pag. ead. *b.* Epiſcopo Venetiarum. Inc. *Suſceptis litteris veſtris, in quibus ſecuritatem, & ſalvumconductum pro D. Nicola & Carolo filio q. Magnifici Braccii poſtulatis &c.*

CLXII. pag. 225. Epiſcopo Arretino (1). Inc. *Quam inviti, ac prope horrentes ſcribamus &c.*

CLXIII. p. 226. *b.* Cardinali Senenſi. Inc. *Audivimus ex civibus noſtris dilectis, Io. de Carduciis, & filiis eius, quod R. P. V. eos citari, atque requiri feceras, ut Romae adeſſent certo tempore ad audiendam ſententiam pro negotio Hoſpitalis de Altopaſſu, cuius gubernatio commiſſa dicitur R. P. V. &c.*

CLXIV. pag. 227. *b.* Imperatori. Inc. *Eſt clementiae, manſuetudiniſque veſtrae audire patienter voces fidelium veſtrorum &c.* (2)

CLXV. pag. 228. Senenſibus. Inc. *Cives quidam noſtri, ut nobis ſuggeritur, volentes Viterbium proficiſci, in civitate Bononiae equos conduxerunt &c.*

CLXVI. pag. ead. *b.* Ioanni de Vbaldinis. Inc. *Cognovimus ex relatione nobis facta pro parte Conſulum Artis Lanae civitatis noſtrae, quod quum Apollonius de Scarparia & ſocii in civitate Eugubii certam quantitatem carduorum pro ipſa Arte Lanae civitatis noſtrae emiſſent &c.*

CLXVII. pag. 230. Senenſibus. Inc. *Etſi alias ſcripſerimus M. F. V. pro liberatione B. de Tiſano, quem ratione cuiuſdam blaſphemiae condemnatum a Magiſtratu civitatis veſtrae perceperamus &c.*

CLXVIII. pag. ead. Domino Lucano. Inc. *Fuit dudum captus per hoſtes noſtros Ioannes Ioannis de Orlandinis dilectus civis noſter, & nunc, ut audivimus, Ianuae captivus detinetur &c.*

CLXIX. pag. ead. Senenſibus. Inc. *Si ſaepius ſcribimus M. F. V. in favorem civium noſtrorum, illa fiducia inducimur, quam indubie credimus, & tenemus = Eſt igitur in civitate noſtra dilectus civis noſter Paullus Ser Simonis Paulli, iuvenis bonae ſpei, operam Iuri Civili iampridem impendens &c.* Subiicitur ſine ullo titulo exemplar alterius Epiſtolae ad Regem quemdam.

CLXX.

(1) Scripta eſt haec Epiſtola occaſione nefandi facinoris perpetrati in oppido Laterini, & in Plebania illius loci.

(2) Eſt pro B. Sandri Talani, qui in partibus Hungariae negotiabatur.

Digitized by Google

CLXX. pag. 231. Magno Magiſtro Rhodi. Inc. *Honeſtum ſimul & debitum videtur eſſe, ut cives noſtros Religionis veſtrae alumnos &c.* Commendat Fratrem Bartolemaeum de Canigianis Praeceptorem Manſionis Sancti Sepulcri de Florentia.

CLXXI. pag. ead. *b.* Raguſinis. Inc. *Litteras quidem veſtras plenas benivolentiae, & ſingularis charitatis accepimus, per quas intelleximus in negotio B. Talani civis noſtri, vos ſtudio & diligentia preces noſtras anticipaſſe &c.*

CLXXII. pag. ead. Papae. Inc. *Et per litteras Oratoris noſtri penes S. V tunc exſiſtentis, & nunc per relationem eiuſdem Oratoris nobis oretenus factam intelleximus quam benigne & quam firmiter S. V. reſponderit ſuper negotio Ludovici Columnae, quem ad ſervitia Ducis Mediolani profecturum audiveramus &c.*

CLXXIII. pag. 232. *b.* Eidem. Inc. *Per gratiam ſummi & ineffabilis Oratoris noſtri, a quo omnia bona deſcendunt, & per laudabiliſſimam prudentium, & operationem B. V. & per virtutem, perſeverantiam, ac diligentiam D. Cardinalis S. Crucis ad hoc per Sanctitatem Veſtram deputati, in hac ipſa hora pacem cum Duce Mediolani eſſe concluſam, rogatam, atque firmatam a noſtris, Venetorumque Legatis per eorum litteras nobis ſignificatum eſt &c.*

CLXXIV. pag. 233. Significativa ſupradictae pacis. Inc. *Magnifice Domine. Quia certiſſime ſcimus, cuncta, quae ad proſperitatem tranquillitatemque ſtatus noſtri pertinent vobis eſſe & laetitiam & gaudium allatura &c.*

CLXXV. pag. ead. D. Firmano. Inc. *Etſi non dubitamus, quin omnes Florentini cives, etiam ſine litteris noſtris M. V. magis ſint recommiſſi &c.*

CLXXVI. pag. ead. *b.* Archiepiſcopo Piſano. Inc. *Quia preces eorum, qui iuſtitiam & honeſtatem praeſeferunt &c.*

CLXXVII. pag. ead. Senenſibus. Inc. *Duas per hos dies querelas habuimus a ſubditis noſtris de Monte Puliciano &c.*

CLXXVIII. pag. 234. Papae. Inc. *Ut primum per Oratores Ferrariae conſiſtentes nobis ſignificatum eſt pacem iampridem optatam fuiſſe concluſam, confeſtim ſcripſimus B. V. &c.*

CLXXIX. pag. 235. Cardinali Sanctae Crucis. Inc. *Etſi opera R. P. V. in hoc ſanctiſſimo ac Deo acceptiſſimo pacis negotio &c.*

CLXXX. pag. 236. Locumtenenti Regis Ludovici. Inc. *Saepius iam ſcripſimus Celſitudini Veſtrae pro indemnitate, & conſervatione mercatorum noſtrorum circa illas novem capſas ſericorum operum, quae poſt naufragium ex mari tractae fuerunt &c.*

CLXXXI. pag. ead. Duci Mediolani. Inc. *Ut de bello dudum exorto maximam non immerito ſuſcepimus moleſtiam &c.*

CLXXXII. pag. ead. *b.* Legato Bononiae. Inc. *Quoniam per Dei gratiam pax facta eſt inter nos, & Ducem Mediolani, expedit iam noſtras gentes armigeras, quas in Lombardiae partibus tenebamus, in Thuſciam revocare atque reducere &c.*

CLXXXIII. pag. 237. Duci Mediolani. Inc. *Suſcepimus litteras Illuſtris M. V. & cum illis documentum publicum ratificationis factae, ſecundum pacis capitula nuper initae atque firmatae &c.*

CLXXXIV. pag. ead. *b.* Gubernatori Imolae. Inc. *Singularis fiducia, quam praeſtitit nobis benignitas S. D. N. &c.*

CLXXXV. pag. ead. *b.* Domino Lucano. Inc. *Scripſimus nuper ad M. V. deſiderium noſtrum, ac totius civitatis circa liberationem nobilis viri Manuelli civis noſtri &c.*

CLXXXVI. pag. 238. *b.* Gubernatori Peruſii. Inc. *Quoniam in his, quae nobis ſcribitis &c.*

CLXXXVII. pag. 239. Domino Mantuano. Inc. *Debitum eſt, ut talibus viris = Maſus Bartoli de Senis, qui in civitate noſtra eſt hoſpitator, multis hactenus hominibus armigeris ſumptus, & expenſas pro ſe, & equis ſuis liberaliſſime dedit &c.*

CLXXXVIII. pag. ead. *b.* Domino Plumbini. Inc. *Nos quidem libenter favemus honori fidelium noſtrorum &c.* Commendat Nicolaum de Vulterris pro aliquo Officio.

CLXXXIX. pag. ead Duci Sabaudiae. Inc. *Noſtri ſemper fuit propoſiti &c.* Subiiciuntur duo brevia Epiſtolarum exempla.

CXC. pag. 240. *b* Ioanni Ludovico de Fliſco. Inc. *Audivimus non ſine moleſtia animorum noſtrorum, inter vos, & D. A de Fliſco conſanguineum veſtrum differentias quaſdam eſſe &c.* Heic quoque ſubiicitur breviſſimum exemplum Epiſtolae Duci Venetorum.

CXCI. pag. 241. Nurſinis. Inc. *Dignum ſimul gratumque exiſtimamus, ut qui in Officiis Reip. noſtrae integra fide, & laudabili opere ſe geſſerint, eos meritis laudibus proſequamur &c.* Eſt in commendationem D. Io. de Rainer. qui fuerat Florentiae Poteſtas.

CXCII. pag. ead. *b.* Cardinali de Urſinis. Inc. *Etſi veſtra interceſſio pro nobili illo de Vivano repereris &c.*

CXCIII. pag. 242. Gubernatori Peruſii. Inc. *Hortatur nos recolenda memoria Cl. viri Coluccii Salutati Poëtae inclyti, ac civis noſtri dilectiſſimi, ut Leonardum eius filium Canonicum Paduanum R. P. V. per noſtras litteras commendemus &c.* Tum ſubſequuntur varia initia litterarum, quae etiam alibi interſeruntur, ſecundum opportunitatem a Secretario Florentinae Reip. conſcribendarum.

CXCIV. pag. 243. Regi Aragonum. Inc. *Quia plerumque fiunt querelae apud Principes, & Dominos indebite &c.*

CXCV. pag. ead. Regi Caſtellae. Inc. *Quia ſcimus naturaliter hoc evenire, ut homines facile deponant querelas apud Dominos ſuos &c.*

CXCVI. pag. ead. *b.* Reginae Ioannae. Inc. *Quanta cum fiducia recurramus ad ſu'X-miſſimam M. V. in cunctis caſibus civium noſtrorum &c.*

CXCVII.

Digitized by Google

CXCVII. pag. 244. Senenſibus. Inc. *Quia laudabile ſemper fuit, & boneſtati conſonum, ut virtuoſi homines, & teſtimonio commendationum ſuarum, & favore praecipuo per ceteros homines adiuventur, ſitque apud nos in Poteſtariae Officio conſtitutus ſpectabilis vir D. Petrus Marinus de Brancadoris de Firmo &c.*

CXCVIII. pag. ead. Iiſdem. Inc. *Commendationum genera multiplicia ſunt = Eſt igitur apud nos excellentiſſimus miles D. Stephanus de Porcaris, civis Romanus &c.*

CXCIX. pag. ead. *b.* Iiſdem. Inc. *Scribendi litteras commendatitias &c.*

CC. pag. 245. Cardinali de Vrſinis. Inc. *Compellunt nos multiplicia, & maxima, & paene incomportabilia expenſarum onera, quae pro decimo bello civitas noſtra ſubivit, ut fatigatis civibus noſtris, undecumque debitas Reip. noſtrae pecunias conquiramus &c.*

CCI. pag. ead. Duci Mediolani. Inc. *Allicit nos dulcedo pacis, & perfecta voluntas &c.*

CCII. pag. ead. *b.* Viceregi in Provincia & Conſilio. Inc. *Quotidie nobis admiratio creſcit &c.*

CCIII. pag. 246. Duci Mediolani. Inc. *Optaremus nos quidem in hac liberaliſſima & iucundiſſima invitatione veſtra nobis facta ad nuptias celebrandas veniendi iſthuc, & una congratulandi, congaudendique habere facultatem &c.*

CCIV. pag. 247. Anepigrapha. Inc. *Magnifici Domini, amici chariſſimi. Pervenerunt ad manus noſtras copiae quaedam falſarum litterarum, quas ſub nomine Officii noſtri deformavit ac doloſe confixit Philippus de Graſſis falſarius publicus &c.*

CCV. pag. 250. Summo Pontifici. Inc. *Audivimus, Beatiſſime Pater, neque ſine acerbo dolore animorum noſtrorum percepimus falſum & horrendum crimen ad infamiam, atque dedecus civitatis noſtrae apud Beatitudinem Veſtram fuiſſe vulgatum, quod inclytum Capitaneum veſtrum veneno exſtinguere tentaverimus &c.*

CCVI. pag. ead. *b.* Collegio Cardinalium. Inc. *Accepimus litteras R. P. V. plenas amoris erga civitatem noſtram &c. Data Flor. XVI. Decembr. MCCCCXLIII.*

CCVII. pag. 252. L. A. (videlicet Leonardi Arretini Epiſt. nomine Florentinae Reip.) ad Regem Aragonum. Inc. *Nos vero, Sereniſſime Princeps, gratias agimus Regiae Sublimitati Veſtrae, quae tam gratioſe, tamque amanter ſignificare nobis dignata eſt magnas victorias, & felices ſucceſſus V. M. tam in urbe Neapolitana adipiſcenda, quam in profligatione gentium armigerarum inimicarum &c.*

CCVIII. pag. 253. Anepigrapha; ſed, ut videtur excuſatoria, nomine Florentinae Reipub. ab eodem Leonardo Arretino exarata ad Regem quemdam. Inc. *Sereniſſime ac glorioſiſſime Princeps = Quamquam in litteris M. V. nonnulla exſtant, quae honorem civitatis noſtrae pungere videntur &c.*

CCIX. pag. 256. Reſponſiva ad praecedentem. Inc. *Priori & Vexillifero &c. Per ea quae noſtris noviſſimis apicibus reſponderi* (ſic) *pridem conſcriptis veſtras non iuſtas & indebitas excuſationes collegimus &c.*

CCX. pag. 257. Epiſtola anepigrapha Florentinae Reip. Inc. *Ecce rurſus, Sereniſſime Princeps, alias Veſtrae Sublimitatis litteras accepimus in forma patenti, atque aperta, quarum tenor indicat aperte eas in civitate Lucana fuiſſe conſcriptas &c. Dat. Flor. die III. Iulii MCCCCXXXII.*

CCXI. pag. 258. *b.* Alia eiuſdem ad Lucenſes. Inc. *Si antiqua repetantur, Magnifici Domini, amici chariſſimi, nullam maiorem coniunctionem, & conformitatem animorum per totam Italiam fuiſſe reperietur, quam fuit dudum inter civitatem noſtram, & veſtram (Lucanam) &c.*

Cod. chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. antiquitus num. 714. deſignatus. Conſtat foliis 259.

## L. VALLAE INVECTIVAE IN POGGIVM, ANTIQVITAT. VRBIS, IANI VGOLINI CARMINA &c.

I. pag. 1. LAurentii Vallae Neapolitani in Poggium Florentinum prima Invectiva. Inc. *Non eram neſcius*. Deſ. *Graeci mirantur*. Cod. XXXV.

II. pag. 9. *b.* Eiuſdem in eumdem Invectiva ſecunda. Inc. *Set alia plurima*. Deſ. *iam tunc enim quid mirum ſit, locus ille emendabatur*. Hae duae Invectivae ſunt pars Libri I. Antidoti in Poggium ad Nicolaum V. Pont. Max. quarum prima exſtit in editione eius Operum Baſileae apud Henricum Petrum fol. ſine anno a pag. 253. uſque ad pag. 259. lin. 33. Secunda vero incipit ab eadem pag. 259. lin. 36. & progreditur uſque ad pag 264. t. lin. 3.

III. pag. 21. Anonymi Collectanea de Antiquitatibus Vrbis. Inc. *Naumachia eſt ſepulcrum Romuli, & vocatur Meta Sancti Petri, quae fuit tabulata marmoribus, ex quibus poſtmodum eſt factum pavimentum Paradiſi. & ſcalae Sancti Petri, & habuit in circuitu plateam XXV. pedum factam de Tiburtino, & cum clavica aquae ad flumen, & ibi prope fuit Terebinthus Neronis altitudinis ſicut Caſtrum Hadriani, cum duobus gyris, ſeu circuitis tabulatis marmore, ubi modo eſt Sancta Maria in Transpadina, ubi Sanctus Petrus fuit crucifixus.* Deſ. *infra palatium Neronis fuit templum Apollinis, ubi modo eſt Sancta Petronilla; & ante eſt Baſilica, in qua eſt Vaticanus, ubi ſacerdotes Apollinis cantabant officia; & ibi prope erat aliud templum Veſtarum Neronis, nunc eſt Capella Sancti Andreae, & ibi prope eſt Iulia, ſepulcrum, & memoria Iulii Caeſaris.*

IV. pag. 28. *b.* Anonymi de Regionibus Vr-

Digitized by Google

Vrbis (1). *Regio prima. Porta Capena, ibi erat domus Honeſtatis. & Virtutis. Lacus Promesbei, & Balneum Torquati, Thermae Severiani, & Commodiani, Altare Apollinis, & Splenis, Forum Beccariorum, Altare Panis, Mutasorium Caeſaris, Balneum Abaſernitis, & Marmerani, Aureum Carniceni, flumen Almonis, ſedes Dei Martis, Arcus Divi Severi, & Traiani, ac Druſi, Viculi X. Palatia X. Maiores Viae XLVIII. Curiae duae, Inſulae tres, Domus MCCLX. Granaria CXX. Balnea XIII. Putei LXXV. Coquinae XX. Macelli XX. Erat magna XII. CC pedes summ. ſoles.* Deſinit in Regione tertiadecima, & in verbis: *Viculi LXXXVII. Curiae LXXVII. Viae XLVIII. Domus VCCCC. Coquinae XXVII. Erat magna pedibus XXX.*

V. pag. 31. Accedunt ſine nomine auctoris Carmina varia, quae tamen, ut ex Codice infra citando eruimus, ad Ianum Vgolinum pertinent. Ea vero ſunt:

I. Ad Titum Strozzium de levitate Nemeſis Elegia, ut in Codice L. Plutei XXXIV. Tomo ſuper. pag. 168. §. V num. I.

II. Epitaphium Luberae ebrii. Inc.

*Hic Lubera iaces, Bacchi dulciſſima proles.*

Deſ.

*Dulcia Luberae vos modo vina date.*

III. Epitaphium Alphonſi, Antonii filii. Ibid. num. II.

IV. Epitaphium Coſmogeniae, Antonii filiae. Inc.

*Quam tulit in media tellus Campana ruina.*

Deſ.

*Munera parva quidem, ſed diuturna dedis.*

V. Epitaphium Barptolemaei Facii. Ibid. num. III.

VI. Pro eodem diſtichon.

*Eloquii fama modo qui compleverat orbem*
*Facius, heic medica contegitur tumulo.*

VII. Aliud pro eodem. Ibid. num. IV.

VIII. Epitaphium Maſiellae Anconitanae Cyriaci matris. Ibid. num. V. ubi propter characteris formam lectu difficillimam *Miſcellae* pro *Maſiellae* legimus.

IX. Epitaphium Iulii Fortis.

*Iulius heic Fortis ſitus eſt, haud parva Sicanae*
*Laus patriae, Alphonſo dum ſtudet occubuit.*

X. Lucretiae laus, diſtichon.

*Tam ſuper excellit Lucretia dia puellas,*
*Quam Diana ſuos proterit alma choros.*

XI. Aliud Laurae.

*Laura puellarum pulcherrima, Laura poëtae*
*Deliciae Siculi, Parthenopaeque decus.*

XII. Minutulae laus.

*Excellis cunctas formoſa Minutula Nymphas,*
*Seu ducis choreas, ſive puella canis.*

XIII. Ad viatores de Operibus Alphonſi Regis.

*Si venias pelago, portus mirabere molem;*
*Si terra, inſuetum criptae mirabere lumen,*
*Siccataſque feres ingenti laude paludes;*
*Moenia mox ineas, pulcram miraberis arcem,*
*Aequataſque domos, fontes, & ſtrata viarum,*
*Regis opus; maiora exſtant, requieſce viator.*

XIV. Aliud Epigramma ad Gaudentium quatuor verſibus. Inc.

*Pallacius tibi dat Gaudenti maxime rhetor &c.*

XV. Lucretiae laus, diſtichon.

*Quantum Rex proceres, quantum Sol ſidera vincis,*
*Tantum Campanas ſuperat Lucretia Nymphas.*

XVI. Epitaphium Barptolemaei Strozzii. Ibid. pag. 169. num. VI.

XVII. Epitaphium Falconis avis. Inc.

*Falco decus volucrum, Regum non parva voluptas &c.*

XVIII. In ſtatuam Parthenopis dormientis diſtichon.

*Illa ego Parthenope bello vexata tot annos,*
*Nunc opera Alphonſi grata iam pace quieſco.*

XIX. Diſtichon in ſtatuam Iuſtitiae.

*Iuſtitia e terris quondam Iove Rege receſſit,*
*Nuper ab Alphonſo Rege vocata redit.*

XX. In Villam Titi Strozzii tetraſtichon.

*Salve clara Titi iucundaque Villa poëtae,*
*Salve Nympharum, Pieridumque domus:*
*Te Bacchus repleat muſto, te Pallas oliva,*
*Et tua fecundet Sicilis arva Ceres.*

XXI. Epitaphium Rulli, tetraſtichon. Ibid. num. VII.

XXII. Epitaphium Franciſcae Sergentiae, octaſtichon. Inc.

*Hoc Franciſca iacet gelido Sergentia buſto &c.*

XXIII. Epitaphium Paparellae, diſtichon.

*Deliciae Regum iacet hoc Paparella ſepulcro,*
*Vxoris miſerae perpetuae lacrymae.*

XXIV. Epitaphium Iannoctii Manetti Equitis Flor. Ibid. num. VIII.

XXV. Aliud pro eodem.

*Iannoctus Muſa doctus Graeca, atque Latina,*
*Regibus indulgens Parthenope occubuit.*

XXVI. Epitaphium Gallinae Magalli verſibus quatuor. Inc.



(1) Videtur eſſe epitome quaedam P. Victoris de Regionibus Vrbis; at multum differt ab ea, quae affertur in calce Tom. II. Supplementi ad Rerum Italic. Scriptores Muratorii Florentiae MDCCLXX. fol. pag. 1165.

Digitized by Google

*Hic re Gallus erat, quamvis Gallina vocatus &c.*

xxvii. Aliud pro eodem tetraſtichon, Inc.

*Qui te Gallinam, non Gallum dixerit, errat &c.*

xxviii. Aliud pro eodem tetraſtichon. Inc.

*Maſculus hoc tegitur gelido Gallina ſepulcro &c.*

xxix. De Hyla diſtichon.

*Venit Hylas, ſed dormit Hylas, dormitque, bibitque,*
*Endymion ſomno, corpore verus Hylas.*

xxx. Epitaphium Silianae hexaſtichon. Inc.

*Heic iacet ante alias praeſtans Siliana puellas &c.*

xxxi. Alphonſi Regis ſententia de Panormo, & Meſſana.

*Aemula felici ſemper Meſſana Panormo,*
*Poſthac, Alphonſo iudice, victa, ſile.*

xxxii. In Placitum diſtichon.

*Hic Placitus placeat, cui vis; mihi nocte dieque*
*Diſplicuit; pereat cui placet hic Placitus.*

xxxiii. Epitaphium anepigr. tetraſtichon. Inc.

*Non decuit templo condi tam putre cadaver &c.*

xxxiv. Epitaphium Luciae.

*Fortiadum genitrix iacet hoc Lucia ſepulcro,*
*Alcmena Alciden edidit, iſta parem.*

xxxv. Epitaphium Minnici Mellis tetraſtichon. Inc.

*Silvicolae Fauni, ſtirps aurea Minnicus urna*
*Conditur hac &c.*

VI. pag. 35. Diſputatio Abutalib Saraceni, & Samuelis Iudaei, quae fides praecellit, Chriſtianorum, an Iudaeorum, an Saracenorum, tranſlata de Arabico in Latinum (1). Prologus inc. *Ego frater Alphonſus Hiſpanus libellum hunc antiquiſſimum, qui nuper caſu ad manus meas devenit, quum apud Marrochium eſſem in captivitate Saracenorum, qui prius fuerat multis temporibus a Iudaeis occultatus, nova tranſlatione de Arabico in Latinum per me interpretatum vobis tranſmitto legendum.* Deſ. *loquendi modum, & ſcribendi ordinem, quantum mihi poſſibile fuerit, obſervabo.* Liber inc. *Conſerves te Deus, amice chariſſime, uſquequo iſta diſputatio terminetur.* Deſ. *& Chriſtianitatis nomen praedicare. Vale in Deo vivo caeli, & terrae Domino, qui te illuſtret, & eius gratia te conſervet. Amen.*

VII. pag. 56. Declaratio Theodori Iudaei ad Philippum Argentarium Chriſtianum, quod Ieſus Chriſtus fuit verus Meſſias (2). Inc. *Temporibus piiſſimi Imperatoris Iuſtiniani fuit vir quidam princeps Iudaeorum Theodorus nomine.* Deſ. *myſterium, quod apud Iudaeos occultum ſervabatur aperuiſſe. Amen.*

VIII. p. 60. *b.* Lentuli Conſulis Epiſtola ad Senatores Romanos, praevio hoc monito: *Temporibus Octaviani Caeſaris, quum ex univerſis Mundi partibus, illi, qui praeerant provinciis ſcriberent Senatoribus, qui Romae erant novitates, quae occurrebant per mundi climata, quidam nomine Lentulus habens officium in Iudaea, ſcripſit Senatoribus Romae ſic de Chriſto Ieſu.* Epiſtola inc. *Apparuit temporibus iſtis.* Deſ. *ſpecioſus inter filios hominum. Amen. Haec Epiſtola reperta fuit in Annalibus Romanorum.* Exſtat in Codice Apocrypho N. T. Io. Alberti Fabricii Hamburgi MDCCXIX. 8. Tom. I. pag. 301 Habes etiam Catalogi noſtri Tom. I. pag. 573. §. XLII.

IX. pag. 61. Pontii Pilati Epiſtola ad Claudium Imp. De Ieſu Nazareno. Inc. *Nuper accidit.* Deſ. *& in alium elevari.* Ibid. pag. 298. Vid. Catal. Tom. II. pag. 609. § XIV.

X. pag. 62. B. Ignatii Epiſcopi Epiſtola Sanctiſſimo Ioanni Evangeliſtae. Inc. *De tua mora graviter dolemus.* Deſ. *diſpone cum deſiderio. Vale.* Exſtat inter Patres Apoſtolicos Cotelerii Tom. II pag. 941.

XI. pag. 62. *b.* Eiuſdem ad eumdem alia. Inc. *Ioanni ſancto ſeniori ſuus Ignatius. Si licitum eſt.* Deſ. *praeparare me iube. Vale.* Ibid pag eadem.

XII. pag. ead. Eiuſdem Epiſt. ad glorioſiſſimam Virginem Mariam. Inc. *Chriſtiferae matri ſuus Ignatius, Me Neophytum.* Deſ. *ut in te, & per te confortentur.* Ibid. pag. eadem col. 2. & in Cod. Apocrypho Tom. I. pag. 841.

XIII. pag. ead. Glorioſae Virginis Mariae Epiſt. Ignatio Epiſcopo. Inc. *Ignatio dilecto condiſcipulo humilis ancilla Ieſu. De Ieſu quae a Ioanne audiſti.* Deſ. *in Deo ſalutari tuo.* In dicto Codice Apocr. pag. 843. Vid. Catal. Tom. I. pag. 731. §. II.

XIV. pag. 63 Hieronymi Presbyteri ad Ruſticum Monachum de ſuperandis, & mundi iſtius illecebris fugiendis Epiſt. Inc. *Nihil eſt Chriſtiano felicius, cui promittuntur regna caelorum.* Deſ. *& circumflectendae navis dictata praedicat* . . . . . . . In edit. Veroneſi curante Dominico Vallarſio Tom. I. a pag. 926. ad pag. 928. lin. 19.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. optime ſervatus, cum indiculo in principio recentiore manu, parum caſtigate exaratus, & num. 727. antea deſignatus. Conſtat foliis 64.

## VIRORVM ILLVSTRIVM EPIST.

I. pag. 1. Ambroſii Camaldulenſis Generalis Abbatis, viri clariſſimi & eloquentiſſimi, Epiſtolae quaedam, videlicet *Cod. XXXVI.*

1. Ad

(1) De hac verſione conſulendi Iac. Quetif & Echardus Tom. I. Scriptor. Ord. Praedic. pag. 595. qui titulum noſtro Codici ſimilem Bibliothecae Angl. Tom. II. P. I. num. 8715. indicant.

(2) Vid. vitam Ambroſii Camald Cl. Laur. Mehus pag. CCCCXXXV. qui hunc Codicem memorat. Vid Plut. LXXXIX. ſup. Cod. XVI. ſupra pag. 271. §. XV.

Digitized by Google

I. Ad Eugenium IV. Inc. *Scribere ad te, Eugeni Pont. inclyte*. Deſ. *quod etiam facio. Flor. ex noſtro Monaſterio*. In edit. Florentina A. MDCCLIX. ſol. ſub num. I.

II Fratri D. Matthaeo Camerario. Inc. *Non poſſum non mirari*. Deſ. *conſolari caput in vobis*. Ibid. ſub num. DCXXII.

III. Venerab Fratribus noſtris maioribus, & Eremitis reliquis S. Camaldulenſis Eremi. Inc. *Scripſit ad vos nuperrime*. Deſ. *& ſe vobis commendant. Valete fratres amantiſſimi. Romae*. Ibid. DCXXXI.

IV. Hieronymo fratri chariſſimo (1). Inc. *Gratae admodum mihi fuerunt*. Deſ. *mihi etiam volo ut placeat*.

V. Eidem. Inc. *Redeuntem ad vos Iacobum noſtrum ſine litteris meis venire paſſus non ſum = Sed iſta ſatis apud te, ut animum aperte teneat noſtrum. Accepi nuper litteras a Domino M. quibus repetit inſtanter Codicem ſuum poët cum illum, in quo plura poëtarum complurium, & varia habentur Opera. & in fine Gregorii quoque Nazianzeni Opuſcula metro edita. Noſti quem ſignare velim; quaedam enim transcribere caeperam ex eo. Chartaceum volumen eſt, quaternionibus in fine vix conſiſtentibus, minutiſſimis litteris, quod quum eſſet a me requiſitum, quum eſſem ad menſam Coſimi noſtri, miſeram ad eum remittendum, quando commodius poſſet, ſcribens illi hoc ipſum. Verum litteras abſque libro ſe accepiſſe conqueritur, & ut video negligentia factum eſt ne mitteretur hactenus. Facies illum inquiri diligentius, & orabis, ut tuto remittat. Nicolaus* (ſc. Niccolus) *noſter ſtrenue negotium iſtud exſequitur, cui de hoc verba meo nomine facies. Ioannis Chryſoſtomi vitam abſolvi, atque emendavi, transcribendamque dedi, ut offerre Pontifici ante diſceſſum meum liceat melioribus litteris ſcriptam; quamquam neſcio quam id ſibi gratum futurum ſit, quantique illam aeſtimabit; deberet quidem iudicio meo ſatis; ſed facis occupata mens eius, & mille diſtenta negotiis, ut hinc addubitem. Quomodolibet ille acceperit, mihi certe ſatis erit factum, quod in illo Opere tempus utiliter contuliſſe videor; habet enim in ſe res pernecceſſarias &c.* Deſ. *omneſque mea benedictione confirma. Romae*.

VI. Eidem. Inc. *Non debui pati, ut Iacobus noſter vacuus mearum litterarum ad vos rediret*. Deſ. *filiolos noſtros omnes ex affectu benedico. Romae*.

VII. Eidem. Inc. *Non poſſum non affici maerore & quidem acerbo, quod hos dies ſacros ſine vobis agam*. Deſ. *qui Canticum Domini cantare cogor in terra aliena. Vale, dulciſſime frater. Ex Vrbe. Simoni de Filicaria tam ſecundo ſcripſi, miror que quod necdum acceperit litteras; ei paucis modo ſcribo, reddendas curabis litteras quaeſo*.

II. pag. 10. Poggii Epiſtola ad Archiepiſcopum Mediol. Inc. *Significo id tibi*. Deſ. *nemo me erit felicior. Vale*.

III. pag. ead. P. Candidi Epiſtola Poggio Florentino. Inc. *Ludovicus noſter, iuvenis profecto eruditiſſimus, & qui te non modo diligit, ſed obnoxie obſervat, e Bononia nuper rediens, quum ad me viſendi cauſſa veniſſet, & multa ex ſe memoriter alia de rebus, ut aſſolebat, plura vero a me rogatus de te retulit, interque nonnulla hic digna receuſuit, Thomam quemdam Reatinum contra te caepiſſe arma, ac neſcio quid impudentius ore habuiſſe, quod tua opera excluſus ſit a Secretariatus dignitate; de qua re, utrum rideam, an indigner, incertus ſum*. Deſ. *vale, & de libello, quem pollicitus fuiſti cogites oro. Ex Mediolano*. Digna eſt haec Epiſtola, quae integra proferatur in lucem; ex qua etiam patet Thomam Reatinum in carcerem quoque publicum Poggii opera, de Pontificis mandato fuiſſe coniectum.

IV. pag. 13. Ducis Mediolani Epiſtola eruditiſſimo viro, amico noſtro dilectiſſimo Poggio, civi Florentino, Secretario Apoſtolico. Inc. *Ex quorumdam noſtrorum relatione fidelium intelleximus, eruditiſſime vir, amice noſter dilectiſſime, ſaepenumero te queſtum extitiſſe. Florentinos cives a nonnullis impudenti quadam, & ſatis proterva appellatione, caecos dici*. Deſ. *ſolidam ac felicem exoptamus libertatem. Vale, amice noſter dilectiſſime. Ex Caſtro noſtro Portae Iovis. Candidus compoſuit*.

V. pag. 15. *b*. Poggii Epiſtola Ioanni Spelibergenſi. Inc. *Conſiſus dudum non eloquentia, quae nulla in me eſt, ſed tua humanitate atque in me benevolentia miſi ad te diſputationem habitam nuper a me cum Guarino noſtro ſuper Scipionis Caeſariſque praeſtantia*. Deſ. *ad te deferantur. Vale*.

VI. pag. 16. Eiuſdem Epiſtola Guarino. Inc. *Hodie accepi abs te litteras, & ſimul a doctiſſimo viro Ioanne Spelibergenſi, cui reſpondi paucis verbis, quoniam pluribus ſcribendi tempus non dabatur, quum is, qui attulit litteras diceret ſe in poſterum diem diſceſſurum*. Deſ. *ſed haec hactenus. Scripſi haec manu feſtina, ut potius pauca ſcriberem quam nihil. Vale*.

VII. pag. 16 *b*. Hippocratis Coi Epiſtolae, Rinuccio interprete. Praecedunt duae Epiſtolae, I. Rever. Domino ſuo Domino A. tit. Sancti Chryſogoni Presbytero Cardinali Verden. quae inc. *Hippocratis Coi, cuius maximum exſtat in arte medendi nomen, quaſdam Epiſtolas non contemnendas e Graeco traduxi in Latinum pridie quam Curia pro peſte vitanda ab urbe recederet, ac Sanctiſſimo Domino noſtro Nicolao Papae V. inſcripſi. Earum Epiſtolarum copiam Dominationi Tuae pro debito meae erga te devotionis tranſmitto, nec minus pro egregia & ſingulari eruditione tua in omni genere ſtudiorum*. Deſ. *regnabit corpore virtus. Vale*. II. Sanctiſſimo Domino noſtro Nicolao Papae V. ut in Codice XVII Plutei LIV. Tomo ſuper. pag. 657. §. II ubi tamen deeſt prima Epiſtola, quam modo innuimus.

 VIII.

(1) Haec, & ſequentes tres Epiſtolae non occurrunt in cit. edit.

Digitized by Google

VIII. pag. 32. *b.* Cincii Romani (1) Epiſtola Poggio Papae Secretario. Inc. *Iamdudum quum eſſem in Palatio Apoſtolico una cum gravioribus viris, ſermoque de felicitate humana inter nos caſu haberetur, Antonius de Piſcia nunciavit te ex iuſta uxore, uno filiolo auctum fuiſſe, quae denunciatio cunctis adſtantibus gratiſſima profecto extitit, omneſque uno ore gratulantes optavimus, ut is perpetuae conſolationi, ornamento, praeſidioque tibi ſit.* Deſ. *extremum eſt, ut ad nos, qui deſiderio tuo vehementer movemur propere proficiſcaris; quum autem adveneris, natalitia tui filii ſolemni in convivio celebraturi ſumus, ubi tu huius ſympoſii princeps una cum Graecorum, & Latinorum Philoſophorum coetu aderis; multaque, ut in conviviis fieri ſolet, in medium ponentur, praeſertim diſputatio de voluptatis natura, quae profecto patronos habebit acerrimos, quum in defenſionem ſuae cauſſae, epularum ſuavitate, crebriſque poculis, ſenſibus iucunditatem ita infundet, ut hi, blanda quaſi mercede allecti, pro ipſius dignitate tuenda acutius diſputaverint. Ego etiam qui hanc ipſam voluptatem acerbiſſimis verbis inſectatus ſum, ab hominibuſque exterminandam eſſe cenſui, fortaſſis eam in gratiam rediiſſe profitebor. Vale*

IX. pag. 35. Epiſtola ita inſcripta: *Ven. Cardinalis Nicaenus manu propria Venerab. Patri D. Beſſarioni Ordinis S. Benedicti ſocietatis S. Iuſtinae, & Abbati S. Severini Neapolis. Romae ſcripta V Auguſti MCCCCLXX* Inc. *Deplorabam, mi Beſſarion, Chriſtianitatis calamitatem, & crudelem Negropontis everſionem, quum litterae tuae mihi redditae fuerunt* Deſ. *nec erit grave, aut difficile divinae liberalitati homunciones perquam brevi tempore, quod nobis reliquum eſt, ſatiare. Vale in Domino, & ora pro populi Chriſtiani ſalute, & meipſo.*

X. pag. 37. Stephani Cancellarii, nomine Peruſinorum Epiſtola Illuſtriſs. & Excelſis D. Dominis Prioribus Libertatis, & Vexillifero Iuſtitiae Populi Florentini, tamquam Patribus noſtris colendiſſimis. Inc. *Certiores facti de mente Summi Pontificis pro conſueto more ſuo benigne nobis concedentis, quod iuxta formam & diſpoſitionem Bullae ſuae, cuius particulae exemplum ſuperiori triennio Excellentiis Veſtris miſimus, in ſocietatem renovati nuper foederis cum Sereniſs. Rege Neapolitano, & Illuſtriſs. Mediolani Duce vobiſcum veniamus.* Deſ. *re magis, quam verbis ſemper reſpondemus. Valete feliciter. Peruſiae.*

*Stephanus Cancell.*

XI. pag. ead. *b.* Luciferi, vel Letiferi Epiſtola de Simonia cum hoc titulo: *Lucifer princeps tenebrarum, triſtitiae profundi archiregnum imperia, Dux Erebi, Rex Inferni, rectorque gehennae &c. Univerſis & ſingulis filiis ſuperbiae, praecipue modernae Eccleſiae Principibus, de quibus noſter adverſarius Ieſus Chriſtus per Prophetam praedixit: Odivi Eccleſiam malignantium ſalutem, quam vobis optamus, & noſtris obedire mandatis, ac prout incepiſtis parere legibus Satanae, noſtrique iuris praecepta iugiter obſervare.* Inc. *Dudum ſiquidem Chriſti Vicarius, & ſequentes eius veſtigia ſignis & virtutibus conſtanter, & degentes ſub paupere vita, per ipſorum praedicationes, & opera, quaſi totum mundum a noſtrae tyrannidis iugo, ad veram vitam converterant &c.* Deſ. *praeſentibus catervis Daemonum propter hoc ſpecialiter vocatorum ad noſtrum conſiſtorium doloroſum ſuo noſtri ſigilli charactere in robore praemiſſorum.* Videtur haec Epiſtola ſcripta tempore ſchiſmatis Gregorii XII ad Ioannem Dominici Ordinis Praedicatorum, eumdemque Archiepiſcopum Raguſinum, ac S. R. E. Cardinalem ampliſſimum, ac conſpicuae ſanctitatis virum Vid. Cl. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. ccxl.

XII. pag. 40. *b.* Litterae Alphonſi Regis in bello Ferdinandi eius filii adverſus Florentinos, quas ad eos mittit Rex Aragonum, & utriuſque Siciliae, ut in Codice XXVII. Plutei LXXXIX. ſup. huius Voluminis pag. 29[illegible]. § XLVI.

XIII. pag. 41. Reſponſio Florentinorum Regi Alphonſo per Carolum Arretinum eorum Cancellarium. Ibid. §. XLVII.

XIV. pag. 43. *b.* Chriſtophori Mauri Dei gratia Ducis Venetiarum Epiſtola Magnificis & Excelſis Dominis Prioribus Libertatis, & Vexillifero Iuſtitiae Populi Florentini fratribus & amicis noſtris chariſſimis. Ibid. pag. 296. §. LXIII.

XV. pag. 45. Eiuſdem Epiſtola Sereniſs. & Excellentiſs. D Ferdinando Dei gratia Siciliae &c. Regi. Inc. *Quod Regia Veſtra Maieſtas Euboicam cladem vehementiſſime doleat.* Deſ. *& tendere proſpexerint. Dat. in noſtro Ducali Palatio die XXI. Aug. MCCCCLXX.*

XVI. pag. 46. Ferdinandi Siciliae Regis Magnificis & Excelſis Dominis Prioribus Libertatis, & Vexillifero Iuſtitiae Populi Florentini amicis noſtris chariſſimis Epiſtola. Inc. *In magna fluctuatione animi noſtri.* Deſ. *ſed viciſſitudinem poſtulat. Datae in Caſtello noſtro Novo Civitatis noſtrae Neapolis die XVII. menſis Octobris MCCCCLXX*

*Rex Ferdinandus F.*

*A. Secretarius F.*

XVII

(1) Quoniam alibi huius a paucis cogniti ſcriptoris occurrunt ſcripta, animadvertendum eſt ipſum fuiſſe ex nobili familia Ruſtica Romana, Martino V. & Eugenio IV a ſecretis fuit, ut teſtatur Blondus Lib. II. Romae Inſtauratae ita: *Veriſimile eſt* inquit, *Agrippinas* (Thermas) *fuiſſe, quas nunc Pantheon contiguas e regione Minervae conſpicuas aedes Pr[illegible], & Cincii Ruſtici, Collegae noſtri, & Baptiſtae Leonis, atque etiam Georgii Caeſarini Protonotarii videmus eſſe complexas.* Hinc corrigendus eſt Lenfantius, qui in ſua *Poggiana* hunc Cincium de Familia Cincia fuiſſe tradit. Inter Opera, quae Cincius ſcripſit, recenſentur *Oratio edita, & acta per Cincium Romanum ad Imp. Sigiſmundum. Traductio Opuſculi Plutarchi de Virtute, & Militia*, cui praefixit elegantem Praefationem. Eius Epiſtolae duae, quod ſciam, ſunt typis editae, una videlicet in libro, cui titulus eſt *Poggiana*, alia in *Diatriba* praeliminari Ang. Mar. Cardinalis Quirini ad Epp. Franciſci Barbari §. I data ad Franciſcum de Fiana ſuum praeceptorem. Quas autem in hoc deſcribit Codice, nondum lucem adſpexit. De eo agunt Io. Bapt. Poggius in Vita Card. Capranicae, Recanatus in Vita Poggii, & in *Poggianis*, Mandoſius in Biblioth. Rom. Ambroſius Camald. Philelphus, Leonardus Arretinus, & Poggius in Epp.

Digitized by Google

XVII. pag. 47. *b.* Ducis Mediolani, Papiae, Angleriaeque Comitis, ac Ianuae Domini Epiſtola, quae cui ſcripta ſit non adparet ſed forte Florentinis. Ita vero ſe habet: *Habemus nuper feliciſſima nova de victorioſa, & triumphanti claſſe noſtra Ianuenſi, quae hoſtilem armatam Regis Aragonum apud Caietam ex toto conflixit, captis, ut recitant litterae per nos habitae, ipſo Rege, & duobus fratribus ſuis, videlicet Rege Navarrae, & Magiſtro S. Iacobi, Principe Tarantae, Duce Sueſſae, & filio Domini Chriſtophori Caietani, & Comitis Fundorum, aliiſque Baronibus ſecum exſiſtentibus, excepto Infante Don Petro, & Principe Salerni, captis etiam navibus & navigiis ipſius armatae, omnibus gentibus hoſtilibus, quae ſuper ea militabant. Hanc ideo tam fortunatam victoriam, ſicut & alia quaeque bona recognoſcentes a clementiſſimo Deo noſtro, volumus quod in ipſius reverentiam, & glorioſiſſimae matris ſuae, totiuſque regni caeleſtis laudem, & gloriam, triduanas illico proceſſiones ſolemniſſime fieri faciatis, cum luminoſis excelſiſque falodiis, & amoenis pulſatibus campanarum, in ſignum gaudii ſemper memorandi. Dat. Mediolani die XX. Auguſti MCCCCXXXV.*

*Aloyſius Secret.*

XVIII. pag. 48. Sequitur ob avulſam paginam fragmentum alterius Epiſtolae, ut videtur, eiuſdem Ducis Mediolani, non abſimilis ſuperiori, cuius ultima verba ſunt: *quod ſtupende & mirabile dictum eſt. Dat. ut in litteris ſuperioribus.*

*Aloyſius.*

XIX. pag. ead. Eiuſdem Ducis Mediolani alia Epiſtola. Inc. *Dilectiſſimi noſtri. Cantate Domino canticum novum, & in laetitia Deo Max. iubilate.* Deſ. *excelſa & luminoſa falodia fieri faciatis, cum ſonis cunctarum campanarum. Dat. Med. die XXIX. Sept. MCCCCXLII.*

*Marcolinus.*

XX. pag. ead. *b.* Eiuſdem alia. Inc. *Dilectiſſimi noſtri. Factum eſt divina opera, quae iuſtis pariter & in ſe ſperantibus mirabiliter ſemper favet, ac induſtria, & praeſtanti virtute magnanimi & fortiſſimi Capitanei noſtri Generalis, gentiumque noſtrarum, quod hoſtilis armata, quae in lacu Gardae diebus iam pluribus erat, & noſtris offenſis, & damnis inſiſtebat, penitus conflicta & deſtructa remanſit, captis gentibus hoſtilibus, quae inibi tam per terram, quam per aquam militabant, & inter ceteros notabiles viros, captus eſt Thaddaeus Marcheſius &c.* Deſ. *& feſtivis ſonitibus campanarum. Dat. Med. die XXVII. Sept. MCCCCXXXIX.*

*Vrbanus Secret.*

XXI. pag. 49. Priorum Artium & Vexilliferi Iuſtitiae Populi Florentini ad Regem Aragonum Epiſtola. Inc. *His proximis diebus, Sereniſſ. & Glorioſiſſ. Princeps, pater, ac benefactor noſter ſingulariſſ. Bernardum Medicem, civem nobis chariſſimum, V. M. ob ea, quae ei nota ſunt Oratorem mittebamus.* Deſ. *efficiatur. Dat. Flor.*

XXII. pag. ead. Eorumdem Epiſtola ad quemdam Cardinalem. Inc. *Et litteris, & nuntiis heſterna die certiores facti ſumus Bernardum Medicem &c.* D. ſ. *quam bene valere optamus. Dat. Flor. die X. Iul. MCCCCXLVI.*

XXIII. pag. 50. Caroli Arretini Epiſtola, nomine Reip. Florentinae, ad quemdam Principem. Inc. *Quantum gaudii, quantum laetitiae.* D. ſ. *noſtros denique univerſos cives, & mercatores V. Sereniſſ. dominationi iterum atque iterum commendamus.*

XXIV. pag. ead. *b.* Alia, forte eiuſdem, Duci Genuae, & duodecim Viris Libertatis. Inc. *Illuſtriſſ. & Excelſe Domine, voſque fratres & amici noſtri chariſſ. Magnificus vir D. Spinetta de Campofregoſo, qui ſub tutela noſtrae Reip. eſt.* Deſ. *quibus placere cunctis in rebus ſemper prompti & parati ſumus. Dat. Florentiae.*

XXV. pag. 51. Caroli Arretini Epiſtola cuidam Comiti, nomine Reip. Flor. pro Nicolao Zato. Inc. *Fama veſtrae in omnes inſignae, veſtraeque in noſtram Remp. benivolentiae.* Deſ. *cui libenter omnibus in rebus placere parati ſumus. Dat. Flor.*

XXVI. pag. ead. *b.* Priorum & Vexilliferi Iuſtitiae Populi Florentini Duci Burgundiae Epiſt. Inc. *Noſtra Reſp. Illuſtriſſime Princeps = Freti igitur hac noſtra conſcientia, & praecipua erga Vos caritate, & obſervantia non dubitamus quemdam iuvenem ex clariſſima noſtrae civitatis Altovitorum familia, cui Octavianus nomen eſt, in praeſentia commendare apud V. Celſitudinem, apud quam ſemper noſtros cives ſatis commendatos fuiſſe iampridem experti ſumus.* Deſ. *omni ſtudio exoptat. Dat. Flor.*

XXVII. pag. 52. Franciſci Philelphi Epiſtola ad quemdam ſuum diſcipulum. Inc. *Etſi nihil habebam novi quod ad te ſcriberem, tamen quum Matthaeus Stella probus adoleſcens repeteret Genuam, nequaquam ſum paſſus eum meis litteris vacuum ad te ire.* Deſ. *Antonium nobilem virum, mihique amiciſſimum, quod omiſeram, verbis meis plurimum ſalvere iube.*

XXVIII. pag. ead. *b.* Guarini Veronenſis Epiſtola dulciſſimo Mariotto. Inc. *S. V. B. E. E. Q. V. Eadem hora, & binae abs te mihi litterae redditae ſunt, & tabellarius Veronam ſaepe petere mox velle dicit.* Deſ. *de Bibliotheca Papienſi, per Lucium noſtrum, id quod deſideras, haberi non poteſt; licet enim homo ſit eruditus, tamen illorum librorum eruditionem non habet. Vale iterum.*

XXIX. pag. 53. *b.* Senenſium Epiſtola ad Volaterranos. Inc. *Superioribus noctibus, Magnifici viri, amici chariſſimi, nonnulli pedites tenentes iter per devia locorum regionis noſtrae in agrum ditionemque noſtram devenere, ſuſtuleruntque pecora quaedam noſtrorum hominum, inque Berignonem arcem deſertam, quam prius furtim occuparant, confugerunt.* Deſ. *quotidie oſtendemus. Dat. Senis.*

*Priores & Gubernatores Communis, & Capitaneus populi Civit. Senar.*

XXX.

Digitized by Google

XXX. pag. 54. Hieronymi de Ronco Epiſtola, nomine civitatis Vulterrarum, ad Senenſes, in adventu Regis Aragonum. Inc. *Magnifici & potentes Domini, maiores, fratres plurimum honorandi &c. Haeſitabamus ante in animis noſtris*. Deſ. *grata fore intellexerimus. Datum Vulterris.*

*Priores Populi, & Communis civitatis Vulterrarum.*

XXXI. pag. 55. Anonymi Regula ad punctos (*ſic*) litterarum cognoſcendum. Inc. *Quoniam ſcribere ſine partium diſtinctione*. Deſ. *alii alios ſuperaddunt; ſed iſti ſufficiant.*

XXXII. pag. ead. *b.* Fratris Ioannis Peruſini, Prioris Monaſterii S. Barptolemaei Ordinis Montis Oliveti (1), Epiſtola praeſtantiſſimo, & Magnifico viro Coſmo de Medicis. Inc. *Miraberis fortaſſis, clariſs. ac praeſtantiſs. vir = Quum aliquando ipſe in agro Florentino ſuperioribus annis praefuerim, licet indigne, Abbatiae S. Miniatis, demum S. Barptolemaei, quod Montis Oliveti vulgo appellatur, cernens oculis non ſine ingenti animi maerore eiuſdem Monaſterii aedificia vetuſtate paene collapſa, & prope diruta, omnemque fabricam brevi minari ruinam, vehementer etiam atque etiam indolui, quod in tanta, & tam praeclara Etruriae, immo totius Italiae urbe, quae Dei numine, florentibus opibus, multitudine, potentia, ac principatu terrae, mariſque floret, ubi te auctore, & duce magnificentiſſime tot celeberrima templa, tot aedes ſacrae refectae, tot Monaſteria cum omni ornatu infinitis prope ſumptibus Deo immortali dedicata, tot denique aedificia regie ſplendideque conſtructa, quae ſingula mihi ſaepenumero contemplanti, praeclara, & admirabilia videri ſolent; hoc ſolum S. Barptolemaei Coenobium, proh dolor! inertia atque ignavia quadam deſtitutum, deſertum, & quodammodo ab omnibus derelictum eſſe videatur; praeſertim quum is locus, quemadmodum conſpicari licet, ſit, & natura, & ſitu haud dubie omnium praeſtantiſſimus. Id namque Monaſterium, quod, ut mihi perſuadeo, & te non praeterit, eſt vetuſtate ipſa longe ſanctius, atque inſigne patrum veſtrorum memoria, inter reliqua Monaſteria, tam in urbe, quam extra muros Deo ac Domino noſtro pie & religioſe dicata, ſacratiſſimae Religionis noſtrae a primordio fuiſſe manifeſtum eſt. Eſt inſuper urbi proximum, in altum aliquanto evectum, Arno fluenti expoſitum, ſitu quidem, ut dixi, pulcherrimum, ſalubritate ac caeli temperie, ſupra quam dici poteſt, planitie herbida, ac denſis praeterea arboribus conſita amoeniſſimum, & apricum, ubi ſurſum perlevi adſcenſu patuerit* (ſic), *& ut parciſſime dicam, uſque adeo religioni & monaſticae diſciplinae ac ſolitudini quietique accommodatum, ut nemo alterius laetioris eremi adſpectum debeat appetere.* = Pag. 58. *b. Tu enim is es, qui non voluptatem, malorum omnium matrem, ſed gloriam ex his ſumptibus quaerere ſoles. Quid dicam de Bibliothecis, ubi tanto ſtudio, & diligentia coëgiſti libros plurimos Graecos, Hebraeos pariter & Latinos, quo ſtudioſi & litterati homines, tamquam in amoeniſſimum quoddam Muſarum diverſorium ſe conferre poſſint?* Deſ. *plura ad te cohortandum ſcriberem, niſi & pro ſe clara voce res ipſa loqueretur, & te tua ſponte ſatis incitatum eſſe conſiderem. Vale, clariſsime atque praeſtantiſsime vir, & nos opportuniſsime, pluſquam ſatis plurimumque commendatos habe. Kal. Martii ante lucem.* Huius Epiſtolae, tamquam lucis expertis, ſpecimina quaedam protulerat Cl. Mehus in cit. Praef. ad Ambroſ. Camald. Epp. pag. CCCLXXV.

XXXIII. pag. 59. *b.* Dominici Galletti Epiſtola Venerabili & praeſtanti viro N. Corbizo. Inc. *Valitudinem tuam mirifice deſidero.* Deſ. *qui quanto minus ſcribunt, tanto plus amant. Vale, & me Nicolao Corbizo viro integro ac litterato plurimum commenda.*

XXXIV. pag. 60. Ioannis Ser Gherardi Piſcientis Petro Pacino. Inc. *Elapſo iam menſe, diebuſque quamplurimis.* Deſ. *cuius fore te teſtem intellexeram. Flor. pridie Non. Iunii MCCCCLXXI.*

XXXV. pag. 61. Barptolemaei Galeotti Piſcienſis Petro Pacino Piſcienſi. Inc. *Ita votis meis faveat Deus, ut quintus iam menſis agitur.* Deſ. *ego, ut ſcis, Iuri Civili operam do; quid denique agat ex tuis litteris intelligere non potui.*

XXXVI. pag. 62. Eiuſdem eidem. Inc. *Ita votis meis faveat Deus, ut decimus iam agitur menſis* Deſ. *& me abſentem, ut facis, ama. Senis.*

XXXVII. pag. ead. *b.* Nardii Palmerii Sanctiſſimi D. N. Papae Cubicularii Hieronymo Pacino. Inc. *Etiamſi, nec litteris, nec nuntiis mihi ſignificaſſes, quod me amares.* Deſ. *non ſum, mihi crede, defuturus. Vale, mi Columbe, & me ama. Ex Vrbe die X. Octobris.*

XXXVIII. pag. 63. Antonii Betti Piſcienſis Fratri Nicolao de Vercellis. Inc. *Vehementer gratulatus ſum, quum tuas offendi litteras.* Deſ. *ſatis enim multa mihi ſcripſiſſe iam videor. Plura alias. Capuae.*

XXXIX. pag. 65. Antonii Piſcienſis Philippo de Bonagratiis Piſcienſi. Inc. *Poſtquam ad te miſi libellum illum una cum litteris meis, nullas habui ex te.* Deſ. *maiorem nobis pacis ſignificationem faciunt, quae utinam bona, felix fauſtaque ſit. Vale. Capuae.*

XL. pag. 65. Eiuſdem Magnifico Petro de Noxeto Apoſtolico Secretario. Inc. *Haec miſſio, quae* [illegible] *iucunda gratia.* Deſ. *tuque me in ſervorum tuorum numero reputaris. Vale.*

XLI.

(1) Huic Ioanni Peruſino data eſt Epiſtola quaedam autographa Alvari Epiſcopi Silvenſis, quae in tabulario Olivetano eiuſdem Ordinis adſervatur, ita inſcripta: *Reverendo Patri Fratri Ioanni de Peruſio Prior. S. Bartholomaei extra muros* [illegible] *Ordinis Montis Oliveti digniſſimo amico ſuo* [illegible] *honorando.* [illegible] *ſcripta eſt feſtinanter in Urbe X* [illegible] *MCCCCLXI.* Huius in calce legitur [illegible], *ſi Miſſale eſſet completum.* [illegible] *quem ligavit Veſpaſianus* (Li[illegible] Florentinus) *tranſmitteretur mi*[illegible]

XLI. pag. 67. *b.* Eiuſdem Thaddaeo Piſcienſi praeceptori ſuo. Inc. *Franciſcum fratrem mihi chariſſimum Florentiae eſſe audio*, Deſ. *quantum ſucceſſeris in re mea, in dies litteris fies certior. Vale*.

XLII. pag. 68. Eiuſdem Rever. in Chriſto Patri D. Leonardo ( de Salutatis ) Piſcienſi, Epiſcopo Feſulano. Inc. *Qui ſero gratulantur iis, quibus bene eſſe volunt, quum in dignitate elati ſint, reprehendi profecto non debent, ſi ignoratione aliqua tardaverunt. Opinor te noviſſe, quibus regionibus iam prope quadriennium contriverim, quo, propter itineris longitudinem, raro mihi novi aliquid ferebatur. De te igitur quae magno honore contigerunt, quaeve ego ſemper optaveram, nuſquam mihi nuntiata fuerunt*. Deſ. *unum additum eſſe reputaris. Vale. Nonis Februariis*.

XLIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Lucae Piſcienſi. Inc. *Vſque a teneris annis quum eadem erant utriuſque noſtrûm ſtudia, vitaque communis = Nos ad Kal. Maias Romam proficiſci cogitamus, niſi civitas prematur peſte, qua apud nos dicitur iam multum invaſum iri; atque ii rumores, qui afferuntur de Romano aëre inſalubri vehementer nos commoverunt, diſtraxeruntque meum Pontificem, qui iampridem iter facere conſtituerat; quae ſi infectio totam aeſtatem perget, quod malum Deus auferat, per multa oppida ſaluberrimi aetheris ſolatii cauſſa vagabimur; ſin minus, e veſtigio, ubi deſtiteris, ad Vrbem properabimus. De mea autem voluntate ut ſis certior, nihil eſt, quod malim, quam Romam petere multis cauſſis*. Deſ. *Leonardo Iuriſconſulto plurimum commendatus eſſe volo, ceteros noſtros ſalvere iubeo. Tu me ama, ut ſoles, ac ſaepe ſcribas. Vale. Capuae*.

XLIV. pag. 70. *b.* Eiuſdem Philippo Bonagratio Piſcienſi. Inc. *Haec ſcribens ambigebam, an Romae eſſes; nam erat mihi renuntiatum te adveniſſe*. Deſ. *Leonardo Iuriſconſulto, ſi Romae eſt, me voce commenda; ſi abeſt, per litteras. Te bene valere aveo, cui rei conſulo, ut indulgeas. Vale, teque amantem dilige, & defende*.

XLV. pag. ead. Antonii Betti (1) Magiſtro Thaddaeo praeceptori ſuo. Inc. *De omnibus negotiis, quae ad me pertinere viderentur*. D.ſ. *ſi quod facile conſequetur ſua opera*.

XLVI. pag. 71. Eiuſdem eidem. Inc. *Etſi ſcribendarum litterarum labor*. Deſ. *ut, me praeſente, facere non deſinebas. Vale*.

XLVII. pag. 72. Eiuſdem Matthaeo Corſino civi Florentino. Inc. *Philippus Philippi noſtri frater ad nos profectus nuntiavit mihi, primo de tua valetudine ſciſcitanti, Provinciam noſtram tibi in proximum Vicariatum obtigiſſe*. Deſ. *perexigua videatur exſtitiſſe. Vale*.

XLVIII. pag. ead. *b.* Ioannis Archiepiſcopi Capuani Reverendiſs. D. Cardinali Meſſanenſi. Inc. *Etſi praeſens, quum Capua iter feciſti, tecum egi, ut biduo antea me faceres de tuo reditu certiorem*. Deſ. *cui me iampridem tradidi, commendavique*.

XLIX. pag. 73. Eiuſdem Reverendiſs. D. Cardinali de Vrſinis. Inc. *Etſi mihi ſemper fuit apertiſſimum propter ampliſſima merita R. D. T. ita fore, ut ad ſummum dignitatis gradum efferreris, tamen incredibili gaudio ſum affectus, quum mihi de tua promotione renunciatum eſt*. Deſ. *quoad facultas patietur efficiam. Vale feliciter*.

L. pag. ead. *b.* Eiuſdem Reverendiſs. D. Cardinali Sanctae Mariae Novae. Inc. *Reddidit mihi litteras R. D. T. Dominus Iacobus Procurator, cui eam fidem praeſtitiſti, quam a me per litteras contendebas*. Deſ. *valere deſidero*.

LI. pag. ead. Eiuſdem Rever. D. Cardinali Vicecancellario, Epiſcopo Portuenſi. Inc. *Etſi mihi non eſt ambiguum*. Deſ. *quae mihi ipſi conferuntur. Valeat T. R. D. Capuae*. Gregorium quemdam Thuſcum, qui erat apud Neapolis Regem, ei commendat.

LII. pag. 74. Eiuſdem Baptiſtae de Calziis Iuriſconſulto. Inc. *Hic ſtudens Neapolitanus, qui ad nos iter fecit, tua mandata mihi diligenter expoſuit*. Deſ. *omnes vitam degere ſoſpites. Vale. Capuae*.

LIII. pag. ead. *b.* Antonii ( forte Betti ) Piſcienſis cuidam ſuo amico. Inc. *Vir eloquentiſſime, & mihi tamquam pater & benefactor &c. Antonius litteras ad me pridie dedit, quae maxima me laetitia affecerunt*. Deſ. *& ſi quid eſt, quod a me velis, iube. Vale*.

LIV. p. 75. Eiuſdem reſiduum cuiuſdam Epiſtolae. Inc. *In praeſentiarum nactus ſum ſcribendi occaſionem optimam, & mihi paene neceſſariam; nam Fr G. Provincialis Carmelitenſis Ordinis huiuſce Provinciae, vir bonus, familiariſque meus, a Generali eiuſdem Ordinis Romam acceſſitus eſt, mandato arctiſſimo*. Deſ. *me trado ac commendo. Vale*.

LV. pag. ead. *b.* Chriſtophori Landini de Prato Veteri Laurentio Medici maximae urbis ſpei. Inc. *Ego quum abs te, ut in ceteris omnibus rebus, ſic in huiuſcemodi petitione, qua in Secretariorum numerum adſcitis exopto*. Deſ. *ut modo ipſe mihi non deſim, ſatis ſuperque futura ſit*. Huius Epiſtolae excerpta dedi in meo Specimine Litteraturae Flor. Tom. I. pag. 97. & 181. & in Collectione veterum aliquot Monum. a pag. 1. ad pag. 9.

LVI. pag. 80. Exempla duarum breviſſimarum Epiſtolarum ſine nomine auctoris.

LVII. pag. ead. *b.* Franciſci Viviani, perfectae indolis Ioanni Caniſiano Antonii Domini Ioannis filio diſcipulo. Inc. *Si vales bene eſt, nos quidem omnes tui valemus. Non parvo dolore afficior, mi ſpectatiſſime Ioannes, quod a me diſceſſeris*. Deſ. *de tuis rebus, quemadmodum res autem eſt, aut futura ſit, fac nos certiores*.

LVIII. pag. 81. Hieronymi Aliotti Arretini, Abbatis Sanctae Florae, Epiſtola Nicolao Corbizo. Inc. *Omnes homines, quos equidem noverim*. Deſ. *nihil eſt, quod mihi hoc tempore gratius poſſit obtingere. Vale*. Inter Epiſto-

(1) Hic Antonius Betti Piſcienſis A. MCCCCLXIII. dum Romae munus exerceret, ut vocant, Abbreviatoris *de Parco Maiore*, Librum ea de re compoſuit, magno tunc in pretio habitum, ut refert Franc. Galeottus in Memorabilibus Piſcienſibus Mss.

ſtolas Aliotti Arretii per Mich. Bellottum MDCCLXIX. 4. Tom. I. pag. 450.

LIX. pag. ead. *b.* Eiuſdem Iuliano Coppino Canonico Pratenſi. Inc. *Onufrius noſter, quem ad te miſeram.* Deſ. *& agibilibus negotiis non ineptum.* Ibid. pag. 355.

LX. pag. 82. Eiuſdem eidem. Inc. *Quid tibi, Iuliane, queam reſpondere.* Deſ. *conſuetuda patitur. Vale.* Ibid. pag. 354.

LXI. pag. 83. Eiuſdem eidem. Inc. *Mallem ego amicis meis modeſtus eſſe.* Deſ. *tua diligentia ſuperabis.* Ibid. pag. 350.

LXII. pag. 84. Eiuſdem Franciſco Coppino, Epiſcopo Interamnenſi. Inc. *Dii mihi vertant in bonum.* Deſ. *amicis tuis liceat gratulari.* Ibid. pag. 445.

LXIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem eidem. Inc. *De Praeſulatu tuo equidem non minus gratulor.* Deſ. *potuiſſe ac poſſe. Vale.* Ibid. pag. 391.

LXIV. pag. 85. *b.* Eiuſdem eidem. Inc. *Vix tibi redditas.* Deſ. *adipiſci non poſſim. Vale.* Ibid. pag. 353.

LXV. pag. 86. Eiuſdem eidem. Inc. *Si mentes hominum.* Deſ. *quem cupere audio D. tuam. Vale.* Ibid. pag. 339.

LXVI. pag. 87. Eiuſdem eidem. Inc. *Si voluero apud te ſilentium meum purgare.* Deſ. *nec uſquequaque inutilis. Vale.* Ibid. pag. 291.

LXVII. pag. 88. Eiuſdem eidem. Inc. *Nullas umquam ad te litteras dedi.* Deſ. *omnes conſentire exiſtimo. Vale.* Ibid. pag. 297.

LXVIII. pag. 90. Eiuſdem eidem. Inc. *Hieronymus noſter monachus Florentinus.* Deſ. *externa fiet &c.* Ibid. pag. 293.

LXIX. pag. 91. Calumathi Arretini Epiſtola quaedam conſolatoria ad quemdam Achillem Senenſem, amicum ſuum. Inc. *Geminianenſi munere functus, patriam & proprios lares repetii, & ſuperioribus diebus e foro domum redeunti avunculus meus Donatus, Tarlati noſtri litteras legendas tradidit, quibus intellexi te noviſſimo filio orbatum fuiſſe.* Deſ. *& familiam tuam meo nomine ſalvam face. Vale.*

LXX. pag. 93. Hieronymi Aliotti Epiſtola Franciſco Coppino ſuo. Inc. *Varia eſſe vocationum genera non ignoramus; ſaepe quidem illabitur, ſeque inſinuat peccatorum mentibus Salvator noſter dulcedinem quamdam & praeguſtationem ſupernae illius beataeque gloriae ſecum afferens &c.* Deſ. *minime tradenda litteris. Vale.*

LXXI. pag. 94. Eiuſdem Dieciaiuti ſuo. Inc. *Quod multa hactenus.* Deſ. *multifaciendam eſſe.*

LXXII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Leonardo Datho. Inc. *Non prius ego deſiſtam commendare.* Deſ. *aſpernari conſueveris. Vale.* In cit. Tom. I. pag. 471.

LXXIII. pag. 95. Eiuſdem Coppino. Inc. *Amici mei omnes.* Deſ. *devolutam eſſe intelligo. Vale.* Ibid. pag. 303.

LXXIV. pag. ead. Eiuſdem L. Datho Secretario Apoſtolico. Inc. *Ex meo nuntio, quem ad Regni partes dimiſeram intellexi, R. D. V. in mea calamitate magnopere condoluiſſe.* Deſ. *ſemper fuerunt. Vale. Ex Caſtro Quaratae.*

LXXV. pag. ead. *b.* Eiuſdem eidem. Inc. *Quum primum intellexi.* Deſ. *virtus repoſcit. Vale.* Ibid. pag. 469.

LXXVI. pag. ead. Eiuſdem eidem. Inc. *Clarus Iuriſconſultus D. Ioannes de Roſellis.* Deſ. *fuiſſe fortitos. Vale.* Ibid. pag. 474.

LXXVII. pag. 96. Eiuſdem eidem. Inc. *Nicolaus de Catenaccis concivis meus.* Deſ. *& in tuis ſervis adſcribe. Vale felix.* Ibid. pag. 477.

LXXVIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem eidem. Inc. *Mos eſt tubicinarum.* Deſ. *cetera per noſtrum Baccium coram intelliges. Vale. Oro Dominationem tuam, ut quum primum Romae videris Thomam de Caſtello Secretarium R. D. L. Peruſini, coram illi gratias agas, quod D. T. ratione habita operam & favorem ſuum impendit mihi ad meas pecunias adſequendas, & quamvis illas nondum habui, tamen conſequuturum me ſpero.* Ibid. pag. 478. ſed in fine deſunt quae mox retulimus.

LXXIX. pag. 97. Eiuſdem eidem. Inc. *Si quando me iuvenem rapuit ambitio.* Deſ. *longe maiorem.* Ibid. pag. 484.

LXXX. pag. ead. *b.* Eiuſdem eidem. Inc. *Res profecto indigna eſt, ut is, qui ſervis tuis primariis in hac urbe amicitia eſt coniunctiſſimus, tibi quoque non ſit charus & gratus. Ser Baptiſta de Catenaccis Procurator eſt D. Abbatis de Agnano, itemque mei Monaſterii. & S. Michaëlis.* Deſ. *ementiri non poſſe. Vale.*

LXXXI. pag. ead. Eiuſdem eidem nomine DD. Priorum Arretii. Inc. *Alienigenae & peregrini officioſam humanitatem veſtram experiuntur; nos igitur, qui non modo vos civem noſtrum exiſtimamus, ſed potius patrem patriae ob multas clientelas. & civium, & Praelatorum noſtrorum. quas in hac civitate noſtra D. V. habere non ignoramus &c.* Deſ. *nobis valeant. Vale.* Nicolaum, & Baptiſtam de Catenaccis, uterinos fratres commendat.

LXXXII. pag. 98. Eiuſdem ad Carolum Arretinum eloquentiſſimum. Inc. *Fuiſſe mihi hactenus.* Deſ. *ad tua littora annuantem fove. Ex Quarata.* In cit. Tom. I. pag. 259.

LXXXIII. pag. 99. Eiuſdem ad Poggium virum eloquentiſſimum. Inc. *Quam te obſervem.* Deſ. *& conquieſcam tibi. Te oro, mi Poggi, quae ad te mitto nemo alius videat; quae movet me cauſſa, haudquaquam eſt levis. Vale.* Ibid. pag. 51. ubi tamen deſinit in verbis: *& conquieſcam tibi.*

LXXXIV. pag. ead. *b.* Poggii ad Hieronymum monachum Arretinum. Inc. *Quemadmodum, mi Hieronyme.* Deſ. *ego tuus ſum. Vale, & me ama.* Inter Aliotti Epiſtolas Tom. II. pag. 379.

LXXXV. pag. 100. Hieronymi Aliotti Ioanni Tortello Arretino, inſigni Theologo. Inc. *Quod apud ſaeculi homines.* Deſ. *me ſuſtineant.* In cit. Tom. I. pag. 212.

LXXXVI. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Quod apud Pontificem migraveris,* tan-

Digitized by Google

*tantum tibi gratulor, quantum ſcio*. Deſ. *ſentiamus elatum*. Ibid. pag. 224.

LXXXVII. pag. ead. Eiuſdem ad Franciſcum Caſtilionenſem. Inc. *Romanum eſt elogium*. Deſ. *quoad noſtra inopia patietur. Vale*. Ibid. pag. 219.

LXXXVIII. pag. 101. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Incredibilis humanitas tua*. Deſ. *& meapte natura libens faciam. Vale*. Ibid. pag. 222.

LXXXIX. pag. 102. Eiuſdem anepigrapha (forte ad eumdem). Inc. *Accepi litteras tuas, quibus annexae erant alterae Ioannis ad fratrem*. Deſ. *caſu hodie ad Curiam Romanam ſcribens, id miſi ad Vegium, qui harum rerum inſignis eſt artifex, & habetur per haec tempora poëta clarus. Vale*.

XC. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Nutu Dei factum ex ſummo*. Deſ. *hinc abiturum ſuadeant. Vale*. Ibid. pag. 246.

XCI. pag. 103. *b*. Eiuſdem Antonio Notario. Inc. *Eam ſemper fuiſſe fidem*. Deſ. *& per hunc tabellarium, quem ob hoc vobis ſolum miſi reſponde*.

XCII. pag. 105. Eiuſdem ad praeſtantem & eruditum adoleſcentem Thaddaeum. Inc. *Ea vis eſt ac natura virtutis*. Deſ. *ſed libris potius, quam voluminibus tecum agemus. Vale*. Ibid. pag. 111.

XCIII. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad Pium Secundum Pont. Max. Inc. *Si ego, B. P. ex eorum me numero eſſe intelligerem*. Deſ. *egoque interea ſcribendo diſtineor*. Ibid. pag. 415.

XCIV. pag. 107. Pii Secundi Petro Medici, Coſmi filio. Inc. *Dilecte fili &c. Intelleximus nuper Coſmum patrem tuum ex hac vita migraſſe*. Deſ. *hoc te non ignorare volumus. Dat. Anconae ſub annulo Piſc. die VIII. Aug. MCCCCLXIV. anno Pont. noſtri ſexto*. Non eſt inter Epiſtolas Aeneae Silvii alias cit. Baſil. edit. una cum reliquis eius Operibus A. MDLI. fol.

XCV. pag. ead. *b*. Hieronymi (ſc. Aliotti) Rev. Patri D. Mariotto Generali Camaldulenſi erecto gratulatoria. Inc. *Gratulor tibi*. Deſ. *vale in Chriſto Pater & Domine ſemper mihi venerande*. In cit. Tom. I. pag. 326.

XCVI. pag. 109. *b*. Eiuſdem Rever. P. D. Philippo de Medicis Epiſcopo Arretino. Inc. *Nemo eſt tam hebes & tardus*. Deſ. *his meis applauſibus cohortarer. Vale*. Ibid. pag. 386. tribus verſibus in fine longior.

XCVII. pag. 112. Eiuſdem Epigramma ad D. Carolum de Forma Neapolitanum, Tribunum Militum D. Roberti de Aragonia, olim de Sancto Severino pro eius amica Camilla. Inc.

*Inter Amazonias ceu tunc praelata puellas*. Deſ.

*De forma Carolo pulcra Camilla ſuo*. Ibid. pag. 522.

XCVIII. pag. 113. Eiuſdem ad Franciſcum Presbyterum Flor. Inc. *Damna ſperati & exſpectati congreſſus*. Deſ. *mihi ipſi videor*. Ibid. pag. 496.

XCIX. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Me deſerunt verba ad agendas gratias*. Deſ. *meque brevem eſſe iubes. Vale igitur felix*. Ibid. pag. 497.

C. pag. 114. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *His, quas ex te mihi Petrus reddidit*. Deſ. *haudquaquam eſt moris mei. Vale felix. Arretii*. Ibid. pag. 499.

CI. pag. 115. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Heri ad te longiores dedi*. Deſ. *ac mora rem perficies. Vale*. Ibid. pag. 502.

CII. pag. 116. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Eae litterae, quas mihi ex te Raynaldus reddidit*. Deſ. *utraque certe harmonia quadam conſtat ac numeris. Vale*. Ibid. pag. 503.

CIII. pag. 117. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Quas heri ad te obſignaveram muſicales litteras his annexas accipies*. Deſ. *ob eam cauſſam incidamus. Vale felix*.

CIV. pag. 118. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Inclementia iſta caeli & inundantium aquarum profluvia noſtros homines remorantur, quominus iſthuc frequentes accedant*. Deſ. *& odia ob eam cauſſam incidamus. Vale felix*.

CV. pag. 119. *b* Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Ternas ſimul ad te litteras*. Deſ. *inprimis ſalvum eſſe cupio. Vale*. Ibid. pag. 506.

CVI. pag. 120. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Statueram litteris ad te meis modum facere*. Deſ. *uſui noſtro cedere*. Ibid. pag. 509.

CVII. pag. 122. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Hac die IV. Decembris affuit religioſus vir, omnique plenus modeſtia Domnus Placitus una cum Simone clerico*. Deſ. *facto experimento noſcemus. Vale*.

CVIII. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Scripſeram antea per Domnum Placitum iocabundus litteras*. Deſ. *ut ceteros laudabimus. Vale*.

CIX. pag. 123. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Hodie poſteaquam ad te meas breviſſimas obſignaveram, inſperato tuas accepi*. Deſ. *summopere commendabis. Vale*.

CX. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad L. Epiſcopum Arretinum. Inc. *Nemo ignorat R. D. V. adverſus ſervitores ſuos eſſe gratiſſimam*. Deſ. *in ſuum ſervulum contuliſſe*. Ei Paullum quemdam in Notarium Epiſcopalis Curiae proponit.

CXI. pag. 124. Eiuſdem ad Leonardum Dathum Epiſcopum Maſſanum. Inc. *Peculiaris in omnibus humanitas*. Deſ. *non mediocriter commendamus. Vale*. In margine ab alia manu adnotatum eſt ita: *Barbara eſt epiſtola, nihil Latinum redolens, & qui Hieronymum huius Epiſtolae facis auctorem ſine dubitatione mentitur; peccat etiam circa latinitatem, ut docto cuique conſtat*.

CXII. pag. ead. Eiuſdem Arſenio monacho, & Eugenii Pontificis Cubiculario ſecreto. Inc. *Iniuriam videar facere*. Deſ. *nullum habet reſidentiae locum. Florentiae &c*. In cit. Tom. I. pag. 145.

CXIII. pag. ead. *b*. Eiuſdem praeſtantiſſimo viro & eximio Iuriſconſulto D. Franciſco

ſco Coppino, Inc. *Dominus Io. Tortellus Archipresbyter Arretinus, quum ſe ad Curiam conferre ſtatuiſſet*. Deſ. *& concedere aliquid debes. Vale. Florentiae*. Ibid. pag. 144.

CXIV. pag. 125. Eiuſdem eximio Decretorum Doctori D. Nicolao Machoni Piſtorienſi. Inc. *Dominum Ioannem Archiepiſcopum Arretinum*. Deſ. *ut eum tua benivolentia complectaris. Vale felix*. Ibid. pag. 141.

CXV. pag. ead. *b*. Eiuſdem Ioanni (Mattheaotto) Presbytero Sancto. Inc. *Dominus Ioannes Archipresbyter Arretinus, qui ad te cum meis litteris venit*. Deſ. *tecumque maneat, Pater mi & compresbyter venerande. Vale*. Ibid. pag. 142.

CXVI. pag. ead. Eiuſdem doctiſſimo viro Iacobo Rizonio Veronenſi. Inc. *Hominem, qui ad te ſchedulam meam perfert*. Deſ. *nomen illi eſt Ioanni Archipresbytero Arretino. Vale*. Ibid. pag. 143.

CXVII. pag. 126. Eiuſdem Gaſpari Veronenſi. Inc. *Hominem, qui tibi ſchedulam meam reddet*. Deſ. *nomen illi eſt Ioanni Arretino. Vale*. Ibid.

CXVIII. pag. ead. Eiuſdem Reverendiſs. in Chriſto Patri & D. D. Ioanni de Turrecremata Presbytero Cardinali tituli Sancti Sixti. Inc. *Scio me rem gratam facturum*. Deſ. *protegat dies ac noctes*. Ibid. pag. 139.

CXIX. pag. ead. *b*. Eiuſdem Reverendiſs. Patri D. Philippo de Medicis Epiſcopo Arretino. Eadem eſt quae ſupra §. XCVI.

CXX. pag. 130. Eiuſdem nomine Priorum Arretinorum Illuſtriſs. & Excellentiſs. armorum Capitaneo D. Federigo de Monte Feretro, Comiti Vrbini, Eugubii . . . . . . (1) Domino, & Illuſtriſs. Ligae Capitaneo Generali. Inc. *Gambinus poëta, & ob praeclarum ingenium, & ob quietam & innocentiſſimam vitam, inter chariſſimos & dilectiſſimos cives a nobis adſcribitur*. Deſ. *ſcripsis tamen ſuis ac poëmatibus claros evadere*.

CXXI. pag. ead. *b*. Eiuſdem Praeſentino Notario. Inc. *Habeo tibi gratias*. Deſ. *laudandum videtur. Vale*.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. perſpicuo, ſed parum caſtigato charactere exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, & ſtemmate poſſeſſoris in principio, aliquantulum maculatus. Conſtat foliis 131.

## ANG. POLITIANI, ET ALIORVM EPISTOLAE, ET CARMINA.

*Cod. XXXVII.* I. pag. 4. ANgeli Politiani Oratio de Sacramento Corporis Chriſti. Inc. *Etſi ſentio, Patres ampliſſimi, atque ornatiſſimi cives, me plerisque imprudentiorem viſum iri, quod in hoc graviſſimo conſeſſu veſtro, tantaque frequentia, tam celebri die, tam auguſto loco, homo adoleſcens adhuc, nulla dicendi facultate, etiam de Sacroſanctae Eucharistiae myſterio auſim verba facere*. Deſ. *leve onus Chriſti, & ſuave iugum concorditer ſubeamus, tollamus Chriſti crucem, neque nos Redemptoris noſtri patibulum expaveſcamus, ſed & moriamur mundo libenter, fratres, cum Chriſto, ut cum eodem & ipſi in aeternam illam gloriam reſurgamus, ubi beati aevo ſempiterno fruuntur &c.* Videntur haec prima Politiani, adhuc adoleſcentuli, divini ingenii ſpecimina, ignota Frid. Ottoni Menckenio in vita Politiani Lipſiae MDCCXXXVI. 4.

II. pag. 15. *b*. Hermolai Barbari Epiſtola Angelo Politiano. Inc. *Poſt diſceſſum tuum Venetiis ad te ſcripſi numquam*. Deſ. *non magnifica. Vale. Venetiis Idib. Septembr. MCCCCLXXXIV.* In edit. Epiſtolarum Politiani, & aliorum ad eumdem Amſtelaed. impenſis Io. Ianſonii MDCXLII. 12. eſt Epiſt. IX. Lib. I.

III. pag. 16. Angeli Politiani Epiſt. Triſtano Chalcho ſuo. Inc. *Scribis Marianum Genazanenſem*. Deſ. *quamvis utique non deſideres. Vale. XI. Kal. April. MCCCCLXXXIX*, Ibid. Lib. IV. Epiſt. VI.

IV. pag. 17. Eiuſdem Hieronymo Donato. Inc. *Etſi litterarum tuarum ſemper incredibili deſiderio teneor*. Deſ. *ac probitatis geminis exemplaribus commenda. Flor.* Ibid. Lib. II. Epiſt. XII.

V. pag. 18. *b*. Eiuſdem Hermolao Barbaro Patriarchae Aquileienſi, Oratori Veneto. Inc. *Explicare non poſſum*. Deſ. *praetermittam. Vale. Flor. VI. Id. Mart. MCCCCXCI.* Ibid. Lib. I. Ep. XV.

VI. pag. 19. *b*. Hermolai Barbari Epiſt. Angelo Politiano. Inc. *Quod ex ſecundis rebus meis laetitiam incredibilem conceperis*. Deſ. *& barbarus eſſe videar. Vale. Romae pridie Kal. April. MCCCCXCI.* Ibid. Lib. I. Epiſt. XIV.

VII. pag. 20. Angeli Politiani Oratio pro Oratoribus Florentinis. Inc. *Audito Ferdinandi ſapientiſſimi Regis obitu*. Deſ. *demumque fidem numquam Florentinos tuos ulla in re, quaecumque ſors acciderit, defuturos*. In edit. eius Operum Baſileenſi apud Nic. Epiſcopium MDLIII. fol. pag. 510.

VIII. pag. 21. Eiuſdem Oratio altera. Inc. *Quanta nos affici laetitia credis*. Deſ. *ac poſtremo ſecundiſſimos exitus accommodent*. Ibid.

IX. pag. 22. Eiuſdem Epiſt. Antonio Alabantio Bononienſi (2), Generali Servorum. Inc. *Enarrationes illas in Averroëm doctiſſimi vi-*

(1) Evanuit ſcriptura.

(2) De Antonio Alabantio XXI. Ordinis Servorum Generale haec habent Annales Servor. Tom. I. Centur. III. Lib IV. Cap. XVII. pag. 630. *Fuit is ſumma ſcientia praeditus, incredibili prudentia ornatus, vigilantia, & ſollicitudine impiger*. Per multos annos Mediceis Proceribus acceptiſſimus, Florentiae ſubſtitit, ubi maius magnificentiſſimum clauſtrum aedificavit. *Poſtquam* (verba ſunt Annalium) *undecim annos cum dimidio Remp. noſtram adminiſtraſſet, infra Vigilevanum, & Mediolanum, quo pergebat, repentino morbo, & ſubitanea morte in quodam alieno hoſpitio die VIII. Decembris MCCCCLXCV. infeliciter opprimitur*.

Digitized by Google

*viri Vrbani tui civis* (1), *& in eadem Religione Fratris lectitavi*. Deſ. *quum me rogaſti, ut componerem. Vale*.

X. pag. ead. *b*. Eiuſdem Oratio habita die xv. Octobris mccccxciii ad Dominos ineuntes ſummum Magiſtratum pro Praetore Antonio de Caſtello. Inc. *Laudanda haec imprimis conſuetudo*. Deſ. *neminem recte aliis ius dicere, niſi qui iudex prius in ſemet fuerit. Dixi*. In cit. Operum edit. pag. 511.

XI. pag. 23. *b*. Eiuſdem Epiſt. Iacobo Antiquario de obitu Laurentii Medicis. Inc. *Vulgare eſt, ut qui ſerius paullo ad amicorum litteras reſpondeant*. Deſ. *cum vetuſtate quoque ipſa contendere. Vale. XV. Kal Iunias MCCCCXCII. In Feſulano ruſculo*. Inter Epiſt. cit. edit. Lib. IV. Epiſt. ii.

XII. pag. 32. Hermolai Barbari Veneti Epiſt Ioanni Pico. Inc. *Non poſſum tibi non videri plane barbarus, & ingratus*. Deſ. *ex iis, quos deſideras, curabo tibi protinus exſcribantur. Vale. Venetiis Non. April MCCCCLXXXV. Politianum meum ἀσπάζομαι*. Ibid. Lib. IX. Epiſt. iii.

XIII. pag. 34. Ioannis Pici Mirandulae Epiſt. Hermolao Barbaro. Inc. *Ego quidem, mi Hermolae, nec poſſum aut tacere, quae de te ſentio*. Deſ. *qui ſis inter philoſophos eloquentiſſimus, inter eloquentes, ut Graece dicam, φιλοσοφώτατος. Florentiae III. Non. Iun. MCCCCLXXXV*. Ibid. Epiſt. iv.

XIV. pag. 43. Angeli Politiani Epiſt. Caſſandrae Fideli Venetae, puellae doctiſſimae. Inc. *O decus Italiae virgo*. Deſ. *& inſcitiae diſcutiatur. Vale*. Ibid. Lib. III. Epiſt. xvii.

XV. pag. ead. *b*. Eiuſdem, nomine Petri Laurentii de Medicis. Epiſt. Illuſtriſſimo. Principi & Excellentiſſimo Domino D. Ioanni Galeaz Mariae Vicecomiti, Duci Mediolani &c. Inc. *Non habeo, Princeps Illuſtriſſime, quibus verbis, quave oratione aut animi mei voluptatem ſignificem, aut Excellentiae Tuae pro merito agam gratias, quod me, quod familiam noſtram omnem domeſtico illo pulcherrimoque tuae domus inſigni cohoneſtaveris*. Deſ. *valeat Excellentia Tuo, quam feliciſſimam nobis Deus tueatur. Florentiae die XVI. Martii MCCCCLXXXI.*

XVI. pag. 44. Eiuſdem, nomine forte Laurentii Medicei, Epiſtola ad Regem quemdam, ſcripta poſt Coniurationem Pactianam. Inc. *Seren. Rex & Domine mi ſingulariſs. &c. Litterae Maieſtatis Veſtrae, quas illa ad me ſuper infelici noſtro caſu dignata eſt ſcribere, incredibilem quemdam in me amorem & paternam charitatem praeſeferunt; nam & quum ipſa acerbe calamitatem noſtram tulerit, & quam egregio in nos animo ſit, facile iis litteris certior ſum factus. = Sic pro certo habeat, me non tam hoc tempore meam ipſius vicem, quam Chriſtiani nominis indignitatem dolere; unde enim maximum auxilium mihi in tam acerbo caſu ſperabam, in eo potiſſimum totius mali caput fontemque deprehendo. Nam & ſeſe unum, multis praeſentibus, fateri ultro eſt auſus, eius facinoris cauſſam exſtitiſſe. & in me, meoſque filiolos, ſucceſſores, complices, & benivolos excommunicationem iniquiſſimam promulgavit. Nec contentus eo, etiam arma contra hanc Remp. parat, etiam Ferdinandum Regem in nos concitavit, etiam Ferdinandi primogenitum cum magna militum multitudine, cum infeſtis armis contra hanc Remp. venire compulit, ut quos dolo & fraude non penitus delevit, vi, & armis deleat = Ego enim mihi ſum conſcius, Deus autem teſtis adeſt, nihil me commiſiſſe contra Pontificem, niſi quod vivam, quod me interfici non ſim paſſus, quod Omnipotentis Dei gratia me protexit; hoc meum eſt peccatum, hoc ſcelus, ob hoc unum exterminari, excommunicarique ſum meritus*. Deſ. *neminem enim bonum paſſurum arbitramur, ut qui ſe in haec facinora praecipitem iaciat, in idem ſecum praecipitium, & Chriſtianum nomen protrahat. Valeat V. S. M. cui me ſemper humillime commendo. Florentiae die XIX. Iunii MCCCCLXXVIII*. Non occurrit in Appendice documentorum ad Politiani Coniurationem Pactianam pertinentium edita cura & ſtudio Ioannis Adimarii Neapoli mdcclxix. 4.

XVII. pag. 45. *b*. Auguſtini de Maffeis Epiſt. Angelo Politiano. Inc. *Salve Politiane. Miſi ad te ſuperioribus diebus hiſtorias Herodiani tui luculentiſſimas.* (2), *quas ego admodum cupide, admodumque curioſe paullo ante ſcribendas curavi; miſi pariter & Epiſtolam meam, qua rogitabam, ut librum ipſum diligenter retractares, ac deinde repurgatum, & ubique imprimis expolitum illa tua diligenti caſtigatione, eum ad nos remitteres. = Scis enim quantopere hanc ipſam hiſtoriam iampridem concupiverim in meam, licet tenuem bibliothecam ſumere, ac ceteris meis voluminibus addere; quod quidem quum meopte ſtudio & labore effecerim, non minus profecto tua, quam noſtra referre arbitror, ut hiſtoria ipſa quam emendatiſſima fideliſque apud nos reperiatur*. Deſ. *ſpectabuntur. Vale. Datum Romae pridie Id. Ian. MCCCCLXXIX.*

XVIII. pag. 46. Hermolai Barbari Epiſtola Politiano. Inc. *Si ſurdis etiam*. Deſ *Mirandulam noſtrum & decus, & lumen ſalvere*

L l 2 in-

(1) De Vrbano Averroiſta haec in cit. Annalibus Tomo I. Centuria II. Lib. I. Cap. III pag 271. „ *Fr. Vrbanus Bononienſis quum doctrinam Averrois potiſſimum calluiſſet, per quamdam excellentiam iam ab omnibus Averroiſta nuncupabatur. Hic in Gymnaſio Bononienſi publicus magiſter primariam Philoſophiae Cathedram merito fuerat aſſequutus, & hoc praeſertim tempore ſuos Commentarios ſuper Averroem in octo Libros Phyſicorum* (*id ex ipſius Praefatione colligitur*) *publice in Kal. Aprilis* (ann. 1334.) *explicare inſtituerat, quos & multos annos glorioſe proſequutus fuit, quemadmodum eius lucubrationes ab Antonio Alabantio tempore ineunte impreſſae, quae maximam tanti viri doctrinam magno in volumine redolent, ſingulis legentibus indicari poſſunt*. Commentarius autem Fratris Vrbani, iubente Alabantio Generale, impreſſus fuit Venetiis per Bernardinum Tridinenſem de Monte Ferrato mccccxcii. xvii. Kal. Decembr. exſtatque in Biblioth. Ord. Servor. Florentiae.

(2) Exemplar huius Herodiani verſionis manu ipſius Politiani exaratum, multis tamen cum lituris & correctionibus vidi nuperis annis Volaterris apud Nobiles de Bonamicis.

*iubeo. Mediolani Kal. Febr. MCCCCLXXXVIII.* Lib. I. Ep. XII.

XIX. pag. 47. Politiani Epiſt. Ioanni Taxirae (1) maximo Regio Cancellario. Inc. *Conatus perſaepe ſum.* Deſ. *experiatur. Flor. XVI. Kal. Sept. MCCCCLXXXIX.* Lib. X. Epiſt. V.

XX. pag. 48. *b* Eiuſdem Portugalliae Regi. Inc. *Quamquam nec fortuna mea.* Deſ. *nullo etiam ſqualentis aevi ſenio deleantur.* Lib. X. Ep. I.

XXI. pag. 52. Eiuſdem Antonio Petamano (2) Veneto Patricio, Philoſophiae Doctori egregio. Inc. *Quid eſſe hoc dicam.* Deſ. *continuo refugiſtis.* Lib. IV. Ep. VI.

XXII. pag. 54. *b.* Eiuſdem Raphaëli Maphaeo Volaterrano. Inc. *Ain tu quaeſo, nullas tibi a me redditas litteras? Mirari ſatis non poſſum; nam ego, Deum teſtor, ut accepi tuas, ſtatim diligentiſſime reſcripſi nihil. Fortaſſe autem tabellarius non pertulit, quas non dedi; nec enim adeo infeſta, aut obſeſſa itinera ſunt, ut interceptas putem, ſed extra iocum &c.* Deſ. *Medices meus redditas ſibi ioco tuas litteras hilare accepit, diligenter pellegit, effuſe laudavit, reſponſurumque promiſit, quum quid ocioli fuerit nactus. Robertus autem non concedo tibi, ut iam ſit charior, quam eſt mihi. Vale. Feſulae ante X. Kal. Octobr. MCCCCXCI.*

XXIII. pag. 55. Iacobi Antiquarii Epiſt. Angelo Politiano. Inc. *Pergens nuper.* Deſ. *delectabuntur. Mediolani Id. Novembr. MCCCCLXXXIX.* Lib. III. Ep. XVIII.

XXIV. pag. 56. Angeli Politiani Epiſt. Iacobo Antiquario. Inc. *Utinam quas in me confers epiſtola tua laudes.* Deſ. *iuſſit adſcribi. Florentiae prid. Kal. Decembr. MCCCCLXXXIX.* Lib. cit. Epiſt. XIX.

XXV. pag. 58. Callimachi Experientis Epiſt. Angelo Politiano. Inc. *Venerande ac doctiſſime vir. Ea quae mihi obiicis in principio litterarum tuarum adeo ſubinde argute purgas, & eleganter, ut reſpondendi facultatem ſimul & cauſſam mihi interceperis.* Deſ. *vale litterarum decus, & doctrinae. In Leopoli III. Non. Octobr. MCCCCLXXXV.* Lib. cit. Ep. LXXVII.

XXVI. pag. ead. Caroli Valgulii Epiſt. doctiſſimo adoleſcenti Angelo Politiano, amico optimo. Inc. *Vellem meum in te amorem, alia re, quam verbis tibi poſſe declarare = Caepit iam me Arretii taedere, nam nihil aliud priſcae antiquitatis refert, quam domos ſemiexeſas, ſituque confectas; exſtant tamen theatri quaedam fundamenta, quae mihi videntur potius fuiſſe laterum camini, quam theatri.* Deſ. *a me vero fruſtra vel verſus, vel epiſtolam Graecam exſpectabis; ſtudia enim mea, qualiacumque erant, fere intermiſi; factus enim ſum ſemilector eorum conſuetudine. Quid de Panaetio noſtro? Rediit nedum Florentiam? Confecimus enim una iter noſtrum, quod nobis non modo non moleſtum fuit, ſed etiam iucundiſſimum, propterea quod de te ſemper nobis ſermo fuit, Ioanni Baptiſtae, I. Nicolao me commendato. Vale. XV. Kal. April. MCCCCLXXV. Arretii.*

XXVII. p. 59. Aldi Mannuccii Epiſt. Angelo Politiano, homini utriuſque linguae doctiſſimo, ſuo & amico honorando. Inc. *Annis exactis, quo tempore Veneti (3) Ferrariam oppugnabant, me, ut vel Dei, nedum hominum bellum fugerem, ex urbe Ferraria Mirandulam contuli ad Ioannem Picum.* Deſ. *volo omnino ſcias quantum ego te amem. Vale.* Lib. VII. Ep. VII.

XXVIII. pag. 60. *b.* Lippi Brandolini Epiſtola Angelo Politiano ſuo, quae eſt huiuſmodi: *Etſi multae me rationes hortabantur, ut ad te ſcriberem; laetor tamen eam mihi occaſionem oblatam eſſe, quae & ad confirmandam noſtram amicitiam, ab ineunte aetate ſuſceptam, aptiſſima ſit, & ad tuam dignitatem retinendam maxime neceſſaria. Demetrius Lucenſis eſt homo modeſtus, & multis virtutibus ornatus, in liberalibus vero diſciplinis, praeſertimque in his noſtris ſtudiis apprime eruditus, in primis autem facetus, urbanuſque. Is incredibili quodam amore litteratos omnes, te vero etiam obſervantia ſumma complectitur, ita ut dignitatem tuam apud omnes defendat, virtutum, laudumque tuarum ſit non modo admirator, verum etiam praedicator. Is alumnus Barptolemaei Platinae quum ſit, omnia ab eo viro, non modo ſcripta, verum etiam excerpta, atque annotata ſumma in veneratione habet, eaque, & ſtudioſiſſime conquirit, & religioſiſſime ſervat. Surripuit autem ex iis nonnulla in morte Platinae Gregorius quidam Demetrii contubernalis, homo, ut audio, litterarum ignarus. Is nunc in iſta urbe degit apud Legatum Conſtantii Piſaurien. Eas annotationes Demetrius, non tam quia bonae ſunt, quam quia Platinae manu ſcriptae, tanti facit, ut in illis recuperandis omnia pietatis ac gratitudinis officia, omnem dignitatem, ac ſalutem poſitam eſſe ducat. Putat autem te unum huic rei tanto adiumento eſſe poſſe, ut ſi tu anniti paullulum volueris, nihil ſit illi praeterea requirendum. Quoniam autem me tuas laudes praedicantem ſaepenumero audivit, cum ob amicitiam inter nos ab ineunte aetate ſuſceptam, tum ob ſtudiorum coniunctionem, qua nulla maior, nulla firmior eſſe poteſt, confidit ſe, noſtra commendatione, abs te homine humaniſſimo facile omnia impetraturum. Ego vero, non quod eum apud te noſtra commendatione putarem indigere, hanc provinciam ſuſcepi; ſed tum, ne occaſionem ad te ſcribendi honeſtiſſimam praetermitterem, tum, ne diffidere viderer humanitati tuae, quae quidem eſt mihi multis iam in rebus perſpecta & cognita. Itaque Demetrii cauſſam tibi, quantum poſſum, commendo, & ut quam in noſtris litteris ſpem habet, ea ne hominem fallat, vehementer rogo te. Devinxeris hoc beneficio tibi hominem gratiſſimum, atque amantiſſimum, devinxeris tibi* Ro-

(1) In edit. *Teixirae.*
(2) In edit. *Pezamano.*
(3) [illegible] cit. *Annum abhinc tertium, quo Ve-* [illegible]

*Romanam Academiam univerſam, cuius ſingulos Demetrii cauſſam ſuſcepturos non dubito; tibique in hac urbe nomen optimum comparabis; me vero ita tibi coniunxeris, ut ad noſtram veterem amicitiam, ingens benevolentiae cumulus adcedat; feceris denique, ut & mea, & amicorum cauſſa, ſaepius ac libentius ſim ad te in poſterum ſcripturus. Vale, & Laurentio Medici me commenda, ad quem quidem ſcriberem, ſi putarem eum hoc tempore, aut ſcribere poſſe, aut legere meas litteras; ſed tu officio noſtro ſatisfacies. Ad XII. Kal. Octobr. ex Vrbe.*

XXIX. pag. 61. Ricciardi Cervini Epiſt. Angelo Politiano, Inc. *Poſtquam e patrio ſolo diſceſſimus die eadem, nec ad te litteras dedi, nec tuas accepi; purgationem tamen utriuſque negotia per ſe efficiunt. Cupio, Angele mi, primum apud Laurentium communem Dominum, tum apud Legatum, Archiepiſcopumque Florentinum, ceteroſque, ſi qui ſunt, quorum auctoritas apud Pontificem in pretio ſit, tua opera veſtris litteris gratioſus reddi.* Deſ. *magni ad praedictas ponderis litteras mihi dabis. Vale, Romae XII. Kal. Nov. MCCCCLXXXVII. Plura ſcriberem, ſi tabellarius tantiſper exſpectare poſſet. Si me amas, reſcribe quamprimum.*

XXX. pag. ead. *b.* Pici Epiſt. Politiano ſuo (1). Inc. *Salve mi Compater. Collega meus (ut te non latet) homuncio eſt penitus contemnendus, cum propter maledicam linguam, tum propter ingenii ſterilitatem, adde etiam propter animi elationem. = In hunc bellulum homullum, ut reprimerem, & coërcerem inſolentem audaciam eius, ioci gratia luſi Epigramma non illepidum, & Naldus noſter me alio Epigrammate eſt ſubſequutus. Vtrumque mehercule Epigramma dignum illo homuncione ad te mitto, ut ludibrio hic pygmaeus, & monſtrum litterarum tibi nobiſcum ſit. Scripſimus & alia Epigrammata in hunc affectatum & inſipidum pumilionem, quae alias ad te deferri curabimus.* Deſ. *cetera Epigrammata ad te ſcriberem; ego ſcribendo, tu legendo, ambo riſu corrueremus. Vale. Tertio Kal. Maii.*

XXXI. pag. 62. *b.* Sequitur Epigramma in Pygmaeum diſtichis IX conſtans. Inc.

*Ingentes parvo verſas ſub pectore faſtus,*
*Altius humano concipis ingenium &c.*

XXXII. pag. 63. M. Antonii Epiſt. Angelo Politiano. Inc. *Etiam ego aliunde noſtram auſpicaturus amicitiam, niſi ſubitus Atlantis conterranei tui hinc digreſſus noſtrum in ea re conſilium praevertiſſet. Fuit is annum & amplius Venetiis, ac quamdiu fuit, & domi, & foris etiam frequens mecum eſſe perſeveravit. Nullius umquam conſuetudine ſum magis delectatus; ſiquidem, praeter morum elegantiam, ſingularemque modeſtiam, patrio ſermone, Thuſcaque illa ſua urbanitate brevi conſequutus eſt, ut eo uno nemo eſſet mihi iucundior, nemo in hac urbe gratior; omnia, praeter tempus, ſecunda habui in illius amicitia fruenda.* Deſ. *colit & obſervat. Venetiis Idib. Iuliis MCCCCLXXXVIII.*

XXXIII. pag. ead. *b.* Antonii Lollii Epiſt. eidem. Inc. *Salvus ſis, vir doctiſſime. Admiratus eſt potius quam laudaverit litteras tuas Card. Senenſis, in quibus ita elaboratum eſt, quidquid eſt, ut non niſi ex tua officina, hoc eſt viri diſertiſſimi prodiiſſe videatur. Probat quod de Romanis Principibus aggreſſus es; tali enim lectione delectatur plurimum. Perge itaque, & ad calcem Opus perducas quod tibi ad gloriam, poſteris vero ad uſum maxime cedet. Addidiſti tuae Epiſtolae codicillum in Lollii tui commendationem. = Adriat/ cus noſter Ioannes, vir utriuſque linguae peritiſſimus, Secretarius S. Marci, luculentiſſimam Orationem habuit, in qua, ut de Cantico Origenis dicitur, ſe ipſum ſuperavit ac vicit. Deploravit Crucem Redemptoris noſtri &c.* Deſ. *aberrare cum vulgo. Vale, & me ama. Tertio Non. April. MCCCCLXXXV.*

XXXIV. pag. 64. *b.* Saliceti Epiſt. Politiano. Inc. *Politiane mi, Dum ſaepe cogito, ut quod optamus facile confici poſſit.* Deſ. *volueritis operari. Vale. & me ama.*

XXXV. pag. 65. *b.* Ioannis Pici Epiſt. Angelo ſuo. Inc. *Quum tenues Muſas meas, quibus, dum per aetatem licuit, de amoribus meis iocatus ſum, in libellos quinque digeſſerim, mitto ad te illorum primum, miſſurus & alios, ſi in hoc uno amicum experior, & non aſſentatorem.* Deſ. *toties me ei* (ideſt Laur. Medici) *tuis verbis intelligat eſſe deditiſſimum. Iterum vale. IV. Id. Martias MCCCCLXXXIII.* Lib. I. Ep. III.

XXXVI pag. 66 *b.* Eiuſdem alia ad eumdem. Inc. *Quod proximis litteris tuis me tantopere laudaris.* Deſ. *ita conſequi pauci poſſunt. Vale. Id. Iul. MCCCCLXXXI. Mirandulae.* Lib. cit. Epiſt. VIII.

XXXVII. pag. 67. *b.* Hieronymi Donati Epiſt. Pico Mirandulano ſuo. Inc. *Litteras tuas, una & Politiani mei avidiſſime perlegi, Pice facundiſſime, utraſque eruditiſſimas, utraſque iucundiſſimas mihi.* Deſ. *quo tamen uti poſſim, non tam iudice, quam aſſertore. Vale decus & columen litterarum. Venetiis VI. Id. Iunias MCCCCLXXXV.*

XXXVIII pag. 69. *b.* Iacobi tituli Sancti Chryſogoni Cardinalis Papienſis Epiſt. eruditiſſimis viris amicis noſtris chariſſimis, Nicolao Michelocttio, & Angelo Politiano, apud Magnificum Laurentium de Medicis. Inc. *Aequo animo feretis ambo.* Deſ. *fixum etiam cordi trabalibus clavis. Vale. Romae Kal. Ian. MCCCCLXXV.* Lib. VIII. Ep. VII.

XXXIX. pag. 71. *b.* Angeli Politiani Iacobo Modeſto ſuo de nominibus veterum Iuriſconſultorum. Inc. *Rogaſti me ſaepius.* Deſ. *videor audacter poſſe appellare ſaeculo noſtro. Vale.* Lib. V. Ep. IX.

XL. pag. 77. Iacobi Modeſti Pratenſis Politiano ſuo Epiſtola, quae ſequens eſt: *Accepi tandem epiſtolam tuam, patrone iucundiſſime; quae quanti fuerit, nedum apud me (quum ea ſim*

(1) Hic titulus videtur fuiſſe lineola expunctus. Forte eſt Epiſtola eiuſdem Politiani in collegam quemdam ſuum.

*ſim immortalitate donatus*), *ſed apud praeceptores meos tacere ſatius duco, quam pauca dicere. Profuit profecto mihi te ſaepius interpellaſſe, quum ad purgandam moram tuam tam magna in me liberalitate uſus ſis, ut prodigus, ut ita dixerim exſtiteris. Debemus profecto tibi, Politiane, debemus, inquam, tibi quicumque ſacratiſſimas leges profitemur; nam quum, praeter nomina noſtri conditorum iuris, nihil aliud haberemus, effeciſti tua cura & diligentia, ut non ſolum titulos, & numerum librorum, ſed & quo tempore, quibus Imperatoribus, quam maximo ſemper in honore habiti fuerint facile nunc cognoſcamus. Debent & ipſi tibi, quod obſoletos penitus malitia temporum a ſitu receperis. Perge igitur, vir clariſſime, excude ſemper aliquid novum, quod iuri noſtro conſerat, idque exornet atque illuſtret. Ita & in re noſtra ſublimi feries vertice ſidera, ita tibi denique omnes Legum Profeſſores maxime devinxeris. Quod vero ad me attinet, dabo operam in poſterum, patrone humaniſſime, ut hoc tanto beneficio, hac tanta dignitate, quae mihi per epiſtolam tuam contigerit, aliquando haud omnino indignus videri poſſim. Deum interim Optimum Maximum precamur, ut noſtram ipſe vicem, tantae benignitatis, tantaeque in nos humanitatis perſolvat grates dignas, & praemia reddat.* Integram quoque protulimus in noſtro *Ragionamento Iſtorico ſulle Collazioni delle Fior. Pandette fatte da Ang. Poliziano. Livorno MDCCLXII.* pag. LIV. Not. 1.

XLI. pag. 86. Donati Acciaioli Oratio habita, quando Coſmus Medices decreto publico factus fuit Pater Patriae. Inc. *Quam grate*. Deſ. *qui de Rep. benemerentur. XX. Martii MCCCCLXIV.*

XLII. pag. 88. *b.* Eiuſdem Laurentio & Iuliano Medici Epiſt. ſatis prolixa conſolatoria in morte patris. Inc. *Quum nuper, te Laurenti, teque Iuliane, ſalutatum venirem, conſolationem aliquam pro optimi patris interitu vobis allaturus, iamque ipſo in itinere eſſem, cogitare mecum caepi, quibus verbis, quo genere orationis uti poſſem, ut pro facultate ingenii mei ſollicitudinem animorum veſtrorum, maeroremque levarem.* Deſ. *aliquando aperiatur via ad eam felicitatem conſequendam, quae eſt a ſummo Deo cuique optimo conſtituta. Valete. Die XXV. Ian. MCCCCLXX.*

XLIII. pag. 96. Herodianus Latinitate a Politiano donatus in laudem traductoris ſui canit Hendecaſyllabum. Inc.

*Qui me tranſpoſuit Politianus.*

Deſ.

*Livor carpere dentibus labores.*

In edit. Politiani Operum cit. pag. 620.

XLIV. pag. ead. *b.* Politiani Hymnus. Inc.

*O Virgo prudentiſſima.*

Deſ.

*Da caeleſtis auxilii.*

Ibid. pag. 618.

XLV. p. 97. *b.* Eiuſdem alius Hymnus. Inc.

*Ecce Ancilla Domini.*

Deſ.

*Defende tuum populum.* Ibid. pag. 619.

XLVI. pag. 98. *b.* Eiuſdem Elegia ad Antonium Benivenium Medicum in prima ipſa adoleſcentia edita, ideſt XIV. anno aetatis ſuae. Inc.

*Vt ſonipes geminas attollit Martius aures &c.*

Ibid. pag. 590.

XLVII. pag. 99. *b.* Eiuſdem in Gallam meretricem. Inc.

*Dum futuo Gallam, nexiſque amplexibus haerent &c.*

XLVIII. pag. ead. Eiuſdem in Laurentium *Intonata per Angelum Iſaac*. Inc.

*Quis dabit capiti meo &c.*

Ibid. pag. 621.

XLIX. pag. 100. *b.* Eiuſdem in Barptolemaeum Scalam. Inc.

*Hunc quem videtis ire faſtoſo gradu &c.*

Ibid. pag. 611.

L. pag. 101. *b.* Eiuſdem in Iudaeum, qui ferro petiit ſtatuam Virginis Horti S. Michaëlis, diſtichon, quod ita ſe habet:

*Hanc ferro effigiem petiit Iudaeus, & index*
*Ipſe ſui, vulgo dilaniatus obit.*

LI. pag. ead. Eiuſdem in Amorem arantem ex Graeco. Inc.

*Peram humeris habilem, poſito nunc induit arcu.*

Ibid. pag. 608.

LII. pag. ead. Eiuſdem in Herculem, & Anthaeum ex Graeco. Inc.

*Incaluere animis dura certare palaeſtra &c.*

Ibid. pag. 598.

LIII. pag. ead. In Pamphilum diſtichon. Inc.

*Mittis vina mihi &c.*

Ibid. pag. 592.

LIV. pag. 102. Eiuſdem Elegia ad Laurentium, qua commendat praeceptorem Andronicum. Inc.

*Ipſe canenda geris, Laurens; nos geſta canemus.*

Deſ.

*Ob quos ille tibi gignit, nutritque poëtas,*
*Dum ſonat Argolicis Troica bella modis!*
*Iam tibi Ariſtotelem vertit, penituſque retruſas*
*Naturae arcano concinis ore vices.*
*Vnica materies illi es, ſpes unica ſolus,*
*Vna illi vitam tu dare voce potes.*
*Parva petit, dare magna ſoles, da parva petenti,*
*Parva tamen neſcis ſi dare, magna dato.*

LV. pag. ead. *b.* Eiuſdem in Laurentium Medicem Elegia. Inc.

*Neſcio quos media caeli de ſede petitos.*

Deſ.

*Quas tua mi rapiunt lumina, ſed propera.*

Ibid. pag. 594.

LVI. pag. ead. Ad eumdem diſtichon. Inc.

*Cel-*

*Celſa triumphatis &c.*
Ibid. pag. 595.
LVII. pag. ead. Eiuſdem in Marſilium diſtichon. Inc.
*Mores, ingenium &c.*
Ibid. pag. 594.
LVIII. pag. 103. Eiuſdem Iulio Medici Epigramma hexaſtichon, quod eſt huiuſmodi:
*A te deceptam, Iuli crudelis, amantem*
*Diſperream, verſu dicere ni cupio.*
*Tentantem revocat fallacis cura puellae,*
*Quae me, quae pactam fallit acerba fidem.*
*Deceptam atque tuam cupio celebrare puellam,*
*Fallentem atque meam flectere diſcupio.*
LIX. pag. ead. Eiuſdem in Laurentium Iuliumque Petri filios, fratres piiſſimos Epigramma. Inc.
*Nec tanta Aebalios tenuit concordia fratres &c.*
Ibid. pag. 594.
LX. pag. ead. Eiuſdem in Laurentium Medicem Epigr. Inc.
*Quidquid habent natura tibi & fortuna dederunt &c.*
Ibid.
LXI. pag. ead. *b.* Ad eumdem diſtichon. Inc.
*Cui tua geſta licet &c.*
Ibid. pag. 593.
LXII. pag. ead. In eumdem aliud. Inc.
*Invideo Piſis &c.*
Ibid.
LXIII. pag. ead. In eumdem, quum ruri querna corona forte redimitum videret, ex tempore aliud. Inc.
*Quam bene glandifera &c.*
Ibid.
LXIV. pag. ead. In eumdem votum aliud. Inc.
*Det tibi Neſtoreos &c.*
Ibid. pag. 594.
LXV. pag. ead. In aridam populum, quae repente ante domum Laurentii revixit, Epigramma. Inc.
*Quod recidiva* (1) *novas diffundit vertice frondes &c.*
Ibid. pag. 589.
LXVI. pag. 104. De Cane Hebro ad Laur. Medicem Epigramma hexaſtichum. Inc.
*Quod Canis Heſperio, Medices, tibi miſſus ab Hebro &c.*
Ibidem.
LXVII. pag. ead. Eiuſdem in Chryſocomum Epigramma decaſtichum. Inc.
*Adſpicis ut fulvo radiat coma preſſa galero.*
Deſ.
*Iniicere arcanas in mea corda faces.*
LXVIII. pag. ead. *b.* In eumdem ad Maronem Verg. tetraſtichon. Inc.
*Mitteris ad puerum noſtri, Maro, pignus amoris.*
Deſ.
*Do tibi me, Corydon, da mihi Chryſocomum.*
LXIX. pag. ead. In eumdem hexaſtichon. Inc.
*Allicis, expellis, ſequeris, fugis, es pius, es trux &c.*
Ibid. pag. 608.
LXX. pag. 105. Inſcriptiones, & initia plurimorum Politiani Carminum, quibus hoc monitum praemittitur: *Multa alia Carmina Ang. Polit. invenies noſtra manu ſcripta in alio noſtro libello ſign. A. a cb. 32. uſque ad cb. 53. quorum principia ſunt inſcripta:*

| Inſcriptiones. | Initia. |
|---|---|
| *Ad Laur. Medicem.* | *Quum referam attonito.* |
| *Ad eumdem.* | *Dum cupis ingentem.* |
| *Ad eumdem.* | *Nuper ego adſcendens.* |
| *In ſomnos.* | *Oh mihi quanta datis.* |
| *In Niobem Lapidem.* | *Hoc eſt ſepulcrum.* |
| *Ad Sixtum Card.* | *Quod dubia incerto.* |
| *Ad eumdem.* | *Credebam demens.* |
| *In Picturam puellae.* | *Ne dubita, picta eſt.* |
| *Ad Franc. Salviatum.* | *Quod peto ſi dederis.* |
| *Ad Laur. Medicem.* | *O ego quam cupio.* |
| *In Simonettam.* | *Adſpice ut exiguo.* |
| *In Albieram.* | *Et merito, quis enim tantum.* |
| *In Fontem marmoreum.* | *Thuſca manus.* |
| *In Ciccam Senenſem.* | *Mnemoſyne audito.* |
| *In Ambram Fontem Laur.* | *Vt laſciva ſuo.* |
| *In eumdem Fontem.* | *Traxit amatrices.* |
| *In principio ſtudii Ode.* | *Iam terna gravidat.* |
| *Ad Laur. Med.* | *Quae petis omnifera.* |
| *In Michaëlem Verinum.* | *Verinus Michaël.* |
| *Innocentio Pont. Max.* | *Si quando arcanis.* |
| *In Ciccam fabrum.* | *Fabrum magiſter.* |
| *In laudem Petri Franc.* | *Quaeris quid mihi.* |
| *In Invidum.* | *Quiſquis es obſcuro.* |

*In* *Qui*

(1) In edit. *rediviva.*

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| *In Marullum.* | *Qui plane Venerem.* |
| *In Iuventam.* | *Sex ego quum plena.* |
| *In Mulum ſuum.* | *O mule noſter.* |
| *In Puellam ſuam.* | *Puella delicatior.* |
| *In Anulam.* | *Heus heus tante.* |
| *In Gallam.* | *Non clunes agitas.* |
| *In Anum.* | *Huc huc iambi.* |
| *In Ioannam Laur. Tornaboni uxorem.* | *Stirpe ſua.* |
| *In Violam dono acceptam.* | *Formoſae o violae.* |
| *In Agellum ſuum.* | *Non ager hic oleae.* |
| *In Puellam.* | *Vidit & hanc.* |
| *In Puellam.* | *Nix ipſa es.* |
| *Ad Fures.* | *Ite alio fures.* |
| *Ad Hirundinem nidificantem.* | *Medeae ſtatua eſt.* |
| *De Lectulo meretricio.* | *Vnius effugi thorum.* |
| *De Lamio ſemicaeſa.* | *Quum Mavors.* |
| *In Oleam vitibus implicatam.* | *Quid me implicatis.* |
| *In Fontem Baptiſmatis.* | *Quidquid ab antiqua.* |
| *Ad Laur. Medicem.* | *Ad tot ſi licet occupati.* |
| *De Alc . . . . . & Serpente.* | *Vidit ut implicitum.* |
| *In Donatum Azzarolum.* | *Donatus nomen.* |
| *In Epiſcopum Campanum.* | *Hic ego laurigeros.* |
| *In Imaginem.* | *Compreſſus vindex.* |
| *In Lalagen.* | *Laetior ut cervus.* |
| *In lectum pictorem.* | *Ille ego ſum.* |
| *In Simonettam.* | *Dum pulcra.* |
| *In Gentilem Epiſc.* | *Gentiles animi.* |

*In eodem Libello a pag. 4. uſque ad 6.*

| | |
|---|---|
| *In Chryſocomum.* | *O quid agam.* |
| *In principio ſtudii de vita Ovidii.* | *Es caret Euxinus.* |
| *In Demetrium.* | *Adſta viator.* |

LXXI. pag. 106. *b.* Angeli Politiani Galeotto Principi Faventino diſtichon. Inc.

*Cur promiſſa &c.*

Ibid. pag. 598.

LXXII. pag. ead. Amor fugitivus Moſchi poëtae Graeci traducti ab eodem. Inc.

*Quum Venus intento natum clamore vocaret &c.*

Ibid. pag. 622.

LXXIII. pag. 107. *b.* Sequitur textus Graecus ſuperioris verſionis.

LXXIV. pag. 114. Expoſitio quarumdam litterarum ſecundum antiquos, inter quas interſeritur Inſcriptio reperta Romae in quadam arca vetuſtiſſima.

LXXV. pag. 115. *b.* Sequuntur Epigrammata quaedam ſepulcralia, nimirum:

i. Epitaphium vetuſtiſſimum Romae repertum. Inc.

*Decipimur votis &c.*

ii. Ibidem in antiquiſſimo fonte. Inc.

*Huius Nympha loci.*

iii. Repertum in via, quae eſt ab Vrbe ad Tiburtinam civitatem. Inc.

*Heus viator miraculum, hic vir & uxor non litigant &c.*

iv. In porta S. Laurentii Romae. Inc.

*D. O. M.*

*Titus Caeſar F. Veſpaſiani Aug. Pont. &c.*

v. pag. 116. Teſtamentum in Hiſpania repertum. Inc.

*Kal. Sextilis Lucio Mallio & Q. Torquato Conſſ. Sempronius Lundanus Teſtamento iure militari quod ipſe facio &c.*

vi. pag. ead. *b. Atimetus Homoneae uxori ben.*

*D. PO. M.*

*Si penſare animas ſinerent crudelia fata &c.*

cui ſubiungitur reſponſum Homoneae Atimeto viro, quod inc.

*Parce tuam coniux &c.*

vii. In eamdem idem eodem loco. Inc.

*Tu qui ſecura &c.*

viii. pag. 117. Epitaphium Bruti & Caeſaris.

*Vrbs habuit Bruto melius nil, Caeſare peius;*
*Hic libertatem condidit, ille dedit.*

LXXVI. pag. 122. Marſi Elegia ad Ang. Politianum. Inc.

*Angele, Thuſcorum decus indelebile vatum.*

Deſ.

*Qui memori Marſum pectore ſemper habet.*

Tum ſubiungitur: *Scripſimus haec ante portas ipſas manu praecipiti, & calamo volanti; dabis veniam, ſi exſpectationi non reſpondebunt. Vale. Marſus tuus.*

LXXVII. pag. 123. *b.* Bernardi Micheloctii ad Ang. Politianum Epigramma. Inc.

*Nunc Dea me vacuas volitans formoſa per auras.*

Deſ.

*Aſtris quam nomen terminet ipſe ſuum.*

LXXVIII. p. 124. Bartolomaei Fontii Elegia ad Ang. Politianum. Inc.

*Quum*

*Quum gravius ſolito premeret Rhamnuſia mentem.*

Deſ.

*Maxima pars animi, Politiane, mei.*

tum ſubditur: *Vale. Florentiae XVIII. Maii MCCCCLXXIII.*

LXXIX. pag. ead. *b.* Ioviani Craſſi ad Angelum Etruſci generis decus ac delicias Epigramma. Inc.

*Qui potes extemplo ſublimes edere verſus.*

Deſ.

*Soſpite quo magnus noſter Homerus erit.*

LXXX. pag. 125. Petri Martyris Padolireni reſponſum ad Ang. Politianum Poëtam celeberrimum. Inc.

*Angele, qui paribus tecum contendere Muſis*
*Crederes, ille ſeni poma det Alcinoo.*

Deſ.

*Ponere, ſic voti mens mea compos erit.*

LXXXI. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem Phaleucium. Inc.

*Quid virtus facit, & diſerta lingua.*

Deſ.

*Immortalibus inſeri libellis.*

LXXXII. pag. 126. Franciſci Camerini ad Ang. Politianum Vatem egregium Phaleucium. Inc.

*Dic, o Muſa, puella, fare quaeſo.*

Deſ.

*Cui tali Domino frui licebit.*

LXXXIII. pag. 127. Alluſio in Villam Caregium Laurentii Medices, Epigramma, quod ſequens eſt:

*Caregium gratae Charites habitare feruntur,*
*Gratus ager, chari gratior umbra loci.*
*Coſmus bonus, Patriaeque Pater conſtruxerat aedes,*
*Diſpoſuitque emptos ordine primus agros.*
*Degener haud tanto natus Petrus inde parenti,*
*Curavit partes amplificare ſuas;*
*Vixque tibi, Laurens, in tanta mole reliquit*
*Quod peragas, niſi quod maxima ſemper agis.*
*Tu dignos Faunis lucos, fonteſque Napaeis*
*Struxiſti, & deceant quae modo rura Deos.*

LXXXIV. pag. ead. *b.* In Picturam egregiam Epigramma tetraſtichon. Inc.

*Mortali ſum facta manu, vivi aemula vultus &c.*

LXXXV. pag. ead. Ad Laur. Medicem de numiſmatis, & gemmis ſuis Epigramma, nimirum:

*Caelatum argento, vel fulvo quidquid in auro eſt,*
*Aedibus hoc, Laurens, vidimus eſſe tuis,*
*Praxitelis, Phoenicis, Ariſtonis, atque Myronis*
*Fingere tam doctae quod potuere manus,*
*Canachus, aut Mentor, Pythias, vel uterque Polycles*
*Lyſippus quidquid, Callimachuſque dedit,*
*Quae collegiſti miro virtutis amore,*
*Magnanimum reddunt nomen ubique tuum,*
*Artificum monumenta foves, referuntur in auro,*
*Argento, tabulis, & lapide ora Deûm.*

LXXXVI. pag. ead. In pateram egregiam Laurentii Medicis Epigramma hexaſtichon. Inc.

*Ingenio partitus opus, nova pocula finxit &c.*

LXXXVII. pag. 128. Ad Angelum Politianum Epigramma item hexaſtichon. Inc.

*Angele Laurentis noſtri ſine laude libelli &c.*

LXXXVIII. pag. ead. Iobi Banchelli Elegia ad Ang. Politianum Poëtam clariſſimum. Inc.

*Miraris vultu triſti quod pallet amicus,*
*Angele, quum ſoleas laetior eſſe Deis.*

Deſ.

*Patre quod & proavis ſerius aſtra petat.*

LXXXIX. pag. 129 *b.* Ad Petrum Medicem Ode Pici, qua, & ipſum, & iuvenes omnes ex temporum inſtabili viciſſitudine ad virtutem exhortatur. Inc.

*Nunc Cancri octipedis brachia Cynthius.*

Deſ.

*Spernant perpetuo vere nitentia.*

XC. pag. 130. *b.* Tetraſtichon Pici ad Ang. Politianum. Inc.

*Saepe tuas verſu tentavi ſcribere laudes &c.*

XCI. pag. 131. Sequitur Carmen de ponderibus & menſuris, quod plures Priſciani, nonnulli Remi Favini, ſeu Q. Rhemnii Fannii Palaemonis eſſe volunt, cum hoc titulo: *Fragmentum repertum in quodam Codice vetuſtiſſimo, ſatis tamen mendoſo, quod cernere licet; faxit Deus, ut opus integrum aliquando in lucem redeat.* Inc.

*Pondera paeoniis quondam memorata libellis.*

Definit imperfecte in verbis:

*Nec non, & fine aquis . . . . . .*

Tum ſubiungitur: *Hic deſinit.* Inter Epigrammata & Poëmata vetera Lugduni apud Iacobum Chovet MDXCVI. 8. a pag. 527. ad pag. 532.

XCII. pag. 135. Epigrammata duo comperta in agro Patavino ſuper urnam fictilem, in qua erant ampullae binae liquoris plenae. Primum inc.

*Plutoni ſacrum munus ne attingite fures &c.*

Secundum inc.

*Abite hinc peſſimi fures &c.*



Digitized by Google

XCIII. pag. ead. *b.* Iacobi Modeſti Pratenſis Epigrammata duo, quae ita ſe habent:

I. *Mittimus ecce tibi, Medicorum gloria gentis,* (1)
*Munera praedioli quantulacumque mei.*
*Magna darem, ſed magna nequit dare parvus agellus,*
*Magna ego ſed nequeam quum dare, parva dabo.*

II. *Accipe nunc bilari (quodcumque eſt) accipe vultu,*
*Iſta Iacobus ego, Iulie, mitto tibi.*
*Vel ſic.*
*Haec tibi quae mittit (ſint qualiacumque) Iacobus,*
*Iulie, nunc bilari munera fronte cape.*

*Vale numen meum, & ſervuli tui Modeſti memoriam corde exire vetet Excellentia Tua, quam feliciſſimam nobis Deus tueatur, cui me ſemper bumillime commendo. E. D. T. Servitor Iacobus Mod. Pratenſ. Tranſmiſeram ſupradictum Epigramma ad Iulianum Medicem, quum forte venirem ex agro Cannonienſi die X. menſis Februarii MDXII.*

XCIV. pag. 136. Codicem claudunt Prologus in Comoediam Terentianam, & adnotationes quaedam grammaticales.

In prima pagina notatur nomen praedicti *Iacobi Pratenſis & amicorum*, & ratio quarumdam expenſarum, eiuſdem, ut videtur manu exarata, incipitque: *Adì primo di Novembre* 1489 *bo avuti da Meſs. Girolamo Spedalingo dello Spedale della Miſericordia di Prato groſſoni 66. di fiorini 4. per parte del mio ſalario — Gr. 66. fior.* 4. In averſa vero eiuſdem paginae parte, recentiore manu aliud hoc monumentum adfertur: *Adì XVIII. di Settembre MDLXXV. nella terra di Prato alla porta al Mercatale rovinò per la grandiſſima piena mezzo il ponte, nella qual precipitoſa rovina perirno circa a corpi bumani 26. la maggior parte populaccio.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. ineuntis, in quo Angeli Politiani, Iacobi Pratenſis, Petri Criniti manus fortaſſe agnoſcas, ſed difficillimis quandoque litteris exaratus. Conſtat foliis 136.

## ANONYMI HISTORIA FABVLOSA.

Cod. XXXVIII Hiſtoria fabuloſa de Diis Gentium, ut in Codice XXII. huius Plutei ſupra pag. 450. §. III. Heic tamen ferme duplo longior eſt; nam poſt verba: *valeant qui inter nos diſſidium volunt, boc eſt ita a nobis diſcedant, ut pereant*, in quibus verbis valde tamen diverſis deſinit in dicto Codice XXII. ita proſequitur in hoc pag. 18. *unde Virgilius, vivite felices, ait, in veneratione benedicentis, non maledicentis eſt &c.* Deſ. *banc* (ideſt Chimaeram) *ſatis apte, ſed fabuloſe deſcribit Ovidius dicens; quod Chimaera*

*. . . . . . . . . virgo mediis in partibus ignem,*
*Pectus, & ora leae, caudam ſerpentis babebat.*

In fine notatum eſt: *Liber Petri Franciſci Giambullarii B. F.*

In principio legitur: *Angeli Politiani Epiſtola ad Petrum Medicem*, quae inc. *Accepi nuper abs te eodem exemplo binas litteras, quae mibi (id quod numquam futurum putaſſem) moleſtiſſimae acciderunt; ſcribit enim diutius tibi, quam putaras, ruri eſſe deſidendum. Ea res quanti ad initum ſtudiorum ordinem perturbandum interſit, vel ſuperiorum temporum periculo ſatis ſuperque intelligo. Eſt vero elegantiſſimum ſimul, atque veriſſimum, quod in Platonis Phaedro Socrates inquit. Nam ſe ideo ruſticari negat, quod non arboribus, ſed hominibus uti magiſtris ſoleat. Nos tamen etſi iacturam laboris noſtri graviſſime ferimus, parentum tamen tuorum iudicio ſententiaeque facile acquieſcimus. Quos tibi libellos, quemve mitti ordinem poſtulas, quum primum Laurentii iudicium plane conſuluero, alicui ſtatim certo homini ad te dabo. Ceterum, mibi crede, nibil tanti ad tuam eruditionem momenti eſſe poteſt, quanti baec cum tuis aequalibus quotidiana diſceptatio, ſermo ille, & ſermonum captatio, noſtraque denique cura, noſter comitatus. Vt enim verum illud eſt, domini oculo pingueſcere equum, eiuſolemque veſtigio agrum coli, ita magiſtri viva illa vox, vultus denique, frons, oculi, ac minima quaevis ſignificatio, quodcumque illud in diſcipulo ingenii ſemen ſit, ad maturam ipſam frugem quam facillime perducit. Neque tamen intelligo, quid ſibi baec tam praeceps ruſticatio poſtulet; uno tantum civitatis loco, eoque a nobis remotiſſimo, levi quadam peſtilentiae ſuſpicione laboratur. Itaque nemo adbuc alius, praeter unum te, ex omni ſcholaſticorum grege ſecedendum ſibi a civitate, atque a bonarum artium ſtudio ſtatuit. Cur tu ergo unus? &c.* Deſ. *Terentiolum, quem tecum attuleris, pertracta etiam atque etiam, & quando ocio abundas, ediſce & concoque. Atque baec bactenus. Tu vale, & quod facis, ſcribe ad nos quotidie. Florentiae tertio Nonas Apriles MCCCCLXXXI.* Tum ſubiungit: *Hanc epiſtolam velim, quoniam in procinctu quodam tumultuario dictata eſt, ſimul atque pellegeris, conſcindas; neque enim ſatis exculta extemporanea oratio, neque non rudis illa eſſe poteſt, quam non propria manus elimaverit.* Non extat in Collectione Epiſtolarum Politiani Amſtelaedami impenſis Io. Ianſonii MDCXLII. 12.

Ex hac autem Angeli Politiani Epiſtola Tractatui de Diis Gentium praemiſſa factum eſt, ut ipſius Politiani Opus, praedictus Tractatus perperam putaretur, ac propterea Henricus Brenemannus Hiſtor. Pandectar. Traiecti ad Rhenum apud Guilielmum Vande Water MDCCXXII. pag. 308. ita habeat: *Inſuper in Catalogo Mss. Bibliothecae Gaddianae*

(1) Supra alio modo poſſe etiam dici adnotatur ſic: *Decus o clariſſime Phoebi.*

Digitized by Google

*nae Nobilis Florentinorum familiae*, *relatum vidi inter Poëtas in fol. Angeli Politiani Carmen de Diis Gentilium: librum tamen ipſum reperire non potui*. In eumdem etiam errorem impegit Menckenius in Vita Politiani pag. 608. Not. 2. nam ex noſtra huius Codicis recenſione, quid revera contineat, iam omnibus innotuit. Epiſtolam vero ipſam, manu Matthaei Berti, ipſius Politiani ſtudiorum adiutoris, eſſe exaratam arbitrati ſumus in noſtra Italica Diſſertatione *ſopra la Collazione delle Fiorentine Pandette fatta da Ang. Poliziano. Livorno per Gio. Paolo Fantechi MDCCLXII.* 4. pag. *LVI.* ubi integram quoque protulimus.

In averſa paginae parte occurrit Plutarchi Epiſtola ad Traianum (1), ut ſupra in Codice XXVII. Plutei LXXXIX. ſuper. pag. 291. §. XXXVI.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. cum Summariis & notulis marginalibus. intus num. 64. deſignatus. Conſtat foliis 36.

## ANG. POL. MARC. VIRGILII, HERM. BARBARI &c. OPVSCVLA, ORATIONES, EPISTOLAE.

*Cod. XXXIX.* I. pag. 1. Angeli Politiani Praelectio in Priora Ariſtotelis Analytica, titulus Lamia. Inc. *Fabulari paulliſper lubet*. Deſ. *ſapientiam vero non habent*. In edit. Politiani Operum Baſileenſi apud Nic. Epiſcopium MDLIII. fol. a pag. 451. ad pag. 461.

II. pag. 17. Marcelli Virgilii, Excelſae Reip. Florentinae primi Secretarii, Oratio pro eligendo Imperatore exercitus Paullo Vitellio, & dandis illi militaribus Imperatoriis ſignis. Inc. *Expertus, Magnifici Domini, voſque alii cives omnes, qui adeſtis, tot aliis temporibus, tot aliis locis in me audiendo patientiam & humanitatem veſtram, confidentior ad dicendum ad vos hodie huc accedebam; ſed neſcio quo pacto initio dicendi trepidantem me a propoſito paene retraxit magnitudo rei, novitas, & locus, tantuſque hic, & tam gravis, & inſolitus mihi hactenus audientium conſeſſus; perſuaſitque non eſſe mihi hodie ſubeundam orandi fortunam, praeſertim de tantis rebus, & ex hoc loco, unde non niſi maximi Oratores, & viri ſpectatae virtutis de graviſſimis rebus ſemper ad vos loquerentur*. = Infra pag. 17. *b. Scitis enim omnes, quantis vitae periculis his diebus iactatus ſim, quantoque metu coactus ſim fugere praeſentem ubique mortem, quam neſcius ipſe mecum forte trahebam, quamque veriſimile ſit ſollicita mente, & animo me ſemper fuiſſe ad omnes etiam minimos quavis parte corporis dolores*. = Tum pag. 21. *b.* laudes Paulli Vitellii ita proſequitur: *Audiſtis enim, ut credo, Vitelliorum nomen toti Italiae militari diſciplina glorioſum iam & formidabile. Ex eo genere vobis hic Paullus eſt, tot locis, tot bellis ſua virtute clarus. Stipendia hic prima fecit ſub Nicolao patre ſuo, viro fortiſſimo, qui nobiliſſima proſapia Vitelliorum, Tiphernio patria natus, & patriam, & nomen ſuum multa virtute illuſtravit. Hic quondam vi pulſus patria a Sixto IV. Pontifice, tribus annis in caſtris contra eum fuit, tandemque profligatis hoſtilibus copiis, Pontifici conciliatus eſt, ea conditione, ut liceret illi in patria vivere, quo tempore iam futurae virtutis praeclara quaedam indicia dedit hic Paullus; auſpicatus deinde maiorem militiam ſub Imperatore Virginio Vrſino, Columnenſium exercitum in agro Romano magna ſtrage ſuperavit, & urbem, quam illi fortiſſime oppugnabant obſidione liberavit. Sequutum eſt poſtea id bellum, quod Innocentius VIII. Pontifex contra Ferdinandum Neapolitanum Regem geſſit, ſub eodemque duce Virginio Vrſino ad Vrbem acceſſit, a qua quondam Hannibal repulſus fuerat, admotiſque facibus, portas eius incendit. Eodem hoc bello Alphonſum Aragonum, Calabriae Ducem longo itinere per medios hoſtes, Pitilianum uſque perducens, in tuto collocavit; nullaque interiecta mora, revertens illinc inſtar fulminis, quod cadens, & circuens, magnam dat ubique ſtragem, Viterbienſium agros populatus, & acta ingenti praeda, in caſtra reverſus eſt; ultimoque hoc tempore adventu Regis Gallorum in Italiam, ut repeteret Regnum Neapolitanum, iure hereditario ſibi debitum, ſequutus eius & ſigna, & partes, meritus eſt ſua virtute, una cum Camillo fratre, ut crederetur ſibi id Regnum, quod etiam multis viribus, & conſilio defendiſſet, ſi defendi Rex voluiſſet; cedentibuſque iam Gallis tota Italia, in Liguriam profectus, iuncturus copias ſuas cum copiis Regiis, quum audiiſſet ſuperari reliquam exercitus partem, quae ſequebatur, per medios hoſtes facto impetu, reverſus, non prius ſtragi finem impoſuit, quam occidente iam ſole Serzanum perveniſſet. Confecit abſens non minus glorioſum bellum, quo praeceptis eius Vitelloctius (2) frater in agro Romano Alexandri VI. Pontificis copias fudit &c.* Deſ. *& nomen & gloriam augebis, favente Deo Optimo Maximo, Deo Poteſtatum, Deo Virtutum, Deo Exercituum, cui in aeternum laus &c.* In principio huius Orationis haec nota adiicitur: *Paullus hic Vitellius ob proditam in expeditione Piſana Remp. Flor. in ſuperiore parte Palatii die prima Octobris MCCCCIC. capitali poena damnatus eſt*. Huius Orationis Ms. mentio a nobis facta fuit in Praefatione ad Collect. veterum aliquot Monum. pag. xx.

III. pag. 24. *b.* Hermolai Barbari, Oratoris Veneti, Patriarchae Aquil. Epiſtola ad Marſilium Ficinum. Inc. *Ignis eſt iſte perpetuus, qui numquam deficiet; nihil eſt charitate iſta*



(1) Haec eadem Plutarchi Epiſtola adfertur a Marſilio Ficino in Epiſt. ad Iacobum Bracciolinum, Poggii Oratoris filium, editionis Operum Ficini Baſileenſis in fol. pag. 780.

(2) Ad haec verba pag. 22. in margine eadem manus adnotavit: *Vitellottius hic Paulli frater, capta Senogallia, pro Duce Valentinenſe, Pontificis filio, iuſſu ipſius Ducis, die ultimo Novembris MDII. detentus fuit, ac ſequenti nocte ſtrangulatus.*

*iſta in me tua ingius, vegetius, ferventius; haud magnopere pluris facio res meas omnes ſecundas, quam ſtudium iſtud tuum ardens, & concitatum in me amando.* Deſ. *qui laetitiae tam grandis & ſolidae cauſſa eſt. Vale. Pridie Kal. April. MCCCCXCI.* Hermolai Barbari Epiſtolas uti Mss. in Gaddianis Codicibus memorat Cl. Mazzuchellius *Scrittori d' Italia* Tom. II. P. I. pag. 263.

IV. pag. 25. Angeli Politiani Prologus in Comoediam Menaechmi. Inc.

*Hem, heus tacete, ſultis vos, ego ut loquar.*

Deſ.

*Sed iam valete ſpectatores, & gregi*
*Favete noſtro, vobis quod vortat bene.*

Legitur in calce Epiſtolae Politiani Compatrino ſuo ſupra cit. edit. pag. 95.

V. pag. 26. Platini ( forte Plati ) de Coniuratione Pactiana ad Laurentium Medicem Carmen Elegiacum (1), quod eſt ſequens:

*Peccavere minus, quum foedavere Senatum,*
*Telaque Caeſarea caede cruenta Patres.*
*Quam patricidae, qui perfudere Deorum*
*Sanguine, Laurenti, templa vetuſta tuo,*
*Germanique tui truncarunt corpus ad aras,*
*Luce magis propria qui tibi charus erat.*
*Hi vos incautos armis petiere nefandis,*
*Vt viduam geminis opprimerent patriam.*
*O Patriae ſervate Pater, Polluce perempto,*
*( Ille tibi Pollux, tu ſibi Caſtor eras )*
*Vive tuum, fraterque tuus quod debuit aevum,*
*Saecula qui tecum vivere dignus erat.*
*Interea venient nati, venientque nepotes,*
*Suſtineant Medices qui decus omne domus;*
*In quibus, ut phoenix renovabere, quod tua virtus,*
*Et populi pietas officioſa tui,*
*Et pia praeſtabunt debentia Numina domus*
*Patris, avique tui, muneribuſque tuis.*

VI. pag. ead. *b.* Antonii Pelotti Epitaphium ſex verſibus Elegis conſtans. Inc.

*Duxit Amor centum me iam vivente triumphos &c.*

VII. pag. 27. Hermolai Barbari Patriarchae Aquil. Epiſtola ad Marſilium Ficinum virum doctiſſimum. Inc. *Qui adduci potuit Marſilius, ut Alamanno crederet de Barbaro? = Illa mihi propria, corpus gracile, ſtomachus imbecillis, caput aeſtuans, quae mihi tempus omne a cibo detrahunt atque populantur, ut ad multas horas ceſſandum ſit a litteris. Negotia certe publica parum mihi officiunt, quoniam ſucciſivis, & inertibus illis meis temporibus omnia ea tranſigo. Ceterum diffiteri nullo modo poſſum, nihil mihi & antiquius a puero fuiſſe, quam ſtudia litterarum; in ea me vehementiſſimo quodam impetu naturae ferri uſque adeo, ut nulla mihi magna laus inde naſci poſſe videatur &c.* Deſ. *ſcito Mercurium e Geminis tertio geniturae noſtrae loco, Iovem hexagonum ab Ariete, Saturnum a Libra trigonum ſpectaſſe. Si quid in nobis, quod probes, nam pauca omnino ſunt, quae probare poſſis, nihil eſt quamobrem non totum id fere caelo tribuas poſt Deum. Vale. Mediolani IX. Kal. Novembris MCCCCLXXXVIII.*

VIII. pag. 28. *b.* Antonii Pelotti Epigramma ad Laurentium Medicem quatuor conſtans diſtichis. Inc.

*Non boram Laurens ſuſpenſus durat habenae &c.*

IX. pag. ead. *b.* Petri Bargetani Epigramma ad Blaſium in obitu Angelae eius filiolae, quatuor item diſtichis conſtans. Inc.

*Ingenio, & forma teneris miranda ſub annis &c.*

X. pag. 29. Carmina quaedam nuper in Bibliotheca Pontificis inventa, quae dicuntur eſſe Ovidii, & dicuntur Somnus Ovidii. Inc.

*Nox erat, & ſomnus laſſos ſummiſit ocellos.*

Deſ.

*Fugit, & ante oculos nox ſtetit alta meos.*

Exſtant in calce Amorum Ovidii Venetiis apud Aldum MDXV. 8. a pag. 171. ad pag. 172.

XI. pag. 30. Carmen Elegiacum Gentilis Becchi (2) ad magnum Coſmum Medicem, ut in Codice X. Plutei LIV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 648. §. LVI. Differt tamen ultimum diſtichon; illic legebatur:

*Sed qui non turpi laudaris, Coſme, Philelpho,*
*Felicem tantum te mea Muſa canit.*

heic autem ita ſe habet:

*Sed te felicem dicunt mea carmina, Coſme,*
*Quod careas tantum laude Philelphaea.*

XII. pag. ead. *b.* Coſmi Medices Epiſtola ad Anaſtaſium Veſpuccium Notarium, quae ita ſe habet: *Frontini Librum de Re Militari nuper a te mihi dono miſſum, quum voluptati meae ſatis fuerit eius ordinem ac diſciplinam cognoviſſe, ad te nunc honeſta de cauſa remitto. Satis tibi gratiarum habeo, ſi tanti viri, quod mirum in modum cupiebam, de ipſa militia tuo munere ſententiam cognoverim; nec ſane tua apud me benivolentia ullo munerum teſtimonio eget; nihil enim aut auctoritatis, aut facultatis apud me eſt, quod a te alienum eſſe velim.*

XIII. pag. ead. Petri Bibbienenſis Epiſtola ad

(1) Non exſtat inter alia Platinii Plati Carmina Tomo VII. Carminum Illuſtr. Poëtar. Italor. Flor. editionis in 8.

(2) In hoc tamen Codice eſt anepigraphum.

Digitized by Google

ad Marſilium Ficinum, quae eſt huiuſmodi: *Miraberis, & fas eſt mireris, Marſili. Ego Divinus ille, quem nuper in officio, ut maximo, ſic laborioſiſſimo, ut optimo, ſic invidioſiſſimo inquietum noſti, tibi nunc epiſtolam mitto, in qua nihil eſt, quod ſaluti metuens exſuli ſuccenſeas; non enim poſt triſtem illum, & acerbum caſum noſtrae urbis, tres graves ſcribere aut audire contendimus, ſed nullis occupationibus diſtrictas Veneti me depoſui, & ad mea ſtudia litterarum, & quidem utriuſque linguae iam defleta, & conclamata, ſemilitteratus dicam, anne ὀψιμαθὴς reduco, in quibus partim angor, quum ſubit recordatio amiſſi temporis, quod genus iacturae luctuoſiſſimum eſt; partim laetor, quia hoc ſpecimen miſerabile infractae fortunae alia quam litteraria iucunditas abolere non poteſt. Haeſitas iam, Marſili, ac quorſum haec, inquis, exordior? Paucis accipe. Si qua urbs Italiae litteralibus diſciplinis ex aliis, haec maxime excellit, ſingulaque exempla longum eſſet repetere; nam ſive quae ad Philoſophiam, ſive ad Muſicen, Poëticen, Rhetoricen, ſive quae ad Ius civile pertineant deſideres, invenias doctiſſimos viros, plurimoſque in Latinis, & Graecis diſertiſſimos. Miror equidem, multi ſunt, aut multos fore arbitror Hermolaos. Tu autem magis miraberis, ſi ſcieris quam incredibile ſtudium, quam ſumma vigilantia, in erudiendis pueris habeatur. Nam ad quadrimatum quum pervenerint filii, praeceptoribus traduntur, a quibus mores primum, mox honeſtas artes diſcant. Sed in hoc aetatis primo exordio plurimum refert, a quo potiſſimum bene fari accipiant. Non ſervi, aut vernae, nec nutrices, ſed ſola noſtrorum vatum Dantis, ac Petrarchae carmina infantiam imbuunt; quo fit, ut eloquutioni tantum vacent, mox liberalibus ſtudiis adoleſcant. Quare nobis oeiter gaudendum eſt, quod in patriam alienam tam proſpere, tam celebriter vates noſtri extra limen proferantur; nam quod de pueris, idem loquor de ſenioribus; nemo enim eſt qui non admiretur, non adoret reverenter, non teneat, aut domi ſigna, & imagines illorum, aut memoria maximam partem poëmatis; quod exemplum impulit me, ut de te peterem inter nobiliſſimos civitatis, an dignum Platonica illa tua altitudine, dignum virtutibus tuis nomen vendicaris, iiſdem quibus mereris ſpatiis, ora hominum pervageris. At o veram ſinceramque laudem! o ingens nomen, veridicamque approbationem! quam bene convenitis, atque parem Ficino meo gloriam promulgatis! quam mire ſucceſſit ex voto! fama es enim ſuper aethera notus; utpote qui non minus in toto orbe laudaris, amaris, complecteriſque ab aliis, quos numquam vidiſti, quam in urbe noſtra cognoſceris. Nam quae ſunt ad Latinos abs te converſa, ut Platonis volumina, remanent, & elucent; quae vero compoſita tam ſapienter, quam conſummate, mihi crede, plena ſuffragiis per Venetûm ora diſcurrunt. Noviſſime Liber tuarum Epiſtolarum in publicum venit, de quo cum ſumma mea voluptate, immo etiam admiratione loqui audio. Dicerem quid ſentiam, ſi ſapiens poſſem perſpicere ſapientem; legi tamen librum ipſum, & quam diligentiſſime potui, tum libenter vidi me inter tui amantiſſimos annotari. Utinam ſic ipſe re impleam exſpectationem, ut tu inter multa clariſſima ingenia nomen meum conſcripſiſti! Tibi ergo gratulor, ſplendor patriae, immo etiam aetatis noſtrae, qui tot aeternitati tuae conditoria conſtruxiſti; neſcio an quoque addam, invideo, quum noſtra omnium fere vita mors ſit, ſi comparemur tibi. Habes enim, vivis quod raro contingit, ante oculos paratam immortalitatem; ſed maior etiam exſpectatio eſt. Proinde hortor te, quamvis illud ſupra votum tuum eſſe putes, ut edas alia, vel hoc reliquo vitae tuae digna, vel non minus viventibus, quam poſteris profutura. Venetiis pr. d. Kal. Aprilis.*

XIV. pag. 32. Fabii Agathidii Spolerini Epiſtola ad ineundam amicitiam Marcello Virgilio primo Secretario Reip. Florentinae. Inc. *Marcelle ſuaviſſime ſalve. Ego lepori tui Sirene attractus, & ſcriptorum elegantia dipalpatus, quod Platoni obtigiſſe in Socrate Achaunt refert, quem nuper Latinis theſauris compendifeci, nequivi continere, quin ad te ſcriberem.* Def. *dii mutuo amori noſtro collinant gluten. Vale. Ex Vrbe Veteri XI. Kal. Februarias MDI.*

XV. pag. 34. Oratio Domini Marcelli Virgilii habita in principio lectionis, cuius titulus *Nil admirari*. Inc. *Fuerunt, ut audio.* Def. *eodem modo enuntiarunt*. Vid. Praef. ad meam Veter. aliquot Monum. Collect. pag. xx.

XVI. pag. 46. De opificio, & omnibus ſingulariter partibus hominis per Dominum Marcellum Virgilium. Inc. *Vertex, ſynciput, occiput &c.* Def. *ſolus pollex ex duobus nodis, & duabus phalangibus conſtat*. Vid. Ant. Vanderlinden de Script. Medic. pag. CCCCXXXVI.

XVII. pag. 48. Quaedam antiquitas reperta in agro Camerti, & prope Garilianum (1). Inc. C. TIBVLLA C. SEMPRONII FILIA. MARI. LV. NEP. INFERNO PLOTONI. TRICORPO &c. Altera cui titulus: *Caeſaris verba prope Garilianum reperta ſculpta in lapide marmoreo*, ita habet: M. T. C. NOBIS AMICISSIMVM PER TOTVM ORBEM TERRARVM NOSTRIS ARMIS, VICTORIAQVE NOSTRA SVBACTVM SALVVM LIBERVM ESSE IVBEMVS.

XVIII. pag. ead. *b*. Fragmentum cum hoc titulo: *Ex primo Libro* (ſcilicet circa finem) *P. Cornelii, qui hiſtoriam populi ab exceſſu D. Auguſti uſque ad obitum Tiberii quinque Libris ſcriptam reliquit, qui noviſſime inventi ſunt, & ſunt in manibus Rever. D. F. de Soderinis Cardinalis Vulterrani*. Inc. *Actum deinde in Senatu ab Aruntio & Ateio, an ob moderandas Tyberis exundationes &c.* Def. *qui nil mutandum cenſuerat*.

XIX. pag. 49. Inſcriptio quaedam, cui praecedit hic titulus: *Ex tabula ahenea admi-*

(1) Non exſtat in Theſauro Veter. Inſcript. Gruteriano.

Digitized by Google

*mirandae vetuſtatis, eruta & effoſſa ad Apennini radices in Liguriae valle, quae Porciſera dicitur, anno Nativitatis Domini ſeptimo ſupra milleſimum, & quingenteſimum, menſe Februario. Tabula vero eſt longitudinis duorum palmorum paullo amplius; latitudinis ſeſquipalmi, litteris antiquiſſimis majuſculis minutis, tamen perſcriptis ita, uti expeditiſſime leguntur. Vale antiquitatum amator & cultor.* Inſcriptio inc. Q. M. MINVCIEIS. Q. F. RVFEIS DE CONTROVERSIEIS. INTER. GENVATEIS. ET. VERTVRIOS. IN. RE. PRAESENTE. COGNOVERVNT. ET. CORAM. INTER. EOS. CONTROVERSIAS. COMPOSEIVERVNT. ET. QVA. LEGE. AGRVM. POSSIDERENT. ET. QVA. FINEIS. FIERENT &c. Deſ. F. PLANCVS. PELIANI. PELIONI. F. Adfertur in Theſauro Veterum Inſcriptionum Amſtelaed. apud Franc. Halma MDCCVII. fol. pag. CCIV.

XX. pag. 51. Deſcriptio navis, quae Thalamegus ab Athenaeo ponitur libro ſexto ſui Dipnoſophiſtae. Inc. *Fecit & Philopator fluviatilem navim ex genere earum, quas Aegyptii Thalamegos appellant.* Deſ. *quod retraheretur, & protraheretur purpureis rudentibus.*

XXI. pag. 52. *b.* Apoſpaſma Strabonis de Scaphis thalamiferis ex Lib. XVII. ubi de Aegyptiis loquitur.

XXII. pag. 54. D. Antonii Iuſtiniani Veneti Oratio ad Divum Maximilianum Romanorum Imp. Inc. *Non aberraſſe veteres Philoſophos, & primarios Gentilitatis viros, invictiſſime Caeſar, liquido certoque conſtat.* Deſ. *clementiae adſcribemus.* Nil apud Cl. Marcum Fuſcarenum in Litteratura Veneta alias citata.

XXIII. pag. 56. Leonardi Lauredani Ducis Venetiarum Epiſtola Sanctiſſimo ac Beatiſſimo in Chriſto Patri, & Domino D. Iulio divina Dei providentia Sacroſanctae Romanae ac univerſalis Eccleſiae Summo Pontifici. Inc. *Conati ſumus, Beatiſſime Pater, & Domine noſter clementiſſime, quibuſcumque mediis nobis poſſibilibus, & praeſertim litteris noſtris ad Reverendiſſimos DD. Cardinales Grimanum & Cornelium ſcriptis, & ſaepe ac ſaepius replicatis S. V. cum omni humilitate & reverentia declarare devotiſſimam obedientiam & obſequentiſſimum animum noſtrum erga B. V. ſignificantes &c.* Deſ. *quamprimum ad Sanctitatem Veſtram miſſuri ſumus.*

XXIV. pag. 57. Iulii Papae II. Duci Venetorum reſponſum die prima Iulii MDIX. Inc. *Litterae tuae nobis per Venerabiles Fratres noſtros Grimanum & Cornelium S. R. E. Card. redditae, quia ſubmiſſioribus erant ſcriptae verbis, & humiliati animi tui principia demonſtrabant, lectae ſunt a nobis libenter, ſperantibus in dies magis, annuente Deo, te ſaniorem ad mentem, melioremque ſenſum rediturum &c.* Deſ. *noſtra tamen clementia ſuperabuntur.*

XXV. pag. 58. Domini Marcelli Virgilii Oratio habita in principio lectionis de Puerperio, & Obſtetricio Socratis. Inc. *Incredibile eſt, quam multas, & quam honeſtas habeat Poëtice rationes, & hypotheſes, unde laudari merito poſſit, & quam multa ex Poëtis, ſi ſapienter legantur, & audiantur etiam quotidie poſſint, quibus totus homo ad virtutem excolatur; poteſtisque id ex eo colligere & ratiocinari, quod decimum & ſeptimum annum hoc agentibus, novaſque quotannis laudandae Poëtices rationes ineuntibus, maior continue copia ſe effert, unde ſuaviores & utiliores vobis guſtus hauriamus interpretationis huius noſtrae &c.* Deſ. *ad ſanctiorem Dei cultum, qui finis humanae vitae eſt, proficiatis.*

XXVI. pag. 64. Eiuſdem alia Oratio habita in principio lectionis. Inc. *Quo conſilio, Patres optimi, ſuperiore anno de Poëtice apud vos egimus, ut eius utilitatem intelligentes, (nam delectationem facilius omnes ſentiebatis) maiore animo & ſpe ad eam capeſſendam accederetis, eodem apud eoſdem de Rhetorice hoc anno mihi agere propoſui.* Deſ. *in quibus Rhetorice prima, media, & extrema etiam invenietur.*

XXVII. pag. 72. *b.* Eiuſdem alia Oratio habita in principio lectionis. Inc. *Credidi ego ſemper, qui adeſtis, Patres, & ingenui adoleſcentes, bonarum artium & ſapientiae amatores, oportere hominem, quae docet, quaeque in rem ſint, de re aliqua in iudicio dicturum, nec minus etiam iudicem, qui perorata iam cauſſa, iudiciariam illam tabellam in manus accipiat, ſine invidia id primum aggredi, mox nequaquam ſollicito ob id anxiove animo eſſe, quod a maioribus, iiſque in ſapientia laudatis, aliter quam ipſe ſentiat in eadem cauſſa decretum aliquando fuerit.* = & paullo inferius: *Nos etiam intra vigeſimum annum, quo temporis ſpatio tot barbararum gentium armis, & dolis paene omnes periimus, alienorum morum contagio in ganea, ebrietate, amoribus, levitate, impudentia, fraudibus, muliebrique corporis ornatu, omnem Italiam tantum profeciſſe ſentimus, ut nec ſenioribus omnis haec regio, nec patribus veſtris eadem haec civitas videatur, tam longe ab antiquitatis innocentia, & maiorum noſtrorum ſanctitate diſceſſimus.* Deſ. *gloriam ſuperare hi poſſint.*

XXVIII. pag. 87. Eiuſdem alia Oratio habita in principio lectionis. Inc. *Diximus ſuperiore anno apud vos, ingenui adoleſcentes, quod fuerit in iuventute Athenienſi, totaque Graecia Socratis Obſtetricium, fueratque animus & tunc & alias copioſius de eo agere, ſi per occupationes noſtras, & publicas, & privatas id nobis licuiſſet, ut & nos ſapientius poſthac eruditionem hanc veſtram tractaremus, & vos aliquando intelligeretis quantum ſub praeceptoribus veſtris proficiendum vobis eſſet.* Deſ. *commune malum, commune infortunium, de quo diximus copioſe alias, dicemus adhuc etiam, ſi qua ſoliti eſtis frequentia & patientia poſthac me audietis.*

XXIX. pag. 93. *b.* Eiuſdem alia Oratio habita in principio lectionis. Inc. *Admonuit nos, ingenui adoleſcentes, voſque alii ſeniores,*

*qui*

Digitized by Google

*qui adeſtis, verſiculus hic primus huius Poëtae, ſumptumque ab eo ex meliore naturae poteſtate exordium, quotquot hactenus rem agrariam docuerunt mortales, aut laudatione aliqua eam humano generi commendarunt (qui multi, & ſapienter id egerunt) plura de eius laudibus, & quae erant meliora iudicio noſtro reliquiſſe.* Deſ. *& diſciplinam hanc colendi agri exercere utiliter, & ſapienter docere.*

XXX. pag. 102. Tetraſticha de Romanis Imperatoribus anepigrapha, quae tamen ſunt Magni Autonii Burdigalenſis, a Iulio Caeſare uſque ad ſua tempora. Primum inc.

*Nunc & praedictos, & regni ſorte ſequutos.*

Vltimum deſ.

*Antoninorum nomina falſa gerens.*

In editione Amſtelaedamenſi apud Io. Blaeu MDCLXIX. 12 curante Iac. Tollio a pag. 81. ad pag. 84.

XXXI. pag. 103 Eiuſdem de duodecim Caeſaribus per Suetonium Tranquillum ſcriptis, ad Heſperium filium. Inc.

*Caeſareos proceres &c.* Ibid. pag. 80.

XXXII. pag. ead. Monoſticha de ordine eorumdem. Inc.

*Primus regalem &c.* Ibid.

XXXIII. pag. ead. Monoſticha de eorumdem aetate, & Imperio. Inc.

*Iulius, ut perhibent &c.* Ibid.

XXXIV. pag. ead. *b.* Monoſticha de eorumdem obitu. Inc.

*Iulius interiit &c* Ibid.

XXXV. pag. 104. Caii Suetonii Tranquilli de Vita XII Caeſarum Liber primus in Capita diviſus, quibus praecurrunt Summaria rubrica exarata, cum ſcholiis aliquot marginalibus ſatis eruditis. Inc. *Divus Iulius Caeſar.* Deſ. *Caeſarem ſe non eſſe regem reſpondit.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XVI. cum indiculo in principio manu recentiore, & ſcholiis aliquot marginalibus, ſpatiis utplurimum ad Graeca ſupplenda relictis. Conſtat foliis 126.

## MARSILII FICINI EPISTOLARVM LIBER I.

Cod. XL. MArſilii Ficini Epiſtolae ad diverſos, & aliorum quaedam ad ipſum, cum Prooemio ad Iulianum Medicem virum magnanimum, quod inc. *Magnus Coſmus, magnanime Iuliane.* Deſ. *a Marſilio intelligas ſalutari.* Epiſtola prima, cuius argumentum eſt *de felicitatis deſiderio*, Coſmi Medicei ad Marſilium Ficinum inc. *Contuli heri me in agrum Charegium.* Vltima Marſilii Ficini ad Ioannem Petrum Patavinum, cuius argumentum eſt, *Fontes potius, quam rivulos ſectari debemus*, deſ. *commenda me Bernardo Bembo noſtro, Venetorum Oratori clariſſimo. Vale.* Exſtant omnes in eius Operum editione Baſileenſi ex officina Henricpetrina MDLXXVI. fol. Tom. I. & Libro Epiſtolarum primo comprehenduntur, qui habetur ibi a pag. 607. ad pag. 674. licet ordine aliquantum diverſo; ultima enim in Codice, incidit in edit. pag. 655. Praeterea in earum recenſione peragenda variantes non paucas animadvertimus, quarum potiores heic ex ordine ſubnotandas putavimus.

Pag. 32. Epiſtola ad Laur. Medicem (in edit pag. 621.) ita clauditur: *per maria ſuſtulit. Vale. XIII. Ianuarii MCCCCLXXIII. Florentiae. Salutat te Alexander Filicarius tuus, vir quantum probus, tantum nobis charus, ergo chariſſimus.*

Pag. 40. *b.* Epiſt. ad Ioannem Cavalcantem, quae inc. *Non poteſt &c.* (in edit. p. 624.) data eſt *V. Iunii MCCCCLXXV.*

Pag. 41. *b.* Epiſt. ad eumdem, quae inc. *Quoniam putabam &c.* (in edit. pag. 625.) data eſt *ex Charegio XIII. Kal. Octobr. MCCCCLXVIII.*

Pag. 42. *b.* Epiſt ad eumdem, quae inc. *Quid igitur faciam?* (in edit pag. 625.) data eſt *XXX. Auguſti MCCCCLXVIII. Marcitiani.*

Pag. 43. Epiſt. ad eumdem, quae inc. *Homerus propter &c.* (in edit. pag. 626.) data eſt *Florentiae Idibus Octobris MCCCCLXXVIII.*

Pag. 62. Epiſt. ad Antonium Peloctum, & Baccium Vgolinum (in edit pag. 634.) data eſt *IV. Martii MCCCCLXXIV.*

Pag. 64. Epiſt. ad Thomam Minerbettum (in edit. pag. 635.) eſt aliquanto longior in fine, & poſt verba, *quam crudelitas*, in quibus editio deſinit, ita in Codice proſequitur: *perſevera & in familiaritate Caroli Valgulii noſtri Brixienſis; eſt enim vir humanitate, humanitatiſque ſtudiis tam Graecis, quam Latinis excellens. Vale.*

Pag. 72. Epiſt. ad Laurentium Medicem (in edit. pag. 639) data eſt *XXI. Martii MCCCCLXXIII. Florentiae.*

Pag. 73. *b.* Epiſt. ad Nicolaum Michelozzium (in edit. pag. 640.) data eſt eodem die ac ſuperior ad Laurentium Medicem.

Pag. 78. Epiſt. ad eumdem Michelozzium (in edit. pag. 641.) data eſt *XII. Aprilis MCCCCLXXIV.*

Pag. ead. *b.* Epiſt. ad Iulianum Medicem (in edit. pag. 642.) ita explicit: *Vale. Benedictus Piſtorienſis tuus totum tibi millies ſe commendat.*

Pag. 90. *b.* Epiſt. ad Laurentium Medicem, quae inc. *Scribis, ut in te &c.* (in edit pag. 655.) data eſt *XVI. Aprilis MCCCCLXXIV. Florentiae.*

Pag. 98. Epiſt. ad Leonardum Peruſinum Theologum, cuius argumentum eſt, *Non eſt ad Religionem quilibet admittendus*, non exſtat in dicto Libro; incipit autem: *Diſcipulus noſter prae nimio Muſarum amore ac ſtudio &c.* ut in Codice XI. Plutei LI. Catalogi Tomo ſuper. pag. 531. ubi excerptum dedimus.

Pag.

Pag. 99. Epiſt. ad Angelum Niccolinum (in edit. pag. 642.) aliquanto longiuſcula in fine, deſinit: *& voluntatis interpres. Saluta Renatum patruum tuum, immo noſtrum, civem iuſtum, atque doctum.*

Pag. 102. Epiſt. ad Hieronymum Paſqualinum (in edit. pag. 644.) deſ. *Vale, ac vive homo. Saluta Nerium, & Franciſcum Riuucçinos, inſignes pietate viros.*

Pag. ead. *b.* Epiſt. ad Franciſcum Mareſcalchum Ferrarienſem (in edit. pag. ead.) deſ. *morto contempſit. VI. Septembris MCCCCLXXII. Florentiae. Saluta Ioannem Marcum, virum certe egregium, nobiſque chariſſimum.*

Pag. 109. *b.* Epiſt. Laurentii Medicis ad Marſilium (in edit. pag. 647.) data eſt *Florentiae X. Kalendas Octobris MCCCCLXXIV.*

Pag. 112. Epiſt. Marſilii, tacito nomine, ad quem ſcripta eſt, quae tamen, ut ex Codice XLIII. de quo mox agemus, eruitur, Pontico Germano inſcribitur, cuius argumentum: *Homo non propter ingenium, ſed propter virtutem eſt laudandus*; deeſt in edit. Incipit autem: *Quod ingenio polleas, non te . . . . . ſed Deum potius in te laudo.* Deſ. *tanto deterior evades, atque miſerior.*

Pag. 125. Epiſt. ad Angelum Politianum (in edit. pag. 650.) deſ. *ſiquidem tam natura, quam ſtudio philoſophus eſſe videtur. Vale.*

Interim notandum, ſingulis Epiſtolis praemitti breviſſimum argumentum, & quidem rubrica exaratum, quod cum editione plerumque concordat.

Codex chartaceus Ms. in 8. maiori Saec. XV. diligenter exaratus, optimeque ſervatus, antiquitus num. 656. deſignatus. Conſtat foliis 135.

## COL. SALVTATI DE SAECVLO ET RELIG. LIBRI II.

Cod. XLI. 1. Lini Coluccii Salutati Cancellarii Florentini ad Domnum Hieronymum de Uzano monachum Camaldulénſem in Monaſterio ſanctae Mariae de Angelis Libri II. de Saeculo & Religione, cum Prooemio, ut in Codice IV. Plutei LIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 602. §. II.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. in cuius tegumento legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia num.* 7. antiquitus num. 699. notatus. Conſtat foliis 80.

## COLVCCII SALVTATI OPVSCVLA QVAEDAM, ET EPISTOLAE.

Cod. XLI. 2. I. pag. 1. Lini Coluccii Salutati ad Antonium Aquilanum Patavii in artibus ſtudentem de Tyranno Liber cum Prooemio, ut in Cod. XII. Plut. LXXVIII. ſupra pag. 163. §. I. ubi tamen notandum eſt, poſt verba: *ſi autem non ſatisfecerim, ut arbitror, ignorantiam meam accuſa. Vale*, in quibus deſinit praeſens Codex, in illo ita proſequi: *ſum enim paratior addiſcere, quam docere. Vale felix, & conare, precor, in virum ſummum evadere, quo ſis tuis decus, & omnibus charus. Amen.*

II. pag. 18. *b.* Eiuſdem Tractatus, quod Medici eloquentiae ſtudeant, & de verecundia, an ſit virtus, aut vitium, ad Antonium de Baruffaldis Phyſicum Faventinum, cuius Epiſtola ad Coluccium Tractatui praemiſſa legitur, ut ibidem §. II.

III. pag. 32. *b.* Eiuſdem Epiſtola Antonio de Scarparia Phyſico ex Epiſtola Senecae prima ad Lucilium, ut ibid. pag. 164 §. III. ubi quum ob Codicis mutilationem fine careret, heic damus, & ſequens eſt: *vel cum illo, quiſquis fuerit, huius rei diſcutiam veritatem. Vale, & memento Euclidis Turiſiani, & problematum expoſitoris. Flor. VIII. Id. Febr.* In Epiſtolis Coluccii recenſendis uſi fuimus editione Florentina typis Petri Caietani Viviani MDCCXLI. 8. curante Laurentio Mehus Tomo I. & altera item Florentina ex recenſione Ioſephi Rigaccii Bibliopolae Florentini ſeu potius Io. Lamii typis Io. Bapt Bruſcagli MDCCXLII. Tomis II. 8. Utraſque ſuis locis citamus, ut quae ineditae adhuc ſunt, coniicere per ſe quiſque poſſit.

IV. pag. 38. Eiuſdem Epiſtola Magiſtro Franciſco de Camerino. Inc. *Recepi, vir eruditiſſime, Doctor egregie, litteras tuas, ut tu vocas duo illa Prooemia, & duas, quod idem reputo, privatas Epiſtolas, quas, ut coniicio, neſcio quibus indiciis praemiſiſti; quibus omnibus conaris aſtruere, per aſtrorum curſum notitiam futurorum, plane contra ſententiam Auguſtini* (1) *&c.* Deſ. *Magnifico Domino meo Malateſtae de Peſauro me recommenda.*

V. pag. 40. Eiuſdem Epiſt. Reverendiſs. Patri, & Domino, D. Thomae de Rondello Epiſcopo Canturienſi. Inc. *Reverendiſſ. in Chriſto Pater, & nobiliſſime Domine mi. Multa vellem, immo tecum haberem, ſi facultas, & occupationes ſinerent, ventilare.* Deſ. *cunctis reverentiae cultibus honorande. Flor. II. Non. Apr.*

VI. pag. 41. D. Ioannis de S. Miniate Monachi Camaldulenſis Epiſtola exhortatoria Angelo Corbinello civi Florentino, ut diſcedat a lectura Poëtarum, & Sacrae Paginae codicibus innitatur. Inc. *Amantiſſime frater. Hanc diſceptationem, quam tecum congreſſurus nunc obiicio.* Deſ. *quod ille donare dignetur, qui eſt benedictus in ſaecula &c.*

VII. pag. 44. Coluccii Salutati Epiſtola Rever. Domino Ioanni de S. Miniate Monacho Camaldulenſi praecedenti reſponſiva. Inc. *Vidi nuper, & riſi, Ven. in Chriſto Pater, literas tuas, quas mittis ad egregium virum Angelum Corbinellum, dilectiſſimum filium meum, quibus eum more tuo conaris a poëticis, & ſae-*

(1) Dicit in hac Epiſtola ſe vidiſſe quidquid Guido Bonattus ea de re ſcriptitaverat.

*& ſaecularibus ſtudiis revocare, vel quo rectius dixerim deterrere.* Deſ. *ſententias prohibere. Vale, & pro me ora. Florentiae VIII. Kal. Febr. Anno Gratiae MCCCCI I.*

VIII. pag. 58. Eiuſdem Epiſtola ad Sereniſs. Principem, & Dominum D. Ludovicum Chriſtianiſſimum Francorum Regem, nomine Civitatis Florentiae ſcripta. Inc. *Sereniſs. & Chriſtianiſs. Principum, metuendiſſime Domine, & huius Regii populi ſpes unica, & praeſidium ſingulare. Quoniam nulla tam ſublimis ſapientia fuit umquam, quam ignorantia facti ſaepe facileque non fallat, oportet devotionem noſtram de conditionibus Italiae pauca praemittere.* Deſ. *incepta noſtra viriliter proſequamur. Dat. Flor. die XXIV. Aprilis XII. Ind. MCCCCIV.*

*Priores, & Vexill. Pop. Flor.*
*Colucius Salutatus Canc. edidit.*

In lucem dedit Stephanus Baluzius Tom. IV. Miſcell. pag. 516. edit. Pariſ. apud Franc. Muguet MDLXXXIII. 8.

IX. pag. 61. Eiuſdem contra maledicum, & obiurgatorem adverſus Florentinos Invectiva, cum Prologo, qui inc. *Fuit nuper per quoſdam inſignes, & venerabiles viros mihi tranſmiſſum Invectivae cuiuſdam exemplum, quod ſumptum ab exemplari veriſſimo chariſſimi fratris mei Antonii Luſci Vicentini certiſſime dicebatur.* Deſ. *ut quum unum eliſero, mox alium cum ſua confutatione ſubnectam. Incipis ergo, venenata quod conceperas evomens, in haec verba, videlicet.* Tum pag. 63. *b.* Antonii Luſci Vicentini contra Florentinos Invectiva (1), quae inc. *Illucebitne umquam dies &c.* Reſponſio Colucii inc. *Principio quidem, ſicut dictis verbis exprimitur &c.* Invectiva deſ. *non perpetuus belli fomes, ac deflendum omnibus reliquiſſet.* Reſponſio deſ. *vetus enim proverbium eſt, remanere vacuum atque nudum, qui quidquid habet, expenderit, & dixerit quidquid novit.* Vide Cl. Laurentium Mehus in Prolegom. ad Colucii Epp. pag. LXXXV.

X. pag. 118. Eiuſdem Epiſtola ad Petrum Turcum. Inc. *Iuſſiſti, vir inſignis, filique chariſſime, quod obiurgatori illi petulantiſſimo, qui Florentinorum nomen, & glorioſiſſimam hanc patriam inſolenti maliloquio pupugit, gloriamque, ſicut arbitror, iniuria noſtra quaeſivit, iuxta ſuae infamiae merita reſponderem.* Deſ. *tu tamen rei conſule, & reſcribe. Vale. Florentiae III. Idus Septembr.*

XI. pag. 119. *b.* Eiuſdem ad Iacobum Allegrettum Forolivienſem, qui anno MCCCLXXVIII. Tozi de Antilla nomine ſcripſerat D. Philippo de Antilla, augurio & divinatione pacem inter Eccleſiam, & Florentinos non eſſe futuram, carmina quaedam (2) hortatoria, ne prophetare vellet, nec ſiderum quaerere curſus. Inc.

*Quiſquis es, altiſonis qui non tua nomina metris.*

Deſ.

*Altaque mortales premit ignorantia viſus.*

Tum ſubiicitur rubrica: *Haec Colucius in libello de Fato, & Fortuna ad Dominum Felicem Abbatem Septimenſem.* Inde Epilogus ſequitur, cuius initium eſt: *Haec tunc ad Iacobum Allegrettum ſcripſi. nec enim credam tam evidentibus rationibus poſſe facile reſponderi.* Finis: *denique quum nulla poſſint ratione concludere divinationum ſuarum fundamenta, quibuſcum alia infinita ſine ratione ponunt. Finis.*

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. antiquitus num. 951. deſignatus. Conſtat foliis 122.

## LINI COLVCCII SALVTATI EPISTOLAE QVAEDAM EX AVTOGRAPHO EXTRACTAE (3).

I. pag. 1. MAgnifico Domino Roberto Comiti de Battifolle. Inc. *Quamquam, Comes magnifice, ineptum importunumque videatur.* Deſ. *niſi Dei miſericordia provideat, interire. Vale felix. Flor. XVII. Kal. Sept.* Extat in edit. Rigaccii ſupra citata Tom. II. Ep. VII. *Cod. XLI. 3.*

II. pag. 6. Egregio Legum Doctori D. Thomae de Orlandis. Inc. *Excuſſit mihi lacrymas infelicitas tua, frater optime, qui tam acerbe, tamque crudeliter tali ſis germano privatus.* Deſ. *duxeris ſupportanda. Vale, tunc demum felix, quum te rerum mortalium caſibus non permiſeris agitari. Flor. VIII. Kal. Sextilis.*

III. pag. 7. Inſignis facundiae viro Magiſtro Benvenuto de Imola amico optimo. Inc. *Laetum iucundumque me fecit littera tua inter officii mei occupationes moleſtas, interque anxietates, quas quotidie neceſſe ſit capere de internicionibus dilectorum, quas nimium frequentes haec contagioſa clades accumulat.* Deſ. *iterum vale felix, amicorum optime.*

IV. p. 9 Venerabili viro D. Franciſco Bruno Summi Pontificis Secretario. Inc. *Abibimusne, venerande Pater, in aeterna ſilentia? Siccine frigeſcere permittemus charitatis ardorem, quo mutuae viciſſitudinis alternationibus inflammamur?* Deſ. *promere vetuerunt. Vale felix. Flor. XVI. Kal. Octobr.*

V. pag. 10. Spectabili viro Franciſco Guiniſio civi Lucano. Inc. *Iucundiorem me in dies reddit, vir optime, tuus, & aliorum egregiorum virorum, qui tibi comites fuere, ad hanc regiam urbem acceſſus.* Deſ. *mihi enim hoc beneficium adſcribam. Iterum Vale. Flor. VII. Idus Decembr.*



(1) Haec nondum in lucem prodiit.

(2) Haec Carmina Mss. in ſua deliteſcere Bibliotheca teſtatur Iac. Gaddius Tom. II. de Scriptor. non Eccleſ. Vid. etiam Praefationem ad Colucii Epiſtolas Cl. Laur. Mehus pag. LXXXVIII.

(3) Ita legitur eadem antiqua manu initio Codicis adnotatum.

Digitized by Google

VI. pag. 14. Egregio Doctori Magiſtro Benvenuto de Imola. Inc. *Non ſiccas, non intermiſſas*. Deſ. *poteſt deterreas. Vale, mei memor. Flor. IX. Kal. Aprilis*. In cit. edit. Tom. II. Ep. III.

VII. pag. 15. Eidem. Inc. *Vir optime. Ne tacitus arguar*. Deſ. *& quantus eſt ille liber, reſcribito. Flor. XI. Kal. Iunii*. Ibid. Ep. V.

VIII. pag. 16. Inſigni viro Guaſpari de Broaſpinis optimo civi Veronenſi. Inc. *Diu ſincerae charitatis conceptum incendium excitavit epiſtola tua, quam parvo commeatu verborum, ingenti tamen ſententiarum viatico deſtinaſti; excitavit, inquam, incendium, adeo ut ſuccenſi fornax pectoris non caleſceret, ſed arderet. Nec mirum; nihil enim fuit epiſtola tua, niſi fervor charitatis, & amoris. Tu quidem de mea proſperitate, & officii dignitate, qua licet immeritum, me haec Regia Civitas exornavit; tu me de ſentina Curiae Romanae, & fetidae Babylonis barathro gratularis evulſum &c.* Deſ. *fac, ut videam. Vale mei memor. Flor. XIII. Kal. Sextilis*.

IX. pag. 17. Eidem. Inc. *Reſcripſi tibi longiuſculam epiſtolam reſponſivam, quam vix inter occupationes huius officii interpellantium extorſi*. Deſ. *ac noſtri memor. Flor. Non. Sextilis*.

X. pag. ead. *b*. Eloquenti viro Ser Andreae Iuſti de Vulterris Secretario D. Abbatis Maioris. Inc. *Inter occupationes innumeras, quibus hoc Cancellariatus officium me cancellat, forte fortuna fuit, ut ad me dilectiſſimi compatris mei Nicolai Ser Dami de Monte Campo, ad quem, velut ad fratrem afficior, litterae pervenirent*. Deſ. *quamvis parvum offerto. Vale amicorum optime. Flor. V. Kal. Nov.*

XI. pag. 19. *b*. Reverendo Patri Fratri Nicolao de Agrigento Ordinis Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Profeſſori. Inc. *Venerabilis Magiſter. Scripſiſti pluries, & poſt tuum diſceſſum illo elegantiſſimo ſtylo tuo hanc urbem regiam pupugiſti, ſalutaribus, & quantum in te eſt validis, atque fidis rationibus ad pacem hos cives exhortans, quibus omnino, nec publice, nec privatim exhiberi reſponſum indignum mihi viſum fuit*. Deſ. *ſed alio forſan fore conſilium deflectendum. Vale feliciter, vir optime, & me, tamquam filio tuo ad placitum potiaris. Flor. Non. Novembr.*

XII. pag. 21. *b*. Guaſpari de Broaſpinis. Inc. *Lepidiſſimas, atque ornatiſſimas epiſtolas tuas pridie avida manu, ſed avidiore mente, tuo viſo nomine, laetus accepi*. Deſ. *mutuo poſſe ſervire. Vale felix, amicorum optime. Flor. XVI. Kal. Novembr.*

XIII. pag. 23. *b*. Egregio viro Franciſcolo de Broſſano, D. Franciſci Petrarchae genero. Inc. *Cogitabam, frater & amice chariſſime, notitiam tuam*. Deſ. *non invideatis eumdem Vale felix, mei amans & memor. Flor. vigilia Domini*. In cit. Tom. II. Ep. VI.

XIV. pag. 25. *b*. Inſigni viro Lombardo optimo civi Patavino. Inc. *Quoniam, ut noſter teſtatur Arpinas, nihil virtute amabilius, nihilque quod magis alliciat ad diligendum &c.* Et paullo inferius: *Adde quod ab incunabulis hanc ſemper facultatem admiratus, quamvis in ſumma docentium, ne dicam doctorum inopia, eloquentiam ſemper excolui. = Ceterum, vir optime, olim vivo Petrarcha, incitatorios verſus ad editionem Africae ad eum, me miſerum! tranſmittendos, quo tempore caeli iniuria nobis illum eripuit, mea ſtudiate perfeci, quos, ut ineptiarum mearum particeps fias, ad te mitto; ita tamen quod te advocatum velim, ut divinum illud Opus, quod Franciſcolus fuerat ad Boccaccium tranſmiſſurus, quem recens extinctum, ſine lacrymis nominare non queo, tua interceſſione promerear, ut patria Franciſci, quae ortum eius meruit, & fato quodam oſſa demeruit, tam claro Opere muneretur*. Deſ. *nec modicum ad ſuae gloriae cumulum, ut conicere poſſum, accedet. Vale mei memor. Flor. die XXV. Ianuar. XIII. Indict.*

XV. pag. 26. *b*. Eidem. Inc. *Recepi litteras tuas, quibus me graviſſimo ſtylo tuo multipliciter hilaraſti*. Deſ. *audeo enim ab amico cuncta requirere; tu me ſimiliter in tibi placitis onerato. Flor. die IV. Iunii*.

XVI. pag. 27. *b*. Rever. Patri Fratri Loyſio de Marſiliis Ord. Eremit. B. Auguſtini, Sacrae Theologiae Baccalaureo in Studio Pariſienſi. Inc. *Multa, fateor, vir egregie, poſt tuum diſceſſum occurrerunt*. Deſ. *ſed vix haec licuit inter occupationes ſcribere. Flor. die V. Kal. Sept.*

XVII. pag. 28. Ven. Plebano D. Alberto de Albizis in Studio Patavino. Inc. *Frater dulciſſime. Praeter exſpectatum iucundiſſimam meis ſenſibus tuam mihi praeſentavit epiſtolam communis amicus*. Deſ. *memineris contemplari. Flor. prima noctis vigilia IV. Id. Ian.* Notanda ſunt circa Epiſtolae finem haec verba: *Scripſiſti tandem, quo nihil acceptius meis ſenſibus fieri poteſt, te, ut per manus meas, & illius divini prorſus viri Benvenuti mei de Imola Africa, celeberrimi noſtri Petrarchae ſingularis labor, & auguror, ſingulare perpetuandae ſuae famae praeſidium, publicetur, obnixius procurare*; & infra: *Ceterum, quod addidiſti de Alano in Rhetorica Tullii, ſatis miror, quum poſſis nedum promiſſis libellis, ſed etiam meis propriis ad arbitrium uti &c.*

XVIII. pag. 30. Magiſtro D. Guidoni de Polenta, Ravennae Domino. Inc. *Clariſſime Domine. Fideliſſimus familiaris tuus Raynerius Ruffolus, dum me ocioſum, quod rariſſime tamen accidit, inveniſſet, ſicut eſt homo lepidi ſermonis, mecum colloquium iucundum inſtituit*. Deſ. *conſulte ſubiiceo. Flor. die V. Febr.*

XIX. pag. 31. *b*. Inſigni viro Magnifico Dominico de Arretio Grammatico. Inc. *Vir optime. Exigit epiſtola tua his eodem textu ad me cum diligentia deſtinata, ut reſponſionis debita ſolvam*. Deſ. *nunc autem te exoro, poſtquam de Quintiliani ſpe decidi, niſi quatenus ex indulgentia pendebit optimi fratris mei Domini Philippi Villani, honorabilis Cancellarii*

Pe-

*Peruſini, ſi quis peregrinus auctor apud te eſt, me conſcium facias. Vale mei memor. Flor. die XIV. Iul. XV. Ind.*

XX. pag. 33. Domino Franciſco Bruni. Inc. *Vir egregie, Pater optime. Litteras tuas multis refertas ſolatiis, & elegantiſſimo ſtylo compactas accepi, quarum, fateor, lepore delectatus ſum, donec a quo Franciſco mitterentur agnovi.* Deſ. *tuae vitae naviculam appulſuram. Flor. Id. Iulii.*

XXI. pag. 40. Magiſtro Dominico de Arretio. Inc. *Frater optime, vir facundiſſime. Viciſſitudinem exigis epiſtola, quam ad me diu tua charitas deſtinavit.* Deſ. *repertorium tuorum librorum habui, fac ut de aliquibus interclusa ſchedula notatis, quantum peto, reſpondeat. Vale. Flor. XI. Nov. prima Ind.*

XXII. pag. ead. *b.* Guaſpari de Broaſpinis. Inc. *Vir egregie, frater chariſſime. Magna locorum intercapedo nos ſeparat.* Deſ. *Epiſtolas Ciceronis, ſi potes, per hunc mitte. Vale. Flor. die XVII. Novembr.*

XXIII. pag. 41. Inſigni viro Magiſtro Iacobo Allegretto Mantuano. Inc. *Vir ardentis ingenii. Diu viſis Bucolicis tuis, quorum cortice ſenſus altiſſimos obduxiſti, ſtetit in animo animus tecum loqui. & quid de eo Carmine ſentirem, mens calebat exprimere.* Deſ. *ego profecto tui amantiſſimus ſum. Flor. IV. Id. Quintilis.*

XXIV. pag. ead. *b.* Magiſtro Dominico Arretino. Inc. *Vir egregie, frater amantiſſime. Iam pluries tua me pulſat epiſtola, obnixe, & amicabiliter exigens, ut de noſtro, & de familiae noſtrae ſtatu te faciam certiorem.* Deſ. *aliquando tamen habebimus. Vale. Flor. II. Non. Sext. MCCCLXXVIII.*

XXV. pag. 42. *b.* Inſigni viro Iacobo Moccie. Inc. *Neſcio, vir amantiſſime, & ultra acerrimum ingenium, quod in te mirabiliter viget, memorioſiſſime. ſi tibi Coluccii tui memoria excidit; Coluccii, inquam, quem altiſono metro, & reboantis proſae ſerie, ântequam eum cognoſceres, miris laudibus exornaſti.* Deſ. *quum male dico. Vale. & me communi Domino humiliter recommenda. Flor. X. Sextil. prima Ind.*

XXVI. pag. 43. *b.* Optimo viro Ser Iuliano Zannerini Bononienſi Cancellario. Inc. *Exigis a me, frater optime, quod tibi velim reſpondendo depromere, qualiter me habeam circa ſaeculi praeſentis curas, qualiterque ad beatitudinem aeternae quietis adſpirem.* Deſ. *felix eſt, quiſquis moriens omnia ſecum conſumpta videt. Vale mei memor. Flor. XII. Kal. Octobr.* In cit. Tom. II. Epiſt. LIII.

XXVII. pag. 44. *b.* Eidem. Inc. *Reſpondiſti mihi, frater optime, te melancholia perfuſum meas litteras recepiſſe.* Deſ. *non parva percipies documenta. Flor. VIII. Kal. Novembr.*

XXVIII. pag. 49. Illuſtri Principi & D. D. Alberto Marchioni Eſtenſi Ferrariae. Inc. *Illuſtris &c. Non dedignetur illa clariſſimae domus Eſtenſis humanitas.* Deſ. *veniam praebe. Flor. die VI. Decembr.* Commendat Petrum Montanarium.

XXIX. pag. 50. *b.* Rever. P. Fratri Ioanni Domini Giachinotti Sacrae Theologiae Profeſſori Ord. Praed. Inc. *Venerabilis vir &c. Numquam inter occupationes meas, quibus ſine interruptione quaſi ſemper involvor, numquam inter ocia, ſi qua dantur, memoriter ſenſibus noſtris occurris.* Deſ. *ulla dies te, vir egregie, ſeparabit. Flor. Kal. Ianuar.*

XXX. pag. 53. Magiſtro Benvenuto de Imola. Inc. *Vir inſignis &c. Quantum ſequitur.* Deſ. *& efficaciter commendato. Vale gemine mi, amodo quidem te, non fratrem, non amicum, ſed ſi hanc mihi veniam dederis, geminum appellabo. Flor. VIII. Id. April.*

XXXI. pag. 56. *b.* Optimo viro Ser Iuliano Zannerini Cancellario Bononienſi. Inc. *Frater optime. Cito menſis erit, ex quo unam litteram tuam innominatim ad famulum meum miſſam de tua manu, mirabundus accepi, ignaruſque, cui illa deſtinaretur epiſtola, utpote qui famulum habeam inſcium litterarum, illam aperui, & reperta alia littera optimi viri Ser Dominici Silveſtri, antiqui amici mei, ad te directa, longe magis miratus ſum; nec prius quidnam illud fuiſſet, intellexi, quam utriuſque litteras percurriſſem. Quibus viſis, inter admirandum, occurrit menti meae maeror, & gaudium. Dolui, fateor, videns inter te, & illum, quos ut fratres diligo, tantum, neſcio quomodo, interceſſiſſe diſſidium, & tam acre certamen, & utrumque veſtrûm adeo impudenter, adeoque pungenter inviſſe congreſſum.* Paullo infra occaſionem diſſenſionis his indicat verbis: *Tu divinarum Scripturarum auctores ſic legendos aſſeris, quod Poëtica videaris modis omnibus abhorrere; ille nec divina condemnat, nec haec ſaecularia, ſive gentilia iudicat dimittenda. Hoc idem & ego ſentiebam & ſentio &c.* Deſ. *eumque velis inter amicos praecipuos numerare. Flor. XV. Martii.*

XXXII. pag. 60. *b.* Inſigni viro Io. Bartolemaeo de Arretio Cancellario D. Franciſci de Caſale Domini Cortonenſis. Inc. *Vir facundiſſime. Iam plures effluxerunt menſes.* Deſ. *denique ſum tuus, eſto meus, ſalvet utrumque Deus. Vale felix, & mei memor. Flor. die VIII. Iulii MCCCLXXIX.*

XXXIII. pag. 64. D. Franciſco Brunio. Inc. *Vir egregie. In te manifeſte pluries ſum expertus, quanta verſetur in ignorantiae caecitate genus mortalium, qui raro, vel numquam ſolent cum fortunae ſuae ſtatu convenire, & quod periculoſius eſt, vix exſiſtentiam ſuae conditionis agnoſcunt. Nuper in patria Curiam Romanam optabas, nunc in Curia patriam deſideras.* Deſ. *dummodo ad Deum, ut deſidero, revertaris. Flor. XIV. April. MCCCLXXX.*

XXXIV. pag. 65. Inſigni viro Magiſtro Donato de Albanzanis D. Marchionis Cancellario. Inc. *Vir facundiſſime, frater optime. Saepenumero mecum cogitavi.* Deſ. *ſemper amabo. Flor. X. Maii.* In cit. Tom. II. Ep. XLVIII.

XXXV. pag. 68. *b.* Lombardo Patavino. Inc. *Vir amantiſſime. Numquam litteras tuas video, quin excitetur in me ingens amoris incendium, quinve ſubeat illiuſce divini viri, Petrarchae videlicet noſtri, lacrymoſi deſiderii plena recordatio. = Nuper autem quanta diligentia, ſicut iucunda tua epiſtola patenter inſinuat, libellos, quos ego poſtulo, conquiſiſti, quanta cura illos pro me te aſſeris facturum, ut exemplentur. Vnum tamen amicabiliter inſeram. Video quod Librum* de Viris Illuſtribus *in papyro facies exemplari, ſicut ſcribis; ſed per religioſum virum Fratrem Thedaldum de Ordine Minorum mihi relatum fuit, te in hoc mutaſſe conſilium, de quo ſi ſcriptorem habes, qui poſſit in pergameno reſcribere, longe magis contentor, ne ex nova exemplatione, dolo, mendaciis, inconſtantiae, & fraudibus ſcriptorum, quorum mores, (quid dixi mores) immo vitia te noviſſe reor, quaſi mancipium dedar. Si igitur in una potes tranſcriptione me expedire, nec ex altera pendeam, te totis affectibus rogo, &, ſi impoſſibile fuerit, ut adiciatur eiuſdem viri gratum Opuſculum* Rerum Memorabilium, *& hortor, & peto; illo tamen priori me omnino participem facias. De Propertio autem nihil aliud, niſi quod ſcribis, exſpecto, ut videlicet exemplatum habeam. De Ciceronis voluminibus miror, quod plura non ſint apud vos; & eo maxime, quia ex quadam Petrarchae Epiſtola, quae incipit* Geminus mihi Parnaſſus &c. *datur intelligi, longe plures Arpinatis libros apud eum fuiſſe. Audiveram & ipſum habuiſſe* Verrinas; *ſed ne, dum omnia quaero, pluribus caream, hos vel in papyro tranſcribi peto,* de Lege frumentaria ad Hortenſium, pro Plancio, pro P. Sylla, de laudibus Magni Pompeii, & Milonianam, *quam ultimam habeo corruptam, & inexpletam, quod dici poteſt illam penitus non habere.* Philippicarum *quatuor habeo, quarum prima incipit:* Antequam de Rep. dicam, *quam primam reor. Altera incipit:* Quoniam fato meo, Patres Conſcripti. *Tertia:* Serius omnino P. C. *Quarta:* Frequentia veſtrum &c. *Reliquas, rogo, ſcribi facias in papyro. Et ſi iſtae ſunt ordinatae primae quatuor Orationes, notum facito. Habeo Orationem* ad Populum Romanum *ipſius Ciceronis,* quando ivit in exſilium, *quae incipit:* Si quando inimicorum &c. *Si eſſet altera ab illa, quae apud vos intitulatur:* Ad Equites Romanos, *fac illam ſcribi, alias ſufficiat ea, quam habeo.* Gratulationem ad Senatum pro reditu de exſilio *habeo, ſed, ut arbitror, incompletam, non enim procedit niſi uſque ibi:* non omittam, Patres Conſcripti, ut quum ea mihi ſint reſtituta &c. *Si ultra habetis, exemplari facias.* Gratulationem ad Populum Romanum *habeo ſimiliter inexpletam, videlicet uſque ibi:* Neque ſolum ingratis &c. *oro itaque, ut reſiduum tuo munere habeam. Non poſſum credere, quod libros* de Finibus Bonorum & Malorum *non habeatis; ſi apud vos ſunt, quum mihi ſit liber ille imperfectus, qui uſque ad quartum librum procedit uſque ibi* atque plena eorum, qui quum de ſummo bono quaererent &c. *nam ulterius non procedit; deſidero habere complementum eiuſdem quarti, & totum quintum. Quatuor* Academiae *Libros, ſi reperiri poſſent, novit Deus quam ardenter videre cupiam, & habere. Vide quam amicabiliter, quave confidentia tecum agam &c.* Deſ. *Franciſcolum meum ſaluta. Flor. die XIII. Iunii.*

XXXVI. pag. 69. *b.* Magnifico D. Bertuldo Vrſino Comiti de Sorano. Inc. *Nobiliſſime, atque Magnifice Domine mi. Dignata fuit Excellentia Tua.* Deſ. *imperato. Vale felix. Flor. die XXVI. Iun.*

XXXVII. pag. 70. Magiſtro Benvenuto de Imola. Inc. *Vir egregie, frater, & amice chariſſime. Principium Commenti, ſive lecturae tuae ſuper prima Cantica Dantis, per manus lepidi iuvenis Antonii de Cortona iucundus accepi.* Deſ. *me volentem reliquit edifferet. Flor. XXVIII. Iunii.*

XXXVIII. pag. 71. *b.* Guaſpari de Broaſpinis. Inc. *Importune, querule, infeſte, moleſte, & denique contumelioſe neſcio ſi dicam.* Deſ. *a me fraterne amari. Flor. XII. Iulii.*

XXXIX. pag. 72. *b.* Rever. in Chriſto Patri Domino . . . . . . (1) Abbati digniſſimo S. Salvii. Inc. *Vener. in Chriſto Pater. Scribunt, ſicut videbis, Magnifici Domini mei in favorem Abbatis de Razzolo.* Deſ. *te ſanum, & laetum videre deſidero. Vale felix. Flor. IV. Non. Martias.*

XL. pag. 73. Ven. Viro D. Antonio Plebano digniſſimo Vadi. Inc. *Frater optime. Receſſiſti properus, & ego plurimis occupatus pro te mittere non fui memor, ſicut lepidus iuvenis Leonardus* (Arretinus) *noſter nocturnus irrumpens in meum ſtudium perſuaſit.* Deſ. *clareque reſponde. Vale felix. Flor. VII. Kal. Octobr.*

XLI. pag. ead. *b.* Lombardo Patavino. Inc. *Mi frater, mi frater, mi frater, licet enim iiſdem affari te verbis, quibus affatur fons eloquentiae Tullius Quintum fratrem; iterum itaque, mi frater, me miſerum quid audivi? Quale nuntium, dum de te diligentius ſciſcitor, vellit aures? Pendebam, frater optime, cupidus tecum conqueri de tumultuaria & cruenta caede communis fratris noſtri Guaſparis Veronenſis, ſaevus quem gladius, & quod ſumme deflendum eſt, conſanguinea manus exſtinxit. Maxima quidem noſtrae aetatis iniuria, quae talem tantumque virum quietiſſimis humanitatis ſtudiis deditum, mitem, innocuum, benignum, tali genere mortis amiſit.* Deſ. *ſtudiis uſurpare. Vale felix, & mei memor. Florent. V. Kal. Dec.*

XLII. pag. 75. Magnifico D. Nicolao Io. de Caſale Domino Cortonenſi. Inc. *Magnifice Domine mi. Permultis litteris a Dominatione Tua receptis, ſuper factis controverſiae plebis de Gropina heic ſatis longo tempore ventilatae ſufficiant.* Deſ. *valeam operari. Vale. Flor. XXII. April.*

XLIII.

(1) Lacuna eſt in Codice.

XLIII. pag. ead. Nobili viro Hilario de Griſonibus honorando civi Bononienſi. Inc. *Frater &c. Gaudeo, quod aliquando potui tanti viri, quamvis tu es, amicitiam benignitate tua quaerere. = Pro filio tuo D. Vgolino libenter ſcribam, tui amore, ac etiam ſui, quem ob patrui memoriam fraterne diligo. Rogo, quod Ser Antonius de Cortona tibi ſit recommendatus &c.* Deſ. *te enim diligo. Vale felix, Flor. die XXVI. April.*

XLIV. pag. ead. *b.* Prudentibus viris Ser Antonio Ser Chelli, & Ser Piero Pieri civibus Florentinis. Inc. *Reſponſum petit.* Deſ. *audire deſidero. Flor. VII. Sextilis.*

XLV. pag. 76. *b.* Prudenti viro Ser Antonio Ser Chelli civi Flor. Inc. *Frater optime. Neſcio quid mihi iucundius potuiſſet accidere, quam te videre metu mortis conſternatum.* Deſ. *reprehenſibiliter pertimeſcas. Vale felix. Flor. die XXI. Aug. MCCCLXXXIII.*

XLVI. pag. 84. Inſigni viro Franciſco Bartolini optimo civi Flor. Inc. *Frater chariſſime. Laetor te bene valere, licet inter illas paluſtres inſulas, in quibus inclyta urbs Venetorum ſita eſt, & ſolo manu facto mediis in vadis mirabiliter ampliata.* Deſ. *reſcribe & vale. Flor. die II. Septembr.*

XLVII. pag. 86. Eloquenti viro Ser Guccio Franciſci civi Florentino. Inc. *Chariſſime frater. Habui de manibus Ser Laurentii tui germani copiam originalem, ut arbitror, ad me ſub nomine fratris mei Magiſtri Feltri, ſtylo reprehenſorio deſtinatam, quam profecto non credam de ſuae fraternitatis, & ſolitae diſcretionis pectore proceſſiſſe.* Deſ. *maneatis. Vale felix, & mei memor. Flor. XXV. Septembr.*

XLVIII. pag. 88. *b.* Inſigni viro Andreolo de Ariſiis Cancellario. Inc. *Vir inſignis & frater optime. Saepius expertus ſum nihil amicitiae charitate ſuavius.* Deſ. *abnuat reſpondere. Flor. XI. Martii.*

XLIX. pag. 89. Spectabili viro Nicolao de Diverſis. Inc. *Frater optime. Miror quod de Liguria, quae a legendis leguminibus dicta eſt, a Thuſcis legumina petat.* Deſ. *vale felix, & virum noſtrum nuper armatum, Ioannem videlicet, natura tuum, amore vero communem filium, quem gaudeo in virum virtuoſum evadere, fac ſalutes. Flor. die XI. Martii.*

L. pag. ead. *b.* Nobili ac generoſo viro Roberto de Roſſis civi Florentino. Inc. *Nobiliſſime iuvenis. Gaviſus ſum in his, quae per tuas litteras laetus accepi.* Deſ. *me tibi, ſi volueris, exhibebo. Vale felix. Flor. die XV. Martii.*

LI. pag. 90. Reverendiſs. in Chriſto Patri, & Domino, D. Thomae Dei gratia digniſſimo Cardinali Manu . . . . . Inc. *Reverendiſs. in Chriſto Pater & Domine. Singularis pater meus, Dominus Epiſcopus Feſulanus, multa mihi de te, tuiſque ſtudiis, ornatu gravitateque ſcribendi retulit.* Deſ. *proſequar, quod incepi. Flor. die XXI. Sept.*

LII. pag. 91. Franciſcolo de Broſſano. Inc. *Venit tandem, ut a tuis litteris, frater optime, auſpicium faciam, venit tandem Africa dulcis* (1). Deſ. *quum hoc unum, in quo vertitur omnis ſplendor illius tui chari parentis, effeceris. Flor. V. Kal. Febr.* In edit. Mehus eſt Epiſt. XXVII.

LIII. pag. 93. Venerabili viro D. Vbaldino Priori S. Stephani. Inc. *Vir venerabilis, Doctor egregie, ac dulciſſime mi pater. Non poſſem exprimere.* Deſ. *vale felix, & me Domino noſtro ſuppliciter recommenda. Flor. die XXIV. Novembr.* Deeſt in hac Epiſtola Epitaphium Lapi. Ibid. Ep. XXVIII.

LIV. pag. 94. Spectabili ac generoſo viro Laurentio Gambacurtae. Inc. *Laetus accepi Nobilitatis Tuae litteras, iuvenis optimae indolis, inchoatae virtutis, videns te honeſtiſſimis litterarum ſtudiis aliquid, quantulumcumque ſit, operis indulgere.* Deſ. *quod nec ipſe, nec ego, ſpe quam concepimus, defraudemur. Flor. die XVI. Aug.*

LV. pag. 99. *b.* Inſigni viro Bernardo de Moglio. Inc. *Potuerunt me delectare multae litterae tuae, fili chariſſime, ſi foſem ille gloriae cupidus Themiſtocles.* Deſ. *me ulterius non extendo. Vale dilectiſſime fili. Flor. VII. Id. Decembr.*

LVI. pag. 102. Eloquenti viro Ser Antonio de Cortona Cancellario Lucano. Inc. *Vir inſignis &c. Recepi litteras tuas, quae me contrariis paſſionibus affecerunt. Illarum etenim prima particula laetitiam attulit, videndo teſtimonio tuo viros virtutibus egregios iſtic creſcere, teque parvitatem mei favoris in ipſorum promotionibus implorare, minimam quidem ſatisfactionem maximi debiti.* Deſ. *non illa, cuius negliguntur. Vale. Flor. VII. Id. Octobr.*

LVII. pag. 104. *b.* Eloquenti viro Ser Benivieni Cancellario Eſculano. Inc. *Vir inſignis &c. Vir eloquentiſſimus, magnaeque virtutis Antonius de Cortona, Cancellarius Lucanus, cuius eruditionem ac ſcientiam ſemper excolui, ſed bonitatem, eximiaſque virtutes ſumme dilexi, & diligo, mihi ſcribit, quod vir multae probitatis Ser Andreas Ioannis de Anguillis, civis honorabilis Lucanus, Capitaneatum Montanae Bononienſis exoptat.* Deſ. *& hunc virum benemeritum promovere. Vale. Flor. VII. Id. Octobr.*

LVIII. pag. 105. Inſigni viro Peregrino Zambeccario Cancellario Bononienſi. Inc. *Vir inſignis &c. Non decuit, quod tantus vir hinc exeat Eſculum acceſſurus ad Officium Poteſtariae veſtri Communis, quem tu, ut ſpero, miraberis, & aetatem iudicabis matura ſapientia praeveniſſe.* Deſ. *ſuiſque faveas honoribus. Vale. Flor. III. Id. Dec.*

LIX. pag. ead. *b.* Inſigni viro Paſquino de Capellis Comitis Virtutum Cancellario. Inc. *Pluſquam ſextum arbitror, vir inſignis &c.* Deſ. *& in ipſo, quanti me facis, oſtende.*

LX. pag. 106. Eloquentiſſimo viro An . . nio Luſco civi Vicentino. Inc. *Gaudeo, di . . ctiſſime fili, quod poſtquam habes . . . . . . . . . . . .*

(1) Loquitur de Poëmate Franciſci Petrarchae, cui titulus *Africa*.

*tranſlationem Iliados, licet horridam & incultam, cogitaveris ipſam excolere, & heroico carmine divinum illud opus Latio tradere velis, ut quum nobis ſolo nomine nota ſit Ilias = Surgat hoc noſtro tempore Ligur novus, qui non ſolum verſiculum unum, aut plures eripiat Homero, quod glorioſum Maroni fuit, etiam inter aemulorum latratus; ſed totam Iliadem ſibi vindicet, faciatque ſplendidiſſimo carmine de palliata togatam, immo de exſangui inornataque tranſlatione excultiſſimum ornatumque Poëma, quem laborem, iam a te conceptum, & a me tibi tuum animum neſciente perſuaſum, hortor totis affectibus amplectaris.* Deſ. *non deſerat evaſure. Flor. XII. Kal. Sextil.*

LXI. pag. 107. Rever. Patri D. Ioanni de Sancto Miniate Ordinis Camald. Inc. *Petis, vir religioſe, olim fili, nunc in Chriſto Ieſu frater, & mihi, ſi facultas dederit, imitande, quod quum fueris in exercitu Florentino, quem pro defenſione publicae libertatis inſultata bello patria tranſmiſit in Lombardiam contra Comitem Virtutum, & hoſtes, pro victu tuo, necnon & tuorum multa rapueris; an nunc tota mente per religionem converſus in Deum, hoc tibi debeat ad reſtitutionis neceſſitatem & peccati maculam imputare.* Deſ. *pro me non fruſtra poſſit orari. Flor. XVII. Kal. Octobr.*

LXII. pag. 110. Reverendiſs. in Chriſto Patri & D. D. Dei & Apoſtolicae Sedis gratia digniſſimo Cardinali Patavino. Inc. *Reverendiſſime &c. Si fores mihi cum alio ſermo, non poſſem, fateor, continere, quin in alicuius modeſtae reprehenſionis acrimoniam excandeſcerem.* Deſ. *paucis non fuit poſſibile reſpondere. Flor. VI. Id. Quintil.*

LXIII. pag. 116. *b.* Inſigni viro Bernardo de Moglio. Inc. *Aequum erat, dulciſſime fili, te de patria a tuis, & hinc a me pluſquam tuo, peregrinationem longiuſculam obeuntem, tuis, mihique reſpondere, qualiſque te fortuna excepiſſet, quiſve rebus tuis ſtatus contigerit, explicare.* Deſ. *quod mihi deſit accedat. Flor. Kal. Sextil.*

LXIV. pag. 119. Magnifico Domino Ioanni Franciſco de Gonzaga Mantuano Domino. Inc. *Sentio, Magnificentiſſime mi Domine, penes te maximam copiam eſſe librorum.* Deſ. *me dicentem erudieris. Flor. VIII. Kal. Dec.* In edit. Rigaccii Tom. II. Ep. XVI.

LXV. pag. ead. *b.* Multae venerationis & ſcientiae viro Demetrio Chidonio Conſtantinopolitano. Inc. *Suaviſſimam tuae charitatis ſalutationem, vir inſignis, cunctis venerationis officiis excolende, peritiſſime mi Demetrii, quam mihi per communem in doctrina filium Robertum Roſſum tam ardentis mentis affectu iuſſiſti nomine tuae dignationis impendi &c.* Deſ. *ipſum horteris, ut veniat, honorem & gloriam adepturum. Flor. X. Kal. Maias.*

LXVI. pag. 126. Eloquentiſſimo viro Emmanueli Chryſolorae. Inc. *Peritiſſime vir &c. Poſtquam ad venerabilem, mirandumque Patrem Demetrium Chidonium, ſicut videbis, ſcripſi, non eſt dignum, quod litteras meas tibi invideam, praeſertim quia preſſius cogitantibus viſum mihi & Roberto (Roſſo) noſtro fuit, quod illa ſalutatio, de qua tam multa cum ipſo diſcuſſi, tua fuerit, & non ſua.* Deſ. *vale, mi chariſſime Manuel, & venire propera. Flor. VIII. Id. Mart.*

LXVII. pag. 127. Iacobo Angeli de Scarparia. Inc. *Poſtquam Dei, & Dominorum noſtrorum gratia factum eſt, dilectiſſime fili, quod vir optimus Chryſolora docendis Graecis litteris Florentiam eſt adſcitus, ſicuti per meas litteras recepiſti.* Deſ. *ſi tamen memineris, vice optimum patrem Demetrium & Manuelem amicabilis ſalutationis officio venerate. Flor. VIII. Kal. April.*

LXVIII. pag. 128. Venerabili viro D. Io. de Monſterolis Praepoſito Sancti Petri, & Regis Francorum Secretario. Inc. *Plurimae venerationis, & inſignis eloquentiae vir &c. Niſi quia tibi per inadvertentiam in dilectionis & amicitiae fervore promiſi.* Deſ. *ſi duxeris occulendas. Flor. pridie Id. Quintilis.*

LXIX. pag. 129. Magnifico Domino Aſtorgio de Manfredis Faventiae. Inc. *Magnificentiſſime Domine mi. Scio quod cunctis reſpectibus abſentia fideliſſimi ſervitoris tui Domini Franciſci de Piſcia tibi gravis, & moleſta fuit.* Deſ. *ut oportet. Flor. VIII. Kal. Aug.*

LXX. pag. ead. *b.* Illuſtriſſimo Principi & Domino Iodoco Brandemburgenſi ac Moraviae Marchioni. Inc. *Nihil totius mortalis vitae meae curriculo, quamquam ſexageſimum iam & ſextum annum attigerim &c.* Deſ. *qui ſic inſpiraverit iudicate. Vale. Flor. XIII. Kal. Septembr.* In cit. Rigaccii edit. Tom. I. Epiſt. LI.

LXXI. pag. 137. *b.* Eidem. Inc. *Subinnxiſſem, Illuſtriſſime Princeps, & Excelſe Domine, quae nunc attingam, epiſtolae longiori, quam cum praeſentibus accepturus es.* Deſ. *familiariſque conceſſi. Vale Domine mi feliciter atque diu. Flor. XII. Kal. Sept.*

LXXII. pag. 138. Peregrino Zambeccario. Inc. *Duo ſunt, vir inſignis, frater, & amice chariſſime, pro quibus tibi ſum debitor reſpondere. Primum eſt tibi, & eloquentiſſimo viro D. Iacobo de Firmo commune, de quo pauca dicenda ſunt = Scripſiſtis equidem ambo, qualiter Magnificus Dominus Carolus Malateſta fecerat de Mantuano Palatio, venuſtum, venerandumque noſtri Maronis ſimulacrum dirui, vatiſque ſancti memoriam in patria ſua, comminuta ſtatua, quam ſibi dedicavit ſua Civitas, aboleri &c.* Deſ. *& illa quae tibi retuli mediterit. Flor. IX. Kal. Maias.*

LXXIII. pag. 150. Magnifico Domino Malateſtae de Malateſtis. Inc. *Gaviſus ſum, magnanime Malateſta, vir Dominorum, qui gubernacula rerum poſſidens ſingulariſſime, quod dilectiſſimus frater meus eloquio inſignis, & multarum rerum ſcientia fecundus Petrus Turcus per te fuerit ad Tuae Dominationis ſervitia revocatus.* Deſ. *cui veluti ſervo, quidquid libet iniungas. Flor. XIII. Kal. Quintil.*

LXXIV. pag. ead. *b.* Inſigni viro Petro Tur-

Digitized by Google

Turco Eſculano Cancellario. Inc. *Frater chariſſime. Parva litterula.* Deſ. *& unum non eſſe contra legem profiteri. Flor. XI. Kal. Sext.*

LXXV. pag. 151. Domino Vbaldino Priori Sancti Stephani. Inc. *Quum vidiſſem, frater optime, epiſtolam tuam multis eloquentiae floribus, ſententiarumque luminibus exornatam.* Deſ. *cunctis praebeo iudicandum. Vale. Flor. III. Kal. Nov.*

LXXVI. pag. 160. Magiſtro Donato Albanſano Cancellario. Inc. *Neſcio quid dicam, gemine mi, neſcio quid ex huius ſterilis ſoli, ſicut tua dilectio novit, inopia munificentiae tuae rependam.* Deſ. *receptum hoſpitem in perpetuum excluſiſſes. Vale gemine mi. Flor. die XV. Februar.* Has Epiſtolas & varia Colucii Salutati Opuſcula Mss exſtantia in Biblioth. Gaddiana memorat Iacobus Gaddius de Scriptor. non Eccleſ. Tom II. pag. 318

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. ab eadem manu, cui ſuperiores duos Codices eodem num. XLI. notatos debemus, parum correcte exaratus, antiquitus num. 950. deſignatus. Conſtat foliis 160.

## COLVCCII DE FATO, ET FORTVNA, CINCII ROMANI, ET POGGII QVAEDAM.

Cod. XLII. I. pag. 1. COluccii Pierii Salutati de Fato & Fortuna Libri III. ad Felicem Abbatem Monaſterii Sancti Salvatoris de Septimo Ordinis Ciſtercienſis, cum Prooemio, ut in Codice XVIII. Plutei LIII. Tomo ſuper. pag. 614 In fine legitur: *B.* (ſc. *Barptolemaeus*) *de Monte Policiano ante* (1) *decendium* (ſic) *ſcribens finit. Deo gratias. Con.* (ſc. *Conſtantiae*) *XVI. Decembris MCCCCXIV.* (2)

II. pag. 45. *b.* Excerpta varia, quorum primum eſt ex Libro primo Tullii de Oratore &c.

III. pag. 46. Quaedam auctoritates ex Sermone M. Ia. Laud. Epiſcopi, ex primo de Tuſc. Quaeſt. &c.

IV. pag. 48. Chronicon, cui titulus: *Epitoma Chronicorum, quibus & generationes ab Adam uſque ad Abraham, & a Paſſione Domini omnes Conſules & quae conſequutae ſint poſt finem Valentis uſque ad quintum Conſulatum Valentiniani Imperatoris adiecimus.* Inc. *Adam, quum eſſet annorum CCXXX. genuit Seth.* Deſ. *hoc tempore plurimos Manichaeos intra urbem latere diligentia Papae Leonis innotuit, qui eos de ſecretis ſuis erutos, & oculis totius Eccleſiae publicatos, omnium turpitudinem damnare fecit & prodere. Epitoma finit Auguſtini & Oroſii eius diſcipuli.* Tum ſubiicitur, ut ſupra, ſcriptoris nomen, ita: *Finivi die VIII. Februarii MCCCCXVI. Conſtantiae B. de Monte Policiano*, idemque nomen repetitur etiam in pagina vacua ante memoratum Chronicon.

V. pag. 62. Cincii Romani, Secretarii Apoſtolici, ac veterum Scriptorum ea aetate latentium perſcrutatoris, Sermo Bacchi e Graeco in Latinum translatus cum Prologo, qui inc. *Quamquam perdifficile ſit mihi, vel homini Graecarum litterarum Latinarumque peritiſſimo, aliquem ex Graecis codicibus in Latinum ſermonem vertere, propterea quia apud Graecos nonnulla ſunt, quae in Latinam linguam deducta, nullo modo propriam dignitatem, patriumque ornatum conſervare poſſint; tamen mihi ocium, vacuumque tempus habenti, in mentem venit, his praeſertim temporibus, quibus Conſtantiae diverſamur, Bacchi Sermonem ab Ariſtide Oratore accuratiſſimo confectum, in Latinam orationem vertere. Nihil enim ad hunc locum potius quadrare videtur, in quo omnes paene barbarico ritu debacchantur, quam Bacchum Latinis litteris explicare. Sed ut de interpretis natura aliquid dicam, ferebat Manuel* (forte *Chryſoloras*), *homo ſine ulla dubitatione divinus, converſionem in Latinum ad verbum minime valere &c.* Deſ. *nunc ipſius Ariſtidis ſomnium audiamus.* Sermo inc. *Ipſe quidem Aeſculapius, qui ſomnium oſtendit, huius ſermonis cuſtos ſit.* Deſ. *aliaque huiuſmodi decantans cum abſolutione perfectioneque ſermonis laetitia afficior. Finit Sermo Bacchi per Cincium Romanum ex Ariſtide Graeco in Latinum translatus.*

VI. pag. 63. Poggii ad Nicolaum Niccolum ſuum Epiſtola de Balneis Puteolanis. Inc. *Si vales bene eſt, ego quidem valeo. Per quemdam contribulem meum.* Deſ. *partiunculam aliquam conſequaris. Vale. Ex Balneis XVI. Kal. Iunias.* In edit. Opuſculorum Poggii curante Aucupario pag LXVIII. t.

VII. pag. 65. *b.* Tandem ſequuntur explicationes quarumdam vocum Graecarum.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ineuntis manu Barptolemaei de Monte Policiano parum caſtigate exaratus, cum Summariis, & notulis quibuſdam marginalibus, num. 294. antiquitus notatus. Conſtat foliis 65.

## MARSILII FICINI EPISTOLAE.

MArſilii Ficini Epiſtolarum Libri VIII. cum argumentis in ſingulas rubrica conſcriptis, quae quoad ordinem, paucis exceptis, concordant cum impreſſis in edit. Baſileenſi Henricpetrina Tom. I. a pag. 607. ad pag. 892. In earum autem recenſione quoad initium, & finem, ut inſtituti noſtri ratio exigit, ineunda, quaſdam varietates obiter animadvertimus, quas operaepretium duximus adnotare, ut ex hiſce lectores noſtri Cod. XLIII.

(1) Legebatur prius *poſt*, quo expuncto additum ſupra fuit *ante*.

(2) Heic quoque ſcriptor omiſerat unam ex notis numericis C, quae deinde adiecta eſt.

Digitized by Google

ſtri coniicere valeant, quaenam huiuſce Exemplaris, meo quidem iudicio optimi, ſiqua forte Ficini Operum nova editio pararetur, habenda ſit ratio.

Incipit igitur Liber I. ab Epiſtola Marſilii Ficini ad Iulianum Medicem, quae eſt inſtar Prooemii in Epiſtolarum Librum I. quaeque inc. *Magnus Coſmus &c.* omiſſo alio Prooemio, quod in editione habetur in omnes ſimul Epiſtolas ſuas.

Pag. 12. *b.* Marſilii Ficini Epiſtola ad Antonium Pactium (in edit. pag. 617.) data eſt *III. Novembris MCCCCLXXIII.*

Pag. 16. *b.* Epiſt. ad Laurentium Medicem (in edit. pag. 621.) data eſt *XIII. Ianuarii MCCCCLXXIII. Florentiae.*

Pag. 17. Epiſt. Laurentii Medicis ad Ficinum (edit. pag. 621.) data eſt *Piſis XIII. Kalendas Februar. MCCCCLXXIII.*

Pag. 18. Epiſt. Ficini ad Nicolaum Michelоctium (edit. pag. 622.) data eſt *XXII. Ianuarii MCCCCLXXIII. Florentiae.*

Pag. 21. Epiſt. ad Ioannem Cavalcantem, quae inc. *Non poteſt &c.* (edit. pag. 624.) data eſt *V. Iunii MCCCCLXXIII.*

Pag. ead. *b.* Alia ad eumdem, quae inc. *Quoniam putabam &c.* (edit. pag. 625.) data eſt *ex Charegio IV. Kal. Octobris MCCCCLXXVIII.*

Pag. 22. Alia ad eumdem, quae inc. *Quid igitur faciam?* (edit. pag. ead.) data eſt *XXX. Auguſti MCCCCLXVIII. Marciniani.*

Pag. 30. Inter Epiſt. ad Ioannem Cavalcantem, quae inc. *Interrogas &c.* (edit. pag. 631.) & Epiſt. ad Philippum Contronium, quae inc. *Mitto ad te* (edit. pag. 632.) inſerta eſt in Codice alia ad Franciſcum Muſanum Aeſienſem, quae inc. *Quum primum tertiana notha*. Deſ. *laetus in praeſens. Vale.* Occurrit in edit. pag. 609.

Pag. 34. Epiſt. ad Antonium Pelloctum (edit. pag. 634.) data eſt *IV. Martii MCCCCLXXIV.*

Pag. 35. *b.* Epiſt. ad Naldum Naldium (edit. pag. 636.) data eſt *VIII. Aprilis MCCCCLXXIV.*

Pag. 39. *b.* Epiſt. ad Laurentium Medicem (edit. pag. 639.) data eſt *XXI. Martii MCCCCLXXIII. Florentiae.*

Pag. 40. *b.* Epiſt. ad Nicolaum Michelоctium (edit. pag. 640.) data eſt *XXI. Martii MCCCCLXXIII. Florentiae.*

Pag. 43. Epiſt. ad eumdem (edit. pag. 641.) inc. *Si lacrymare mulierum eſt &c.* & data eſt *XII. Aprilis MCCCCLXXIV.*

Pag. 46. Epiſt. ad Franciſcum Mareſcalcum Ferrarienſem (edit. pag. 644.) data eſt *VI. Septembris MCCCCLXXVII. Florentiae.*

Pag. 50. *b.* Inter Epiſt. ad Laurentium Medicem, & aliam ad Benedictum Coluccium (edit. pag. 647.) inſerta eſt Epiſtola ad Ponticum Germanum, cuius argumentum eſt: *Homo non propter ingenium, ſed propter virtutem eſt laudandus*, quaeque in editione deſideratur. Ea vero ſequens eſt: *Marſilius Ficinus Pontico Germano S. D. Quod ingenio polleas, non te, Pontice, ſed Deum potius in te laudo; Dei namque iſtud donum eſt, non tuum. Tunc demum quum bene vixeris, te laudabo. Qui tibi ſemper adulantur, non te amant. Ego quia te propter ingenium diligo, moneo, ut ſuperbiae, libidinibuſque frenum adhibeas. Quod quidem niſi feceris, quanto ingenioſior es, tanto deterior evades, atque miſerior.*

Pag. 51. Epiſt. Laurentii Medicis ad Ficinum (edit. pag. 647.) data eſt *Florentiae X. Kalendas Octobris MCCCCLXXIV.*

Pag. 54. Epiſt. Ficini ad Angelum Politianum (edit. pag. 650.) deſ. *philoſophus eſſe videtur. Vale.*

Pag. 61. *b.* Epiſt. ad Laurentium Medicem, quae inc. *Scribis ut in te &c.* (edit. pag. 655.) data eſt *XVI. Aprilis MCCCCLXXIV. Florentiae.*

Pag. 77. *b.* Inter Epiſt. ad Franciſcum Salviatum, & aliam ad Baccium Martellum (edit. pag. 667.) inſerta eſt in Codice Epiſt. eiuſdem Ficini ad Leonardum Peruſinum, ut in Codice XL. huius Plutei ſupra pag. 558.

Pag. 78. Epiſt. ad Laurentium Medicem, cuius argumentum eſt: *Qui favet bonis, ſibi favet;* (edit. pag. cit.) inc. *Pax tibi, ſi Paci docto &c.*

Epiſtolarum Liber ſecundus.

Pag. 108. *b.* Epiſt. ad conphiloſophos ſuos, quae eſt *Compendium Platonicae Theologiae* (edit. a pag. 690. ad pag. 697.) deſ. *quaeritur, amatur, & colitur.*

Pag. 130. Deeſt in Codice Epiſt. ad Alamannum Donatum, quae inc. *Quum amicitia &c.* & in edit. occurrit pag. 716.

Liber III.

Pag. 154. Epiſt. ad Baſtianum Foreſium (edit. pag. 725.) data eſt *XI. Auguſti MCCCCLXXVI.*

Pag. 156. Epiſt. ad Ioannem Cavalcantem (edit. pag. 727.) data eſt *VII. Septembris MCCCCLXXVI.*

Pag. 166. Epiſtolae tres, quarum primae duae ad Hominem &c. tertia ad ſeipſum, (edit. pag. 735. per errorem 635.) datae ſunt, prima *XI. Decembris MCCCCLXXVII.* altera *XII. Decembris MCCCCLXXVI.* & tertia *XI. Decembris MCCCCLXXVI.*

Pag. 167. *b.* Epiſt. ad Ioannem Cavalcantem (edit. pag. 736.) deſ. *Vale. Primo Ianuarii MCCCCLXXVI. Salutat te Angelus Politianus noſter.*

Pag. 168. *b.* Epiſt. ad Albertum Pariſium (edit. pag. 737.) deſ. *tum gratia refulgentem. Vale Marſilii, Baſtianique Foreſii memor.*

Pag. 179. Epiſt. ad Iacobum Card. Papienſem (edit. pag. 746.) data eſt *XIX. Februarii MCCCCLXXVI.*

Pag. 184. Epiſt. ad Franciſcum Guaſconium (edit. pag. 750.) data eſt *XX. Maii MCCCCLXXVII.*

Epi-

Digitized by Google

Epiſtolarum Liber IV.

Pag. 192. *b.* Epiſt. ad Locterium Neronium (edit. pag. 756.) diei ſubſcriptione caret.

Pag. 198. *b.* Epiſt. ad Bernardum Bembum (edit. pag. 761.) data eſt *XXVI. Aprilis MCCCCLXXVII. Florentiae*.

Pag. 218. Epiſt. ad Franciſcum Mareſcalcum Ferrarienſem (edit. pag. 776.) data eſt *XXVIII. Iunii MCCCCLXXVII. Florentiae*.

Pag. 219. Epiſtolae duae ad Hermolaum Barbarum (edit. pag. 777.) in unam coniunguntur in Codice.

Pag. 225. Epiſt. ad Franciſcum Bandinum, quae eſt Prooemium in Opuſculum de Vita Platonis (edit. pag. 782.) bis repetitur in Codice.

Pag. ead. *b*, Epiſt. ad Nicolaum Batoreum (edit. pag. ead.) data eſt *IV. Kal. Iunias MCCCCLXXIX. Florentiae*.

Epiſtolarum Liber V.

Pag. 228. Epiſt. ad Antonium Hyvanum (edit. pag. 784) deeſt in Codice.

Pag. 242. *b.* Epiſt. quae inſcribitur: *Veritas Card. Riario dilectiſſimo filio ſalutem &c.* (edit. pag. 796.) data eſt *ſexto Kalendas Februarias MCCCCLXXVII. Florentiae*.

Epiſtolarum Liber VI.

Pag. 272. Epiſt. ad Bernardum Bembum (edit. pag. 821.) data eſt *Idibus Iuliis MCCCCLXXIX. in agro Caregio*.

Pag. 273. Epiſt. ad Locterium Neronium (edit. pag. ead.) data eſt *Kalendis Auguſtis MCCCCLXXIX. in agro Caregio*.

Pag. 286. Epiſt. ad Franciſcum Soderinum (edit. pag. 833.) data eſt *XXX. Novembris MCCCCLXXXVIII.*

Pag. ead. *b.* Inter Epiſtolam praedictam ad Franciſcum Soderinum, & aliam ad Bernardum Bembum (edit. pag. cit.) inſeritur in Codice Epiſtola ad Alamannum Donatum, cuius argumentum eſt: *Qualis eſt amor, talis eſt amicitia*. Incipit autem: *Quum amicitia &c.* quae in edit. habetur Libro II. ut innuimus paullo ſuperius pag. 576.

Epiſtolarum Liber VII.

Pag. 298. Poſt Prooemium huiuſce Libri ad Franciſcum Berlingherium (edit. pag. 841.) ſequitur ſtatim Epiſtola ad Georgium Antonium Veſpuccium, & Ioannem Baptiſtam Boninſegnium, praemiſſo titulo: *De cura valitudinis eorum, qui incumbunt ſtudio litterarum*, quae eſt veluti Prooemium in Librum de ſtudioſorum ſanitate tuenda, qui immediate ſubiungitur. Epiſtola igitur inc. *Multa vobiſcum his temporibus Peripateticorum more deambulando confabulati ſumus de curanda eorum valitudine, qui aſſidue incumbunt ſtudio litterarum; quae quidem brevi perſtricta compendio vobis potiſſimum dedicare decrevi*. Deſ. *ego ſum via, veritaſque, & vita*. Liber vero inc. *Quicumque iter illud aſperum &c.* Deſ. *tanto ſimul & voluntatem gaudio beate perfundit*. Hic autem Liber, ſine Epiſtola, habetur in cit. *Cat. Lat. Codd. Tom. III.* Tomo I. a pag. 495. ad pag. 509.

Pag. 322. Epiſt. ad Laurentium Medicem iuniorem (edit. pag. 845.) diei ſubſcriptione caret in Codice.

Pag. 338. Epiſt. ad Ioannem Picum Mirandulanum (edit. pag. 858.) data eſt *XV. Decembris MCCCCLXXXII.*

Pag. ead. *b.* Epiſt. ad Ioannem Franciſcum Hippolytum Gazolti Comitem (edit. pag. cit.) data eſt *XX. Decembris MCCCCLXXXII.*

Pag. ead. Epiſt. ad Dulcem ſuum (edit. pag. cit.) data eſt *X. Februarii MCCCCLXXXII.*

Pag. 342. Inter Epiſtolas duas ad Matthaeum Forliv enſem (edit. pag. 861.) inſerta eſt in Codice Epiſtola ad Rev. in Chriſto Patrem D. Nicolaum Batoreum Epiſcopum Vacienſem Pannonium, cuius argumentum eſt: *Montes non ſeparant animos montibus altiores*. Inc. *Quum accepi tuas, Bandinique litteras, quibus vehementer ſuadetis, ut in Pannoniam proficiſcar, gratiſſimus Mathiae Sereniſſimo Pannoniae Regi futurus &c.* Deſ.

*Hoc ego ſum vobis, unus ſibi quiſque quod ipſe eſt;*
*Hoc mihi vos eſtis, quod duo ſunt oculi.*

Haec deeſt hoc loco in editione, ſed occurrit Lib. IV. pag. 782.

Epiſtolarum Liber VIII.

Pag. 346. Deeſt in Codice Prooemium huius Libri ad Philippum Valorium, & Epiſtola prima ad Hieronymum Vrbinatis Ducis Oratorem, quae in edit. incidunt in pag. 864.

Pag. 350. Epiſtola ad Paullum Ferobantem (edit. pag. 868.) inc. *Niſi vererer, optime Paulle &c.* Deſ. *putantes fortaſſe Socratem nunc quaſi aemulum comparari, quem defenſorem paro*.

Pag. 353. *b.* Epiſt. ad Callimachum (edit. pag. 870.) data eſt *VIII. Aprilis MCCCCLXXXV. Florentiae*.

Pag. 356. Epiſt. ad Franciſcum Bandinum (edit. pag. 872.) data eſt *XXX. Maii MCCCCLXXXV. Florentiae*.

Pag. 357. Epiſt. ad Dominicum Benivenium (edit. pag. 873.) quatuor in fine verſibus brevior eſt in Codice, quam in editione; deſinit enim in verbis: *veritas Chriſtiana ſervatur*.

Pag. 360. *b.* Inter Epiſtolas ad Antonium Calderinum, & Braccium Marcellum (edit. pag. 875.) inſeritur in Codice *Apologus Marſilii Ficini de raptu Margharitae Nymphae ab heroe Ryco*, qui inc. *Rycus heros ingenioſus & pulcher, Mercurio, & Venere natus &c.* Deſ. *quum ſolus omnia vincat amor*.

Pag. 366. Epiſt. ad Ioannem Picum Mirandulanum (edit. pag. 879.) duplo longior eſt in Codice, quam in editione; poſt enim verba: *vel paullo poſt invenies*, in quibus editio deſinit, ita proſequitur Codex: *De Plotini autem vel Commentario, vel impreſſione, non prius tibi quidquam ſignificabo, quam audie-*

*diero iſtam tibi excidiſſe e pectore curam, ob quam tibi videtur excidiſſe Plotinus. Verum quid non mortalia pectora cogit? Hoc ipſum ego, Mithridate iſthoc praeſente, una cum Petroleone conqueſtus ſum, non ingenium quidem tuum accuſans, ſed vel cupidinem potius tuum, vel fortunam meam, cui fortunam Mithridatis anteponebam. Sed nolim intereſſe fortunam, ubi ſit ratione vivendum. Hac ergo vivamus amice, & invita forte vivamus amici. VIII. Septembris MCCCCLXXXVI. Florentiae.*

Pag. 368. Inter Epiſtolam Ficini ad Franciſcum Bandinum, & Orationem de Charitate (edit. pag. 881.) inſeruntur in Codice eiuſdem Epiſtolae duae, & alia breviſſima Oratio. Epiſtola prima ad Laurentium Medicem ita habet: *Saepe quae nobis ab aliis eventura ſint in aſtris explorare ſolemus; quae vero mihi ex te, Magnanime Laurenti, futura ſint, non in caelo quidem, ſed in te ipſo multis iam annis diligenter obſervo. Novi enim ſapientem ſideribus non eſſe ſubiectum. Quantum ergo e multis iamdiu ex te indiciis colligo, auſpicor equidem ſtatuiſſe te, aliquid ſponte mihi iterum quandoque largiri, quod preces nullae praeveniant. An ego precibus donum ullis anticipabo? Nequaquam. Significabo tamen, quum adeo memoriter ſigna futuri muneris obſervaverim multo magis me munus ipſum memoria ſervaturum. Me quidem, Laurenti, Philoſophia iubet his, quae olim abs te accepi contentum vivere; mihi vero domi nepotes contenti paucis eſſe non poſſunt. Vale. Kalendis Martii MCCCCLXXXVI.* Altera Epiſtola pag. 368. *b.* ad Ioannem Medicem Protonotarium ſequens eſt: *Quanto ſua cuique chariora ſunt, quam aliena, tanto ego Laurentio charior ſum, quam omnes. Ceteris enim aliena dari rogatus, rogat Medices. Mihi vero ſponte dat ſua, tamquam maxime ſuo. Quantum ergo patri tuo ſum tuus, tantum tibi quoque filio ſuo ſum tuus. XIX. Martii MCCCCLXXXVI.* Oratio ad Collegium Canonicorum, inc. *Quum ſacrum hoc veſtrum Collegium, Rev. Antiſtes, & venerandi Patres, admirabundus intueor.* Deſ. *ut neminem veſtrûm me in hunc egregium Paſtoris ſuperni gregem accepiſſe poeniteat. MCCCCLXXXVII. XXII. Martii.* Eſt breviſſima alloquutio, ſeu gratiarum actio ab ipſo habita, quo die in Canonicum renunciatus fuit.

Pag. 374. Epiſtola ad Ioannem Picum Mirandulanum (edit. pag. 885.) data eſt *X. Auguſti MCCCCLXXXVII.*; itemque ſequens ad Sereniſſimum Pannoniae Regem Mathiam data eſt *XIV. Octobris MCCCCLXXXVII. Florentiae.*

Pag. 377. *b.* Epiſtola ad Ioannem Victorem (edit. pag. 887.) inc. *Sebaſtianus Salvinus Theologiae doctor &c.*

Pag. 378. Epiſt. ad Probum Pontificis Commiſſarium (edit. pag. 889.) data eſt *VI. Iunii MCCCCLXXXVIII.*

Pag. 380. *b.* Epiſt. ad Ioannem Picum Mirandulanum (edit. pag. ead.) data eſt *III. Iulii MCCCCLXXXVIII. Florentiae.*

Pag. 38. Epiſt. ad Callimachum (edit. pag. 891.) data eſt *XV. Auguſti MCCCCLXXX. Florentiae.*

Clauditur tandem Liber VIII. hac ſubſcriptione rubris litteris expreſſa: *Finis octavi Epiſtolarum Libri die XIX. Octobris MCCCCLXXX. Florentiae.* Vbi animadvertendum, hanc diei, & anni notam non tempus certe, quo Codex abſolutus eſt, ſed quo poſtrema octavi Libri Epiſtola data eſt fortaſſe denotare, quum iam plures aliae praeceſſerint datae recentius Epiſtolae, niſi ſuſpicari quis velit, ab exſcriptore fuiſſe omiſſam notam quartam numericam *X.* proindeque legendum *MCCCCLXXXX.*

Codex chartaceus Ms. in fol. Saec. XV. exeuntis, optimae notae, nitidiſſimus, diligenterque exaratus, num. 299. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 384.

VARIORVM VIRORVM ILLVSTRIVM, SED PRAECIPVE AENEAE SILVII PICCOLOMINEI CARD. SENENSIS EPISTOLAE, TAM SVO, QVAM PONTIFICVM, ALIORVMQVE PRINCIPVM NOMINE CONSCRIPTAE &c.

I. pag. 1. FRagmentum Epiſtolae, quod incipit a verbis . . . . . *& illius profeſſores &c.* Deſ. *iactatorem & garrulum iudicabunt. Vale.* Cod. XLIV.

II. pag. ead. Franciſci Philelphi Epiſtola ad Poggium, ut in Cod. XXXIV. huius Plutei ſupra pag. 496. §. XVII.

III. pag. ead. *b.* Franciſci Barbari Epiſt. Illuſtri Comiti Franciſco Sphortiae. Inc. *Poſtquam certior factus.* Deſ. *vale, & vive. Brixiae* MCCCCXXXVII. In edit. Epiſtolarum Franc. Barbari Brixienſi, curante Ang. Mar. Card. Quirino MDCCXLIII. 4. ſub num. XXXVII.

IV. pag. 2. Catilinae in Ciceronem reſponſalis. Inc. *Si ſubtiliter a circumſtantibus, quae ſit praeſentis actoris controverſia requiratur.* Deſ. *hoc enim, inquis, Ciceronis prece precio confictum eſt, ut nemo Catilinae tutorem audeat confiteri.* Videtur ab aliquo Eloquentiae ſtudioſo, exercitationis gratia conficta, ut etiam ea, quae inferius occurrit §. VIII.

V. pag. 3. Franciſci Barbari Epiſt. primariis & praeſtantiſſimis viris Coſmae & Laurentio. Inc. *Conſtitueram eſſe tacendum.* Deſ. *de his ſatis.* Loc. cit. ſub num. XLI.

VI. pag. ead. Eiuſdem Cardinali (Veneto). Inc. *Quia certo ſcio.* Deſ. *& me tibi ipſi diligentiſſime commenda. Brixiae XVI. Auguſti* MCCCCXXXVII. Ibid. num. XXIV.

VII. pag. ead. *b.* Eiuſdem Archiepiſcopo Florentino. Inc. *Poſtquam de Archiepiſcopatu Florentino.* Deſ. *videntur. Vale, commenda me Ro. Pont., & de me ſponte clementiae ſuae quidquid mea fides ac Reip. dignitas patiatur . . . .* Ibid. num. XXVII. ſed ibi in fine longior.

VIII. pag. 4. M. T. Ciceronis Invectiva in

Digitized by Google

in Catilinam . Inc. *Non eſt amplius tempus ocii, P. C.* Deſ. *omnibus igitur ſatisfacietis P. C. ſi de civitate Catilinam terrore expuleritis.*

IX. pag. 5. Epiſtola anepigrapha (1). Inc. *Quum de rebus inuſitatis ad te ſcribo*. Deſ. *& ego tibi ſummas gratias habebo.*

X. pag. ead. Alia. Inc. *Rem non conſuetam adſcribo*. Deſ. *oratio non vincatur. Vale.*

XI. pag. ead. *b.* Alia. Inc. *Non de privatis commodis*. Deſ. *non egeres.*

XII. pag. ead. Alia. Inc. *Saepe de rebus maximis ad te ſcripſi*. Deſ. *ab ullo tuorum civium vincaris. Vale.*

XIII. pag. ead. Alia. Inc. *Facio rem, ut puto, utrique noſtrûm gratiſſimam*. Deſ. *& ſuos cives commendat.*

XIV. pag. 6. Alia. Inc. *Quid de Reip. noſtrorum civium utilitate ſentiam*. Deſ. *benivolentia mea.*

XV. pag. ead. Alia. Inc. *Spero me*. Deſ. *quae tibi commode accedant. Vale.*

XVI. pag. 7. Occurrunt Epiſtolae quamplures Aeneae Silvii Piccolominei Cardinalis Senenſis ad diverſos, & aliorum ad ipſum, initio mutilae; prioris enim non reſtant, niſi ultima verba, ſcilicet: *impetum, quia is eſt mundi curſus, & is recte utitur eo, qui numquam movetur adverſis. Vale optime. Ex Roma II. Novembris* MCCCCLVII. In edit. Baſil. ſub num. CCCXVI. Aliae vero hoc ordine progrediuntur.

I. pag. ead. Ioanni Nihili. Inc. *Iucunda ſunt nobis omni tempore ſcripta tua, quibus Germanica negotia patefacis*. Deſ. *Datum Romae die II. Novembr.* MCCCCLVII. Ibid. num. CCCXVII.

II. pag. ead. Ioanni Troſter. Inc. *Scripſimus tibi*. Deſ. *veraces eſſe*. Ibid. num. CCCXVIII.

III. pag. ead. Andreae Vicecomiti. Inc. *Accepimus hodie litteras tuas*. Deſ. *quae inde accepimus. Vale. Ex Roma die III. Decembr.* MCCCCLVII. Ibid. num. CCCXIX.

IV. pag. ead. Ioanni de Liſura. Inc. *Non potuimus diſpenſationem pro amico tuo obtinere*. Deſ. *& conſulere Eccleſiae neceſſitati, notum* . . . . . . . Ibid. CCCXX. & integra.

V. pag. 8. Nicolao Liſcio. Inc. *Credimus te*. Deſ. *ſimulque Gubernatori nos aliquando commenda. Ex Roma die II. Nov.* MCCCCLVII. CCCXIII.

VI. pag. ead. Vlrico Riedrer. Inc. *Miramur non eſſe reverſum ad te*. Deſ. *ad eius ſemper mandata paratos. Datum Romae II. Nov.* MCCCCLVII. CCCXIV.

VII. pag. ead. *b.* Ioanni Hinderbach. Inc. *Accepimus litteras tuas*. Deſ. *alia non occurrerunt. Vale optime. Ex Roma II. Novembr.* MCCCCLVII. CCCXV.

VIII. pag. ead. *b.* Vlrico Epiſcopo Gurcenſi. Inc. *Quamvis permoleſtum nobis*. Deſ. *utinam ea aliquid boni faciat.* CCCXVI.

IX. pag. 9. Ioanni Tolner. Inc. *Accepimus litteras tuas, pro quibus tibi gratias agimus*. Deſ. *non arbitramur. Vale. Ex Roma die IV. Novembr.* MCCCCLVII. CCCXXI.

X. pag. ead. *b.* Ludovico Sanctorum quatuor Coronatorum Cardinali Legato Bononienſi. Inc. *Et olivas, & tucera, quibus me honorare voluiſti, cupidiſſime accepi*. Deſ. *nec plura modo. Romae die IX. Martii* MCCCCLVII. CCCXXII.

XI. pag. 10. Latino Cardinali Vrſino. Inc. *Redditae fuerunt mihi litterae tuae*. Deſ. *tu ipſe poſſes. Ex Roma die IX. Martii* MCCCCLVII. CCCXXIII.

XII. pag. ead. *b.* Ioannis Roct Epiſtola ad Aeneam Silvium. Inc. *Calamitoſam illam, lugubrem, deplorandamque Regis Ladislai mortem*. Deſ. *illuxerit, ego quoque emergam. Viennae die XX. Decembris* MCCCCLVII. CCCXXIV. ubi tamen ſub nomine eiuſdem Aeneae Silvii perperam ponitur.

XIII. pag. 11. *b.* Aeneae Silvii Epiſt. Henrico. Inc. *Gratiſſimae fuerunt nobis litterae tuae, quibus Regium in Bohemia tranſitum ſignificaſti*. Deſ. *quietabit. Vale. Ex Roma die prima Octobris* MCCCCLVII. CCCXXV.

XIV. pag. 12. Nicolao Liſcio. Inc. *Iucundae fuerunt nobis*. Deſ. *pro tua conſuetudine noſtri memor. Ex urbe Roma.* CCCXXVI.

XV. pag. ead. *b.* Ludovico Electo. Inc. *Commiſimus aliqua*. Deſ. *& voluntati ſumus.* CCCXXVIII.

XVI. pag. ead. Calliſti Pontificis Epiſtola Theodorico Archiepiſcopo Moguntino. Inc. *Ex litteris tuis, quas in favorem venerabilis fratris noſtri Ioannis Epiſcopi Herbipolenſis nuper ad nos miſiſti*. Deſ. *favere videaris. Datum Romae die XV. Octobris* MCCCCLVII. *dictata per Aeneam Cardinalem Senenſem.* CCCXXVII.

XVII. pag. 13. *b.* Aeneae Silvii Epiſtola Sigiſmundo Malateſtae. Inc. *Fuimus hoc mane cum ſanctiſſimo D. N.* Deſ. *ſcribuntur. Dat. Romae.* CCCXXXII.

XVIII. pag. 14. Iacobo . . . . . . (2) Inc. *Habuimus ex Ferraria litteras tuas*. Deſ. *ut ſoles. Dat. Romae.* CCCXXXIII.

XIX. pag. ead. *b.* Epiſtola ſine nomine eius, ad quem miſſa eſt (3). Inc. *A latore praeſentium recipies quatuor Bullas Apoſtolicas, & unum Officium Transfigurationis; ex Bullis, unam reddes Imperatori ſimul cum Officio*. Deſ. *Dat. Romae Kal. Decembr.* MCCCCLVII. CCCXXXIV.

XX. pag. 15. Calliſti Pontificis Epiſtola chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Regi Franciae Illuſtri. Inc. *Audivimus ea quae dilectus filius Nicolaus Parau (4) Secretarius tuus ex parte tua ſerioſe nobis expoſuit*. Deſ.



(1) Haec, & quae ſequuntur Epiſtolae uſque ad §. XV. incluſive, omnes ſunt anepigraphae, & fortaſſe ſunt eiuſdem Franciſci Barbari, ad quem ſuperiores pertinebant, ſed in citata editione non adparent; ſunt autem ab homine libero ſcriptae.

(2) Lacuna eſt in Codice, ſed in edit. *Iacobo Lodonio Medico*.

(3) In edit. inſcribitur *Laurentio Rovarellae*.

(4) In edit. *Parvi*.

Digitized by Google

*Secretario tuo praefato plene reſpondimus. Dat. Romae.* cccxxx.

xxi. pag. ead. *b.* Aeneae Silvii Epiſtola Divo Imperatori Friderico. Inc. *Quod iamdudum optaſti.* Def. *effici poſſit. Vale. Ex urbe die XXII. Decembr.* MCCCCLVI. clxxxix.

xxii. pag. 16. Sereniſſimae Imperatrici Leonorae Auguſtae. Inc. *Non meis meritis.* Def. *beneficia depoſcunt. Vale. Ex urbe Roma die XXII. Decembris* MCCCCLVI. cxc.

xxiii. pag. ead. Sereniſſimo & potentiſſimo Principi Ladislao, Hungariae ac Bohemiae Regi. Inc. *Quod me ſummus Pontifex his diebus ad Cardinalatus ordinem adſumpſerit.* Def. *aliquando fuiſſe. Vale. Ex urbe.* cxci.

xxiv. pag. ead. *b.* Iacobo Ptolemaeo. Inc. *Divinae bonitati, cuius conſilia nobis imperſcrutabilia ſunt, viſum eſt.* Def. *cum conſorte, & liberis. Ex urbe Roma.* cxcii.

xxv. pag. ead. Ioanni Cardinali Sancti Angeli. Inc. *Quod annis iam plurimis.* Def. *agam quam par fuerit. Vale optime. Ex urbe Roma die XXII. Decembris* MCCCCLVII. cxciii.

xxvi. pag. 17. Alphonſo Regi Aragonum. Inc. *Servi, qui modo.* Def. *ſum conſequutus. Ex urbe.* cxciv.

xxvii. pag. ead. Ioanni Cardinali Papienſi. Inc. *Si qua mihi voluptas eſt.* Def. *portaſque refregit. Vale. Ex urbe die XXII. Dec.* MCCCCLVI. cxcv.

xxviii. pag. ead. *b.* Nicolao Liſcio Legum Doctori. Inc. *Quamvis cognoſcimus.* Def. *benevolentiam ignorabit. Dat. Romae.* cxcvi.

xxix. pag. ead. Nicolao Cardinali Sancti Petri ad Vincula. Inc. *Placuit Altiſſimo, & Domino noſtro Papae Calliſto.* Def. *invenies. Ex urbe Roma die XXVII. Decembris* MCCCCLVII. cxcvii.

xxx. pag. 18. Ioanni Varadienſi Epiſcopo. Inc. *Quod ex Nicolao Pont. Max. magnopere efflagitaſti.* Def. *morem gerere poſſimus. Dat. Romae.* cxcviii.

xxxi. pag. ead. Senatui Senenſi. Inc. *Quae credimus expedire.* Def. *numquam decrevimus. Dat. Rom.* cxcix.

xxxii. pag. ead. *b.* Ioanni Bichio Senenſi. Inc *Scientes quam pro nobis conatus es.* Def. *aſi ſtemus. Ex urbe Roma die XXIV. Dec.* MCCCCLVII. cc.

xxxiii. pag. ead. Bindo Bindio Senenſi. Inc. *Credimus, ut ſcribis.* Def. *quibus nos offerto, & dato. Ex urbe Roma die XXVIII. Dec.* MCCCCLVII. cci.

xxxiv. pag. 19. Leonardo Benevolenti Senenſi. Inc. *Si quidquam amicitiae noſtrae detractum arbitraris.* Def. *non poſſumus. Ex Roma die XXIX. Dec.* ccii.

xxxv. pag. ead. *b.* Nicolao Piſtorienſi Doctori utriuſque Iuris. Inc. *Nihil nobis eſt dubii.* Def. *ingenia attingere. Iterum vale. Dat. Romae die XXIV. Dec.* MCCCCLVI. cciii.

(1) In edit. *Pychonii.*

xxxvi. pag. ead. Alexio Epiſcopo Cluſino. Inc. *Cognovimus ex his, qui Sena ad nos venerunt.* Def. *ita ſibi capimus perſuaſum eſſe. Vale. Ex Roma.* cciv.

xxxvii. pag. 20. Ioanni Epiſcopo Groſſetano. Inc. *Si cui noſtram promotionem placuiſſe credimus.* Def. *& ſponſae noſtrae renunciare Vale. Ex Roma.* ccv.

xxxviii. pag. ead. Petro Cardinali Sancti Marci. Inc. *Refero gratias humanitati tuae.* Def. *ut honeſte vitam traducere poſſim. Ex urbe.* ccvi.

xxxix. pag. ead. Divo Friderico Caeſari. Inc. *Audies ex latore praeſentium.* Def. *pattem conturbares. Dat. Romae.* ccvii.

xl. pag. ead. *b.* Mariano Socino Senenſi. Inc. *Promotionem noſtram.* Def. *de amicitia ſentientis. Vale. Ex urbe.* ccviii.

xli. pag. ead. Magiſtratui Baliae. Inc. *Non mea virtus.* Def. *pertinebunt. Dat. Romae die XXVII. Dec.* ccix.

xlii. pag. 21. Franciſci Ptolemaei (1) Epiſtola Aeneae Cardinali Senenſi. Inc. *Gratulor Italiae & Reip. Chriſtianorum.* Def. *recommendo me tuae R. P. Ex Senis.* ccx.

xliii. pag. ead. Georgii Lollii Doctoris Epiſtola Aeneae. Inc. *Gaudeo, Reverendiſs. Domine mi.* Def. *feliciter. Vale.* ccxi.

xliv. pag. ead. *b.* Aeneae Epiſtola Petro Noxetano. Inc. *Quod caepiſti apud Nicolaum Pont. Max.* Def. *maxime amamus. Vale. Ex urbe die XXVIII. Dec.* ccxii.

xlv. p. 22. Ioanni Campiſio Epiſc. Placentino. Inc. *Audiviſti ex aliis.* Def. *tamquam fratre amantiſſimo utere. Ex Roma.* ccxiii.

xlvi. pag. ead. Comiti Iacobo Piccinino. Inc. *Accepimus humaniſſimas litteras tuas.* Def. *alter alteri valeremus. Dat. Romae.* ccxiv.

xlvii. pag. ead. *b.* Ioanni Miraballo Equiti Neapolitano. Inc. *Non ſcripſimus ſibi ſtatim.* Def. *elargitus eſt. Dat. Romae.* ccxv.

xlviii. pag ead. Poggii Florentini Epiſt. Aeneae Cardinali Senenſi. Inc. *Quum audiſſem.* Def. *vale, & Poggii tui memor. Florentiae IV. Ianuar.* ccxvi.

xlix. pag. 23. *b.* Aeneae Silvii Epiſtola Magiſtratui Baliae civitatis Senarum. Inc. *Decreverat per hos dies.* Def. *reſponſum praeſtolamur. Dat. Rom.* ccxvii.

l. pag. ead. Ioanni Bichio. Inc. *Videbit quae ſcribimus.* Def. *non defuturam. Ex Roma.* ccxviii.

li. pag. 24. Chriſtophoro Gabrielis civi Senenſi. Inc. *Scribimus Magiſtratui Baliae.* Def. *multis urgemur oneribus. Dat. Romae.* ccxix.

lii. pag. ead. Leonardo de Benevolentibus civi Senenſi. Inc. *Saepe ſimul loquuti ſumus.* Def. *reſponſumque praeſtolamur. Dat. Romae.* ccxx.

liii. pag. ead. *b.* Borſii Ducis Mutinae Epiſtola Aeneae Card. Senenſi. Inc. *Quum primum nobis nunciatum eſt.* Def. *gratius eſſe futu-*

Digitized by Google

*turum. Vderguardi XV. Ianuarij* MCCCCLVII. CCXXI.

LIV. pag. 25. Priorum & Gubernatorum civitatis Senarum Epiſtola Borſio Duci Mutinae. Inc. *Nuncius hodierna die nobis allatus eſt*. Deſ. *vehementer cupimus. Ex Sena die XIX. Dec.* MCCCCLVI. CCXXII.

LV. pag. ead. Aeneae Card. Senenſis Epiſtola Ioanni Fauſt (1) Protonotario Colonienſi. Inc. *Accepimus ſuas litteras, quibus rem tuae Praepoſiturae nobis efficis commendatam*. Deſ. *ad quaevis beneplacita offerto. Iterum vale*. CCXXIII.

LVI. pag. ead. *b*. Nicolai Liciſtii (2) Doctoris Legum Epiſtola Aeneae Cardinali Senenſi. Inc. *Vanderalba, locus Marti, & Dianae dicatus*. Deſ. *coram Rege & Comite ageretur Ladislao* . . . . . . Eſt imperfecta.

LVII. pag. 26. *b*. Aeneae Cardinalis Epiſtola Antonio Petri Collenſi. Inc. *Tam iucundae fuerunt*. Deſ. *valere iubeto. Ex urbe die XXI. Febr.* MCCCCLVII. CCXXIV.

LVIII. pag. ead. Dorotheae ſanctimoniali conſobrinae ſuae. Inc. *Chariſſima ſoror, & filia in Chriſto amantiſſima. Laetati ſumus*. Deſ. *noli eius cauſſa te affligere. Bene vale. Ex Roma XXI. Febr.* MCCCCLVII. CCXXV.

LIX. pag. 27. Magiſtratui Baliae. Inc. *Retinuimus caballarium veſtrum*. Deſ. *in tempore provideatis. Datum Romae XXI. Febr.* MCCCCLVII. CCXXVI.

LX. pag. ead. *b*. Theodorico Archiepiſcopo Colonienſi. Inc. *Scio ſemper me charum*. Deſ. *amicis benivolis exercebor. Dat. Romae*. CCXXVII.

LXI. pag. ead. Roderico Cardinali Sancti Nicolai. Inc. *Ternae iam mihi redditae ſunt litterae tuae*. Deſ. *praeſto ſumus. Ex urbe*. CCXXVIII.

LXII. pag. 28. Franciſco Ptolemaeo (3). Inc. *Accepimus tuas litteras triplicatas*. Deſ. *nos manus damus*. CCXXIX.

LXIII. pag. ead. *b*. Lodriſio Cribello (4) Mediolanenſi. Inc. *Accepimus Carmen tuum*. Deſ. *ac prodeſſe poſſumus. Vale. Ex urbe*. CCXXX.

LXIV. pag. 29. Stenae (5) de Curte. Inc. *Exſpectavimus, inſignis Eques*. Deſ. *& affirmare optamus. Vale. Ex urbe Rom.* CCXXXI.

LXV. pag. ead. *b*. Andreae Contareni Veneti Epiſtola Aeneae Cardinali Senenſi. Inc. *Poſtquam mihi Neapoli allatum eſt*. Deſ. *conſequuturum. Valeas Excellentia Tua. Neapoli pridie Id. Ianuarii* MCCCCLVII. CCXXXII.

LXVI. pag. 30. *b*. Barptolemaei Facii Epiſt. Aeneae Card. Sen. Inc. *Et litteras meas*. Deſ. *praecipue. Ex Neap. die XIV. Febr. raptim*. CCXXXIII.

LXVII. pag. ead. Aeneae Silvii Epiſtola Barptolemaeo Maſſano. Inc. *Intelleximus, eximie Doctor*. Deſ. *dum ibi manſeris. Vale. Ex Roma die IV. Martii* MCCCCLVII. CCXXXIV.

LXVIII. pag. 31. Barptolemaeo Procuratori ſuo. Inc. *Venis in praeſentiarum ad civitatem Senenſem*. Deſ. *iubebis. Dat. Rom. IV. Martii* MCCCCLVII. CCXXXV.

LXIX. pag. ead. *b*. Ludovico Cardinali Sanctorum quatuor Coronatorum, Legato Bononiae. Inc. *Nihil ſcripſi*. Deſ. *recommendo me iterum, atque iterum sibi. Ex Rom. VIII. Martii* MCCCCLVII. CCXXXVI.

LXX pag. ead. Magiſtratui Baliae Senenſis. Inc. *Quae de Iacobo Piccinino ſcribitis*. Deſ. *& preces noſtrae. Dat. Romae VIII. Martii* MCCCCLVII. CCXXXVII.

LXXI. pag. 32. Sacrae Imperiali Maieſtati. Inc. *Revertitur ad Maieſtatem Tuam vir bonus*. Deſ. *aures adhibere. Ex Roma VIII. Martii* MCCCCLVII. CCXXXVIII.

LXXII. pag. ead. *b*. Epiſtola ſine nomine illius, ad quem miſſa eſt (6). Inc. *Perſuaves, & ut optavi perlongas epiſtolas tuas accepi*. Deſ. *cupio valere. Ex urbe VIII. Martii* MCCCCLVII. CCXXXIX.

LXXIII. pag. 33. Vlrico Epiſcopo Gurcenſi (7). Inc. *Revertitur ad te Henricus Senſtleben*. Deſ. *omnia habeamus. Dat. Rom. die X. Martii* MCCCCLVII. CCXL.

LXXIV. pag. ead. Leonorae Imperatrici. Inc. *Nihil eſt, Sereniſſima Auguſta*. Deſ. *ad vota feliciter obſecro. Ex urbe Rom.* CCXLI.

LXXV. pag. ead. *b*. Ioanni Vnguardio Camerario. Inc. *Revertitur ad Caeſarem venerabilis vir Henricus Senſtleben*. Deſ. *gratos impartiri. Dat. Rom. die X. Martii*. CCXLII.

LXXVI. pag. ead. Ioanni Nihili Aſtronomo Bohemo. Inc. *Ex Henrico Senſtleben intelliges*. Deſ. *ut conſuevisti. Vale. Ex Roma X. Martii*. CCXLIII.

LXXVII. pag. ead. Dionyſio Cardinali Strigonienſi. Inc. *Quae fuerit mens mea*. Deſ. *me humillime commendo. Ex Roma X. Martii* MCCCCLVII. CCXLIV.

LXXVIII. pag. 34. Varadienſi Epiſcopo. Inc. *Scripſimus nuper*. Deſ. *colimus & obſervamus. Ex urbe Roma*. CCXLV.

LXXIX. pag. ead. Nicolao Liſcio. Inc. *Gratiſſimae fuerunt nobis litterae tuae*. Deſ. *ad eam miſſus. Iterum vale. Ex Roma*. CCXLVI.

LXXX. pag ead. *b*. Cancellario Bohemiae. Inc. *Portatae* (8) *ſunt litterae ad nos ſuae; vellemus frequentius ſcriberes*. Deſ. *ad ſerviendum proni, & voluntarii. Ex Roma*. CCXLVII.

LXXXI. pag. ead. Ioanni Troſter Theutonico. Inc. *Ingrata eſt nobis*. Deſ. *ſalvum eſſe iubeto. Ex Roma die XI. Martii* MCCCCLVII. CCXLVIII.

LXXXII. pag. 35. Ladislao Hungariae & Bohemiae Regi. Inc. *Nonnulla meo nomine referet*. Deſ. *& commendo. Ex Roma die X.* CCXLIX.

LXXXIII. pag. ead. Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti ac Auſtriae, Styriae, Carinthiae, & Carniolae Ducis, & Co-

(1) Ita legitur in Codice, ſed in editione *Frant*.
(2) Ita eſt in Codice, ſed legendum *Liſcii*.
(3) In edit. *Pichulomineo*.
(4) In edit. *Lodoſio Crebello*.
(5) In edit. *Stephano*.
(6) In edit. *Cardinali S. Angeli* inſcribitur.
(7) In edit. *Burcenſi*.
(8) In edit. *Perrara*.

Digitized by Google

Comitis Tyroli Epiſtola Aeneae, S. Romanae Eccleſiae Cardinali, Epiſcopo Senenſi, Principi ac Conſiliario noſtro chariſſimo. Inc. *Ex litteris Henrici Senſtleben Conſiliarii noſtri*. Deſ. *deſiderantes*. *Datum in Greci* (1) *XXX. Ianuarii anno Domini* MCCCCLVII. *Regni noſtri XVII. Imperii vero quinto*. CCL.

LXXXIV. pag. 35. *b*. Aeneae Silvii Epiſtola Barptolemaeo Facio Genuenſi. Inc. *Iucundiſſimae fuerunt nobis litterae tuae*. Deſ. *& colimus*. *Ex urbe Roma*. CCLI.

LXXXV. pag. 36. Ludovico Pucio (2) Magiſtro de Monteſio. Inc. *Quamvis & vulgato ſermone*. Deſ. *quam tu ipſe*. *Vale optime*. *Ex urbe Roma*. CCLII.

LXXXVI. pag. ead. *b*. Alphonſo Aragonum & Siciliae Regi. Inc. *Si Maieſtati Tuae rarius ſcribo*. Deſ. *umquam diſcedam*. *Ex Roma VI. Kal. April.* MCCCCLVII. CCLIII.

LXXXVII. pag. 37. *b*. Ioanni Solerio Electo Barchinonenſi. Inc. *Quamvis raro praeſentia tua fruimur*. Deſ. *tempus omnia domat*. *Vale*. *Ex Roma XXVI. Martii* MCCCCLVII. CCLIV.

LXXXVIII. p. ead. Ioanni Miraballo Equiti Neapolitano. Inc. *Referunt qui ex Neapoli ad nos veniunt*. Deſ. *tui mores expreſſi ſunt*. *Vale*. *Ex Roma*. CCLV.

LXXXIX. pag. 38. Vrbano Epiſcopo Sibenicenſi (3). Inc. *Ex Aladia tuae ad nos litterae devenerunt*. Deſ. *& nos ama, ut ſoles*. *Ex Roma die XXVI. Aprilis*. CCLVI.

XC. pag. ead. *b*. Roderico Cardinali Sancti Nicolai. Inc. *Quod nihil tuarum litterarum iampridem acceperim*. Deſ. *cui cupio complacere omni tempore*. *Die prima Aprilis* MCCCCLVII. CCLVII.

XCI. pag. 39. *b*. Ioanni Cardinali Sancti Angeli. Inc. *Quamvis nihil*. Deſ. *vale optime*. *Ex urbe Roma X. Kal. April.* MCCCCLVII. CCLVIII.

XCII. pag. 40. Nicolao Liſcio Volaterrano. Inc. *Scripſimus iam ad te pridem itidem*. Deſ. *& Varadienſi Epiſcopo commendabis*. *Ex urbe Roma Kal. April. anno* MCCCCLVII. CCLIX.

XCIII. pag. ead. Henrico Senſtleben. Inc. *Credimus te ad Curiam Caeſaris incolumem perveniſſe*. Deſ. *prudentiae tuae*. *Vale*. *Rom. IV. Aprilis* MCCCCLVII. CCLX.

XCIV. pag. ead. *b*. Vlrico Epiſcopo Gurcenſi. Inc. *Quae ſunt apud nos*. Deſ. *partem debiti perſolvere*. *Vale*. *Ex Roma IV. April.* MCCCCLVII. CCLXI.

XCV. pag. ead. Vlrico Riedrer. Inc. *Henricus Senſtleben tuus*. Deſ. *ſalvum dicere*. *Roma*. CCLXII.

XCVI. pag. ead. Divo Friderico Imperatori. Inc. *Quae nunc ſcribam pauca ſunt*. Deſ. *ad eius mandata promptiſſimum*. *Ex Roma die IV. April.* MCCCCLVII. CCLXIII.

XCVII. pag. 41. Ioanni Hinderbach. Inc. *Ex fratre tuo credimus te noſſe*. Deſ. *in noſtra fuerit facultate*. *Vale*. *Ex Roma V. April.* MCCCCLVII. CCLXIV.

XCVIII. pag. ead. Ioanni Solerio. Inc. *Pergratae nobis fuere*. Deſ. *noſtris verbis ſalvere iubeas*. *Ex Roma V. April.* MCCCCLVII. CCLXV.

XCIX. pag. ead. *b*. Alphonſo Aragonum & Siciliae Regi. Inc. *Hac ipſa die*. Deſ. *dicta tuis ſint*. *Dat. Romae VII. April.* MCCCCLVII. CCLXVI.

C. pag. 42. Ioanni Solerio. Inc. *Scribimus aliqua*. Deſ. *ignoramus*. *Vale*. *Ex Roma die VII. Aprilis*. CCLXVII.

CI. pag. 42. *b*. Ioanni Hinderbach. Inc. *Ex Hiſtera litterae ad nos tuae venerunt, iam prius infauſta Caeſaris novitas pervenerat; ita ſe humanae res habent* (4). Deſ. *ſalutem dicito*. *Ex urbe*. CCLXVIII.

CII. pag. ead. Ioanni Cardinali Sancti Angeli. Inc. *Scripſi nuper*. Deſ. *quae ſcribam alia non habeo*. *Ex urbe die IV. Iulii* MCCCCLVII. CCLXIX.

CIII. pag. 43. Illuſtri Principi Ludovico Duci Bavariae. Inc. *Redditae ſunt nobis litterae tuae humanitate & benivolentia plenae*. Deſ. *morem geramus*. *Dat. Romae V. Iulii* MCCCCLVII. CCLXX.

CIV. pag. ead. *b*. Nicolao Liſcio Volaterrano (5). Inc. *Audivimus vario relatu*. Deſ. *eſſe confidimus*. *Vale*. *Ex urbe die III. Iulii* MCCCCLVII. CCLXXI.

CV. pag. 44. Henrico Senſtleben. Inc. *Dominus noſter ſanctiſſimus*. Deſ. *de mea promotione*. *Bene vale*. *Ex Roma die quarta Iulii* MCCCCLVII. CCLXXII.

CVI. pag. ead. Ioanni Nihili. Inc. *Quae ſcripſiſti de Curia*. Deſ. *ſuffragia ſunt*. *Vale*. *Ex Roma die III. Iul.* MCCCCLVII. CCLXXIII.

CVII. pag. ead. *b*. Procopio Rabenſteino. Inc. *Ex Vienna tuas accepi litteras*. Deſ. *commendatum habe*. *Ex urbe die III. Iulii* MCCCCLVII. CCLXXIV.

CVIII. pag. ead. Caſimiro Regi Poloniae. Inc. *Quum vacaret nuper*. Deſ. *cui humillime me commendo*. *Ex Roma die ultima Auguſti* MCCCCLVII. CCLXXV.

CIX. pag. 45. *b*. Ottoni & Ludovico Bavariae Ducibus. Inc. *Obtinuiſtis tandem*. Deſ. *id fuiſſe facturam*. *Dat. Romae IV. Septembr.* MCCCCLVII. CCLXXVI.

CX. pag. 46. Iiſdem. Inc. *Annuit piiſſimus Dominus noſter precibus veſtris*. Deſ. *& qui vobis veritatem ſcribimus*. *Dat. Romae die VII. Septembr.* MCCCCLVII. CCLXXVII.

CXI. pag. ead. *b*. Imperatori Friderico. Inc. *Accepi ſuperioribus diebus*. Deſ. *ad cuius mandata ſemper ero paratus*. *Ex Roma XI. Septembr.* MCCCCLVII. CCLXXVIII.

CXII. pag. 47. *b*. Ladiſlao Regi Hungariae. Inc. *Quae ſcripſiſti mihi*. Deſ. *iterum commendo ad eius ſemper mandata paratum*. *Ex*

(1) In edit. *Graetz*.
(2) In edit. *Putio*.
(3) In edit. *Sabinenſi*.

(4) In edit. ita inc. *Ad nos de ſtatu Curiae Caeſaris novitas pervenit. Ita ſe humanae res habent*.
(5) Male legit editio *Miſſo Vollatriano*.

Digitized by Google

*Ex Roma die XI. Septembris* MCCCCLVII. CCLXXIX.

cxiii. pag. ead. Henrico Senſtleben. Inc. *Scripſiſti nobis bis diebus.* Deſ. *ut ſupra in littera Imperatoris. Vale optime. Ex Roma die VII. Septembr.* CCLXXX.

cxiv. pag. 48. Procopio Cancellario Bohemiae. Inc. *Quamvis raro nobis ſcribas.* Deſ. *praebeat quam ſperamus. Vale optime. Ex Roma die XI. Septembr.* MCCCCLVII. CCLXXXI.

cxv. pag. 49. Ioanni Cardinali Sancti Angeli. Inc. *Breves more tuo ſcripſiſti ad me nuper epiſtolas.* Deſ. *recommendo me dignationi tuae ad eius ſemper mandata paratum. Ex Roma die XI. Septembr.* CCLXXXII.

cxvi. pag. ead. *b.* Nicolao Liſcio (1). Inc. *Gratae fuerunt nobis litterae tuae, quibus Germanica nobis negotia ſignificaſti.* Deſ. *ſaepius ſcribe. Dat. Romae XI. Sept.* MCCCCLVII. CCLXXXIII.

cxvii. pag. 50. Vlrico Riedrer. Inc. *Recepimus litteras tuas, quas reddidit nobis Iacobus Imperatoriae Maieſtatis nuncius.* Deſ. *paratiſſimi ſumus. Dat. Romae.* CCLXXXIV.

cxviii. pag. ead. Ioanni Hinderbachio. Inc. *Laboravimus diu tui cauſſa.* Deſ. *Eccleſiae Varmienſis. Vale optime. Ex Roma die XI. Sept.* MCCCCLVII. CCLXXXV.

cxix. pag. ead. *b.* Ludovico Bavariae Duci. Inc. *Veniet ad Excellentiam Tuam.* Deſ. *ut honori tuo ſatisfieret. Dat. Romae.* CCLXXXVI.

cxx. pag. ead. Eidem. Inc. *Sigiſmundus Schrietil* (2) *bonae indolis adoleſcens.* Deſ. *& pro ſua virtute dileximus. Dat. &c.* CCLXXXVII.

cxxi. pag. ead. Calliſti Pontificis Epiſtola chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciae Illuſtri. Inc. *Intelleximus ea, quae dilectus filius Secretarius tuus nobis propoſuit de querela, quam facis contra Ven. fratrem noſtrum Guillelmum Epiſcopum Nanatenſem.* Deſ. *Datum Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Iulias* MCCCCLVII. *per Aeneam Card. Senenſem dictata.*

cxxii. pag. 54. Eiuſdem Friderico Romanorum Imperatori. Inc. *Quamvis Apoſtolicae Sedi, ſicut placuit Altiſſimo, praeſidentes.* Deſ. *corde prolata. Dat. Rom. pridie Kal. Septembr.* MCCCCLVII. *dictata per Aeneam Card. Senen.* CCCLXXI.

cxxiii pag 57. *b.* Aeneae Silvii Epiſtola Martino Mayer. Inc. *Sunt nonnulli nationis tuae homines.* Deſ. *fundavere. Dat. Romae Id. Sept.* MCCCCLVII. CCLXXXVIII.

cxxiv. pag. 59. *b.* Epiſcopo Honetenſi. Inc. *Litteris tuis, quas amico tuo ad Hiſpaniam ſcribis.* Deſ. *quanti eſt. Ex urbe III. Nonas Octobr.* MCCCCLVII. CCLXXXIX.

cxxv. pag. ead. Lodriſio Cribello. Inc. *Affecerunt nos haud modica voluptate.* Deſ. *a quo receperunt eſſe. Ex urbe Romae die XXII. Nov.* MCCCCLVII. CCXCI.

cxxvi. pag. 60. Nicolao Arcimholdo. Inc. *Mille annis tacuiſſes.* Deſ. *commendatos efficiе. Ex Roma XXII. Nov.* MCCCCLVII. CCXCII.

cxxvii. pag. ead. *b.* Lodriſii Cribelli Epiſt. ad Patrem reverentia cultuque digniſſimum D. Aeneam Silvium Epiſcopum Senenſem & Sacroſanctae Rom. Eccl. Presb. Card. benemeritiſſimum. Inc. *Ex ſtimo, digniſſime Praeſul.* Deſ. *ſeſe ſummo affectu recommendant. Mediolani XVI. Kal. Septembr.* MCCCCLVII. CCXC.

cxxviii. pag. 61. Anepigrapha. Inc. *Rurſus exhauriam maerorem tui vultus, & diſſipabo cogitationes.* Deſ. *ut nobis ſcribas obſecramus.*

cxxix. pag. 63. Aeneae Silvii Poggio Florentino. Inc. *Rare datas, Poggi amantiſſime, tuas litteras accepimus.* Deſ. *de te nobis perſuademus. Vale. Ex urbe Roma XV. Kal. Decembr.* MCCCCLVII. CCXCIII.

cxxx. pag. ead. Ioanni Cardinali Sancti Angeli. Inc. *Ex Buda iterum litteras tuas accepi.* Deſ. *plurimum poteſt. Ex urbe Roma die XII. Novembris* MCCCCLVII. CCXCIV.

cxxxi. pag. ead. *b.* Poggii Florentini Epiſt. Aeneae Card. Sen. Inc. *Quum quaererem aliquod epiſtolae argumentum.* Deſ. *& me, ut ſoles, ama. Die III. Novembris rure.* CCXCV.

cxxxii. pag. 64. Aeneae Silvii Friderico Imperatori. Inc. *Accepi litteras ex Bartolomaeo Canonico Varmienſi.* Deſ. *paratum. Ex urbe XXII. Novembr.* MCCCCLVII. CCXCVI.

cxxxiii. pag. ead. *b.* Ioanni Nihili. Inc. *Accepimus litteras tuas, quibus rogas.* Deſ. *idque ut ſedulo facias rogamus. Dat. Romae die XXII. Novembr.* MCCCCLVII. CCXCVII.

cxxxiv. pag. ead. Ioanni Hinderbachio. Inc. *Accepimus ex litteris Bartolemaei Canonici Varmienſis.* Deſ. *credis eſſe. Vale. Ex Roma die XXII. Octobr.* MCCCCLVII. CCXCVIII.

cxxxv. pag. 65. Vlrico Riedrer. Inc. *Litterae Caeſareae ad Regem Poloniae.* Deſ. *legito. Dat. Romae XXII. Nov.* MCCCCLVII. CCXCIX.

cxxxvi. pag. ead. Vlrico Epiſcopo Gurcenſi (3). Inc. *Gaudemus de reditu tuo.* Deſ. *me conſulito. Ex Roma XXII. Nov.* MCCCCLVII. CCC.

cxxxvii. pag. ead. *b* Franciſco Philelpho. Inc. *Litteras tuas, Franciſce amantiſſime.* Deſ. *id recipio quum ſit. Ex urbe Roma VII. Kal. Dec.* MCCCCLVII. CCCI.

cxxxviii. pag. ead. Henrico Senftleben. Inc. *Negligenter factum eſt.* Deſ. *exſpectat. Vale optime. Ex Roma XXII. Nov.* MCCCCLVII. CCCII.

cxxxix. pag. 66. Wenceslao Bohemo. Inc. *Servavimus quod promiſimus.* Deſ. *ad Regem Poloniae te miſerint. Vale. Ex urbe.* CCCIII.

CXL.

(1) In edit. *Liſtio.*
(2) In edit. *Schretel.*
(3) In Codice tamen legitur *Saicenſi.*

cxl. pag. ead. Latino Cardinali de Vrſinis. Inc. *Quamvis non ſcripſi hactenus*. Deſ. *paratiſſimum*. *Ex urbe XXVI. Nov.* MCCCCLVII. cccIV.

cxli. pag. ead. Theodorico Archiep. Colonienſi, Inc. *Ex litteris, quas mihi, quaſque ſanctiſſimo D. N. ſcripſiſti*. Deſ. *commendo me tibi*. *Ex Romae urbe IV. Non. Dec.* MCCCCLVII. cccv.

cxlii. pag. ead. *b.* Vlrico Epiſcopo Gurcenſi. Inc. *Suſceptis litteris tuis*. Deſ. *amorem gerere ſtudemus*. *Ex urbe Roma VI. Decembr.* MCCCCLVII. cccvi.

cxliii. pag. 67. Ioanni Frunt. Inc. *Affecerunt nos litterae tuae non parvo gaudio*. Deſ. *ut aliquid conſequamur adiuva*. *Ex urbe*. cccvii.

cxliv. pag. ead. Ioanni Tolner, Inc. *Quae ſcribis omnia*. Deſ' *& vale in Domino ſemper*. *Ex Roma*. cccviii.

cxlv. pag. ead. *b.* Ioanni Cardinali Sancti Angeli, Inc. *Accepi ex Laurino litteras tuas*. Deſ. *paratum*, *Roma* MCCCCLVII. cccix.

cxlvi. pag. 68. Procopio Rabenſteino, Inc. *Praeſumptio fortaſſe noſtra eſt*. Deſ. *ſaepius commendes*. *Vale optime*. *Ex Roma die II. Novembr.* MCCCCLVII. cccx.

cxlvii. pag. ead. *b.* Henrico Senftleben, Inc. *Septembre ſcriptae, hodie nobis redditae ſunt litterae*. Deſ. *convaliturus creditur*. *Vale optime*. *Ex Roma II. Novembr.* cccxi.

cxlviii. pag. ead. Ioanni Rhodae Secretario Regio. Inc. *Facis probe*. Deſ. *non dubitamus*. *Roma*. cccxii.

cxlix p. 69. Nicolao Liſcio (1). Inc. *Credimus te miro perfrui gaudio in Bohemiam reverſum*. Deſ. *ſimulque Gubernatori nos aliquando commenda*. *Ex Roma die II. Nov.* MCCCCLVII. cccxiii.

cl. pag. ead. Vlrico Riedrer. Inc. *Miramur non eſſe reverſum eum*. Deſ. *haec Imperatoriae Maieſtati ſignificare poteris, noſque ſibi commendare ad eius mandata paratos*. *Dat. Romae ſecunda Nov.* MCCCCLVII. cccxiv.

cli. pag. ead. *b.* Ioanni Hinderbach. Inc. *Accepimus litteras tuas*. Deſ. *alia non occurrunt*. *Vale optime*. *Ex Roma die II. Nov.* MCCCCLVII. cccxv.

clii. pag. ead. Vlrico Epiſcopo Gurcenſi. Inc. *Quamvis permoleſtum*. Deſ. *movetur adverſis*. *Vale optime*. *Ex Roma die II. Novembr.* MCCCCLVII. cccxvi.

cliii. pag. 70. Ioanni Nihili. Inc. *Iucunda ſunt nobis omnia ſcripta tua, quibus Germanica negotia patefacis*. Deſ. *vale, & Sereniſſimae Imperatrici commendatos nos facito*. *Roma*. cccxvii.

cliv. pag. ead. Ioanni Troſter. Inc. *Scripſimus tibi per Nicolaum Grevul* (2). Deſ. *ve-* [illegible] *Dat. Romae die II. Nov.* MCCCC[illegible] cccxviii.

clv. pag. ead. Andreae Vicecomiti. Inc. *Accepimus hodie litteras tuas*. Deſ. *pro beneficiis quae inde accepimus*. *Vale*. *Ex Roma III. Nov.* MCCCCLVII. cccxix.

clvi. pag. ead. *b.* Ioanni de Liſura. Inc. *Non potuimus diſpenſationem*. Deſ. *aliquid boni pariat*, *Romae IV. Nov.* MCCCCLVII. cccxx.

clvii. pag. ead. Ioanni Tolner. Inc. *Accepimus litteras tuas, pro quibus tibi gratias agimus*. Deſ. *non arbitramur eſſe*. *Vale*. *Romae IV. Nov.* MCCCCLVII. cccxxi.

clviii. pag. 71. Calliſti Pont. Epiſtola dilecto filio Ioanni Card. S. Angeli Apoſtolicae Sedis Legato per Aeneam Senenſem Card. (3) ſcripta. Inc. *Ex litteris tuis Diaci XVI. Iul. datis intelleximus*. Deſ. *plenius informatus*. *Romae XV. Octobr.* MCCCCLVII. cccxxix.

clix. pag. 72. Eiuſdem chariſſimo in Chriſto filio Ladiſlao Regi Hungariae Illuſtr. Inc. *Intelleximus non ſine gravi diſplicentia*. Deſ. *concepimus adimplere*. *Dat. Rom. V. Kal. Apr. A.* MCCCCLVII. *dictata per Aeneam Card. Sen.* cccxxxi.

clx. pag. 73. Eiuſdem dilecto filio Henrico Levibig (4) Notario noſtro. Inc. *Intelleximus veridico relatu*. Deſ. *plurimum complacebis*. *Romae Kal. Dec.* MCCCCLVII. *dictata per Aeneam Card. Sen.* cccxxxv.

clxi. pag. ead. Eiuſdem chariſſimo in Chriſto filio Ladiſlao Regi Hungariae. Inc. *Audivimus ea*. Deſ *conſolari*. *Romae Kal. Decembr.* MCCCCLVII. *Aeneas Card. Sen. dictavit*. cccxxxvi.

clxii. pag. ead. *b.* Eiuſdem dilecto filio Nicolao Card. S. Petri ad Vincula. Inc. *Conſideravimus diligenter ea, quae nobis ſcripſiſti*. Deſ. *procures*. *Romae Kal. Decembr.* MCCCCLVII. *Aen. Card. Sen. dictavit*. cccxxxvii.

clxiii. pag. ead. Aeneae Silvii Epiſtola Martino Cancellario Archiepiſcopi Moguntini. Inc. *Fuit nobis epiſtola tua*. Deſ. *& accumulabuntur honores*. *Dat. Romae Kal. Octobr.* MCCCCLVII. cccxxxviii.

clxiv. pag. 76. Calliſti Pont. Epiſtola Ioanni Card. S. Angeli. Inc. *Ex litteris, quae de partibus Auſtriae*. Deſ. *ſpectantes*. *Romae I. Oct.* MCCCCLVII. cccxxxix.

clxv. pag. ead. *b.* Aeneae Silvii Epiſtola Ioanni Card. S. Angeli. Inc. *Cognoſces ex litteris Sanctiſſimi Domini*. Deſ. *demulcebis capita*. *Romae die I. Octobr.* MCCCCLVII. cccxl.

clxvi. pag. 77. Petro Noxetano. Inc. *Si non ſcribimus ad te ſaepius*. Deſ. *atque amplecti*. *Bene vale*. *Ex urbe XX. Octobr.* MCCCCLVII. cccxli.

clxvii. pag. ead. Franciſco Philelpho Militi, & Poëtae. Inc. *Carmen tuum*. Deſ. *& nos ama, ut ſoles*. *Romae XXV. Octobr.* MCCCCLVII. cccxlii.

CLXVIII.

[illegible] eſt: *qui poſtea Papa Pius II.* [illegible] *ti III. aſſumptus eſt*. Ex

quibus verbis conici poſſe arbitramur hunc eſſe Codicem autographum Epiſtolarum Aeneae Silvii.

(4) In edit. *Leubing*.

Digitized by Google

CLXVIII. pag. ead. *b.* Io. Campiſio Epiſcopo Placentino. Inc. *Si non ſcribimus ſaepe.* Deſ. *commendatam habe. Romae XX. Octobr.* MCCCCLVII. CCCXLIII.

CLXIX. pag. ead. Scenae. Inc. *Stephanus noſter Catia Novarienſis.* Deſ. *pro veteri conſuetudine nos ama. Vale. Romae XX. Octobr.* MCCCCLVII. CCCXLIV.

CLXX. pag. 78. Martino Mayer. Inc. *Scribimus tibi.* Deſ. *& nos, ut ſoles, ama. Ex urbe XX. Octobr.* MCCCCLVII. CCCXLV.

CLXXI. pag. ead. Theodorico Archiep. Moguntino. Inc. *Ex Vgando Secretario tuo.* Deſ. *morem gerere. Rom. die XX. Octobr.* MCCCCLVII. CCCXLVI.

CLXXII. pag. ead. *b.* Iacobo Ptolemaeo (1). Inc. *Litteris tuis, quas de Montanina, & Andrea filiis tuis &c.* Deſ. *nos amantiſſimi fratris locum tenere. Romae XX. Octobr.* MCCCCLVII. CCCXLVII.

CLXXIII. pag. ead. Lucino Equiti Cyprio. Inc. *Duabus epiſtolis tuis gratias nobis egiſti.* Deſ. *attentiſſimi. Romae XX. Octobr.* MCCCCLVII. CCCXLVIII.

CLXXIV. pag. 79. Io. Liſurae. Inc. *Amavimus probitatem tuam.* Deſ. *intuemur. Rom.* CCCXLIX.

CLXXV. pag. ead. Petro Geror (2) Doctori. Inc. *Gratae fuerunt nobis litterae tuae.* Deſ. *debemus. Rom. III. Novembr.* MCCCCLVII. CCCL.

CLXXVI. pag. ead. *b.* Franciſco Duci Mediolani Illuſtri. Inc. *Quamvis in Curia Sereniſs. Imp.* Deſ. *ac magis obligatum habebis. Rom. IV. Non. Dec.* MCCCCLVII. CCCLI.

CLXXVII. pag. 80. Scenae. Inc. *Raphaëlem Caymum nobilem adoleſcentem.* Deſ. *reprehenſionibus hominum caret. Sed vale, & Io. Caymo ſpectato viro, & nobis amiciſſimo noſtro nomine ſalutes dicito, quantas ab amico deſiderat. Ex Rom. IV. Decembr.* MCCCCLVII. CCCLII.

CLXXVIII. pag. ead. *b.* Nicolao Arcimboldo. Inc. *Quamvis raras ad te dederimus.* Deſ. *ſuperavit. Rom. IV. Non. Dec.* MCCCCLVII. CCCLXXIII.

CLXXIX. pag. ead. Calliſti Pont. Epiſtola chariſſimo in Chriſto filio Ladislao Regi Hungariae Illuſtri. Inc. *Inter multiplices, & arduas curas, quae cor noſtrum diebus ac noctibus aſſidue pulſant.* Deſ. *ex te depoſcit. Dat. Rom. XX. Octobr.* MCCCCLVII. *Aeneas Card. Senen. dictavit.*

CLXXX. pag. 82. *b.* Aeneae Silvii Epiſtola Ladislao Regi Hungariae. Inc. *Quum ſuperioribus diebus Io. Varadienſis Epiſcopus apud Budam in vincula conjectus eſſet.* Deſ. *Maieſtati tuae debeam. Rom. Non. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXV.

CLXXXI. pag. 83. Electo Vratislavienſi. Inc. *Revertitur ad partes iſtas.* Deſ. *conſueverunt. Rom. III. Non. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXVI.



(1) In edit. *Picholomaeo.*
(2) In edit. *Knorren.*

CLXXXII. pag. ead. Henrico Senftleben. Inc. *Per Nicolaum noſtrum Canonicum Vratislavienſem.* Deſ. *nos effice commendatos. Rom. IV. Non. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXVII.

CLXXXIII. pag. ead. Ioanni Card. S. Angeli. Inc. *Quae ſuperioribus diebus.* Deſ. *& tuus ſemper fui, & ero. Rom. V. Non. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXVIII.

CLXXXIV. pag. ead. *b.* Martino Mayer. Inc. *Iucundae nobis fuerunt litterae tuae, quas in cauſſa Decani Moguntini ad nos ſcripſiſti.* Deſ. *effice commendatos. Rom. VIII. Auguſti* MCCCCLVII. CCCLXIX.

CLXXXV. pag. 86. Praepoſito Spirenſi. Inc. *Accepimus litteras tuas, quibus rogas.* Deſ. *conabimur rem gratam facere. Rom. XXI. Iul.* MCCCCLVII. CCCLV.

CLXXXVI. pag. ead. *b.* Decano Vormacienſi. Inc. *Cognovimus quae ſcripſiſti de praebenda.* Deſ. *ſemper defenſores ſumus.* CCCLVI.

CLXXXVII. pag. 87. Baliae Senenſi. Inc. *Quae ornamento.* Deſ. *indeſinenter optamus. Rom. XXII. Iul.* MCCCCLVII. CCCLVII.

CLXXXVIII. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Accepimus litteras veſtras, quibus cognovimus quae de Comite Iacobo Piccinino.* Deſ. *quam iuſtitiae recordatio valuerit. Rom. XXIV. Iul.* MCCCCLVII. CCCLVIII.

CLXXXIX. pag. 88. Epiſcopo Tridentino. Inc. *Redeuntem in Alamanniam Nicolaum Crevul.* Deſ. *plene confidimus. Rom. Kal. Aug.* MCCCCLVII. CCCLIX.

CXC. pag. ead. Nicolao Cardinali Sancti Petri. Inc. *Revertitur ad partes Germaniae Capellanus meus.* Deſ. *omni tempore paratum. Rom. Kal. Aug.* MCCCCLVII. CCCLX.

CXCI. pag. ead. *b.* Archiep. Salsburgenſi. Inc. *Nicolaus Crevul Capellanus noſter.* Deſ. *per te collatum fuerit. Rom. Kal. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXI.

CXCII. pag. ead. Ioanni Troſter. Inc. *Feciſti probe quod nobis.* Deſ. *ei ſalutem nomine meo dicito. Rom. Kal. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXII.

CXCIII. pag. 89. Ioanni Crevul. Inc. *Ex Nicolao noſtro Launterpaſchio.* Deſ. *cupidos eſſe. Rom. Kal. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXIII.

CXCIV. pag. ead. Domino de Roſis (3). Inc. *Magno maerore affecerunt nos litterae amicorum.* Deſ. *adhibere velis. Rom. Kal. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXIV.

CXCV. pag. ead. *b.* Epiſcopo Varadienſi. Inc. *Quantum de captivitate tua.* Deſ. *memoriam noſtri facito. Romae X. Aug.* MCCCCLVII. CCCLXX.

XVII. pag. 91. Petri Scenae Epiſtola, quae cui ſcripta ſit non adparet. Inc. *Quia magiſter infamiam incurrit, in diſcipulum immeritum odium exercendo.* Deſ. *Deuſque faveat, ut in maiores tui honoris, & proſperitatis apices valeas ſublimari, & peto veniam de erroribus. Datum Calleri die XIV. Martii.* Tum ſubſcribitur: *Ad tua mandata humillime paratus diſcipulorum minimus P. Scena.* P p XVIII.

(3) In edit. *Roſemberg.*

XVIII. pag. ead. Friderici II. Imperatoris Epiſtolae, quae hoc ordine progrediuntur;

i. Fridericus Imperator ſcribit Populo Romano. Inc. *Ignominioſi vulgaris nominis fama*. Deſ. *ad vindictam*. In editione Epiſtolarum Petri de Vineis curante Io. Rudolpho Iſelio Baſileae MDCCXL. 8. Tom. I. a pag. 415. ad pag. 417.

ii. pag. ead. *b*. Scribit Regi Franciae ſuper ſententia ſuae depoſitionis lata in eum per D. Papam & Cardinales in Concilio Lugdunenſi. Inc. *Etſi cauſſae noſtrae iuſtitiam*. Deſ. *materiam ſubminiſtrat*. Ibid. a pag. 84. ad pag. 92.

iii. pag. 92. *b*. Scribit Cardinalibus ſuper ſententia Excommunicationis lata contra ipſum per D. Papam in Vrbe. Inc. *Quum ſit Chriſtus caput Eccleſiae*. Deſ. *iniuriis propulſare*. Ibid. a pag. 97. ad pag. 100.

iv. pag. 93. Scribit Magiſtro Iuſtitiario Regni Siciliae, ut procedat contra Clericos nolentes celebrare tempore Interdicti, & quod Religioſi non transferant ſe de civitate in civitatem. Inc. *Ne per exceptatae malignitatis aſtutiam*. Deſ. *integra reducantur*. Ibid. a pag. 93. ad pag. 94.

v. pag. ead. *b*. Regi Franciae ſignificat aliqua facienda ſuper pace inter ipſum & Papam. Inc. *Virum induſtrium, & illuſtrem R. Comitem Toloſanum*. Deſ. *Serenitas Veſtra credat*. Ibid. a pag. 95. ad pag. 97.

vi. pag. 94. Heic Papa rogat Imperatorem, ut mittat frumentum ad urbem tempore famis. Inc. *Caeleſtis altitudo conſilii*. Deſ. *tamquam pia petitione repulſa*.

vii. pag. ead. *b*. Fridericus Imperator ſcribit Regibus & Principibus mundi, ut non obediant Papae, nec Cardinalibus, eo quod ſunt Chriſtianorum eleemoſynis impinguati. Inc. *Illos felicitas deſcribit antiqua*. Deſ. *diligentiam adhibere*. Ibid. a pag. 80. ad pag. 84.

viii. pag. 95. *b*. Scribit Communi Piſano, ſignificando ſibi ea, quae Papa fecit, & facit contra eum, & de indignatione ſua. Inc. *In admiratione vertimur vehementi, quod unde pro multis beneficiis praeſtolamur gratiam, inde tam obſeſſionis, quam contumeliae durum gravamen reportemus. Inviti loquimur &c. = Sed quum univerſalis ille Pater, Chriſti Vicarius, & beati Petri ſucceſſor, in quo locavimus fiduciam ſpei noſtrae, contra patientiam noſtram indigne, & ſic acriter moveatur, & ad conflandum in nos odium totius orbis intendere videatur, quis non conturbetur, & ſtupeſiat, adverſus innocentiam noſtram tam gravia bella parari, quibus non ſi urgens neceſſitas nos invitos cogeret, obviaret, velut cui ligandi atque ſolvendi conceſſit in terris Dominus poteſtatem*. Deſ. *quas contra nos ubique terrarum, ſicut accepimus, deſtinavit. Audiſtis ſane &c.*

ix. pag. 96. Scribit Magiſtro Iuſtitiario. Inc. *Inter cetera, quae ſollicitudinis noſtrae*. Deſ. *quae fidelitati tuae mandamus, quatenus omnibus Praelatis, & Clericis de iuriſdictione ſua in aliquo loco idoneo convocatis &c.* Ibid. pag. 163. ubi per alios viginti verſus progreditur.

x. pag. ead. Scribit Domino Papae. Inc. *Sub ſimplicis humilitatis officio*. Deſ. *devotio cognoſcatur*. Ibid. a pag. 164. ad pag. 169.

xi. pag. 97. *b*. Anepigrapha. Inc. *Fridericus &c. Patarenorum complices receptatores*. Deſ. *ullo tempore reparandae*. Ibid. a pag. 177. ad pag. 180.

xii. pag. 98. *b*. Anepigrapha. Inc. *Collegerunt Pontifices & Phariſaei conſilium*. Deſ. *Lombardus ad hoc tantum ferre ſubſidium in hac parte ceſſat, ille plus cedat, aut iudicet* . . . . Eſt imperfecta, media pagina vacua ad eam ſupplendam relicta. Ibid. a pag. 73. ad pag. 77. lin. 16.

XIX. pag. 100. Narratio quaedam initio mutila de Alexandro Magno, cuius prima verba ſunt . . . . . . *Theſſalus inſtaurata comeſſatione & ipſum, & ſodales eras invitat accepto poculo, media potione repente, velut telo confixus ingemuit*. Deſ. *non virtute hoſtili, ſed inſidiis ſuorum, & fraude civili*. Quiſnam vero auctor ſit, nondum comperimus.

XX. pag. 101. Diploma quoddam Ioannis &c. pro Archiepiſcopo Sacarenſi in Sardiniae Regno, quod inc. *Nos Ioannes &c. Dum ad confirmandum Eccleſiis, Eccleſiaſticis perſonis, & locis ea, quae iuſto titulo poſſederunt, liberali mente conſurgimus = His igitur conſiderationibus digne moti = tenore praeſentis de certa noſtra ſcientia, & expreſſe approbamus, ratificamus, & confirmamus Rev. in Chriſto Patri, & dilecto Conſiliario noſtro A. Archiepiſcopo Sacarenſi in dicto noſtro Sardiniae Regno, eiuſque Eccleſiae, & Pontificali dignitati omnes terras, loca, & praedia de mirra, & praedia tam ruſtica, quam urbana = Et volentes praeſentem noſtram chartam dicto Archiepiſcopo, eiuſque Eccleſiae dignitati exſiſtere realiter fructuoſam = Illuſtriſſimo & chariſſimo filio primogenito Gubernatori, & in Principatu Cataloniae Locumtenenti Generali noſtro Ferdinando Principi &c. dicimus ſub paternae benedictionis obtentu; Magnificis vero dilectis Conſiliariis noſtris &c. mandamus ſub obtentu gratiae noſtrae, quatenus praeſentem chartam noſtram = teneant firmiter, & obſervent*. Deſ. *iramque & indignationem noſtras evitare cupiunt. In cuius rei &c.*

XXI. pag. 102. Ianuenſium Epiſtola Magnificis viris Conſiliariis & Communi praeclarae urbis Barchinonae. Inc. *Magnifici viri. Solent in magnis rebus callide vulgari rumores*. Deſ. *verum ferre iudicium*. *Dat. Ian. XXII. Aug. MCCCCXXXV*. Tum ſubſcribitur: *Oldeadus de Lampugnano Ducalis Locumtenens, Conſilium Anſianorum, & Officium Baliae civitatis Ianuae*.

XXII. pag. 103. Copia diffidantiae Ducis Mediolani, Magnifico Communi Florentiae. Inc. *Pacem Italicam omni ſtudio hactenus indefeſſa intentione quaeſivimus*. Deſ. *neceſſario provocamur. Datum Papiae XIX. Apr. MCCLIV.*

Ex-

Digitized by Google

Exſtat inter Epp. Coluccii Salutati edente Rigacc. Florentiae MDCCXLI. T. I. p. 17. ubi data eſt *XVIII. Apr. MCCCLXXX.*

XXIII. pag. ead. Reſponſiva Communis Florentiae Magnifico Ioanni Galeacio. Inc. *Hac die recepimus hoſtiles litteras de manu curſoris cuiuſdam ſub nomine Ioannis Galeacii, qui ſe dicit Virtutum Comitem, ac Mediolani &c.* Deſ. *ſubditos nominari. Dat. Florentiae.*

XXIV. pag. 105. Ducis libertatis defenſoris, Antianorum, ac Conſilii Excelſae Communitatis Ianuae Epiſt. Illuſtriſſimo ac Excellentiſs. Principi D. Domino Philippo Mariae Duci Mediolani, Papiae, Angleriaeque Comiti. Inc. *Scimus, Illuſtriſſime Princeps, quod motus noſtros non miraberis, niſi quod lenti fuerint.* Deſ. *& amoenis pulſatibus campanarum. Dat. Ian.* Exſtat in Miſcell. Baluzii curante Io. Dominico Manſio fol. Tom. III. pag 195. ubi finis diverſus.

XXV. pag. 106. Epiſtola anepigrapha Gallico ſermone exarata.

XXVI. pag. ead. *b.* Verba Demoſthenis ad Athenienſes. Inc. *Scitis enim, viri Athenienſes, nulla alia re magis ſuperiorem fuiſſe Philippum, quam celeritate &c.*

XXVII. pag. 107. Epiſtola anepigrapha. Inc. *Ioannes &c. & ad infraſcriptam cauſſam Commiſſarius & Referendarius per S. R. M. deputatus vobis* (1) *porteria regio ſignificamus.* Deſ. *fuiſſe data.*

XXVIII. pag. ead. *b.* Petri de Campofragoſo Dei gratia Ducis Ianuenſis, & Populi defenſoris, ac Officii Baliae Epiſtola S. R. M. Aragonum utriuſque Siciliae Regi. Inc. *Recogitantes ſaepenumero, Sacratiſſime Rex, quot bella adverſus nos Maieſtas Tua, iniuſte tamen ſuſcepit.* Deſ. *probare non poſſit. Dat. Ian. die XVII. Iulii* MCCCCLVI. ſubſcribitur: *Gotardus.*

XXIX. pag. 108. Alphonſi Regis reſponſum. Inc. *Qui vos forsaſſe non norint, o Dux Baliaeque Praeſides.* Deſ. *ac iuſtitia vincendum eſſe. Neapoli die X. Aug.* MCCCCLVI.

*Rex Alphonſus.*

*Antonius Panormita.*

XXX. pag. 109. *b.* Actum quoddam de Pace habitum in caſtro Calleri, poſtquam Iudex Arboreae Sardiniae inſulam rebellaverat, die xv. Martii. Inc. *Signum noſtri Michaëlis Serra militis, Legum Doctoris, Generalis Aſſeſſoris &c.* Cui ſubſequitur Inſtrumentum, quod inc. *Nos Petrus &c. Dum in Prinaeo monte, nomine veſtri nobilis & dilecti Conſiliarii noſtri &c.* Deſ. *& in perceptione deſiſtant, ipſamque ſinant per vos libere percipi & haberi, in cuius rei teſtimonium &c.* (2)

XXXI. pag. 111. Super nova prole Duciſſae Calabriae, Reginae Aragonum ex parte Regis Siciliae, patris dictae Duciſſae. Inc. *Quoniam nobis puer natus eſt.* Deſ. *vos participes faciamus.*

XXXII. pag. ead. Regiae Serenitati reſponſiva. Inc. *Regiae Serenitatis litteram.* Deſ. *& prodeſſe.*

XXXIII. pag. ead. Domino Papae, ut conferat licentiam Clerico audiendi Ius civile. Inc. *Cedis nobis, Pater, ad gaudium.* Deſ. *favorabiliter indulgere.*

XXXIV. pag. ead. *b.* Capitulo Religioſorum, ut orent Deum pro Rege. Inc. *Petrus &c. Venerabilibus & Religioſis viris, Fratri Magiſtro Ordinis Praedicatorum, & Generali Capitulo in Rep. Flor. apud S. Crucis locum celebrando ſalutem & dilectionem. Quum inter ceteros Ordines &c.* Deſ. *poſſimus miſericorditer obtinere.*

XXXV. pag. ead. Rex Petrus Siciliae ſuper morte Domini Regis Friderici. Inc. *Quia dulcis linea ſanguinis.* Deſ. *videbitis contineri.*

XXXVI. pag. ead. Reſponſiva ad praecedentem. Inc. *Materia lugubris, & moerore non vacua, pridem nobis per veſtras litteras intimata de obitu Sereniſſimi Principis, & Domini Friderici recolendae memoriae.* Deſ. *& ſucceſſivis in poſterum roborabitur incrementis.*

XXXVII. pag. 112. Domino Regi ex parte Iudicis Arboreae ſuper morte Regis Alphonſi. Inc. *Materia lugubris fletu & dolore non vacua mihi nuper relatione veridica declarata.* Deſ. *infideles corruant, & pereant inimici.*

XXXVIII. pag. ead. *b.* Reſponſiva. Inc. *Egregio & prudenti viro Petro Vicecomiti de Baſo & Iudici Arboreae ſalutem & ſinceras dilectionis affectum.* Inc. *Recepta littera veſtra ſuper deceſſu clarae memoriae Sereniſſimi Principis & Domini Domini Alphonſi chariſſimi patris noſtri, noviter nobis miſſa.* Deſ. *in poſterum roborabitur incrementis.*

XXXIX. pag. 113. Per quemdam Cardinalem Domino Regi, excuſando Papam, quare non ſcribit Domino Regi. Inc. *Quoniam eſt Eccleſiae Romanae conſuetudo laudabilis.* Deſ. *poteris complacere.*

XL. pag. ead. Domino Papae ſuper obſervanda quadam proviſione Regia. Inc. *Pater ſanctiſſime. Quum ad noſtram anno proxime praeterito perveniſſet notitiam.* Deſ. *de praedictis loco, vel prioratu* . . . . . . Pauca alia quae ſequebantur, ob reciſum inferiorem paginae marginem exciderunt.

XLI. pag. ead. *b.* Domino Regi ex parte Iudicis Arboreae ſuper fidelitate praeſtanda. Inc. *Declarato mihi nuper obitu fel. mem. D. Alphonſi Sereniſſimi quondam Regis Aragonum, veſtri chariſſimi genitoris &c.* Deſ. *& velitis.*

XLII. pag. ead. Super litteris rogatoriis mittendis Domino Papae, & Cardinalibus ſuper beneficiis obtinendis. Inc. *Sanctiſſimo ac Beatiſſimo in Chriſto Patri & D. D. Clementi digna Dei providentia ſacroſanctae ac univerſalis Eccleſiae Summo Pontifici Petrus*



(1) Heic ſpatium vacuum relictum eſt pro rei opportunitate replendum.

(2) Monumenta ad Sardiniam inſulam pertinentia, quae in hoc Codice continentur, haud parum lucis adferre poſſunt eruditiſſimae Diſſertationi De Sardinia, eiuſque Eccleſiis, praemiſſa Operi, cui titulus: *Sardinia Sacra &c. Auctore Fr. Antonio Matthaeio Minorita Conventuali. Romae per Io. Zempel MDCCLXI. fol.*

*Dei gratia Rex Aragonum, Val. Maioricarum, Sardiniae, & Corſicae &c. eius humilis & devotus filius poſt pedum oſcula beatorum. Beatiſſime Pater. Digne credimus agere.* Deſ. *per tempora longiora.*

XLIII. pag. ead. Super eodem cuidam Cardinali. Inc. *Rever. in Chriſto Patri Domino &c. ſpeciali amico noſtro &c. Quum Domino Summo Pontifici &c.*

XLIV. pag. 114. Scribit Papa Regi ſuper pace ineunda cum Rege Caſtellae. Inc. *Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum Illuſtri &c. Communiter omnium, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur pacem vehementer optamus.* Deſ. *perducas effectum. Datum Avinione IX. Indict.*

XLV. pag. ead. Scribit ſuper eo dicto Regi, & de confoederatione facta cum Saracenis. Inc. *Innocentius &c. Petro Regi Aragonum Illuſtri &c. Serenitatem Tuam ſaepius.* Deſ. *tuoſque honorem, & ſtatum favorabilius proſequi teneamur. Dat. Avinione.*

XLVI. pag. 115. Scribit Papa Domino Regi ſuper Praeceptoria domus Montis Albi. Inc. *Innocentius &c. Petro Aragonum Illuſtri &c. Sperabamus, fili chariſſime.* Deſ. *tamen habere recurſum. Dat. Avinione III. menſis Febr. Pont. noſtri anno V.*

XLVII. pag. ead. *b.* Pro Cardinalatu, vel alia dignitate conferenda. Inc. *Sanctiſſimo &c. P. &c. eius humilis & devotus filius poſt pedum oſcula beatorum. Placens Deo Eremitarum Ordinis Sancti Auguſtini Religio.* Deſ. *ad regimen Eccleſiae ſuae.*

XLVIII. pag. 116. Collegio Cardinalium pro rogando Papam. Inc. *Tanta ſtatus veſtri conditio praerogativa laetatur.* Deſ. *honoris intuitu dirigere & iuvare.*

XLIX. pag. ead. *b.* Per quemdam Cardinalem Domino Regi excuſando Papam, quare non ſcribit Regi. Exemplar ſimile illi, quod innuimus paullo ante ſub num. XXXIX.

L. pag. 117. Scribit Papa Regi regratiando illi de quodam ſuccurſu oblato, & illum mittat. Inc. *Innocentius &c. chariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum Illuſtri &c. Hac praeſenti die, videlicet VII. Kal. Febr.* Deſ. *debitae promiſſionis remedia plus requiruntur.*

LI. pag. ead. *b.* Littera recommendationis. Inc. *Innocentius &c. Regi Aragonum &c. Illam gerimus de Tua Serenitate fiduciam.* Deſ. *ad gratiarum merita teneamur.*

LII pag. ead. Conceſſio Indulgentiarum. Inc. *Urbanus &c. univerſis Chriſtifidelibus praeſentes litteras inſpecturis &c. Splendor paternae gloriae.* Deſ. *praeſentibus poſt decennium minime valituris.*

LIII. pag. 118. Gratia Decimarum. Inc. *Bonifacius &c. dilectis in Chriſto fidelibus univerſis Abbatiſſis, & Conventibus Monialium Incluſarum, ſive Ordinis Sanctae Clarae, Sancti Damiani, ſeu Minoriſſae dicantur, Sal. & Ap. Ben. Laudabilis ſacra Religio.* Deſ. *ſe noverit incurſurum.*

LIV. pag. ead. *b.* Litterae excuſationis. Inc. *Illuſtri & Magnifico Principi & conſanguineo noſtro chariſſimo P. Dei gratia Regi Aragonum, Ioannes eadem gratia Rex Franciae felices & continuos ad vota ſucceſſus, ac paratam ad eius beneplacitum voluntatem. De veſtrorum, Princeps inclyte, ſucceſſuum eventu deſiderantes effici certiores.* Deſ. *inter nos, & vos inviolabiliter obſervetur.*

LV. pag. ead. Litterae excuſationis tertii, & reſponſiva ad credentiam. Inc. *Innocentius Epiſcopus &c. chariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum. Accedens ad praeſentiam noſtram.* Deſ. *concipere debeat Tua Regia Celſitudo.*

LVI. pag. 119. Littera Regis Cypri miſſa Reginae Ieruſalem ſuper victoria habita de Infidelibus. Inc. *Ex Francorum Regum proſapia ortae, natalis ſacratiſſimae Ioannae Siciliae & Ieruſalem Reginae honorandae, conſanguineae noſtrae, Hugo Rex Cypri felices & proſperos ad vota ſucceſſus. Gaudete, & congratulamini nobiſcum, & cum ceteris fidelibus cruce ſignatis.* Deſ *qui eſt benedictus per infinita ſaecula &c.*

LVII. pag 120. Littera Regis Angliae miſſa Domino Papae diffidando Regem, ſeu alterum. Inc. *Sanctiſſimo in Chriſto Patri Domino Clementi divina providentia ſacroſanctae Romanae ac univerſalis Eccleſiae Summo Pont. Odoardus eadem gratia Rex Francorum, & Angliae, & Dominus Hiberniae poſt devota pedum oſcula beatorum. In publicam non ambigimus notitiam deveniſſe.* Deſ. *proſpera, & longaeva.*

LVIII. pag. 121. *b.* Littera Papalis in favorem Iudaeorum conceſſa, ut non male tractentur per Chriſtianos. Inc. *Clemens Epiſcopus &c. univerſis Chriſtifidelibus &c. Sicut Iudaeis non debet eſſe licentia.* Deſ. *in ſubverſionem fidei memoratae.*

LIX. pag. 122. Scripſit Papa Regi Aragonum ſuper pace ineunda cum Ianuenſibus. Inc. *Clemens &c. chariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum Illuſtri. Quum apud dilectos filios Ianuenſium, & Venetiarum Oratores inſtaremus.* Deſ. *velit Tua reſcribere Celſitudo.*

LX. pag. ead. *b.* Littera ad Dominum Papam miſſa per Principatum Cataloniae ſuper canonizando Fratrem Raymundum de Pennafort. Inc. *Sanctiſſimo &c. humiles & devoti Praelati &c. Inter ceteras monitiones, Pater ſanctiſſime.* Deſ. *cum eodem incolere ſidereas manſiones.*

LXI. pag. 123. *b.* Scribitur Magiſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum per iuratos & probos homines Alcanguillae, ut provideat eis in definitione Capituli de bonis Fratribus. Inc. *Reverendiſſimo in Chriſto Patri & religioſo viro D. Fratri T. Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum in provincia Aragon. in ſacra Theologia Profeſſori, iurati & probi homines T. Villae ſalutem &c. Venerande Pater, ſicut religioſae ac venerabiles domus*

*mus*

Digitized by Google

*mus veſtri Ordinis exſultant*. Deſ. *merito adſtringamur*.

LXII. pag. 124. Rex Ieruſalem & Cypri ſcribit Regi Aragonum ſuper depraedatione facta per aliquos piratas & detractus receſſus Infantis Ferdinandi a Regno Cypri. Inc. *Sereniſſimo Principi Domino Petro Dei gratia Regi Aragonum &c. Hugo eadem gratia Ieruſalem & Cypri Rex ſalutem &c. Noverit Serenitas Veſtra, quod una carida ſubditorum veſtrorum*. Deſ. *& noxiorum eventuum uſque modo certitudo*.

LXIII. pag. ead. *b*. Littera credentiae Regis Aragonum miſſa Papae ſuper diſcordia, quae inſurrexerat inter Regem Cypri, & Infantem Ferdinandum de Maiorica. Inc. *Sanctiſſimo ac beatiſſimo &c. Summo Pont. &c. Petrus &c. Pacis aemulo inſtigante, inter Illuſtrem Regem Cypri, & inclytum Infantem Ferdinandum de Maiorica generum eius ad invicem quaedam, Pater Sanctiſſime, ſicut pro certo didicimus, gravis diſcordia inſurrexit*. Deſ. *interponere circa ea per Apoſtolicae proviſionis remedium, prout ſanctae providentiae veſtrae videbitur, partes veſtras*.

LXIV. pag. 125. Littera credentiae miſſa ſuper eodem Regi Cypri. Inc. *Sereniſſimo Principi Domino H. Dei gratia Ieruſalem & Cypri Regi affini eius & amico chariſſimo Petrus eadem gratia &c. Celſitudini Regiae tenore praeſentium deferimus*. Deſ. *grata viciſſitudine reſpondere*.

LXV. pag. ead. Littera ſuper eodem Reginae magnae Siciliae. Inc. *Sereniſſimae & Magnificae Dominae Sanciae Dei gratia Ieruſalem & Siciliae Reginae amicae noſtrae chariſſimae tamquam matri P. per eamdem Rex &c. Magnificentiae veſtrae*. Deſ. *votiva corporum ſoſpitate vigemus*.

LXVI. pag. ead. *b*. Super eodem Regi Maioricae. Inc. *Illuſtri & Magnifico Principi Ia. Dei gratia Regi Maioricae, Comiti Roſſilionis & Cerit. ac Dom. Montis Plani &c. P. Propter diſcordiam*. Deſ. *poteritis adhibere*.

LXVII. pag. ead. Littera Papalis miſſa Regi Aragonum ſuper receptionem inimicorum ſuorum. Inc. *Clemens &c. chariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum &c. Miſſos pridem ad noſtram praeſentiam*. Deſ. *referre gratiohus poterunt viva voce*.

LXVIII. pag. 126. Scribit Dux Venetorum Regi Aragonum ſuper depraedatione facta per ſubditos dicti Regis contra ſubditos dicti Regis. Inc. *Sereniſſimo & Excelſo Domino D. P. Dei gratia Illuſtri Regi Aragonum plurimum honorando Barptolemaeus Gradenico eadem gratia Venet. Dalmat. ac Corat. Dux, Dominus quartae partis, & dimidiae totius Imperii Roman. Sal. & propriorum ſucceſſuum ubertatem. Nequit animus noſter gravius non turbari*. Deſ. *confidimus & ſperamus*.

LXIX. pag. ead. *b*. Littera citationis miſſa per Regem Aragonum Regi Maioricae, & iſta fiat initium proceſſus contra eum facti. Inc. *Illuſtri ac Magnifico Principi Iacobo Dei gratia Regi Maioricae Comitique Roſſilionis, & Cerritaniae, ac Domino chariſſimo fratri noſtro Petrus eadem gratia &c. Attendentes, Rex inclyte, quod dum praeiudicio, vel errori congruo tempore non reſiſtitur &c*. Deſ. *inveneriimus faciendum*.

LXX. pag. 127. Domino Papae per dictum Regem ſuper conferendo dignitatem. Inc. *Sanctiſſime Pater, Quum merita probitatis*. Deſ. *& gratias referemus*.

LXXI. pag. ead. *b*. Cardinali. Inc. *Paternitati Veſtrae tenore praeſentium deferimus*. Deſ. *regratiabitur vobis multum*.

LXXII. pag. ead. Littera miſſa per Imperatorem Domino Regi, cuius ſuprascriptio talis eſt: *Sereniſſimo Principi D. Petro Regi Aragonum Illuſtri, ſororio noſtro chariſſimo*. Intus autem continentiae talis erat: *Karolus autem quartus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bovorum Rex, Sereniſſimae ſororiae chariſſimae. Habet hoc ſibi proprium Imperialis Excellentiae magnitudo*. Deſ. *& grata proſperitate feliciter abundamus*.

LXXIII. pag. 128. Scribit Papa Regi Aragonum ſuper pace ineunda cum Rege Caſtellae. Inc. *Innocentius Epiſcopus &c. Petro Regi Aragonum &c. Non ſine diſplicentia multa, intellecto nuper, quod inter te & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Petrum Regem Caſtellae & Legionis Illuſtrem, gravem diſcordiam, cui occaſio modica dediſſe fertur initium, pacis aemulus peccatis exigentibus ſuſcitavit &c*. Deſ. *pericula prudenter evites*.

LXXIV. p. ead. *b*. Littera infraſcripta fuit miſſa Domino R. per Card. Legatum Sedis Apoſtolicae in partibus Caſtellae negotia ſuae legationis agentem. Inc. *Sereniſſime Princeps, Domine, & amice chariſſime. Sicut illo Rege pacifico Salvatore noſtro*. Deſ. *a quo nedum ſimilia, ſed maiora* . . . . . . Videtur in fine aliquid deeſſe.

LXXV. pag. 129. Super litteris rogatoriis mittendis Domino Papae & Cardinalibus ſuper beneficiis obtinendis. Eſt eiuſdem tenoris, atque illa quam recenſuimus ſupra §. XLII.

LXXVI. pag. ead. Super eodem cuidam Cardinali. Inc. *Reverendo in Chriſto Patri Domino T. presbytero Cardinali &c. Petrus &c. Quum ſanctiſſimo Domino Pontifici &c*. Deſ. *regratiabimur vobis multum*.

LXXVII. pag. ead. *b*. Scribit Papa Regi ſuper pace ineunda cum Rege Caſtellae. Eiuſdem tenoris, ac ſupra p. 599. §. XLIV. Heic autem data eſt *Avinione IX. Kal. Octobr. Pontificatus noſtri anno IV*.

LXXVIII. pag. ead. Scribit ſuper eo dicto Regi, & de confoederatione facta cum Saracenis. Ibid. §. XLV.

LXXIX. pag. 130 Scribit Papa eidem Regi, quod non mittit capellum Cardinalatus, quia non eſt de more Curiae Romanae. Inc. *Innocentius &c. Petro Regi Aragonum &c. Magnitudinis tuae litteras*. Deſ. *ſed rigori conſuetudinis imputans memoratae*.

LXXX.

Digitized by Google

LXXX. pag. 131. Inter hanc, & praecedentem paginam aliquod deeſſe folium videtur, haec enim incipit ab ultimis tantum verbis cuiuſdam Epiſtolae, quae data eſt *Cordubae die XIII. Novembris*.

LXXXI. pag. ead. Littera miſſa per D P. ſuper promotione facta de perſona Domini Fratris M. Roſelli ad dignitatem Cardinalatus. Inc. *Sanctiſſimo &c. Petrus &c. Dum in horto fecundiſſimo ſacri Collegii Cardinalium*. Deſ. *perſonam*. *Datum Caeſarauguſtae VIII. Iannarii anno MCCCCLI.*

LXXXII. pag. ead. *b*. Promotus in Cardinalem ſcribit D. Papae. Inc. *Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater & Domine. Receptis certis rumoribus de mea indigna promotione*. Deſ. *mihi creaturae ſuae devotiſſimae ac ſubiectae*. *Dat. Caeſarauguſtae*.

LXXXIII. p. 132. Anepigrapha. Inc. *Reverendiſſime Pater & Domine mi. Receptis certis rumoribus de mea promotione indigna refero veſtrae Dominationi gratias quamplures*. Deſ. *veſtrae gratiae, & amori*.

LXXXIV. pag. ead. Anepigrapha. Inc. *Fratres mei dilectiſſimi. Ad gaudium vobis ſignifico*. Deſ. *ſuffragium ſpeciale*. *Datum Caeſarauguſtae*.

LXXXV. pag. ead. *b* Anepigrapha. Inc. *Honorabiles Domini, & amici mei chariſſimi. Veſtrae Reverentiae ſignifico per praeſentes*. Deſ. *nunc, & ſemper intimes confidenter*.

LXXXVI. pag. 133. Aſſumptio Cardinalatus Domini Fratris Nicolai Roſelli Ordinis Praedicatorum. Inc. *Innocentius &c. Petro Regi Aragonum &c. Delectat nos, fili chariſſime, vota regia favoribus Apoſtolicis proſequi*. Deſ. *in ipſius Eccleſiae Cardinalem duximus aſſumendum*. *Dat. Avinione*.

LXXXVII. pag. ead. *b*. Scribit Rex Papae excuſando Dominum Cardinalem (ſc. Nicolaum praedictum) qui in eius promotione fuerat multipliciter accuſatus. Inc. *Sanctiſſimo &c. Petrus &c. Ad aures noſtras, Pater ſanctiſſime, quorumdam relatione noviter eſt deductum*. Deſ. *per tempora longiora*. *Dat. Caeſarauguſtae*.

LXXXVIII. pag. 134. Anepigrapha. Conqueritur amicus, quod amicitiae oblivio ſequatur (*ſic*). Inc. *Commotionis cauſſam contra te poſſumus allegare*. Deſ. *nec habere deſidero tuorum memoriam delictorum*.

LXXXIX. pag. ead. Adulatur aliquis mulierem. Inc. *Altis ad caelum vocibus laceſſita*. Deſ. *timoris neſcit anguſtias, & inter dubia non diſtinguit*.

XC. pag. ead. *b*. Preces ad amicum pro Philomena. Inc. *Cupientes aetatem paullatim declinantem ad ſenium &c.* Deſ. *in maioribus obligemur*.

XCI. pag. ead. Litterae compaſſionis ſuper caſu amici. Inc. *Siniſtri caſus everſio &c.* Deſ. *& ſolatia praebituri*.

XCII. pag. ead. Amicus amicum redarguit, quod non viſitat. Inc. *Urit ſcribentem animus &c.* Et ſic progrediuntur Exempla plurima Epiſtolarum, quarum nonnullis argumentum, ut ſupra innuimus, praefigitur; videntur autem ab eodem Aenea Silvio, partim ſuo, partim nomine Pontificis veluti promptuaria quaedam pro opportunitate fuiſſe adornata (1).

XCIII. pag. 157. Exemptio Monaſterii S. Antonii Venetiarum Ordinis S. Auguſtini, a Monaſterio S. Antonii dicti Ordinis Viennenſis. Inc. *Paullus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Licet complures Eccleſiae, Monaſteria, & Pia Loca, tam ſaecularia, quam quorumcumque Ordinum Regularia &c. Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto XIV. Kal. Iunii Pont. noſtri An. I.* Subiicitur Exemptio quaedam Magiſtri Alvari Gundiſalvi Decani Eccleſiae Columbarum &c. ab iuriſdictione quorumcumque Ordinariorum. *Datum Romae apud S. Petrum V. Id. Aprilis An. I.*

XCIV. pag. 158. *b*. Monumentum quoddam alia manu de inundatione Tyberis, quae contigit die VII. Octobris, hora VII. noctis diei ſubſequentis, Clemente VII. Pont. Max. anno MDXXX. qua Tyberis ſpatio XXIV. horarum maximis aquarum incrementis adeo auctus eſt, ut numquam antea violentiori impetu urbem invaſerit, ubi prae reliquis haec notanda ſunt verba: *incrementum autem illius inundationis ad huius menſurae ſignum acceſſiſſe deprehenſum eſt = ad huius autem rei teſtimonium Guido Medices Arcis Caſtri Angeli Praefectus Pont. numini, maieſtatique deditiſſimus Anno IV. ſui . . . . . . monumentum hoc faciundum curavit . .*

XCV. pag. 159. Recurrunt alia exempla litterarum pro rerum, ac temporum opportunitate ſcribendarum, videlicet: I. *De credendo potius vero amico, quam obloquentibus*. II. *De perſeverando in amore*. III. *Litterae gratiarum ad fidem alterius, & quod paret ſe*. IV. *Ad iudicem ſuper cauſſa*. V. *De veniendo celeriter propter magnum periculum*. VI. *Quod provideatur rebus quae ſperantur celeriter perdi*. VII. *De ponendo concordiam inter diſcordes*. VIII. *Denunciatoria de malo ſtatu Reip.* IX. *Excuſatoria de non credendo odioſo accuſatori*. X. *Vituperationes alterius*. XI. *De vitiis & vituperio alterius*. XII. *De conſervando amicos probatos antiquos*. XIII. *De gaudio pro pace facta &c.* & ſic progrediuntur uſque ad finem Codicis.

Codex chartaceus Ms. in fol. Saec. XV. peſſimae, & intricatiſſimae ſcripturae, forte ipſius Aeneae Silvii autographus, ut ex quibuſdam locis, & correctionibus ſuſpicari licet, num. 437. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 170.

ANT.

(1) Id eruitur praecipue ex pag. Codicis 143. 145. & 152.

Digitized by Google

## ANT. PANORMITAE, AENEAE SILVII, ET BARPTOL. FACII OPVSCVLA.

Cod. XLV. I. p. 1. ANtonii Panormitae in Alphonſi Regis dicta aut facta memoratu digna Libri IV. cum Prooemio (1), quod inc. *Xenophon is, quem Graeci non abs re Muſam Atticam vocant*. Deſ. *Martemque accendere cantu*. Liber primus inc. *Orabant & quidem ſuppliciter*. Liber quartus deſ. *& iam adveſperaſcente die perductus eſt*. Inde ſubiicitur: *Antonii Panormitae in Alphonſi Regis dicta aut facta memoratu digna Liber IV. & ultimus explicit*, ut in editione huius Operis cum ſcholiis Iacobi Spiegelii Baſileae ex officina Hervagiana MDXXXVIII. 4. a pag. 1. ad pag. 239. Conſulendus ea de re Cl. Apoſtolus Zenus Diſſert. Voſs. Tom. I. pag. 310.

II. pag. 61. Aeneae Silvii Epiſcopi Senenſis ad Inclytum Regem Alphonſum de dictis factiſque memoratu dignis clarorum hominum, praevia Epiſtola ad Antonium Panormitam Poëtam clariſſimum, quae inc. *Silveſter Chimenſis Antiſtes, cuius conſilio in ſuam me Curiam Fridericus Imperator accerſivit*. Deſ. *aliquid me videris eſſe commentum*. Liber in Prooemium inc. *Alphonſus tanto eſt Socrate maior*. Deſ. *haec habuimus, Antoni, quae per ocium Neapolitanum ad dicteria tua adiiceremus. Tu vale, & boni conſule. Ex Neapoli X. Kal. Maias anno ab Incarnatione Salvatoris Chriſti MCCCCLVI.* Adiicitur clauſula: *Aeneae Silvii Epiſcopi Senenſis ad Inclytum Regem Alphonſum de dictis factiſque memoratu dignis clarorum hominum*. Habes in calce Operis ſupra memorati Antonii Panormitae de dictis & factis Alphonſi Regis a pag. 242. ad pag. 257. & inter Opera Aeneae Silvii edit. Baſileenſis per Henricum Petri MDLI. fol. a pag. 472. ad pag. 498.

III. pag. 110. Barptolemaei Facii de Vitae Felicitate ad Alphonſum Regem Inclytum (Dialogus inter Antonium Panormitam, Guarinum Veronenſem, & Ioannem Lamolam.) Prologus inc. *Humanae vitae conditionem ſaepius reputanti mihi, Rex ſapientiſſime*. Deſ. *maximumque a te munus conſequutum exiſtimabo*. Dialogus inc. *Quum Antonius Panormita clarus & ſingularis Poëta*. Deſ. *tum facto dicendi fine, reliquum diei tempus deambulationi datum eſt, & ſic eſt finis huius Tractatus*. Prodiit Antuerpiae MDLVI. 8. & cum Felini Sandaei de Regibus Siciliae & Apuliae Epitome, edente Frehero, Hanoviae MDCXI. 4.

IV. pag. 147. Eiuſdem Epiſtola Roberto Strozzae. Inc. *Animadverti, vir ornatiſſime, ex litteris tuis perbrevibus*. Deſ. *ſi modo poſſim, vehementer cupio. Vale*. Adfertur haec Epiſtola a Cl. Laur. Mehus in Praefat. ad Barptolemaei Facii Opuſculum de Viris Illuſtribus Flor. apud Paullum Giovannelli MDCCXLV. 4. pag. XXXIV.

V. pag. 149. *b*. Eiuſdem Liber de Hominis Excellentia ad Nicolaum V. Pont. Max. cum Prooemio, quod inc. *De Hominis Excellentia ſcribere nuper aggreſſus ſum, B. P.* Deſ. *rem ipſam explicemus*. Liber inc. *Ante omnia par eſſe arbitror*. Deſ. *utinam praeſentis vitae curſu proſpere confecto, adipiſci valeamus*. Libellum hunc de Excellentia & Praeſtantia Hominis male confundit Fabricius cum Libro *de Humanae Vitae Felicitate*, quum duo ſint diſtincta Opuſcula, exhibeanturque ſeorſim ambo in editione Hannoviana A. MDCXI. 4. Monet autem Cl. Zenus Diſſert. Voſs. Tom. I. pag. 69. Dedicationem poſtremi Operis ad Pium II. non eſſe eiuſdem auctoris, quum libellus iſte in Cod. Vatic. num. 3662. ut etiam in hoc Gaddiano-Mediceo, dicatus ab auctore ſit Nicolao V. Pontifici Maximo.

VI. pag. 169. Eiuſdem, ut videtur, Epiſtola initio mutila, in qua tamen agitur de incremento Ottomannici Imperii. Incipit a verbis: . . . . . *ones facile irruptiones fieri poſſent, uſque adeo emerſerunt; at ſublati ſunt animis, ut palam iam, & pari marte adverſum finitimos de agri poſſeſſione certare non vererentur*. Deſ. *& ut horrendum monſtrum, deteſtandum, & exitiale prodigium, Chriſti Regis noſtri Salvatoris, & Dei veri inſuperabili auxilio tollatur funditus, & radicitus exſtirpetur. Vale. Ex Neapoli vigeſima Iunii MCCCCLXXVI.*

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. peſſimae ſcripturae, cum notulis quibuſdam marginalibus alia manu, num. 964. antiquitus notatus. Conſtat foliis 177.

## ANT. PANORMITAE EPISTOLAE, FRANCISCI PETRARCHAE, OLIVERII CARD. NEAPOLITANI, ET ANONYMI QVAEDAM.

I. pag. 1. ANtonii Panormitae quintum Epiſtolarum Volumen Oliverio Archiepiſcopo Neapolitano dicatum, praevia ad ipſum Epiſtola (2), quae ita ſe habet: *Quintum hoc Epiſtolarum Volumen proxime quum abſolviſſem, agitaremque animo ad quem potiſſimum libellum conſcriberem, tu unus omnium occurriſti, Oliveri Praelatorum ornamentum, quem ceteris anteponere merito deberem. Nam quum in eo magna ex parte Ferdinandi Regis fortuna ac progreſſus contineantur, ad quem potius id legendum, corrigendumque* Cod. XLVI.

tra-

(1) De hoc eodem Codice Ms. agit Iac. Gaddius de Scriptor. non Eccleſ. Tom. II. pag. 128.

(2) Nos hanc Epiſtolam annis proximis una cum huius Codicis notitia communicavimus Cl. Dominico Schiavo, unde eam inſeruit in Libello, cui titulus: *Lettera del Dottor Domenico Schiavo Palermitano dirizzata in Napoli ad un ſuo Amico, che dee ſtampare la vita del celebre Ant. Panormita. Palermo 4. Febbraio MDCCLXII. 4.*

*traderem, quam tibi? quippe qui ſemper illius partium acerrimus defenſor exſtiteris; neque, ut plerique, cum fortuna fidem mutaveris, neque ex ea devotione, & obſervantia, quae ſemel ab avo tuo Malicia Equite ſplendidiſſimo caepta eſt, ac deinceps ab praeclara reliqua domo Carraphia conſtantiſſime cuſtodita, ullo umquam caſu, aut infortunio deiectus ſis; quin potius quanto res Regis interdum in ambiguo eſſe, ac paene deplorata videretur, tanto tu, suique omnes enixius fortiuſque illi operam navaveritis, opes, facultates, exſilia, incendia, pericula, vitam denique ipſam, prae illius ſtatu, vita, honore, & conſtantia pro nihilo aeſtimantes. Scies praeterea, quum haec legeres, meum erga Regem ſtudium non neglecturum; immo eo quidem vehementius admiraturum, quo perpaucos ſcires in fide, & benevolentia perſtitiſſe; pluriſque fortunae bona, quam famam & ſui exiſtimationem feciſſe. Tum iuvabit perfidiam ac procerum levitatem agnoviſſe; & ne quid tale poſthac accidat, praeteritorum exemplo futuris periculis providiſſe; quamquam difficilis ad hanc rem omnis proviſio, niſi Dei ipſius iuſtitia, ac providentia bonis, ac piis Regibus conſulatur. Quid enim defuit Ferdinando, quominus ſubditorum benevolentiam, fidemque ſervaret? Sane nihil. Is enim poſt mortem inclyti patris vectigalium, ac tributorum maximam partem popularibus remittendam curavit; is Proceres, ac Barones omnes comiter, ac familiariter amplexus eſt; is denique omnibus aeque iuſtus, facilis, & benignus. Deſciverunt tamen, ſive ipſorum innata mutabilitate, ſive novitatum aviditate, ſive etiam Ioannis Antonii Principis Tarentini inſtigatu, qui quum Regum ac legum ſemper impatiens fuerit, alios quoque ad contumaciam impulerit, atque perfidiam. Sed Catoni aliter, Diis vero aliter viſum eſt, ut ait Poëta. Morte etenim ipſius Principis collapſa ſunt omnia; propulſi, ac profligati hoſtes; omnes denique, quamvis invitis animis, ſunt in poteſtatem redacti. Sed his miſſis, tu legens epiſtolas meas, quum aliquando Ferdinandum paullo humilius loquentem offenderis, quam Regiam videatur decere Maieſtatem, memineris velim Telephi, & Pelei Horatiani; plurimumque referre iudicaveris, an quis in proſpera, an in adverſa fortuna conſtitutus loquatur, & neceſſitatis potius, quam dignitatis rationem habendam fuiſſe; quum nihil omnino dementius, nihil abſurdius ſit, quam in ancipiti, & adverſa fortuna ſuperbum, & arrogantem agere. Nos igitur ea in re temporum conditioni inſervivimus, decorumque ſervavimus; nec minus verba quaedam paullo ſordidiora inculcavimus, ne ab uſu, & conſuetudine communi abhorrere videremur; ut dum elegantiae, & latinitati ſtuderemus, Principum, ad quos litterae mitterentur, gratiam laederemus, praeter conſuetudinem vocabulis, & epithetis uſi. Verum tu pro tua ſingulari eruditione, atque prudentia, non ſolum venia, ſed laude, & commendatione dignum eum iudicaturus es, qui tempori, & moribus orationem accommodaverit. Tum curae tibi erit Opuſculum, anteaquam in vulgus prodeat emendare, & cum paucis interim communicare; iis videlicet, qui benivole & ſtudioſe vel minima lectitare conſueverunt, non qui deliciis reſoluti, & voluptatum illecebris emolliti, haud ſine faſtidio Ciceronis Epiſtolas, aut Plinii guſtandas adſumunt. Vale.*

Epiſtola prima Ferdinandi Regis inſcripta Alonſo inc. *Tu quidem victoriam nobis ſignificas, & adverſariorum prope innumerabilium mortes*. Vltima Paullo Papae deſ. *ſic Chriſtus ipſe te nobis diutiſſime in vita conſervet*. Impreſſae fuerunt hae Ferdinandi Regis Epiſtolae ab Antonio Panormita exaratae in Libello rariſſimo, cui titulus: *Regis Ferdinandi, & aliorum Epiſtolae, ac Orationes utriuſque militiae, quibus mores illius temporis, diabolicus animus, hominum paſſiones, ac Dei providentia cognoſci poteſt, nunc primum in lucem prodeunt. Vici Aequenſis apud Ioſephum Cacchium an. D MDLXXXVI.* 8. (1) Nos autem Codicem cum editione diligentiſſime conferentes, has, quae ſequuntur Epiſtolas abeſſe animadvertimus:

I. Antonius Panormita Friderico Duci magnanimo S D. (2)

*Erat conſilii litteras ad te prolixiores dare, niſi Vulpinus tuus ad te iret, rerum omnium, quae heic aguntur peritiſſimus atque edoctiſſimus. Is enim & rebellionem quorumdam leviſſimorum hominum, & conſtantiam, atque animi magnitudinem Ferdinandi Regis, & eiuſdem Regis propoſitum, tibi verboſius, ac ſuavius enarrare poterit vivo ſermone. Tantum te hortor, ſi ſemper cupidus honoris, & gloriae fuiſti, ut Ferdinandum tuum, nunc iuſtiſſimum atque honeſtiſſimum bellum gerentem auxilio, & copiis tuis adiuves; nec ſperes umquam maioris aut facilioris gloriae occaſionem inventurum, quam in hoc bello. Pugnabitis iuſti contra perfidos, fortes contra facinorum conſcientia perculſos, Diis & hominibus exoſos. Vtinam nunc adeſſes! videres milites noſtros, pro ipſorum fide & innocentia alacres, & belli cupidos; adverſarios pro ſcelere pavidos, & prope confuſos, ut cui victoriam Deus conceſſurus ſit, facile animadvertas. Illud demum pro tua prudentia & natura cavebis, ne mora beneficium inficias; omnium oculos in te coniectos habes, tecum putant victoriam, felicitatem, amicitiam, conſtantiam, opportunitatem, laetitiam, & gloriam adventuras. Veni igitur quam potes ociſſime, & nos bea. Vale.*

II. Fran-

(1) Edidit hunc libellum Ioannes Maria Saccentus ex Raiano in Aprutio, & eſt veluti Appendix quaedam ad alium librum ſub titulo: *Ioh. Mariae Saccentis partium Orationis Inſtitutio. Vice-Aequenſis apud Ioh. Cacchium MDLXXXV.* 8. Notandum eſt in fine Epiſtolarum Ferdinandi Regis hoc monitum: *Impreſſae indulgente Deo impenſae* (ſic), *ac diutiſſime deſiderio Io. M. S. in patria ſua, ob inopiam alieni paſtorculi, Romae a tugurio, Neapoli ad opſonia, nunc vero paedagogi. Ne quis adeo miretur, ſi Deo proximiſque parva retribuit. Vult idem cum his Grammaticam, quam imprimendam curavit abſque privilegio eſſe.*

(2) Codicis pag. 5. *b*.

II. Franciſco Mediol. Duci (1).

*Sententia medicorum eſt, Ducum praeſtantiſſime, qui ſemel inſanit, numquam integre ad ſanitatem reduci poſſe. Io. Antonius Princeps Tarentinus, quum putaremus ab inſania aliquando poſſe reſipiſcere, incipit furere; Ioannis enim Rheni Ducis adverſarii mei vexilla erexit, civibus, & popularibus meis arma intulit, fidem abiuravit, denique omnia fecit, ac quotidie facit, quibus aperte inſanire, ac furere videatur. Ex quo quanti fecerit, vel Summi Pontificis auctoritatem, vel tuam, facile animadvertis. Affinitatem vero, & homagium, quibus mecum obſtringebatur, tanti facit, ut nihil ſit, quod minoris aeſtimare videatur. Excita itaque prudentiam tuam, amice magne, qua inter Principes noſtri ſaeculi excellere indicaris; excita animi magnitudinem, qua veteres illos heroas aequaſſe praedicaris, & quid mihi in hoc caſu faciundum ſit, litteris ſignifica, nec munus hoc pro noſtra immortali coniunctione, ad tuum decus, quam ad meam utilitatem ſpectare tibi perſuade. Nobis quidem iuſtitia victoriam pollicetur, maxime ſi amici, & Pontifex, ſicuti ſperamus, in officio, & foedere perſtabunt. Vale.*

III. Antonius Panormita B. Legato Pontificio V. Illuſtri (2).

*Quidam ex familia, ut aiebat tua, a me petiit commodato Aſconium Pedianum in Ciceronis Orationes. Ego neque negavi illi librum, neque dedi; ſiquidem nullis tuis litteris id petebat, & ut noſti, lupus eſt homo homini. Liber praeterea is perrarus eſt, &, ſi Quintiliano credis, in deliciis habendus. Tibi tamen nihil tam charum, aut tam praeclarum eſt, quod negari, aut debeas, aut poſſit, ſi modo & tu contra, librorum tenax, aut illiberalis non ſis, ſed par pari referas. Iam ſcis me olim deſideraſſe videre, & legere Strabonem, neque adhuc potui, niſi tantum illius particulam. Quod igitur a me petis, & a te petitum puta, librum videlicet atque rarum, charum, ac perpaucorum; manus quidem manum lavat, ut inquit Empedocles. Reliqua ad hanc rem accipies a Calcilio noſtro, quem niſi honeſtaveris, amplificaveris, beaveris, nec Muſis, nec gloriae eris acceptus. Vale.*

IV. Ant. Panormita Batt. Legat. Apoſtolico (3).

*Eunti Romam Nicolao Statio noſtrûm utriuſque benivolo & familiari, iterum iniunxi, ut de quo tecum alias coram contuleram, cum Pontifice ageret, remque ad te omnem pleniſſime delegaret. Ut vero abiit ille, venerunt in mentem verſus Valerii Martialis, quos ne tu forſitan audire refugias, Divum Hieronymum & poëtam hunc legiſſe conſtat ſatis. Formoſa Phyllis mihi quum nocte tota ſe praeſtitiſſet omnibus modis largam, & cogitarem mane quod darem munus, an de moneta Caeſaris decem flavos, amplexa collum, baſioque tam longo blandita, quam ſunt nuptiae columbarum, rogare coepit amphoram vini. Sic ego, mi Barth. decus Clericorum, id multis precibus a Pontifice peto, quod haud pluris quidem aeſtimandum videatur, quam amphora Phileniana; nam per immortalem Ieſum, quid ego poſtulo, niſi ut id Eccleſiae pendam, quod penditur, id ſolvam, quod ſolvitur? & vides quam taciturna ſint omnia, quam ieiuna, quam illiberalia. Numquam ea de re reſponſum habui; ut poſt mortem Alphonſi noſtri ab omnibus videar deſtitutus, planeque fatear illius deceſſu, & fortunam, & amicos, & ſpem omnem a me procul effugiſſe; immo vero ne quid diſſimulem, mihi omnino immutatus videor, & ut Soſia ille Plautinus, alius eſſe, quam fuerim, Apuleiique Philoſophi ſubinde memor, mecum dictito, quid mihi, ſi quod illi? Tu modo cogita pro tua ſingulari prudentia, qualia mihi conſilia, quales fluctuationes in animo, & ſint, & eſſe debeant; ut niſi unus tu me ſimul erigas, ſimul dirigas, de me actum ſit. Muſae quidem, ne quid in his ſperem, cum Alphonſo una ſepultae iacent. Vale ſpes unica.*

II. pag. 67. *b.* Anonymi Oratio habita in Senatu Veneto. Inc. *Sanctiſſimus ac beatiſſimus Dominus noſter Sixtus IV. Pont. Max. cuius iuſſu venio. Sereniſſime Princeps, Serenitatem Veſtram, & Illuſtriſſimum hunc Senatum paterna ſalute, & Apoſtolica benedictione impartit; hortatur quoque, obteſtatur, & obſecrat, ut quod ipſe pio zelo, de pace nuper inſtituit, in bonam partem velitis accipere.* Deſ. *haec ferme ſunt, quae a me referenda erant. Si quidquam indignum maieſtate huius loci loquutus ſum, Serenitas Veſtra, quae clementiſſima ſemper eſt habita, ignoſcere & adſcribere mihi dignetur. XXX. Decembr. MCCCCLXXXIII.*

III. pag. 68. *b.* Reſponſiva Venetorum ad Breve exhibitum ab Oratore, qui praedictam in Senatu Veneto Orationem dixit. Inc. *Accepimus Breve Sanctitatis Veſtrae ea qua decuit, & ſemper conſuevimus reverentia, & devotione. Intelleximus ex eo cauſſas, quae eam videntur impuliſſe ad foedus noſtrum deſerendum, & inſinuandum ſeſe paci, foederique communium hoſtium noſtrorum.* Deſ. *ad quod Summi Sanctiſſimique Pontificis auctoritas conſenſerit, ſuaſerit, concitarit. Dat. XII. Ian. MCCCCLXXXIII.*

IV. pag. 74. Lombardi Epiſt. Franciſco Petrarchae, ut in Cod. XVI. Plutei LXXXIX. ſup. huius Voluminis pag. 272. §. XXVIII. ubi tamen pro *Lombardi* legas *Leonardi*; heic autem data eſt *Rure decimo Kal. Martias.*

V. pag. 78. Reverendiſs. Domini Oliverii (Carafae) Cardinalis Neapolitani Oratio in Sereniſſimum Ferdinandum Regem Illuſtriſs. Inc. *Si gratus, & beneficiorum memor videri velim, Magnanime Rex, non potui non dolere graviter, & iniquo animo ferre luctuoſum atque acerbum interitum ampliſſimi, & potentiſſimi quondam Regis parentis tui.* Deſ. *dum mi-*



(1) Codicis pag. 64.
(2) Codicis pag. 56. *b.*
(3) Codicis pag. 59.

Digitized by Google

*mihi vita ſupererit, & ſpiritus hos reget artus. Bene vale*. In prima pagina, quae vacua ſupererat caeruleis ac nigris litteris adſcriptum legitur Epigramma cum hoc titulo; *Ad Poma, ne noceant Reverendiſs. D. Cardinali Neapolitano*. Epigramma vero ſequens eſt:

*Temporibus priſcis fuerant innoxia poma,*
*Temporibus ſed ſunt noxia facta meis.*
*Quin etiam pomis homines vixiſſe feruntur,*
*Nunc contra moritur talia quiſquis edit.*
*Quae miſeros igitur vexavit cauſſa nepotes?*
*An natura novo eſt victa miniſterio?*
*Nimirum noſtris vitiis haec poena paratur,*
*Quae ſanctos olim nulla manebat avos.*
*At vos viventi priſca bonitate, cavete*
*Tam ſancto Domino, poma, nocere meo.*

Tum ſubſcribitur: *Phoſphoros XI. Kal. Sept. MCCCCLXXXVII.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis, & coloratis, pictura in principio, & ſtemmate gentilitio, forte Oliverii Archiep. Neapolitani, in cuius primae paginae ſummo margine nomen legitur *Ioannis Gaddii*, num. 448. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 78.

## ANT. PANORMITAE, CAMPANI, FACII, PONTANI, LANDINI, PII II. ISOTTAE NOGAR. &c. OPVSCVLA, ET EPISTOLAE.

*Cod. XLVII.* I. pag. 1. ANtonii Panormitae in Alphonſi Regis dicta & facta memoratu digna Libri IV. ut in Cod. XLV. huius Plutei ſupra pag. 605. §. I. Sed heic Liber IV. deſinit in verbis: *ſed regnum Neapolitanum etiam deferri ultro iuſſiſſe*, & clauditur ſic: *Finis geſtorum Alphonſi Regis*; ideoque omittuntur quatuor ultimi verſus, necnon Alphonſi Oratio in Expeditionem contra Turcos & eiuſdem Triumphus.

II. pag. 42. Eiuſdem laureati Poëtae Epiſtola ad Ergotelem, ideſt Thomam Bononienſem amicum ſuum. Inc. *Etſi tardiuſcule ad me ſcribis, nec eſt mos filii, nec officium grati adoleſcentis = Aiunt qui huc quotidie ex Mediolano ſe conferunt te ampliorem factum apud inclytum Ducem. Gaudeo, & quidem gaudeam; ſed aliquanto ſollicitior de te factus ſum. Multos novi in iſtum locum adſcendiſſe, paucos perſtitiſſe*. Deſ. *ſalutabis a me Barbarianos, Trottos, Caſtilioneos, Ferrufinos, amicoſque omnes veteres, & benefactores noſtros.*

III. pag. ead. *b.* Eiuſdem alia ad Iacobum Peregrinum. Inc. *Si honeſtiſſimae tuae voluntati non facio ſatis in praeſentiarum, non eſt quod amico honeſta petenti obtemperare refugiam, ſed quod Opus, quod in manus habeo, intermittere ſine eius iactura facile non poſſum = Dicere Regis Alphonſi, aut res glorioſiſſime geſtas, aut virtutes etiam eius prope divinas, non eſt hominis occupati, atque alio intenti; cupio ego quidem haud minus invictum ſummum Regem noſtrum litteris mandare, ac caelotenus efferre*. Deſ. *Vale tu ſplendor regius, & me non minus propter ea, quae coniunxiſti, ama, Ticini raptim curſimque.*

IV. pag. 46. Copia cuiuſdam litterae deſtinatae per Sereniſſimum Imperatorem, Magnificis & potentibus Dominis, Dominis Prioribus Artium, & Vexillifero Iuſtitiae Populi, & Communis Florentiae, qui Imperator tunc erat in civitate Lucana. Inc. *Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariae & Bohemiae &c. Rex. Honorabiles dilecti noſtri. Tenuit hactenus indubitanter noſtra fiducia*. Deſ. *minime enim debet ſ tenere, Romanorum Imperium ore Dominico inſtitutum, adeo eſſe debilitatum in viribus, quod ſe Florentinorum permittat ſtimulis perurgeri. Datum Lucae die XVI. Iunii, Regnorum noſtrorum anno Hungariae XVII. Romanor. XXII. Bohemiae XII. anno D. MCCCCXXXII. Indict. X. Ad mandatum Domini Regis. Caſpar Sligt.*

V. pag. 47. *b.* Reſponſum Florentinorum, quod inc. *Sereniſſime &c. Quamquam in litteris Veſtrae Maieſtatis nonnulla exſiſtant, quae honorem civitatis noſtrae pungere videantur*. Deſ. *ſed in humilitate obſequendi veſtro Imperiali culmini affectamus. Datum Florentiae die XXI. Iunii MCCCCXXXII. Indict. decima*. Tum ſubſcribitur: *Priores Artium &c. Leonardus Arretinus Cancell. edidit.*

VI. pag. 49. *b.* Friderici Romanorum Regis ſemper Auguſti, Auſtriae, Styriae, Charintiae &c. Ducis Epiſtola honorabilibus Prioribus Artium, Vexillifero Iuſtitiae, Populo, & Communi civitatis Florentiae. Inc. *Permoleſta nobis res eſt haec diviſio, quae Sanctam Dei Eccleſiam, quaſi tempeſtas quaedam nuper invaſit*. Deſ. *retributio praemii tribuatur. Datum Viennae die XXIIII. Iunii anno D. MCCCCXLIII. Regni vero noſtri anno IV. Ad mandatum D. N. Regis, Domino Gaſpare Cancellario referente, Aeneas Silvius* (poſtea Card. & Pontifex Pius II.)

VII. pag. 50. *b.* Ladislai Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae &c. Regis, Ducis Auſtriae, Marchioniſque Moraviae, Epiſtola ſpectabilibus, magnificis, nobilibus, ac prudentibus viris, Prioribus Artium, Vexillifero Iuſtitiae, Populo, & Communi civitatis Florentiae &c. Inc. *Quia multifariis evidentis experientiae indiciis*. Deſ. *volumus recordari. Datum Viennae die XXVII. menſis Septembris A. D. MCCCCLII. Coronationis vero noſtrae Regni Hungariae anno XIII.*

VIII. pag. 51. Littera Baronum, & Comitatuum Auſtriae ad Florentinos. Inc. *Indiſſolubile foedus in glutino charitatis. Immenſas omnium bonorum largitori gratias agimus*. Deſ.

vos

*vos dirigere dignetur ad vota. Datum Viennae die XXVII. menſis Septembr. Anno D. MCCCCLII. Sub certorum noſtrorum terrigenarum ſigillis, nos ac totum Ducatum Auſtriae repraeſentantes.*

IX. pag. 53. Florentinorum Epiſtola Sereniſſimo ac Illuſtriſſimo Principi & Domino D. Ladislao Hungariae, & Bohemiae Regi. Inc. *Si cui noſtrum*. Deſ. *mercatoresque iterum, atque iterum commendamus. Data Flor. die XVIII. Nov. MCCCCLII.*

*Priores Artium & Vex.*

*Carolus Arretinus Canc.*

X. p. 54. Eorumdem Epiſt. Reverendiſſimis Praelatis, ac Magnificis Comitibus, Baronibus, & aliis Nobilibus in Regno Hungariae & Bohemiae. Inc. *Quum nuper veſtrae humaniſsimae litterae*. Deſ. *grata fore ſperavemus. Dat. Flor. die XVIII. Novembr. MCCCCLII.*

*Priores Artium & Vex. &c.*

*Carolus Arretinus Canc. edidit.*

XI. pag. 55. *b.* Alphonſi Regis Aragonum, Ieruſalem, & utriuſque Siciliae &c. Epiſtola ad Florentinos, ut in Codice XXVII. Plutei LXXXIX. ſuper. huius Voluminis pag. 294. §. XLVI.

XII. pag. ead. Florentinorum ad eumdem reſponſum. Ibid. §. XLVII.

XIII. pag. 58. *b.* Eorumdem litterae Sereniſſimo, ac glorioſiſſimo Principi & Domino D. Carolo Francorum Regi. Inc. *Neſcimus profecto*. Deſ. *hic noſter Magiſtratus, una cum Florentino Populo iterum atque iterum ſe commendat. Dat. Florentiae die prima Septembr. MCCCCLII.*

*Priores Artium & Vex. &c.*

*Carolus Arretinus Canc.*

XIV. pag. 61. Chriſtophori Mauro Ducis Venetiarum Epiſtola Magnificis, & Excelſis Dominis Prioribus Libertatis &c., ut in cit. Cod. XXVII. ſupra pag. 296. § LXIII.

XV. pag. 62. Florentinorum reſponſum ad eumdem. Inc. *Grave tandem nuntium accepimus litteris veſtris, quod etſi multiplex fama fuit, aliorum quoque & litteris & variis rumoribus cognoveramus*. Deſ. *& Chriſtianis figuit ſigna vincite futilia & vana futilium, & vanorum Deorum. Die XXIX. Aug. MCCCCLXX.*

XVI. pag. 65. Pax inter varios Dominos & Communitates Italiae. Inc. *In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis &c. Anno a Nativitate D. N. I. C. MCCCCLIV. Indictione II. die XXX. menſis Aug. Redemptor noſter ad humanum genus oculo miſericordiae reſpiciens*. Deſ. *Item quod ex aliquibus, quae dicta ſunt ſupra, vel dicantur in Contractu praeſentis Ligae, non intelligatur aliqualiter derogatum contentis in utroque Contractu Pacis, ſalvis praemiſsis. Quam quidem Ligam &c. Actum Venetiis &c. & ratificabunt. Pro quorum omnium obſervantia &c. cum clauſulis conſuetis. Actum Neapoli Archiep. &c.*

*Signum meum Fellonede &c.*

*Ego Dominicus Stella &c.*

*Ego Pierotius Cerbini &c.*

XVII. pag. 71. Acta Pacis inter Sereniſs. D. Alphonſum Regem Aragonum, & Siciliae &c. & D. Franciſcum Sphortiam Mediolani Ducem, & Florentinorum Remp. Inc. *In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis &c. Anno a Nativitate Domini MCCCCLV. die vero Dominica, XXVI. Ianuarii, Indict. III. Pontif. SS. D. N. D. Nicolai V. anno VIII. Conſtitutus in civitate Neapoli in Palatio Archiepiſcopali in praeſentia noſtri Protonotarii, & Notariorum ac Teſtium infraſcriptorum Sereniſs. & invictiſsimus Princeps, & Illuſtriſs. D. D. Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliae citra & ultra Pharum, Valentiae, Ieruſalem, Hungariae, Maioricarum, Sardiniae, & Corſicae, Comes Barchinoniae, Dux Athenarum, & Neopatriae, ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceretaniae; prudentiſsime ac ſapientiſsime conſiderans &c.* Deſ. *acceptabunt, approbabunt, & ratificabunt &c.*

XVIII. pag. 74. Aliud foedus inter eumdem Alphonſum, Pontificem, Venetorum Ducem, Franciſcum Sphortiam, & Excelſam Florentinorum Remp. ad arma in Teucros capienda, eorumque compeſcendam inſolentiam, firmatum anno a Nativitate Domini MCCCCLV. die vero Dominica, XXVI. menſis Ianuarii Indictionis tertiae, Pontificatus Sanctiſſimi D. N. D. Nicolai V. anno VIII. Inc. *Conſtitutus in civitate Neapoli in Palatio Archiep. dictae civitatis in praeſentia noſtri Protonotarii, & Notariorum, ac teſtium infraſcriptorum, Sereniſsimus Alphonſus &c. praeſente Reverendiſs. D. D. Dominico &c. S. Crucis in Ieruſalem S. R. E. Presbytero Card. Firmano, Maiori Poenitentiario, Apoſtolicae Sedis Legato de Latere; & imprimit animadvertens hanc nobilem & inclytam Italicam nationem diuturno ac gravi bello iam fatigatam & laceſſitam &c.* Deſ. *prout eius Sanctitas cum Oratoribus praefatis conveniet, ut praefertur &c. Actum Neapoli &c.* cum ſubſcriptionibus ut ſupra.

XIX. pag. 85. Oratio Anonymi in introitu Dominorum Florentiae de laudibus iuſtitiae. Inc. *Nihil ſane habeo tam gratius, Illuſtres Domini, ampliſsimi Magiſtratus, ac reliqui cives clariſsimi, quam ut in praeſentiarum de iuſtitiae laudibus ac fructibus ſermonem fieri audiar* (ſic). Deſ. *necnon ad honorem, ſtatum, & magnificentiam huius inclytae civitatis, quam ille, qui vivit &c.*

XX. pag. 87. *b.* Alia Oratio item Anonymi de laudibus libertatis. Inc. *Rimabar mecum ipſe. Magnifici, ac potentiſsimi DD. quid poſt tractatulum de commendatione iuſtitiae in hoc ſacratiſsima obſervantiſsimaque diei celebritate ac dignitate, in tanto illuſtriſsimorum virorum apparatu, ac ampliſsimo huius ordinis ſplendore recenſere poſſem*. Deſ. *ut eam in perpetuum liberam, florentem, ac potentiſsimam conſervetis. Dixi.*



Digitized by Google

XXI. pag. 91. Campani Epiſtola Laurentio Medici. Inc. *Quod diſtulerim, mi Laurenti, paucos hos dies ad te ſcribere, & de morte clariſsimi parentis tui dolere tecum una, nolim id a me, aut negligenter, aut temere factum exiſtimes. Quid enim mihi officioſius atque antiquius, & meritis illius erga me ampliſsimis convenientius, quam quem viventem ſingulari ſum proſequutus benivolentia, eius me morientis deſiderium memoriamque retinere, & quos illi praeſtare amplius non licet amicitiae fructus, eos hereditario quodam iure, in te, fratremque tuum accumulare? Etenim deſerere morientem, quem in vita fueris amplexus, quaeſtus cenſendus eſt, non officium iudicandum. Equidem quum primum nunciatum eſt de illius morte, concidi animo &c.* Deſ. *ſed multo magis optimi vendices nomen.* Non legitur inter Epiſtolas Campani editionis A. MCCCCXCV. ſol. Vna exſtat in Libro eius Epiſtolarum ultimo, Laurentio inſcripta, ſed ab hac omnino diverſa.

XXII. pag. 99. Barptolemaei Facii ad Carolum Vintimilium virum clariſſimum de origine belli inter Gallos & Britannos Liber cum Prologo, qui inc. *Quod me rogaſti, Carole generoſe, inter multas, ac varias curas meas nuper effeci; ſubduxi me tantiſper negotiis meis, dum tibi Latinam hiſtoriam illam redderem, quae ab indocto homine, neſcio quo, inepte atque incondite litteris tradita fuerat.* Deſ. *placuiſſe cognovero.* Liber inc. *Diuturnum atque atrox inter Gallos ac Britannos bellum hinc ortum accepimus.* Deſ.. *quo quidem bello gravi & diuturno, & Gallia magna ex parte vaſtata, & Britannia uſque ad noſtram aetatem viris prope exhauſta eſt.* Primus edidit Franciſcus Dionyſius Camuſatus in Additionibus ad Biblioth. Alphonſi Ciacconii pag. 883. Iac. Gaddius Tom. I. de Script. non Eccleſ. in additionibus in principio pag. 5. *b.* memorat ſub num. 48. hunc Facii Codicem, in quo continetur brevis hiſtoria de origine belli Gallos inter & Britannos, ac iudicium de ea profert; necnon Cl. Mehus in Praefatione ad Opuſculum eiuſdem Facii de Viris Illuſtr. Florentiae typis Io. Paulli Giovannelli MDCCXLV. 4. pag. XLIII.

XXIII. pag. 106. *b.* Ioviani Pontani de Principe Libellus ad Alphonſum Calabriae Ducem. Inc. *Publius Cornelius Scipio, Dux Alphonſe.* Deſ. *quos futuros arbitror non inutiles*, ut in editione eius Operum Florentiae apud heredes Philippi Iuntae MDXX. 8. Tom. I. a pag. 59. *b.* ad pag. 73. *b.* Idem vero Gaddius de Scriptor. non Eccleſ. Tom. II. pag. 165. hoc Ms. Opuſculum his commemorat verbis: *In Biblioth. Gadd. Codice ſignato num.* 48. *Ms. exſtat Pontani de Principe Libellus ad Alphonſum Calabriae Ducem = hoc Opus mole parvum, ſed pretio ſpectandum legi deberet a Principibus orbis terrae univerſis &c.*

XXIV. pag. 117. Chriſtophori Landini Epiſtola viro clariſſimo Petro Mediceo honorando civi Florentino (1), quae ſequens eſt: *Etſi res ipſa ſic poſtulare videretur, ut coram te haec eadem potius, quam per epiſtolam tractarem, tamen & occupationes tuae, quae multae, ac maximae ſunt, & meus, ſive pudor, ſive, ut melius loquar, timiditas quaedam, non admodum urbana, in eam ſententiam abſtraxerunt, ut de his apud te me ad praeſens litteris purgarem, quae alias maiori, ut ſpero, in tuo otio, coram diligentius explicare potero. Ego quum iamdiu multis quidem de cauſsis, quas nunc referre nec debeo, nec poſſum, mihi in hoc plurimum elaborandum, ſummopereque enitendum propoſuiſſem, ut tibi me quammaxime charum, obſequentiſsimumque redderem; haec tandem aſſequutum ſperabam, ut ſi mei ordinis, meaeque fortunae tenuitate eveniſſet, ut qua erga te mente ac voluntate eſſem, re ipſa oſtendere non potuiſſem, tamen nihil a me umquam aut factum, aut dictum eſſet, quo animus tuus iure umquam offendi poſſet. Verum quid hoc egiſſe proderit, ſi tamen obtrectatorum ſermones, falſis, ut nuper audivi, me calumniis lacerant? Aiunt enim me in Caroli Arretini florentiſsimam memoriam impudentiſsime invehi, tamquam ſi quod illi detraxero, omne id mihi arrogetur. Quod quidem crimen, ſi tibi umquam ita familiaris exſtitiſſem, ut natura, moreſque mei tibi notiores eſſe poſſent, de me, certo ſcio, numquam credidiſſes; neque enim ſi me illi, aut doctrina, aut eloquentia, aut quod ipſi in primis iactant, opibus ac dignitate vincunt, idcirco fide ac pietate, quam maioribus meis debeo, numquam vincent. Sed mitto de moribus meis, quorum ego integerrimos teſtes, & his, qui me calumniantur, nulla in re inferiores, quum haec poſtulabis, complurimos adducere potero. Videamus, ſi placet, quanam ego cauſſa ad tantum ſcelus impelli debuerim; utilitatis ne, ac emolumenti? At quid tam adverſum meis rationibus eſſe potuit, (quum mihi praeſertim, hac mea quantulacumque eſt doctrina, neceſſaria comparanda ſint,) quam in eum virum invehi, quem omnes doctiſsimi, non modo huius facultatis principem, ſed omnium bonarum artium eruditiſsimum fatentur? cuius quidem etiam mortui auctoritas tantum & apud reliquos civitatis principes, ſed praeſertim apud te, patremque tuum valet, ſemperque valebit, ut nemo omnino ex iunioribus exſiſtat, qui quidquam ſapere, quidquam dicendo poſſe exiſtimetur, niſi qui aut eum docentem audierit, aut eius rectiſsimis praeceptis obtemperaverit? quem univerſi ita admirantur, ut multi alii ex hoc doctorum nomen aſſequuti ſint, quod ſe illius diſcipulos fuiſſe glorientur? quem denique Curia, quem Gymnaſia, quem univerſa civitas, & vivum plurimi ſemper fecit, & nunc mortuum non ſine dolore deſiderat? Hos igitur ego univerſos impudentiſsima linguae procacitate, tam ſtulte, tam impie mihi inimicos concitaſſem? Dixi de utilitate; ſed eadem nominis, & gloriae adquirendae ratio erit. Nam quid, obſe-*

*cro,*

(1) Quum haec Epiſtola nondum lucem adſpexerit, digna viſa eſt, quae heic integra referatur.

*cro, minus glorioſum, immo quid magis infame, magis ignominioſum eſſe poteſt, quam eum, qui de omnibus optime meritus ſit, neminem umquam laeſerit, ſic immeritiſſimis calumniis lacerare, mortuum praeſertim, & qui parem mihi gratiam referre nequeat? Quis tam ingenii inops, tam rerum omnium ignarus iudex eſt, qui plane non videat, hoc dicendi genus tam invidioſum apud omnes eſſe, ut ne illis etiam, qui ſimili via multis iniuriis laceſſiti, ſe ulciſci conentur, venia concedatur? Iuvenem autem hominem, & qui litterarum amator potius, quam litteratus appellandus ſit, quis in praeceptorem ſuum obloquentem aequo animo ferat; & in eum praeceptorem, qui quantum eloquentia, ac doctrina, tantum etiam morum probitate omnes eos, qui ſibi illum, tamquam vitae exemplum proponant iuvare poſſit? Omitto naturam meam, omitto ſtudia, conſilia denique omnia, quibus ad hanc diem uſus ſum, quae qui recte norit, nihil tam a me abhorrere, tam alienum eſſe, quam maledicta cognoſcet. Quamobrem iam tuae aequitatis ac clementiae, mi honoratiſſime Petre, partes erunt, ut in quo neque ingenii perverſitas appareat, quaeſiti vero commodi aut honoris ne minima quidem ſuſpicio eſſe poſſit, hunc tu hominem penitus abſolutum reddas ab omni culpa. Sed occurrent hoc in loco fortaſſe nonnulli, qui me rationem fugiſſe, atque, id quod multos ſaepe mortales tranſverſos egit, perturbatione aliqua graviore impeditum, quid mihi agendum eſſet minime vidiſſe affirment. Qua, obſecro, perturbatione? invidia ne? At quis erit tam non modo bonarum artium expers, ſed communis etiam ſenſus, vitaeque quotidianae ignarus, qui ſi aetatem meam, ſi facultates, ſi ſtudiorum progreſſus, ſique cetera omnia conſideret, non intelligat, me etſi praeter ceteros invidus eſſem, ei tamen viro, qui ſuis praeclariſſimis infinitiſque virtutibus omnem livorem ſuperarit, invidere non poſſe? Invident enim homines maxime paribus, aut inferioribus etiam, quum ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent evolaſſe. Quid horum in me accidere potuit? an ille me minor, aut ego umquam par ei exſtiti? quum ille multo antea, quam ego litterarum prima elementa attigi, & omnibus ſtudiis floruerit, & per patrem, patruumque tuum omnia ſumma atque ampliſſima conſequutus ſit. Sed credo, odio quodam percitus, maledictis abſtinere non potui. Cur quaeſo odiſſem? primo praeceptorem meum? deinde, quod plurimum eſt, multis in rebus fautorem auxiliatoremque? quo ego duce ad hoc quidquid eſt in me eruditionis perveni? qui, quum illum quadriennio diverſis temporibus publice audiviſſem, his tamen duobus ſuae vitae extremis annis ea me benivolentia complexus erat, ut quum ſibi iam familiariſſimus effectus ſingulis paene diebus ad illum domum accederem, ſemper aut fideliter aliquid & amice admonendo, aut acute diſputando me doctiorem dimittebat? Atque hoc in loco vereor quam in partem accepturus ſit, & ne forte aucupandae apud te benivolentiae cauſſa, potius quam ex vero haec a me ſcribi exiſtimes. Sed plane dicam, quod falſum minime eſt. Pollicitus eſt ſanctiſſimus atque humaniſſimus ille vir, neque roganti, neque petenti mihi, quum & Bertuldus Corſinus affinis ſuus una ſecum, nonnullique familiares intereſſent; pollicitus eſt, inquam, ſe annixe operam daturum, ut quantum in ſe eſſet, mihi lectio publica mandaretur; periucundum enim ſibi fore dicebat, ſi quum ipſe, tamquam exauctoratus iam miles, ac omni munere defunctus, ſe quieti tradidiſſet, aliquis tamen ex ſuorum alumnorum induſtria ad ſe eſſet honos redundaturus. Quorſum igitur haec? nempe ut intelligas, quum me tanti faceret, quantum ego nec merebar, nec poſtulabam, cauſſam nullam omnino fuiſſe, propter quam eum odiſſem; quibus autem illum & viventem, tamquam parentem optimum amarem obſervaremque, & defunctum omni honore proſequerer, ac ſi fas dictu eſt, ut Deum colerem, fuiſſe permultas; quarum ego minime immemor, quum illi omnia debere intelligerem, mentiar profecto, ſi meritas gratias me retuliſſe aſſeram. Nam quamquam id ſemper vehementer concupivi, meae tamen facultates voluntati non ſuppeditabant. Illud tamen teſtimonio eorum omnium, quibuſcum vivo affirmare poſſum, laudes huius viri, quae multae ac illuſtres ſunt, numquam obticuiſſe; neque deinceps illius umquam meminiſſe pigebit, dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus; quin etiam, ut quoad ingeniolo meo efficere poſſem, tanti viri memoriae inſervirem, Eulogium in eius funere deſcripſi; quae quidem carmina iampridem ad te miſiſſem, ſi illa tuo iudicio, tuiſque auribus digna exiſtimaſſem; neque etiam hoc tempore ideo miſi, quod aliquam ex illorum elegantia, quae vel nulla, vel omnino tenuis eſt, mihi gloriolam vendicarem, ſed ut meum erga illum immortalem amorem tibi teſtificaret; quod tum denique perfeciſſe putabo, quum tu non quantum in eo laudando potuerim, ſed quantum voluerim cognoveris. Habes igitur, quam breviſſime fieri potuit, falſi criminis obiecti in me purgationem, quam quidem tibi facile probatum iri confido; novi enim aequitatem naturae tuae, novi prudentiam, novi animum, nulla penitus malivolentia ſuffuſum, ſed econtra magnum ac excelſum, & qui malivolorum ſuſurris minime corrumpi poſſis. Neque illud me latet, te multorum hominum naturam moreſque, tum ingenii tui acumine, tum multarum rerum experientia, atque uſu optime callere. Noviſti enim & eo magis, quod nullum paene hominum genus eſt, quod propter tuom excellentem clariſſimamque fortunam tibi incognitum exſiſtat, quam hoc detrahendi vitium devulgatum ſit, quam late ſerpat, quam pauci ab te incorrupti evadant; multi enim invidia, nonnulli procacitate naturae, ac animi morbo temere invehuntur; pleroſque etiam deprehendas, qui tum denique & ſibi ſapere, & ſuam aliis doctrinam ac ſapientiam probatam efficere exiſtiment, ſi in quemvis hominem acerrimos ſe cenſores praebeant. Quamobrem iam hoc a te omnibus*

*pre-*

Digitized by Google

*precibus petere non dubitabo, ut ſi quis umquam de me gravius obloquutus fuerit, huic tu non ſtatim aures patefacias tuas. De me autem ſic iam velim exiſtimes, nihil mihi gratius, nihil iucundius, nihil exoptatius accidere poſſe, quam ſi qua mihi facultas detur, ut tuis commodis atque honoribus quammaxime inſervire queam. Atque hoc in loco iusiurandum illud ſummum, quod eſt apud non ignobilem poëtam interponere libet, me hoc non tam ex ea cupere, quod ego homo inops, &, ut inquit Homerus ſine domo, ſine tribu, per te, talem tantumque virum, & honores, & opes me conſequi poſſe confidam, quam quod te propter multas ac varias virtutes tuas, non ſolum amo, ſed admiror in primis atque obſervo. Quamobrem ſi ita in me propenſus fueris, ut id tua liberalitate ac clementia mihi concedas. quod ſummopere deſiderare non ignoras, te ego ſemper meorum omnium honorum auctorem, omniſque dignitatis inventorem praedicabo. Eſt autem res, quam peto, multis fortaſſe non admodum magna, mihi vero tanta, ut niſi impetrem, maximis ſim, ac multis in difficultatibus futurus; adeptus vero, ea me fundamenta ieciſſe videar. quae quandoque maiora ſint aedificia ſuſtentatura. Si igitur illi parenti in te omnia debeo* (ſic), *a quo vivendi initium acceperim, nonne & te, quum mihi honorifice vivendi initium praebueris, ut alterum parentem ſemper amare debebo? ille enim, ut tantum ſim; tu vero, ut bene ſim, cauſſa eris. Quod ſi forte aliqua probabili quidem, ſed mihi non intellecta ratione, in eam potius ſententiam inclinaberis, ut mihi hoc ad praeſens non dandum iudices, ego tamen te ſemper amabo. & ut a te amer, quantum fortunae meae tenuitate aſſequi potero annixe operam dabo. Quamobrem has litteras non epiſtolae ſolum, ſed chirographi quoque vim habere volo, quibus quidem iam me tibi totum addico atque devoveo, inque tuam clientelam dedo, homo certe, neque pecunioſus, neque potens, neque qui aut prudentia, aut eloquentia te multum iuvare poſſim, ſed benivolus, ſed gravis, ſed fidelis. De hac autem mea in te voluntate atque animo iamdiu ad te ſcripſiſſem, ſed illud nimirum verebar, ne quum tibi minus notus eſſem, tu me non tam animi mei indicem, quam adulatorem quemdam, aut alicuius commodi aucupem eſſe ſuſpicareris; quorum ego ab altero, tamquam a perniocioſiſſima bellua, ſemper abhorrui; alterum ita cupio, ut tamen amicitiam tuam omnibus meis utilitatibus longe ſim antepoſiturus. Denique, quum nihil ad praeſens poſſim, nihil tibi, praeter mentem hanc apertam ac ſimplicem polliceor; in futurum vero ſiquid potero, id totum tibi, tuiſque omnibus nulla umquam interpoſita exceptione potero. Vale mi honoratiſſime Petre, & mei ſis memor.*

XXV. pag. 119. *b.* Eiuſdem Eulogium in Carolum Arretinum. Inc.

*Ergo immaturo nec te tua ſancta redemit.*

Deſ.

*Occidit heu patriae gloria magna ſuae.*

Editum eſt in noſtro Specimine Litterat. Flor. Tom. I. pag 83. ſeqq.

XXVI. pag. 128. Pii II. Pont. Max. Literae exhortatoriae ad cunctos Chriſtianos de ſumendo bello contra Turcas. Inc. *Pius Epiſcopus &c. Ezechielis Prophetae magni ſententia eſt*. Deſ. *& nomini tuo pſallat &c. Dat. Romae apud S. Petrum anno Dominicae Incarn. MCCCCLXIII. XI. Kal. Nov. Pont. noſtri A. VI.* In edit. Baſileenſi per Henricum Petri MDLI fol. a pag. 914. ad pag. 923.

XXVII. pag. 139. Latina themata M. T. Ciceronis extracta per Magiſtrum Lucam Parmenſem, ſeu potius phraſes quaedam Latinae in Italicam linguam converſae. Inc. *Quo in diſcrimine verſetur ſalus noſtra; A che pericolo noi ſiamo &c.*

XXVIII. pag. 140. Dietiſalvi Neronis Nigri de Dietiſalvis Epiſtola erudito viro D. Zenobio de Guaſconibus in Iure Canonico ſtudenti. Inc. *Mi dilectiſſime. Etſi mihi tuum videre conſpectum gratiſſimum eſſet. = Quum enim in bibliothecam optimi viri Nicolai veniſſem, eruditum illum Ser Zomenum, quem ibi eſſe neſcieram, atque Nicolaum eloquentia admodum praeditum vidi ſedentes; & intra ſe quamplurima multis de rebus erant loquuti; ad quos ut veni, benigne viderunt, ac dictis primis, quae in congreſſu dici ſolent, ego inquam: Profecto nihil mihi fuit potius, quam ut vos ſimul convenirem.* Deſ. *hanc rem haud parvi adſcribam. Vale. Dat. Flor.*

XXIX. pag. 145. Diſputatio, quis magis peccaverit, Adam, an Eva, inter egregium Doctorem D. Lud. Foſcarenum, & Iſottam Nogarolam virginem nobiliſſimam Veronenſem (1). Praecedit Epiſtola Iſottae Nogarolae Veronenſis Doctori clariſſimo D. Ludovico Foſcareno civi Veneto, Praetori Veronenſi. Inc. *Socratis illius, quem ſapientiſſimum iudicavit antiquitas*. Deſ. *in omnibus orationibus meis me memorem ſemper tui polliceor, ac ſpondeo*. Tum pag. 146. *b.* Diſputatio, in qua adferuntur primo Concluſiones Foſcareni, iiſque ſubiicitur reſponſio Iſottae, inc. *Peccaverunt impari ſexu, ſed pari faſtu*. Deſ. *licet pluribus negotiorum tempeſtatibus, & fluctibus undique iacter. Finis.*

XXX. pag. 155. Sequitur Oratio quaedam de laudibus Ariſtidis. Inc. *Quum de his ea quae mentione digna videbantur expoſuerimus, ſi totam unius vitam univerſae alterius conferamus, quoniam multis egregiis in locis pares ſunt, difficile percipiemus. Sin utramque particulatim, quaſi carmen. aut pictam tabulam ſincere, & ſubtili iudicio diſcernere voluerimus, diſpiciemus eſſe utrique commune, quod ſua virtute, ſuis optimis inſtitutis innixi, magna cum gloria ad Remp. acceſſerint.* Deſ. *non autem praeſtantiſſimum generum eligere propoſitum fuit.*

XXXI.

(1) De hoc Opuſculo, quod centum poſt Iſottam annis typis deſcriptum fuit, conſulendus Cl. Scipio Maffeius *degli Scrittori Veroneſi* pag. 96.

Digitized by Google

XXXI. pag. 163. Porcelli Poëtae deploratio Italiae poſcentis pacem a Paullo II. Pont. Max. Inc.

*Noctе fere media feſſos mihi preſſerat artus*

*Somnus, & optatum capiebant membra ſoporem.*

Deſ.

*Famaque Pontificis volitabit in aſtra Secundi.*

XXXII. pag. 165. Reſponſio Divi Paulli Pont. Max. ad Italiam, quam ſummopere conſolatur. Inc.

*Tum Deus in terris motus pietate, volenti.*

Deſ.

*Et duce te, ſancto iungantur foedere pacis,*

*Vt patribus quondam generos iunxere Sabinae.*

Non leguntur haec duo Poëmatia inter Carmina Illuſtr. Poët. Italor. edit. Flor. alias cit. Tom. VII. pag. 497. ubi eiuſdem alia adferuntur.

XXXIII. pag. 167. Servii de omnibus generibus metrorum Libellus ad Albinum, ut in Codice VI. Plutei XXXVII. Catal. Tomo ſuper. pag. 249.

XXXIV. pag. 175. Gaſparini Pergamenſis, Apoſtolici Secretarii, de tribus partibus Eloquutionis Tractatus. Inc. *Quum omnis commodae & perfectae eloquutionis praeceptio in tres partes ſit diſtributa.* Deſ. *omnem ſane eloquutionis dignitatem perturbabit.* Cl. Mazzuchellius *Scrittori d' Italia* Tom. II. P. I. pag. 503. ita hoc Opus innuit: *Practica Oratoris, ſeu de tribus Eloquutionis partibus. Stà Ms. nell' Ambroſiana e nella Gaddiana alli Codici ſegnati 729. e 1005.*

XXXV. pag. 183. *b.* Eiuſdem Epiſtola Andreae Iuliano Veneto. Inc. *Multas ex tuis Orationibus accuratiſſime ſcriptas legi, ſed nullam certe politiorem ea, quam his diebus de morte ſummi viri, & doctiſſimi Philoſophi Emmanuelis Chryſolorae edidiſti.* Deſ. *facile tibi praeſtabit. Vale. Patavii IX. Octobris.* Exſtat in edit. Epiſtolarum Gaſparini Barzizii curante Ioſ. Alex. Furietto Romae per Io. Mar. Salvioni MDCCXXIII. 4. pag. 210.

XXXVI. pag. 184. De pedibus carminum brevis notitia, forte eiuſdem. Inc. *Pedes omnes octo & viginti ſunt &c.*

XXXVII. pag. 185. Iudicium Magiſtri Antonii de Camera pro anno MCCCCLXVII. Inc. *Ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & ad honorem ſummi Praecurſoris ac Prophetae S. Io. Baptiſtae, qui prae ceteris benigne foveat inclytam Florentiae urbem, ad honorem quoque totius magnifici Populi Florentini Antonius de Camera in menſe Decembris MCCCCLXVI. aſtrorum ac ſiderum motus & influxus, prout Aſtrologiae exigit ratio, accuratiſſime perſcrutatus, hoc futuri anni MCCCCLXVII. breviſſimo, quoad fieri potuit, ſermone in praefata urbe iudicium compilavit, ut unuſquiſque ſuae futurae diſpoſitioni dominari poſſit &c.* Deſ. *favorabiles eventus Graecis evenire demonſtrantur.*

XXXVIII. pag. 195. Tractatus de XII. Signis Caeli, forte eiuſdem. Inc. *Dicit Hippocras; cuiuſmodi Medicus eſt, qui Aſtrologiam ignorat? Nullus ſe debet mittere in manus eius. Aſpexi libros multos, & inveni hunc parvum librum, ſed optimum, & valde neceſſarium in omnibus medicinis, quem bene qui ſciverit, magnus Medicus efficietur.* Deſ. *& ſi fortuna eum adſpexerit, vivet; ſi non, morietur. Finis.* Tum ſequitur pentaſtichon praecepta continens ad tuendam valetudinem, quod inc. *Si vis incolumem &c.* ac deinde XII. Zodiaci Signa, de quo ſunt genere, & de qua parte mundi; & tandem ratio tuendae valetudinis, obſervanda ſingulis menſibus.

XXXIX. pag. 203. *b.* Expoſitio quaedam anepigrapha de duobus Eccleſiae Luminaribus. Inc. *Duo Luminaria magna, quae Deus fecit, ideſt duos Sacroſanctae Eccleſiae Doctores egregios, Euſebium videlicet Hieronymum, & Aurelium Auguſtinum, quos Deus elegit, ut cunctis aliis Scripturarum explanatione praeeſſent, in multis diſſentire videntur. Volui ego illorum dicta colligere, ut diverſas varioſque opiniones quadam ſub brevitate percipias.* Deſ. *haec Thomas Aquinas refert in Libro, quem ſupra nominavimus.*

XL. pag. 208. *b.* Notitia quaedam de Sibyllis, Perſica, Libyca, & Delphica.

XLI. pag. 215. Campani Epiſtola Gentili Beccho Vrbinati. Inc. *Iam plene vexum ad ſtomachum eſt.* Deſ. *volui nunc tentare, an de Italia poſſem. Gaudeo nondum iſthic eſſe me mortuum, & ita vivere, ut ſi iam iaceam in Germania, adhuc tamen in Italia ſpirem. Vale. Herbipoli Non. Octobr. MCCCCLXXI.* Inſeruntur in hac Epiſtola Carmina quaedam elegiaca. Eſt autem inter Opera Io. Antonii Campani rariſſimae editionis A. MCCCCXCV. fol. Epiſtola 1. Libri V. ubi tamen deſideratur locus & annus, quo data eſt.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. ſcripturae parum caſtigatae, varia manu, cum indiculo recenti in principio, ſed imperfecto, num. 1037. antiquitus notatus. Conſtat foliis 220.

## VITAE SS. PP. ORD. EREMIT. S. AVGVSTINI, PAVLLI, ET TIMOTHEI MAFFEII OPVSCVLA, ET EPISTOLAE.

I. pag. 1. AVrelii Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis Vita. Inc. *Beatus* Cod. XLVIII.
*Auguſtinus ex provincia Africana, civitate Carthaginenſi, de numero Curialium, honeſtiſſimis valde parentibus fuit oriundus.* Deſ. *tandem, Deo placente, ei glorioſiſſimam animam, cuius erat, feliciter reddidit.*

II. pag. 15. *b.* Vita Beati Galgani. Inc.

*Quo-*

*Quoniam non poteſt civitas abſcondi*. Deſ. *in quo loco multi ſancti viri magna miracula facientes Deo ſervierunt, & ſerviunt*.

III. pag. 21. *b*. Nicolai de Tolentino Fratris Eremitarum beati Auguſtini Vita edita a Fratre Petro de Monte Rubbiano, cum Prologo, qui inc. *Nova lux oriri viſa eſt*. Deſ. *reddant ſanctarum gratiarum debitas actiones*. Vita inc. *Nicolaus dicitur a nicos, quod eſt victoria, & laos, populi, quaſi victoria populi*. Deſ. *quia vero huius ſancti miracula, quaſi infinita noſcuntur, eorum inſcriptioni finem impono, aſſerens me vidiſſe, & audiviſſe, & ſcripta tabellionum manibus perlegiſſe de daemonum effugatione, & aliarum infirmitatum diverſarum liberatione, tot, & tanta, quod labore faſtiditus, ea ſcriptitare & dictare dimiſi, aliis cauſam tribuens circa horum inveſtigationem & dictamen, ad honorem illius, qui gloria & honore iuſtum coronavit ſanctum, qui cum Patre &c.*

IV. pag. 46. Vitae breves aliorum Fratrum Eremitarum, nimirum,

i. Fr. Ioannis de Florentia.
ii. Fr. Iacobi de Roſia.
iii. Fr. Clementis, qui fuit Generalis.
iv. Fr. Viti Hungari.
v. Fr. Ioannis de Reate.
vi. Fr. Gabrielis de Fucicchio.
vii. Fr. Henrici.
viii. Fr. Angeli de Carfagnana.
ix. Fr. Philippi Lombardi.
x. Fr. Antonii de Senis.
xi. Beati Auguſtini de Terano.
xii. Fr. Michaëlis de Luca.
xiii. Fr. Petri de Collegonzi.
xiv. Fr. Ioannis Boni de Mantua.

Vita prima inc. *Quia Dei munere cogitavi aliquorum Fratrum Ordinis Eremitarum, qui circa iſta tempora claruerunt, aliqua miracula ſcribere, ſicut Dominus ad memoriam duxerit narrabo*. Vita ultima deſ. *&, ut credo, non eſt genus miraculorum per Dei Sanctos perpetratum, quod iſtius Sancti meritis non fuerit perpetratum, cuius meritis nos participes faciat ipſe Deus qui eſt benedictus &c.*

V. pag. 57. *b*. Initium, ſive proceſſus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini. Inc. *Recitat Beatus Hieronymus in principio geſtorum Sanctorum Patrum &c.* Deſ. *& eis promittitur, quod non deficiet de ſtirpe eorum vir ſtans coram Deo, qui cum Filio &c.*

VI. pag. 62. *b*. Unde Ordo Fratrum Eremitarum Beati Auguſtini initium habuerit, cum elencho Generalium eiuſdem Religionis. Inc. *Si principium Ordinis Fratrum Eremitarum Beati Auguſtini accipiatur, ut incepit a Beato Paullo & Antonio, fuit circa annos Domini CCXXV. &c.* Primus Generalis eſt *Frater Ioannes fundator loci de Spelunca*. Ultimus *Frater Iacobus de Aquila creatus in Capitulo Bononienſi ibi celebrato in Pentecoſte die XII. Iunii anno Domini MCCCCLXX. Prior Generalis XXXI. quia Frater Guilelmus factus fuit Epiſcopus Feſulanus*.

VII. pag. 65. Paulli Maffeii Veronenſis, Canonici Regularis, Epiſtola ad Illuſtrem Principem Carolum de Gonzaga Mantuae Marchionem. Inc. *Nihil mihi in praeſentiarum ſuavius eſt, Illuſtriſſime, atque optime Marchio, nihil ſane peropportunius hoc tempore pro meo arbitrio accidiſſe conteſtor, quam quod nactus ſim facultatem ſcribendi ad te, qui inter Italiae Principes, humanitate, clementia, magnitudine animi, rei militaris ſcientia facile praeſtas = Ne in veteribus repetundis hiſtoriis interea ſupervacaneus ſim, ad patrem tuum Ioannem Franciſcum, (ita enim illum gratia honoris appellare me iuvat) libentius venio = Is igitur, ut iam in cauſſam ingrediar, qua de agere nunc inſtitui, Andream Maffeium Comitem, amantiſſimum fratrem meum, e Verona urbe propulſum, nullo quidem ſuo crimine, ſed pro temporum malignitate proſcriptum, pergrandi humanitate, atque incredibili quadam benignitate ſuſcepit. Nam, ut tu, Princeps optime, non obſcurus es teſtis, quum hunc comperiſſet Illuſtriſſimus parens tuus, poſt diuturnum tempus, incerta ſede longe lateque vagantem, & qui in Occiduis regionibus apud barbaros vitam prope dimidiam contriviſſet, iam tandem ad viſendum quoſdam ex ſuis in Italiam reverti ſſe, vim illi liberaliſſimam quamdam facit, uti ſecum vivat, ſuo adſiduo contatur, & iucundetur adſpectu, grato contubernio perfungatur = Inſuper eidem diſſuaſum cupit, ne in Germaniam ad Albertum ea tempeſtate Chriſtianiſſimum Caeſarem revertatur, qui illum poſt Sigiſmundum Auguſtum, amantiſſimum quippe ſui, in comitem, ut aiunt, Aulicum non infima cum dignitate ſuſceperat; quod quum illi facile ſuaſiſſet, quoniam invitus profecto a tanti Principis claritate diſceſſerit, paterno ipſum poſtea, veluti quadam teneritate complectitur, amiciſſime in domo Curiali ſuſcipit, ſuſceptum miro certe honore, mira quadam ſibi familiaritate gratificat. Quid plura? Ipſum illum civitate donat ampliſſima, ipſius nonnumquam gratiſſima comitate, & confabulatione laetatur; poſtremo, quod ad benivolentiae atque gratiae cuiuſdam grandis cumulum ſpectare videtur, praeclaram illi, ac pudiciſſimam virginem matrimonio iungit honeſto, Conſtantiam nomine, quae & urbis Mantuae generoſis natalibus orta eſt, de qua etiam in iſta uſque tempora numeroſam prolem excepit, & pulcram = Huic agrum fertilem, quem Corrigium appellant viride, inſperata, ac prope regia largitione concedit, ipſum, inquam, agrum largitur totum, cum antiquis utique ipſius fundi iuribus, ſicuti ad munificentiam talis ac tanti Principis pertinebat &c.* Deſ. *ſuo pro munere promereri. Vale, Princeps clariſſime, & mihi pro tuis facillimis moribus ignoſce, quaeſo, ſi in dicendo longiuſculus fui. Amo, amaboque te ſemper, ac ſupplices manus protendam in caelum, quo Deus noſter & incolumem te ſerves nobis, & florentiſſimum. Vale rurſus. Ex Vicentia IX. Kal. Septembrias MCCCCXLVII.* Vide quae de eius epiſtolis adhuc ineditis, perquam paucis ex-

exceptis, ediſſerit Cl. Scipio Maffeius *Scrittori Veroneſi* pag. 84. qui in calce Operis inſcripti *Scienza Cavallereſca* Romae MDCCX. apud Franc. Gonzagam 4. elegantiſſimam Epiſtolam eiuſdem Paulli Maffeii ad Nicolaum Eſtenſem Illuſtriſs. Ferrariae Principem in diſſuaſionem duelli ſcriptam in medium profert.

VIII. pag. 75. Timothei Maffeii Veronenſis, Canonici Regularis ad Principes & Communitates Italiae Epiſtola exhortatoria ad bellum inferendum Teucrorum Imperatori. Inc. *Deum immortalem ſaepenumero precatus ſum*. Deſ. *terra marique ſuperatis a perditiſſimorum hominum ſcelere defendat. Valete, Ex Bononia MCCCCLIII* Edidit Bernardus Pez in Codice Diplomatico Hiſtorico Epiſt. Auguſtae Vind. MDCCXXIX. fol. Part. III. a pag. 367. ad pag. 378.

IX. pag. 88. Eiuſdem in Sanctam Religionem (1) litteras impugnantem Dialogus Libris duobus conſtans, cum Prooemio ad Nicolaum V. Pont. Max. quod inc. *Nonnullos ſaepe Religioſos, Beatiſſime Pater, iure reprehendendos exiſtimavi, qui quum expertes ſint litterarum, eos ſpernere, ac inſequi non erubeſcant, quorum vita in earum lectione, & oblectatione verſatur; & quamquam ſanctos illorum mores, continentiam, frugalitatem, & cetera, quae ad Religionem pertinent, laudibus extollant; tamen quum eos in ſtudioſos viros invehi, & ſpretis litterarum ſtudiis, in ſancta ruſticitate gloriari animadverto, non ſtomachari non poſſum, & tantum errorem moleſte non ferre; &, quemadmodum illi a litterarum ſtudiis iuvenes retrahere nituntur, contra ad eos inflammandos, quo illas diligant, quo in eis verſentur exhortandos die nocteque laboro. Quamobrem & illi mihi plurimum infeſti ſunt, & religioſae vitae me corruptorem appellant, quaſi omnes qui ſe litteris dedunt, inter Epicureos, qui vero litteras adſpernantur, inter Antonios, atque Macarios connumerandos exiſtiment. Haec numquam uſque in praeſentem diem litteris mandare volui, ſperans huiuſmodi viros quandoque ſe in melius mutaturos, & fugatis ignorantiae tenebris lumen aliquando viſuros. Ceterum quum haec peſtis augeatur in dies, & multa nobiliſſimorum adoleſcentium ingenia, quod ſine lacrymis dicere non poſſum, illis perſuadentibus, in eam ſententiam conducantur, non ulterius tacendum duxi, maxime quum pro totius bono Religionis, nedum loqui, ſed etiam emori ſaepe conveniat. Verum quum tu ille ſis, B. P. qui facillime huic morbo tua auctoritate mederi poſſis, rem hanc tibi ſignificandam arbitratus ſum; & ut facilius in hac cauſſa poſſis ferre iudicium, mihi Libellum hunc cudere viſum eſt, in quo Paullum Maffeium Veronenſem, religioſiſſimum ac probatiſſimum virum, & neceſſarium meum; Celſum item, & Hilarium compatriotas, adoleſcentes quippe ſtudioſos, loquentes introduxi. Celſus, & Hilarius eorum hominum rationes in medium adducens; Paullus in confutatione ſudabit, & eos iuvenes conabitur multiplices litterarum fructus edocere, & ad earum diſciplinam variis exhortationibus perinde ac quibuſdam facibus accendere. Nec ab re Paullam induxi diſputantem; hic enim, quum praeceptor meus fuerit, & maximae inter nos auctoritatis exſiſtat, digna mihi perſona viſa eſt quae huiuſmodi errores evellat eradicetque &c* Deſ. *ne te igitur diutius teneam, qui incredibilibus ex paſtorali officio curis impeditus es, iam ipſos loquentes audies*. Dialogus, in quo interloquutores ſunt, Paullus, Celſus, & Hilarius, inc. *Saeculo valedicens cum hoc Hilario meo, tuoque pariter, Paulle pater, ut quietius beatiuſque mortalem hanc vitam duceremus, religioſae vitae iugum, ut noſti, ſimul aggreſſi ſumus*. Deſ. *filii, ite felices, ſancte vivatis, ut ſancte moriamini*.

X. pag. 125. *b*. Eiuſdem in magnificentiae Coſmi Medicei Florentini detractores Dialogus cum Prologo, ut in Codice XVII. Plutei XLVII. Catalogi Tomo ſup. pag. 400. §. III. ubi prima Prologi verba: *De Roma nuper &c.* corrigenda ſunt *Verona nuper &c.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. duplici manu exaratus, cum indiculo in principio recentiori manu, num. 952. antiquitus notatus. Conſtat foliis 131.

## LEON. ARRETINI, SENECAE, GASPARINI OPVSCVLA QVAEDAM.

I. pag. 1. LEonardi Arretini Invectiva contra inſulſos Hypocritas, ut in Codice III. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 545. §. III. *Cod. XLIX.*

II. pag. 8. *b*. Anonymi, ſed forte Gaſparini Barzizii (2) Orthographia. Inc. *Vocum alia litterata, alia illitterata; vox litterata eſt, quae litteris ſcribi poteſt, ut Deus*. Deſ. *finire autem ſyllabam nequaquam poteſt, ſaltem in Latinis dictionibus*.

III. p. 21. Controverſia de Nobilitate (3) inter P. Cornelium Scipionem. & C. Flaminium, cum argumento, quod inc. *Clarum Romae quondam, quum florentiſſimum eius imperium adolevit, Senatorii Ordinis vir quidam Fulgentius Felix, ampliſſimus opibus, honeſtate, amicitiis civium, gratia, fortuniſque omnibus locupletiſſimus*. Deſ. *contentio in Senatum deducitur, ubi de Nobilitate huiuſmodi habitae ſunt Orationes*. Tum ſequitur pag. 22. P. Cornelii Scipionis Oratio de Nobilitate contra C. Flaminium. Inc. *Si ex nobis Lucretia nobiliorem petit, quis veſtrûm erit, Patres Conſcripti, qui non aperte intelligat Publium Cornelium*



(1) Ita eſt in Codice; ſed melius *Ruſticitatem*.

(2) Barzizii Orthographia prodiit ſine anno in Sorbonae aedibus, & Venetiis MDLIV. Vid. Mazzuch. *Scrittori d'Italia* Tom. II. P. I. pag. 501. An eadem ſit videndum. Nicolaum quoque Niccolum Opuſculum de Orthographia ſcripſiſſe tradit in Epiſtola adhuc inedita Guarinus.

(3) Vide quae de hac controverſia de Nobilitate praefati ſumus ſupra pag. 492. §. II.

*Scipionem ex illuſtri Corneliorum ſanguine genitum, huiuſmodi optionis gloriam tuliſſe?* Deſ. *aequam iam de his rebus ſententiam dicite.*

IV. pag. 26. *b.* C. Flaminii Oratio de Nobilitate contra P. Cornelium Scipionem. Inc. *Magna mihi gratia eſt P. C. quum de Nobilitate orationem habiturus ſim.* Deſ. *in veſtra nunc ſententia relinquitur*

V pag. 37. Magni Senecae Liber de Remediis Fortuitorum, ut in Codice XXIV. Plutei XLV. Catalogi Tomo ſup. pag. 361. §. II. Sed heic duobus in fine Capitibus longior Liber eſt, quorum unum *De amiſſione oculorum* inſcribitur, alterum *De amiſſione liberorum*, quod ultimum deſ. *educandos tibi illos fortuna mandaverat, recepit illos, non abſtulit.*

VI. pag. 42. Practica Orationis Magiſtri Gaſparini de tribus Eloquutionis partibus, ut in Codice XLVII. huius Plutei ſupra pag 621. §. XXXIV.

VII pag. 54 Anonymi regula metrorum brevis & pulcra. Inc. *Omnes pedes, quibus verſus conficiuntur. aut ſunt duarum. aut trium, aut quatuor ſyllabarum.* Deſ. *excipiuntur quae a brevibus derivata longantur.*

VIII. pag. 65. Eadem verſibus explicata. Inc.

> *Pandere propoſui per verſus, ſyllaba quaeque*
> *Quanta ſit, & pauca praeponam congrua metris.*

Deſ.

> *Invenies aliqua Graecorum nomina longa.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. partim Latinus, partim Italicus, parum tamen caſtigate exaratus, cum notulis quibuſdam marginalibus, & indice in principio recentiori manu, in cuius prima pagina notatum eſt: *Iſte liber eſt Bart. Iuliani de Gerinis civis. & Notarii Flor. quem emit a. Lodovico Cartulario, & Ant. eius fil.* num. 729. antiquitus notatus. Conſtat foliis 91.

## LEON. ARRETINI OPVSCVLA.

Cod. L. I. pag. 1. Leonardi Arretini de Militia ad Rainaldum Albizium, ut in Codice III. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 545. §. II. Heic autem in fine legitur: *Leonardus Arretinus edidit Florentiae XIX. Kal. Ianuarias MCCCCXXI.*

II. pag. 12. *b.* Eiuſdem de Origine Vrbis Mantuae ad Ioannem Franciſcum Gonzagam, Principem Mantuanorum. Ibid. pag. 547. §. IX Heic quoque in calce notatum eſt: *Vale. Ex Florentia VI. Kal. Iunias MCCCCXVIII.*

III. pag. 18. Eiuſdem Oratio in Hypocritas. Ibid. pag. 545. §. III.

IV. pag 23. *b.* Eiuſdem laudatio in funere Othonis, ut in Cod. XXXIV. huius Plutei ſupra pag. 498. §. XXXIII.

V. pag. 25. *b.* Oratio Heliogabali Romanorum Imperatoris habita in concione ad meretrices. Inc. *Incredibilis me libido habet.* Deſ. *dona magnifica reportabit. Dixi.* Auctor eſt huius Orationis idem Leonardus Arretinus, eiuſque meminit in Epiſt. XVI. Lib. II. ad Nicolaum, & ab eo elucubrata fuit A. MCCCCVII. dum Senis eſſet. Prodiit autem cum Hiſtoriae Auguſtae Scriptoribus Minoribus ab Aldo Manutio editis Venetiis A. MDXIX. 8. a pag. 291. ad pag. 295.

VI. pag. 29. *b.* Eiuſdem Leonardi Arretini, licet nomen reticeatur, laudatio Cl. viri Ioannis Strozzae Equitis Florentini, cum Praefatione, ut in citato Cod. III. Plut. LII. Tomo ſuper. pag. 546. §. VII.

VII. pag. 39. *b.* Eiuſdem Iſagogicon Moralis Diſciplinae ad Galeottum Ricaſulanum, ut in Codice XXI. Plutei L. Tomo cit. pag. 512. § II.

VIII. pag. 48. *b.* Eiuſdem Dialogorum Libri II. anepigraphi, ſed qui ſunt ad Petrum Hiſtrum de diſputationis, exercitationiſque ſtudiorum uſu, & neceſſitate in litterarum genere quolibet, ut in cit. Cod. III. Plutei LII. Tom. cit. pag. 546. §. VIII.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ab aquis pluvialibus inquinatus, cum indiculo in principio in cuius prima pagina legitur: *Bernardi de Puccinis num. XVII.* Conſtat foliis 62.

## LEONARDI ARRETINI QVAEDAM, MERCVRIVS TRISMEGISTVS FICINO INTERPRETE &c.

I. pag. 1. Leonardi Bruni Arretini Vita M. T. Ciceronis, cum Prooemio ad Nicolaum Niccolum, ut in Codice I. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 541. §. I. Cod. LI.

II. pag. 20. Eiuſdem Vita Marci Antonii ex Plutarcho cum Epiſtola nuncupatoria ſine titulo, quae tamen eſt ad Coluccium Salutatum, ut in Codice X. eiuſdem Plutei Tomo cit. pag. 553. §. II.

III. pag. 52. Anonymi Tractatus de Arte Metrica. Inc. *Vltimarum ſyllabarum naturas, ſicut propoſueras, breviter lucideque digeſſi, in qua re mea audacia tuo defenditur imperio; nam hoc Opus arduum, dum veluti facile ac per ſe patens multi dereliquerunt, difficilius reddiderunt &c.* Deſ. *haec autem in omnibus partibus orationis obſervanda ſunt, exceptis quae aut diphthongo, aut poſitione longae ſunt.*

IV. pag. 54. Tractatus anepigraphus de Metris, ut in Cod. XLIX. huius Plutei ſupra pag. 627. § VII. Heic autem in fine exempla quaedam ſubiiciuntur.

V. pag. 59. Praeſtantiſſimi Oratoris Omniboni (Leoniceni) (1) Vicentini de Arte Metri-

(1) Omniboni Leoniceni Vicentini Grammatices erudimenta, quae iunctim cum Libello de Arte Metrica impreſſa fuere Vicentiae A. MDVI. ex recenſione Franc. Vitalis Bodiani ... ut ex Fabric. Biblioth. Med. T. V. p. 165.

Digitized by Google

trica brevis Tractatus. Inc. *Pes in metro dicitur, quod pedis fungitur officio &c.* cui ſubjiciuntur Regulae quaedam Grammaticales.

VI. pag. 6.. Sequitur ſine ullo titulo Mercurius Triſmegiſtus de Poteſtate, & Sapientia Dei a Marſilio Ficino latinitate donatus, cum argumento, ut in Codice VIII. Plutei XXI. Catalogi Tomo I. pag. 668. §. I.

VII. pag. 91. *b.* Accedit item ſine titulo Mercurii Triſmegiſti Liber ad Aſclepium, Lucio Apuleio Philoſopho Platonico interprete, ut in Codice XII. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 555. § II.

VIII. pag. 104. *b.* Teſtimonia de Mercurio Triſmegiſto ex Alcibidio Platonico, ex Auguſtini Libro XVIII. de Civitate Dei, ex Tullii Libro III. de Natura Deorum, ex Lactantii Lib. I IV. & VI. Inſtitutionum.

Tandem Codicem claudit breve Carmen Franciſci Catiniani Ser Nicolao Michelotio compatri, patronoque ſuo, quod inc.

*Tempore, quo natus Moſes tunc aſtra notabat.*

Deſ.

*Nunc tibi quos legi fecundos reddo libellos,*
*Atque habeo grates, quia poſſe referre negatum.*

Codex chartaceus Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum Summariis in margine. Conſtat foliis 106.

## L. ARRETINI, PHILISCI, AVRISPAE, S. HIERONYMI, POGGII, MANETTI, DATHI, PANORMITAE QVAEDAM.

Cod. LII.

I. pag. 1. BAſilii Magni Liber de tradendis diſciplinis a Leonardo Arretino traductus, cum Prologo ad Coluccium Salutatum, ut in Codice XV. Plutei LXV. Catal. Tomo ſuper. pag. 734. §. IV.

II. pag. 12. *b.* Xenophontis Liber, qui dicitur Tyrannus interprete eodem Leonardo Arretino, cum Prologo ad Nicolaum Niccolum. Ibid. pag. 733. §. III. Interim animadvertendum eſt, priores huiuſce Libri paginas a bibliopego male fuiſſe compactas.

III. pag. 35. Philiſci Conſolatio ad Ciceronem. Inc. *Quum in Macedonia Cicero exſularet, ibique vitam triſtis ageret, a Philiſco, cuius familiaritatem apud Athenas habuerat, ita monitus eſt: Non pudet, o Cicero, flere, atque effeminate vitam agere?* Deſ. *Cicero autem quum haec audiviſſet, adquietiorem animum accepit.* Tum ſubiicitur: *Finit Conſolatio Philiſci ad Ciceronem ex Dionis Nicienſis egregii auctoris Libro Hiſtoriae Romanae. Auriſpa tranſtulit e Graeco.* Philiſci Conſolatoria ad Ciceronem, dum in Macedonia exſularet, e Graeco Dionis Caſſii Lib. XXXVII. Hiſt. Rom. a Ioanne Auriſpa in Latinum translata, prodiit Pariiſis MDX. 8. teſte Mazzuchellio *Scrittori d' Italia* Tom. I. Part. II. pag. 1279.

IV. pag. 42. Comparatio Alexandri, Hannibalis, & Scipionis, ex Luciano, interprete eodem Auriſpa, cum Epiſtola nuncupatoria ad Ba. (ſcilicet Baptiſtam de Capodeferis) Romanum, Praeſidem Bononienſem, quae inc. *Quum in rebus bellicis ſemper, ceteris vero animi virtutibus aliqua aetate cunctis gentibus Romanos praeſtitiſſe, non modo apud Latinos, ſed apud Graecos etiam ſcriptores legerem.* Deſ. *ex Graeco in Latinum tranſtuli Comparationem quamdam Alexandri, Hannibalis, Scipionis, primo a Luciano Oratore ſcriptam, tum a Libanio emendatam. Adiunxit quidem nonnulla huic Comparationi non inepta Libanius. Breviſſime ergo cognoſces, quae tres praeſtantiſſimi Duces fecerint. Qua in re gratum meo quidem iudicio tibi erit duobus clariſſimis Ducibus, Hannibali atque Alexandro a Minoë praelatum fuiſſe Scipionem; coram hoc iudice enim apud Inferos de praeſidentia certant.* Tum adiicitur: *Finit Epiſtola Auriſpae Siculi viri clariſſimi, huiuſce Comparationis interpretis, ad B. Romanum, Praeſidem Bononienſem.* Comparatio inc. *Alexander. Me, o Libyce, praeponi decet; melior equidem ſum.* Deſ. *neque hic quidem ſpernendus eſt. Finis. Valete.* Eſt Luciani Dialogus inter Scipionem, Alexandrum, & Hannibalem, apud Inferos coram Minos de praelatione decertantes, ab Auriſpa Latine redditus, ſuadente D. Baptiſta de Capodeferis Romano Milite, tunc Bononiae Praeſide.

V. pag. 47. *b.* Euripidis Epigramma per Auriſpam translatum e Graeco in Latinum, quod ſequens eſt:

*Siſte, quid ipſe velim, rogito, cognoſce viator.*
*Euripides tragico carmine clarus, humo*
*Hac iaceo; illud erat quod te cognoſſe volebam,*
*Ergo diu felix, care viator abi.*

Nil apud laud. Mazzuchellium.

VI. pag. ead. *b.* Phalaridis Epiſtola Demoteli Philoſopho, qui ei ſuadebat ut tyrannidem deponeret, eodem forte Auriſpa interprete. Inc. *Monitus tuos, Demotele, non aegre tuli.* Deſ. *dignitatem cum vita relinquam.* Eſt XXXVIII. inter Epiſtolas Phalaridis ex diverſa tamen interpretatione ab illa Franciſci Arretini.

VII. pag. 48. *b.* Presbyteri Hieronymi de Monacho Captivo Epiſtola, ſeu potius Vita Malchi Monachi Captivi, ut in Codice XXXV. Plutei XVII. Catalogi Tomo I. pag. 360. §. V.

VIII. pag. 55. *b.* Eiuſdem Vita Paulli primi Eremitae, cum Prologo. Ibid. §. II.

IX. pag. 64. Eiuſdem ad Ruſticum Monachum de Vita Monaſtica Epiſtola. Inc. *Nihil eſt Chriſtiano felicius.* Deſ. *nudum Chriſtum nudus ſequere: durum, grande, difficile, ſed magna ſunt praemia.* In editione Operum D. Hieronymi curante Dominico Vallarſio alias citata Tom. I. a pag. 926. ad pag. 943. Habes



Digitized by Google

bes huius Epiſtolae fragmentum etiam ſupra pag. 516. §. XIV.

X. pag. 77. Poggii Epiſtola Leonardo ſuo Arretino de morte Hieronymi Hus, ut in Codice XX. Plutei XLVII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 406. §. LVII.

XI. pag. 83. Iannoctii de Manettis Oratio ad Sereniſſimum Regem Alphonſum Aragonum. Inc. *Demoſthenes Graecorum, & Latinorum omnium Oratorum elegantiſſimus*. Deſ. *& cuncta quoque Maieſtatis Tuae honeſta, & optima vota perficere & obſecundare dignetur*. Memoratur a Nigrio *Iſtoria degli Scrittori Fiorentini* pag. 234.

XII. pag. 90. *b*. Leonardi Dathi ad Alphonſum Regem Aragonum Elegia, quae ita ſe habet;

*Rex & Martis habens animos, & Pallados artes,*
*Et quidquid Regi convenit, unus habens,*
*Arma, viros, gazas, plenis tentoria velis,*
*Vive diu, vives arbiter Italiae;*
*Arbiter & terrae, regaliaque arma tenendo,*
*Auctor pacis eris, auctor amoris eris;*
*Auctor compoſiti mundi, nec deinde ſonabunt*
*Aera, niſi cultus inter habenda pios,*
*Et non Aragonum quiſquis clariſſimus olim,*
*Non certet Poenus callidus ille tibi;*
*Non magnus Macedo, quamquam traiecit Araxim,*
*Illuſtremque Aſiam ſubdidit imperio.*
*Iam Pyrrhi laudes cunctis delentur in oris,*
*Et iam Scipiadum gloria tota cadit.*
*Iam Caeſar debere ſibi ſeſe ipſe fatetur,*
*Quod fuit ante ſuum, nunc eris omne ſuum.*
*Alter ut Alcides referas, Alphonſe, triumphos*
*Orbis, & exſtinguas quidquid in orbe mali eſt.*
*Sic, Alphonſe, tuum tendes in ſaecula nomen;*
*Alphonſi viva gloria ſemper erit.*

XIII. pag. 91. Iannoctii de Manettis Oratio in laureatione funeris Cl. Poëtae Leonardi Arretini. Inc. *Si immortales Muſae, divinaeque Camoenae*. Deſ. *ſemper coronatus appareat. Vale felix laureatum utrarumque litterarum, & eloquentiae decus*. Edidit Cl. Mehus in Prolegomenis ad Epp. L. Arretini pag. LXXXIX. Hunc autem Codicem memorat in Vita Ambroſii Camald. pag. CCCLXII.

XIV. pag. 117. Eiuſdem Oratio ad Alphonſum Regem de pace confirmanda. Inc. *Si nunc primum, Sereniſſ. acglorioſiſſ. Princeps, penes Maieſtatem Tuam legationis munere fungeremur*. Deſ. *ceterum quaedam alia reſtant, quae alias, quum Regiae Celſitudini Tuae placuerit, opportunioribus locis, & temporibus referemus*. De ea mentio fit apud Nigrium loc. cit.

XV. pag. 126. *b*. Clariſſimi Poëtae Antonii Siculi Panormitae Oratio habita apud Summum Pont. Niculaum V. quum eſſet Legatus potentiſſimi Regis Aragonum Alphonſi, & Florentiam veniret. Inc. *Etſi ſatis intelligimus, P. B. de te tuiſque ſingularibus, ac paene divinis virtutibus ſatius eſſe nihil omnino, quam pauca dixiſſe*. Pag. 128. *Atteſtatur hanc eximiam animi tui beneficentiam, ac perpetuo atteſtabitur princeps Apoſtolorum Baſilica, in quam inſtaurandam, reficiendam, amplificandam, tantum unus contuliſti, ac quotidie confers, quantum ne ceteri quidem omnes Pontifices anteceſſores tui. Neque illud aut tuae liberalitatis, aut potius pietatis exemplum praetereundum fuit, quod quot viros aut Graecis, aut Latinis litteris in toto orbe praeſtare, & excellere intelligis, illos continuo ad te evocas, evocatos ſalariis, muneribus, donis, officiis, beneficiis exornas, contines, excipis, auges, honeſtas; verumque eſſe declaras, quod proverbio continetur; doctos doctus amat &c.* Deſ. *munus quidem legationis exſpectatiſſimum reſtat, quod quo in loco, quove in tempore, P. B. iuſſeris, a nobis explicabitur*. Ignota fuit haec Oratio Cl. Apoſtolo Zeno in Additionibus ad Diſſert. Voſſianas Tom. I. pag. 312. ubi fuſe de Panormitae ſcriptisediſſerit.

XVI. pag. 129. *b*. Oratio anepigrapha de iuſtitiae laudibus, ut in Cod. XLVII. huius Plutei ſupra pag. 614. § XIX. Heic autem adiicitur in fine; *MCCCCLI. die I. Ianuar. D. Barth.* (forte *Scala*.)

Pro tegumento Codicis Diploma inſeruit Librarius, quo Martinus Papa V. confert Eccleſiam Parochialem S Petri Boni Conſilii Barptolemaeo Franciſci Canonico Eccleſiae Sanctorum Apoſtolorum de Florentia, quodque inc. *In Dei Nomine Amen. An. Dom. ab eius Incarnatione milleſimo quadringenteſimo vigeſimatertio, Ind. prima, & die decimonono menſis Maii Actum Florentiae in domo habitationis infraſcr. Domini Stephani, poſita in populo S. Ruffini de Florentia, praeſentibus teſtibus ad haec habitis & rogatis, nobili viro D. Stephano Ioannis Bonaccurſii, Decretorum Doctore, Presbytero Piero Ugolini, Rectore Eccleſiae S. Donati a Livizzano, Plebatus S. Mariae Accilliccianole Dioec. Flor. & Ser Paullo Iacobi Not. Flor. Venerabilis vir D. Iulianus Cecchi Prior SS. Apoſtolorum de Florentia Exſecutor Apoſtolicus datus & deputatus ad infraſcripta &c.*

Codex chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. parum correcte exaratus, cum indiculo in principio recenti manu, num. 882. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 132.

## BASILII DE STUDIIS L. ARRETINO INTERPRETE.

MAgni Baſilii de liberalibus ſtudiis, & ingenuis moribus Liber per Leonardum *Cod. LIII.*

dum Arretinum e Graeco in Latinum converſus, cum Praefatione ad Coluccium Salutatum, ut in Codice ſuperiore p. 629. §. I.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum Summariis rubricatis in margine. Conſtat foliis 19.

## CICERON. PLINII, L. ARRETINI, GVARINI, PANORMITAE, PHILELPHI &c. EPISTOLAE, ET ORATIONES.

Cod. LIV. I. pag. 1. Epiſtolae ſelectae Plinii Secundi, M. T. Ciceronis, L. Annaei Senecae, Planci. Q. Marcelli, Decii Bruti, Q. Metelli, & Q. Fabii Celeris ad M. T. Ciceronem, quae uſque ad pag. 61. progrediuntur. Inter ipſas autem inferuntur pag. 33. *b.* Orationes habitae in Senatu Athenienſi de recipiendo Alexandro, Aeſchinis, Demadis, & Demoſthenis. Prima inc. *Reminiſcor, Athenienſes, Alexandrum hac in noſtra urbe liberalibus artibus eruditum &c.* Inde pag. 34. *b.* legitur Athenienſium Epiſtola Alexandro Imperatori. quae inc. *Nihil habes, Alexander, vel fortuna tua maius, quam ut poſſis, vel natura tua melius, quam ut velis ſervare quamplurimos.* Deſ. *quum hoc feceris, conſequutus eris.* Pag. 36 *b.* Conſulum Romanorum Epiſtola Pyrrho Regi Epirotarum (1), quae inc. *Nos pro tuis iniuriis continuo animo commoti &c.* Tandem recurrunt aliae Ciceronis, aliorumque Epiſtolae uſque ad dictam pag. 61.

II. pag. 61. Leonardi Arretini ad virum Cl. Coſmam Medicem de cura rei familiaris Liber, ſeu potius Ariſtotelis Oeconomicorum Libri II. ab eodem L. Arretino Latine converſi, cum Prooemio ad Coſmum Medicem, ut in Codice XII. Plutei LXXVII. ſupra pag. 136. §. II.

III. pag. 71. *b.* Orationes Homeri e Graeco in Latinum translatae ab eodem, cum Prooemio, quod inc. *Admirari nonnumquam ſoleo.* Deſ. *cetera vero a nobis ſic ſervata ſunt, ut nihil de ſuo ordine, ſententiiſque perierit.* Prima eſt Oratio Vlyſſis, cuius argumentum inc. *Achille irato, ac pugnare volente &c.* Textus Homeri: *Quum apud Achillem coenaſſent Legati &c.* Oratio Vlyſſis: *Menſae quidem, epularumque nobis abunde fuit &c.* Vltima Aiacis deſ. *non tamen par gratia, atque honor tibi erit.* Non video memorari has verſiones inter Leon. Arretini Opera a diligentiſſimo Laur. Mehus in Praef. ad eius Epp. Florentiae editas.

IV. pag. 81. Guarini Veronenſis viri doctiſſimi ad Hieronymum filium ſuum Hypotheſia. Prologus inc. *Tandem tuas accepi litteras* Deſ. *tum legenti non erit inutile, ſi vel te, vel alios per te iuniores ſenior inſtruxero, ut quod facere inſtituant ſponte ſua, vel invitatu meo confirmatius, ardentiuſque faciant, atque inchoent.* Liber eſt in Capita diviſus, quorum primum inſcriptum, *A Deo inchoanda negotia*, inc. *Igitur ne longius evagarer, obſervatum eſt, Hieronyme fili &c.* Vltimum ſub titulo. *Fideliter commiſſa ſervari*, deſ. *illud de Aſcanio in te dicere licebit:*

> *Macte nova virtute puer, ſic itur ad aſtra.*

*Vale fili mi dilecte Hieronyme. Finis.* Nullam huius Opuſculi fieri mentionem invenio inter Opera Guarini a Cl. Scipione Maffeio *Degli Scrittori Veroneſi* pag. 77. ſeqq.

V. pag. 87. *b.* Luciani Dialogus qui dicitur *Charon*, e Graeco in Latinum traductus a Ioanne Auriſpa viro doctiſſimo. Inc. *Audite, quo quidem pacto noſtra ſe negotia habeant; parva enim, ut videtis, ac vetus nobis eſt navicula, rimiſque fatiſcit.* Deſ. *ferantque acerbiſſimas heic eſſe poenas, rotas ſcilicet, lapides, atque vultures, atque vitam cuique examinare neceſſe eſt.* Ignota fuit haec verſio Cl. Mazzuchellio. ubi de Auriſpa loquitur. Bartolemaeus tamen Facius de Viris Illuſtr. pag. 19. Opuſcula nonnulla Luciani eum in Latinum traduxiſſe refert.

VI. pag. 91. Boccaccii Fabula de Tancredo Principe Salernitano de vulgari in Latinum traducta a Leonardo Arretino, cum Epiſtola nuncupatoria ad Bindaccium Ricaſulanum, quae inc. *Quum saepius mecum egiſſes, ut fabulam illam Boccaccii de Tancredo, Principe Salernitano, eiuſque filia Sigiſmunda vulgari ſermone ſcriptam, in Latinum converterem; recepi tandem me id eſſe facturum, ea maxime ſuaſione inductus, quod Franciſcum Petrarcham virum clariſſimum aliam eiuſdem Libri fabulam Marchionis Montisferrati in Latinum vertiſſe cognoveram.* Deſ. *quae in manus exeant aliorum. Vale. Die XV. Ian. MCCCCXXXVI.* Fabula inc. *Tancredus Princeps fuit Salernitanus, vir mitis quidem ac benigni ingenii.* Deſ. *in eodem ſepulcro ſepeliri ambos fecit* (2).

VII. pag. 99. *b.* Leonardi Arretini Epiſtola Poggio Florentino. Inc. *Res protinus viſu digna mihi nuper occurrit.* Deſ. *haec tua ſepulcri vanitas, & ambitio exhiberet.* Inter eius Epiſtolas Florentiae editas curante Laur. Mehus eſt Epiſt. VI. Lib. V.

VIII. pag. 102. Eiuſdem Epiſtola Coluccio Salutato. Inc. *Etſi ſciam, quae nuper ad Summum Pontificem ſcripſiſti omnino vera non eſſe.* Deſ. *tu autem ſi vera ſcribere curas, hanc partem epiſtolae corrigas.* Ibid. Epiſt. III. Lib. I.

IX. pag. 103. Eiuſdem alia ad eumdem. Inc. *Solent qui errati veniam petunt.* Deſ. *quotidie errare perſeverant. Vale.* Ibid. Epiſt. IV. Lib. X.

X. pag. ead. Guarini Veronenſis Epiſtola Ioanni Lamolae. Inc. *Si vales bene eſt, ego qui-*

(1) Legitur inter Epiſtolas Laconicas collectas a Gilberto Cognato Nozereno Baſileae per Io. Oporinum MDLIV. 12. pag. 446.

(2) Affertur inter Epiſtolas Aeneae Silvii Baſileenſis edit. apud Henricum Petri MDLI. fol. a pag. 954. ad pag. 959.

*quidem valeo. Tuas ad Brugnaram noſtrum litteras nuper adſpexi*. Deſ. *pari te amore, benivolentia, charitate complectar; idque, quum per occupationes licebis per litteras teſtabor, ſicut & nuper feci, quum tibi, & Cl. viro Antonio Panormitae reſcripſi, quae litterae vobis ne, an non, redditae fuerint incertum habeo = hoc vel ideo dixerim, ne inter occupationes innumerabiles me parum diligentem, aut in amore parce reſpondentem arbitremini. Vale, mi ſuaviſſime Ioannes, & eloquentiſſimo & primario viro Antonio Panormitae me charum facito. Ex Verona XIII. Kal.*

XI. pag. 103. *b.* Antonii Panormitae Epiſtola Nicolao de Malpiglis. Inc. *Admirabar iampridem ingenii tui ſuavitatem, morumque tuorum facilitatem amabam, optabamque tecum aliqua amicitia, aut familiaritate coniungi = nam proxime abs te verſus, ſeu mavis ſonitus, aut cautiones accepi, tales quidem, quales Orpheus, Amphion, Phoebus facere conſueverunt*. Deſ. *ſi tua voluntas fert. Vale mea ſuavitas, & Antonium Luſcum unum prope ſingulariſſimum ex me ſalvere iubeas. Ex Bononia quam cui ſim*.

XII. pag. 104. *b.* Franciſci Philelphi Epiſtola Alberto Enoch Zanchario. Inc. *Iucundiſſimae fuerunt mihi litterae tuae, quae tum egregiam eruditionem, tum ſingularem erga me benivolentiam amoremque declarant = ſum enim ad paucos uſque dies Florentiam profecturus*. Deſ. *meque, ut facis, amare perſevera. Ex Bononia IV. Non. Martias MCCCCXXVIII.*

XIII. pag. 105. Ariſtotelis Epiſtola Alexandro Macedonum Regi. Inc. *Sum tuis litteris certior factus, nonnullos ad nos ſaepe miſiſſe, qui, ut civilium cauſſarum praecepta ad te perſcriberem, ab me peterent*. Deſ. *quapropter ex hiſce ad te Commentariis ad ea conſequenda abunde tibi adiumenta ſuppetent*. Eſt Epiſtola praemiſſa Libello Ariſtotelis inſcripto *Rhetorica ad Alexandrum*, Franciſco Philelpho interprete, ut in edit. Ariſtot. Operum Pariſienſi cura Guillelmi Du Vallii A. MDCXIX. fol. Tom. I. pag. 608.

XIV. pag. 107. Recurrunt tandem aliae M. T. Ciceronis Epiſtolae ſelectae, quae uſque ad finem Codicis progrediuntur.

Codex chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. parum caſtigate exaratus, cum indiculo in principio recentiori manu, & Summariis aliquot marginalibus, num. 965. antiquitus notatus. Conſtat foliis 144.

## POGGII, SENECAE, L. ARRETINI, COLVCCII SALVTATI, CARD. FIRMANI, IO. TVSCANELLAE, PLINII, SS. BASILII, ET HIERONYMI EPISTOLAE ET OPVSCVLA.

Cod. LV. I. pag. 1. POggii Epiſtola Valaſco Portugallenſi, ut in Codice XX. Plutei XLVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 408. §. LXXX. Heic vero litteris Graecis exarata legitur anni nota ſic: *Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto*.

II. pag. 2. Senecae Epiſtola ad Lucilium (quae eſt II.) Inc. *Ex his quae mihi ſcribis &c.* Inde ſubiicitur indiculus Opuſculorum, quae infra recenſemus, adiecto nomine, forte poſſeſſoris, *Nicolai Dominici Ferrei de Vignanenſibus*.

III. pag. 3. Pars ſecundi Libri (1) Poggii de Varietate Fortunae. Inc. *Haud abs re futurum eſſe arbitror, ſi ab inſtituto ſcribendi curſu paullulum divertens, eum libro huic finem impoſuero*. Definit imperfecte in verbis: *liberatur a poena delicti. Tertia iuſiurandi &* . . . . . . . Inde quaedam vacuae paginae ad reliquum ſupplendum relictae ſunt.

IV pag. 27. Leonardi Arretini de ſtudiis litterarum ad Illuſtrem Dominam Baptiſtam de Malateſtis, ut in Codice III. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 546. §. VI. Heic clauditur hac ſubſcriptione: *Leonardi Arretini ad Dominam Baptiſtam mulierem in litteris & genere egregiam Oratio feliciter explicit*.

V. pag. 37. Lentuli Epiſtola ad Romanos de forma Ieſu Chriſti, ut in Codice XXIX. Plutei XIX. Catalogi Tomo I. pag. 573. §. XLII.

VI. pag. ead. *b.* Pontii Pilati Epiſtola ad Tiberium de morte Chriſti, quae prima eſt ex duabus illis, quae habentur in Codice XII. Plutei LIII. Catal. Tomo ſuper. pag. 609. §. XIV.

VII. pag. 40. Leonardi Arretini Epiſtola Coluccio Salutato. Inc. *Romam veni ad VIII. Kal. April.* Deſ. *a me ipſe ſuperetur. Vale. Romae III. Non. April.* In edit. Flor. curante Laur. Mehus eſt Epiſt. I. Lib. I.

VIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem eidem. Inc. *Scripſi antea tibi de contentionibus*. Deſ. *omnino deponas*. Ibid. Epiſt. II.

IX. pag. 41. Lini Coluccii Salutati Epiſtola Innocentio Papae VII. Inc. *Neſcio cui magis gratuler*. Deſ. *Tuam Celſitudinem offendendi. Flor. VIII. Id. Sextil.* Inter Epiſtolas Coluccii a Rigaccio Florentiae editas eſt ſub num. II.

X. pag. 42. *b.* Leonardi Arretini Epiſtola Coluccio. Inc. *Etſi ſciam quae tu nuper de me*. Deſ. *praeter repulſam obtinere potuerit. Vale*. Lib. I. Ep. III.

XI. pag. 43. *b.* Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Ad litteras tuas accuratius reſpondebo*. Deſ. *me certiorem face. II. Non. Aug. CCCCV. ſupra mille*. Ibid. Ep. IV.

XII. pag. 44. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Superioribus diebus ad te ſcripſi*. Deſ. *ita fiat. Vale. E Viterbio*. Ibid. Ep. V.

XIII. pag. 45. *b.* Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Quaeſiſti a me*. Deſ. *incommoditatem librorum accuſa*. Ibid. Ep. VI.

XIV.

(1) Ita legitur in Codice, ſed eſt Liber Poggii IV. Hiſtoriae de Varietate Fortunae, ut in editione Pariſienſi apud Ant. Couſtelier MDCCXXIII. 4. a pag. 126. ad pag. 147. lin. 2.

XIV. pag. 46. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Non ſatis conſpicuum*. Deſ. *totas adſcribe*. Ibid. Epiſt. VII.

XV. pag. 48 Eiuſdem Poggio. Inc. *Retulit mihi vir optimus Niccola noſter*. Deſ. *in iſta dimicatione non deſcendiſſe* Lib. V. Ep. IV.

XVI. pag. 52. *b*. Eiuſdem Kyriaco. Inc. *Melius erat, o Kyriace*. Deſ. *aut quemadmodum loquantur*. Lib. VI. Ep. IX.

XVII. pag. 55. Eiuſdem Flavio Foroliviensi. Inc. *Ne forſan tu aliter accipias*. Deſ. *eſſe dictatum*. Ibid. Ep. X.

XVIII. pag. 59. Eiuſdem Lauro Quirino. Inc. *Scripſiſti nuper mihi proponens quaeſtiones aliquas*. Deſ. *lucem a tenebris non diſcernis*. Lib. IX. Ep. III.

XIX. pag. 61. Boccaccii Fabula Tancredi a Leonardo Arretino ex Italico ſermone Latine verſa, cum Epiſtola ad Bindaccium Ricaſulanum, ut in Cod. ſuperiore p. 634. §. VI.

XX. pag. [illegible]3. Cardinalis Firmani (Dominici Capranicae defuncti anno MCCCCLVI.) Tractatus de modo ſtudendi, cum Epiſtola nuncupatoria Nicolao de Capranica nepoti ſuo, quae ita habet: *Duas itineris noſtri vias Veritas in Evangelio oſtendit*. *dicens*; quam lata & ſpatioſa via eſt, quae ducit ad mortem, & multi ſunt, qui intrant per eam, *& rurſum*, quam arcta & anguſta via eſt, quae ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam. *Magna igitur inter has vias diſtantia; illa ad mortem, iſta ad vitam tendit; illa a multis colitur, & celebratur, haec vix invenitur a paucis; illa enim vitiis per conſuetudinem, quaſi declivior ac mollior, & velut quibuſdam amoena floribus voluptatis, facile ad ſe rapit commeantium multitudinem; haec inſueto calle virtutum triſtior atque horridior videtur; aſperam enim nobis, & inſuetam virtutum viam nimia facit vitiorum conſuetudo. Petamus ergo rationem vitae noſtrae, per quam potiſſimam gradiamur, viam, conſcientia teſte, diſcamus. Omne quodcumque agimus, aut de lata, aut de anguſta via eſt. Si cum paucis anguſtum iter, & ſubtilem quamdam ſemitam invenimus, ad vitam tendimus; ſi vero multorum comitemur viam, ſecundum Domini ſententiam imus ad mortem. Quamobrem itineris tui curam, ne latam viam, quae ducit ad mortem, iuvenili quadam facilitate ingrediaris, Apoſtolico mucrone percutiente ſuſcepimus.* Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior. *Genitore namque tuo ex hac luce ad meliorem vitam, immatura morte ſubtracto, teneram aetatem, immo adoleſcentiam tuam crebro recenſentes, quae in malum proclivis eſſe ſolet; plurima namque corporis bella ſuſtinet, & inter incentiva vitiorum, & carnis titillationes, quaſi ignis in lignis viridibus ſuffocatur; ex urbe Florentiam te duci fecimus, & quum pro tua aetate aliquid polliceri videberis, bonam ſpem de te concipientes una cum magiſtro adoleſcenti ac tuae, re, & nomine Benedicto, Peruſiam, inſignem praeclaramque civitatem ſtudiis litterarum accommodatam te deſtinare cenſuimus. Exinde cura quadam ſaepenumero pulſari videbamur, ut pauca quaedam ex multis, ſive ex litteris, aut Doctoribus ſacris, ſeu ex Gentilibus, vel ex claris etiam noſtri temporis viris, & ſapientia, & litteris eruditiſſimis ad bene beateque vivendum inſtituta eligentes, ad te mitteremus, ut hac unica lucubratiuncula noſtra omnium temporum, curarumque noſtrarum vices abſolvere videamur. Neque praeſumptionis crimen incurrere formidamus; non enim ab illis ſumpta, meliora facere, aut defeciſſe* (1), *ſed arbitrantes, nec iniuria, ſingularem te monitis noſtris reverentiam habiturum, paucis his, viva ut aiunt voce te commonere volumus. Accipe hunc igitur, neque ſcholaſtico more depictum digito premente Libellum, quo rectum Chriſti tramitem, diſciplinam, ſcientiamque civilem facilius poteris adipiſci. Perge ergo velociter, & ſapientiae diſciplinaeque tantum incumbe, quantum potes, poteris autem quantum voles, Cicero ait, tibi plurimum profuturum arbitrantes; & ſi imperitiam, affectum tamen noſtrum non ſpernes; ſi, quod procul abſit, eveniat* quod ignorans ignorabitur, & quod ſpernens ſpernetur, *intelliges. Ab iis itaque Divinae Maieſtatis oculos offendentibus, qualiter te praeſervare poſſis exordientes*; in animam enim malivolam non intrabit ſapientia, *Sapiens ait*, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Tractatus inc. *Primum igitur certamen adverſus ſuperbiae ſpiritum ineundum arbitramur*. Deſ. *quantum Deo tu obnoxius ſis*. Non recenſetur a Fabricio Biblioth. Med. Tom. II. pag. 51. & ſeqq.

XXI pag. 92. Ioannis Tuſcanellae viri eloquentiſſimi Oratio pro legendi initio Bononiae habita. Inc. *Non ſum neſcius, viri praeſtantiſſimi, omnes, qui ſibi aliquid ſcribendum dicendumve ſuſcipiunt*. Deſ. *haec ſi feceritis, poſt mortem etiam per gloriam vivetis*.

XXII. pag. 95. Hieronymi fragmentum contra Iovinianum. Inc. *His igitur rationibus incitati, multi Philoſophorum reliquerunt frequentias urbium*. Deſ. *haec de argumentis Philoſophorum, exemplisque diſſerui; nunc tranſeamus*.

XXIII. pag. 100. Eiuſdem de honorandis parentibus Epiſtola. Inc. *Parentum meritis ſubiugans filios omnipotens Deus*. Deſ. *cum fratribus a Domino coram Angelis coronari*. In App. Operum edit. D. Vallarſii Tom. XI. a pag. 112. ad pag. 113.

XXIV. pag. 102. Baſilii de tradendis diſciplinis Liber per Leonardum Arretinum e Graeco in Latinum traductus, cum Epiſtola ad Coluccium Salutatum, ut in Codice XV. Plutei LXV. Catal. Tomo ſup. p. 734. § IV.

XXV pag. 117. *b*. Epiſtolae Plinii IV. nimirum Sardo ſuo, Adriano ſuo, Canino ſuo, & Pompeiae Celerinae ſocrui.

XXVI. pag. 119 Tractatus anepigraphus, qui tamen eſt D. Aurelio Auguſtino ſuppoſitus,

(1) Ita legitur in Codice, ſed omnino aliquid deeſſe arbitramur.

tus, cum Prologo, qui inc. *Agnoſcam te Domine cognitor meus*. Deſ. *& quando poterunt haec contraria convenire*. Caput I *De miſeria & fragilitate hominis* inc. *Miſer ego, quando poterit mea obliquitas tuae rectitudini coaequari*. Caput XXXVII. & ultimum inſcriptum, *Oratio ad beatiſſimam Trinitatem*, deſ. *facis reviviſcere, ut aquilae, canos meos. Omnis gloria &c.* Exſtat in Appendice Auguſtini Operum Tomo VI. alias cit. editionis Venetae cura Monachor. S. Mauri per Io. Bapt. Albrizzium a pag. 85. ad pag. 104. ubi inſcribitur *Soliloquiorum animae ad Deum Liber unus*.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. duplici manu exaratus, cum primis duabus paginis membranaceis, antiquitus num. 1013. deſignatus. Conſtat foliis 138.

## PHALARIDIS EPISTOLAE, CICERONIS, HIERONYMI, POGGII, IANNOCTII MANETTI PLATONIS, ET POLYXENAE GRIMALDAE VARIA.

Cod. LVI. I. pag. 1. PHalaridis Agrigentini Epiſtolae e Graeco in Latinum traductae a Franciſco Arretino cum Prooemio ad Malateſtam de Malateſtis, ut in Codice XXV. Plutei XLVII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 414 §. I. Heic tamen in fine ſunt mutilae; ultima enim, quae inſcribitur *Cleenethae* deſinit in verbis: *in virtute corroboratur, filia vero praeter aetatem virgo crimine* . . . . . . . . paginis vacuis ad reliquas ſupplendas relictis.

II. pag. 31. M. T. Ciceronis de Somnio Scipionis, ut alibi.

III. pag. 33. *b.* Vita Beati Paulli Eremitae a Beato Hieronymo Presbytero edita, ut in Codice XXXV. Plutei XVII. Catalogi Tomo I. pag. 360. §. II.

IV. pag. 36. *b.* Poggii Epiſtola Leonardo Arretino de Hieronymi haeretici ſupplicio, & obitu, ut in Codice XX. Plutei XLVII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 406. §. LVII.

V. pag. 38. Eiuſdem in funere Nicolai Niccoli Florentini civis, virique doctiſſimi Oratio. Ibid. pag. 409. §. XCVIII.

VI. pag 41. *b.* Florentinorum Legatorum Oratio ad congratulandum Nicolao V. Summo Pontifici in creatione ſua, habita Romae per Iannoctium Manettum in publico & generali Conſiſtorio, ut in Codice XV. Plutei LII. Catalogi Tomo cit. pag. 558. §. I.

VII. pag. 57. *b.* Oratio (ſive Carmen) continens laudes Excellentiſſimi Domini D. Franciſci Sphortiae Comitis Illuſtriſſimi, edita per Polyxenam de Grimaldis de Verona (1). Inc.

*Flammiger Eois Titan ſurgebat ab oris.*

Deſ.

*Det tibi ſucceſſus, quaeſo, fortuna perennes.*

VIII. pag. 58. Eiuſdem Carmen ad Sereniſſimam & Excellentiſſimam Dominam D. Blancam de Vicecomitibus Comitiſſam glorioſiſſimam. Inc.

*Vellem poſſe tibi calamo, Illuſtriſſima Princeps:*

Deſ.

*Omnia iuſſa tibi, quia fulges ſidus in orbe.*

IX. pag. ead. *b.* Epiſtola (forte ejuſdem) ita inſcripta: *Divo Principi Alphonſo, Aragonum, Siciliae &c. Sereniſſimo Regi infelix Marchia Anconitana humiliter ſe commendat*, Inc. *Audivi, clementiſſime Rex, quod propoſitum tuae benignitatis eſt miſerandis fletibus audientiam non negare*. Deſ. *oportet igitur, Sereniſſime Rex, te mihi pacem ſervare, quae glorioſum te faciet in aeternum. Vale, Maieſtas ſacra, & me tua ampliſſima benivolentia digneris aſſumere*.

X. pag 59. *b.* Eiuſdem Epiſtola ad praeclaram & Illuſtrem Dominam D. Conſtantiam de Varano ſacrarum Pieridum peritiſſimam. Inc. *Licet admiraturam te rear, Virgo clariſſima, in ſcribendo me generoſae tuae manſuetudini praevenire = Quamobrem non parum gaudere debes, Virgo ingenua, quod quum ſis genere nobilis, elegiſti virtutibus effici nobiliſſima = non enim profecto fruſtror, quum te videam appropriato nomine triumphare; Conſtantia nuncuparis, quoniam a ſtudii proſequutione numquam commota es, ut vera conſtantia; adeo tanta eſt tibi litterarum ſuavitas, ut nil dulcius, atque nil in amore ardentius tunc venire potuerit in mentem*. Deſ. *ſub umbra cuius femineum genus tantum ſplendeſcere videatur. Vale urbis, & orbis immortale decus, & me tuam cupidam amatricem gratia tua digneris aſſumere*.

XI. pag. 60. *b.* Epiſtola (forte eiuſdem) ad Illuſtriſſimam, & Excellentiſſimam Dominam, D. Santiam de Claromonte, Andriae Duciſſam, atque Montis Caneoſi Comitiſſam, & Cupertini Dominam glorioſiſſimam. Inc. *Quamquam, Sereniſſima Domina, mihi numquam dubium fuerit, quod Sublimitas Tua me ſemper dilexerit, tamen profecto non mediocriter laetata ſum, huius tui in me ſingularis amoris nuper gratam ſuavemque epiſtolam tuam teſtem acceſſiſſe = Profecto non ſine gratia creditur eſſe maxima, quam tua illuſtris benignitas dignatur amplecti. Praeterea, tibi confiteor, me quaedam admiratio vehementer afficit, quod Secretarius tuus Angelus de Ioannotto apud tuam Celſitudinem, me tam gratam & concupitam eſſe notaverit*. Deſ. *quamquam tu, Illuſtriſſima Princeps, ab honoratiſſimis viris, clariſque mulieribus circumſepta, mea parvitate non indiges; tuae autem ampliſſimae gratiae me totam trado atque condono*.

XII. pag. 67. Leonardi Arretini Iſagogicon Moralis Diſciplinae ad Galeottum Ricaſulanum, ut in Cod. XXI. Plut. L. Catalogi Tomo cit. pag. 512 §. II.

XIII. pag. 73. Platonis Epiſtolae VII. priores

(1) Nihil de ea habes apud Maffeium in Scriptoribus Veronenſibus.

Digitized by Google

res per Leonardum Arretinum e Graeco in Latinum traductae, cum Praefatione ad Coſmam Medicem, ut in Codice XLII. Plut. LXXVI. ſupra pag. 113. § I. ubi tamen ſunt Epiſtolae XII. quare ultima huius Codicis illa eſt, quae in dicto Codice incidit in pag. 21. eiuſque poſtrema verba ſunt: *conſolationis quidem atque epiſtolae mihi iam finis ſit*, quae occurrunt in citati Codicis pag 37. *b*, lin. 5.

XIV. pag. 81. *b*. Eloquentiſſimi noſtrae tempeſtatis viri Poggii de Terranova Oratio pro gratiarum actione, ut in Cod. XX Plut. XLVII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 408. §. LXXXVI. ubi eſt anepigrapha.

XV. pag. ead. Eiuſdem alia Oratio pro gratiarum actione. Ibid. pag. 410. § CXVIII. ubi item anepigrapha.

XVI. pag. 82. Eiuſdem alia pro gratiarum actione, ut in Cod. XXXIV. huius Plutei, ſupra pag. 498. §. XXXVII.

In fine legitur: *Iſte liber eſt Lucae Antonii* (1) *Ioannis de Sancto Geminiano. Iste liber eſt mei Lucae Antonii Ioannis de Bernardis de Sancto Geminiano*. Huius Lucae Antonii nomen pluries legebatur etiam in prima pagina, ſed poſtmodum eraſum fuit; reſtat tamen adhuc pag. 47. *b*. in tranſverſo margine exaratum.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. partim Latinus, partim Italicus, breviatae ſcripturae, cum indiculo in principio alia manu, ſed antiqua, num. 747. olim notatus. Conſtat foliis 94.

## BASILII, XENOPHONTIS, ET PLVTARCHI QVAEDAM L. ARRETINO INTERPRETE.

*Cod. LVII.* I. pag. 1. MAgni Baſilii Liber de ſtudiis inſtituendis, interprete Leonardo Arretino, cum Praefatione ad Colucecium Salutatum, ut in Cod. XV. Plut. LXV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 734. § IV.

II. pag. 14. *b*. Xenophontis Tyrannus, eodem interprete, cum Praefatione ad Nicolaum ſuum, ut ibid. pag. 733. §. III.

III. pag. 31. Marci Antonii Vita, eodem interprete, cum Praefatione ad Colucecium Salutatum, ut in Cod. X. Plut. LII. Ibid. pag. 553. § II.

IV. pag. 88. Domini Baptiſtae de Alberto (*ſic*) Militis Aurati, Dicteria quaedam brevia Latina & Italica, quibus adſcribitur annus *VII. Febr. MCCCCLXXXVI*. In fine vero poſt excerpta de Italia ex Blondo, notatur annus *MCCCCLXXVIII*. & hoc monumentum: *Borchinone XII. Auguſti MCCCCLXXVII. feliciter Amen. Dominus Petrus Ferrarius Zamor. Legum Doctor in Parrochia Sancti Michaëlis iuxta domum &c. Dominus Gabriel de Vives Legum Doctor*.

(1) Nomen *Lucae Antonii* deletum eſt.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. cum notulis marginalibus, & indiculo in principio recentiore manu, num. 991. antiquitus deſignatus, in cuius prioris paginae ſummo margine nomen poſſeſſoris *Ioannis Gaddii* legitur. Conſtat foliis 90.

## L. ARRETINI OPERA QVAEDAM.

I. pag. 1. LEonardi Arretini de primo Bello Punico Commentariorum Libri III. cum Praefatione anepigrapha, ut in Codice IX. Plutei LXV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 731. §. II. *Cod. LVIII.*

II. pag. 55. Eiuſdem de Militia Liber, item ſine ullo titulo, Rainaldo Albizio dicatus, ut in Codice III. Plutei LII. Ibid. pag. 545. §. II.

III. pag. 67. *b*. Eiuſdem Commentarium Rerum Graecarum, item ſine titulo, quod tamen Equiti Angelo Acciarolo inſcribitur, cum Praefatione, ut in Codice XXVII. eiuſdem Plutei. Ibid. pag. 566. § IV.

IV. pag. 90. *b*. Eiuſdem de Bello Italico adverſus Gothos Libri IV. ad Iulianum Cardinalem S. Angeli, ut in Codice IX. Plutei LXV. Ibid. pag. 731. §. III.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, Summariis in margine, & ſtemmate familiae Gaddiae in principio, in cuius prima pagina vacua legitur: *Mariani Epiſcopi Cort. MCCCCLXXVI*. antiquitus num. 585. deſignatus. Conſtat foliis 160.

## PLATONIS EPISTOLAE L. ARRETINO INTERPRETE.

PLatonis Epiſtolae XII. e Graeco in Latinum traductae a Leonardo Arretino, cum Praefatione ad Coſmam Medicem, ut in Codice XLII. Plutei LXXVI. ſupra pag. 113. §. I. *Cod. LIX.*

Codex chartac. Ms. in fol. minori Saec. XV. num. 461. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 26.

## L. ARRETINI OPERA VARIA.

I. pag. 1. LEonardi Arretini Cicero Novus, cum Praefatione ad Nicolaum Niccolum, ut in Codice I. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuper. pag 541. §. I. *Cod. LX.*

II. pag. 27. Eiuſdem de origine urbis Mantuae ad Ioannem Franciſcum Gonzagam Principem Mantuanorum, ut in Codice III. eiuſdem Plutei Ibid. pag. 547. §. IX.



Digitized by Google

III. pag. 32. *b.* Eiuſdem Oratio in Hypocritas. Ibid. pag. 545. §. III.

IV. pag. 38. *b.* Eiuſdem Epiſtola Hugoni medicorum principi de voce ταγαθὸν. Ibid. §. IV.

V. pag. 42. Eiuſdem Epiſtola Thomae Cambiatori, an divitiae bona ſint. Ibid. pag. 546. §. V.

VI. pag. 45. *b.* Eiuſdem Epiſtola ad Nicolaum de antiquitatis monumentis ad urbem Ariminum. Inc. *Egiſti mecum*. Deſ. *nequaquam fuiſſe praetereundum. Vale. Arimini X. Kal. Martias*. Inter Epiſtolas cit. Florent. editionis eſt Lib. III. Ep. IX.

VII. pag. 49. Eiuſdem Epiſtola Ioanni Nicolae Veronenſi, quid ſit τὰγαθὸν, Inc. *Admiratum dixiſti doctum quemdam virum, quod in Ethicorum interpretatione, quam nuper edidi, ita ſcriptum fuerit ſummum bonum*. Deſ. *ſummum bonum eſſe collegimus. Vale denuo. Florentiae*. Ibid. Lib. X Ep. XXVI.

VIII. pag. 51. Eiuſdem Epiſtola Nicolao ſuo de moribus Germanorum. Inc. *Si quae heic agantur, quaeve dicantur te curare putarem, ſcriberem tibi acta Concilii, & quotidianarum rerum Commentarios facerem*. Deſ. *gubernatio tamen Reip. communis eſt plebeiis, & nobilibus. Vale. II. Kal. Ianuarias ex Conſtantia*. Ibid. Lib. IV. Ep. III.

IX. pag. 56. Eiuſdem Dialogorum Libri II. ad Petrum Hiſtrum, ut in Codice III. Plutei LII. Catalogi Tomo cit. pag. 546. §. VIII.

X. pag. 77. Demoſthenis Oratio prima contra Philippum e Graeco in Latinum converſa ab eodem L. Arretino, ut in Codice VIII. Plutei LXXXII. ſupra pag. 192. §. III.

XI. pag. 81. Epiſtola anepigrapha, quae tamen eſt Ovidii XV. ſub nomine Sapphus ad Phaonem, ut in Codice XXVI. Plutei XXXIV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 154. §. III. Heic autem in fine notatum eſt: *Ex Poëmatibus Saphos poëtiſſae Mityleneae ad Phaon* (ſic) *dilectum ſuum*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. cum initialibus Operum auratis & coloratis, indiculo in principio alia manu, in cuius prima pagina legitur: *Liber Petri Pauli de Borgiannis ſuorumque & amicorum num.* 34. antiquitus num. 614. notatus. Conſtat foliis 84.

## DEMOSTHENIS ET AESCHINIS ORATIONES L. ARRETINO INTERPRETE, NEC NON CORNELII NEPOTIS, ET AEMILII PROBI VITAE QUAEDAM.

*Cod. LXI.* I. pag. 1. DEmoſthenis & Aeſchinis Orationes variae, interprete Leonardo Arretino, praeviis argumentis, & cum Praefatione ad Nicolam Medicem. Prima eſt Demoſthenis Oratio prima contra Philippum, ut in Codice VIII. Plutei LXXXII. ſupra pag. 192. §. III.

II. pag. 10. Eiuſdem Oratio ſecunda in eumdem. Ibid. § IV.

III. pag. 13. Eiuſdem Oratio de Pace ſervanda quarta. Ibid. pag. 193. §. VI.

IV. pag. 15. Eiuſdem Oratio tertia in Philippum, ut in Codice XVII. Plutei LIII. Catalogi Tom. ſuper. pag. 613. § III.

V. pag. 19. Eiuſdem Oratio pro Diopythe. Ibid. §. IV. ubi inſcribitur *De Cherſoneſo*.

VI. pag. 26. Aeſchinis Oratio contra Cteſiphontem. Ibid. §. I.

VII. pag. 57. Demoſthenis Oratio anepigrapha, quae tamen eſt ſecunda contra Aeſchinem. Ibid. §. II. Heic autem in fine legitur: *Leonardus Arretinus hanc Demoſthenis Orationem ex Graeco in Latinum convertit, quam VII Kal. Maii Romae abſolvit feliciter*.

VIII. pag. 84. *b* Aeſchinis Atromiti, Senatui, Populoque Athenienſi Epiſtola, ut in dicto Codice VIII. Plutei LXXXII. ſupra pag. 193. §. X.

IX. pag. 86. Vita Attici ex Hiſtoriarum Latinarum Cornelii Nepotis Libro, ut in Codice XXX. Plutei LXIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 701. §. XIII.

X. pag. 93. Vita Catonis ex eodem Libro. Ibid. §. XIV.

XI. pag. ead. *b.* Verba Corneliae Gracchorum matris ex eodem Libro. Ibid. pag. 702. §. XV. ſub titulo: *Epiſtola de morte Tiberii Gracchi*.

XII. pag. 94. Aemilii Probi de Excellentibus Ducibus exterarum gentium Liber, cum Praefatione, ſeu potius primae tres tantum vitae, nimirum Timoleontis, Himilcaris, & Hannibalis. ut in Codice XXV. Plutei LXVII. Catalogi Tomo cit. pag. 830. §. I.

Codex chartaceus Ms. in 4. maiori Saec. XV. aquis pluvialibus maculatus. Conſtat foliis 102.

## ARISTOTELIS RHETORICA GEORGIO TRAPEZUNTIO INTERPRETE.

I. pag. 1. ARiſtotelis Stagyritae Rhetoricorum ad Theodecten Libri III. Georgio Trapezuntio interprete. Liber I. inc. *Rhetorica cum Dialectica convertitur, nam de eis utraque eſt, quae cognoſcere quodammodo omni communiter eſt, & nullius determinatae ſcientiae*. Liber III. deſ. *atque per articulum oratio idonea eſt, ut peroratio non oratio ſit. Dixi, audiſtis, habetis, iudicate*. Prodierunt Pariſiis apud Sim. Colinaeum MDXXX. 8. & alibi ſaepius. *Cod. LXIV.*

II. pag. 97. Anonymi Summaria, & ſcholia quaedam in ſuperiores Rhetoricorum Libros.

III. pag. 105. Averrois alia ſcholia in eoſdem. Co-

Digitized by Google

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. elegantiſſimae ſcripturae, duplici manu exaratus, cum ſcholiis marginalibus tertia manu appoſitis, num. 358. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 106.

## M. T. CIC. L. ARR. POGGII, PHILISCI, AVRISPAE, PANORMITAE, VALLAE, PEROTTI, ET ALIORVM OPVSCVLA, ORATIONES, ET EPISTOLAE.

Cod. LXV. I. pag. 1. Significatio litterarum antiquarum, & abbreviaturae antiquae, quae reperiuntur in Epiſtolis Ciceronis, in quarum fine octo verſiculi Italici leguntur in laudem Ciceronis, ſed nullius momenti.

II. pag. 3. M. T. Ciceronis Epiſtolae ſelectae ad P. Lentulum & alios.

III. pag. 28. Lucii Catilinae Oratio contra Ciceronem Conſulem pulcherrima. Inc. *Omnes homines, qui in maximis Principatibus vitam agunt, aut qui rebus publicis, aut privatis conſultant, decet inprimis animadvertere, ne cuiquam voluptati tamen aſſentiant.* Deſ. *a faucibus inimici Conſulis eripite ſupplicem, atque inſontem priſtinae claritudini, omnium civium gratiae, ac benivolentiae veſtrae reſtituite.*

IV. pag. 34. Ciceronis Invectiva contra Catilinam in Senatu Romano. Inc. *Non eſt tempus ocii, P. C. non eſt locus amplius potatum* (1). *In Italia peſtis Italiae, in civitate civitatis incendium alitur, coaleſcit in dies.* Deſ. *ſi Catilinam, immo vero terrorem omnium de civitate expuleritis.*

V. pag. 35. *b.* Catilinae reſponſio contra Ciceronem (2), ut in Codice XLIV. huius Plutei ſupra pag. 580. §. IV.

VI. pag. 36. *b.* Lucretii Epicurei carmina quaedam.

VII. pag. ead. Floſculi elegantiſſimi ex Lactantio Firmiano de Ira Dei.

VIII. p. 42. Floſculi alii ex eiuſdem Libro de Opificio Dei ad Demetrium, quibus ſubiiciuntur pag. 48. D. Hieronymi teſtimonia duo de Lactantio.

IX. pag. ead. *b.* Sequuntur Capita quaedam, videlicet I. Varia opinio de diverſis Apollinis nominibus, II. Avieni ad Praetextum (*ſic*) verba, III. Vectii ad Avienum verba.

X. pag. 49. Lentuli Iudaeae Praeſidis Epiſtola de Chriſto, ut in Codice XXIX. Plutei XIX. Catalogi Tomo I. pag. 573. §. XLII.

XI. pag. ead. *b.* Guarini Veronenſis Illuſtri Domino Leonello (3) Epiſtola. Inc. *Nuntius ecce novus affertur; novitate movebere facti; exortus eſt Caeſariomaſtix, unus qui Caeſari calumnias intendat.* Deſ. *pro tua ſeveritate ſententiam feres.*

XII. pag. 50. Eiuſdem brevis Praefatio ad Quirinum ſuper traductione Calumniae Luciani viri facetiſſimi (4), quae ita ſe habet: *Animadvertis ſaepe mecum, Quirine Pater, & magna mentis conſternatione, quanta in te machinata ſit illius obtrectatoris atrocitas, uſque adeo comes felicitatis eſt executrix ſemper invidia. Quare ſatis in te, aperto periculo, contumelias, fraudes, maledicta, vimque delatoris, vel ignarus experturus eras, ut tua ſimul innocentia tueretur; adverſus illum, quiſquis eſt, laxatis invehi licebat affectibus. Sed inter legendum, quoddam Luciani elegans occurrit Opuſculum, quod triapte in illum exemplum editum arbitrabere. Illud idcirco, quia tu illos calumniantes exſtat, a Graeco tibi ſermone in Latinum verti, ubi ſi quid ſua gravitate dignum eluxeris, gratia erit utrique referenda. Conſolare viris aetatis noſtrae clariſſimis, avunculo ſcilicet, & nepoti, e quorum induſtria pariter & diligentia derivatum eſt quidquid Graecarum litterarum ad veſtrates effluxit; nam quid diſſimulare, aut ſuo labori praemia decet intercipi? Haec quum accipies, mirum in modum iocabundum videre te videor. Solebas itidem quoties ad te ſcribebam meis arridere, magiſque probare, credo, ut ad ſtudia calcar inciteres. Neſcio enim quo pacto tacitus ad virtutem ſtimulus laus eſt; ſic in certamine pugilem faventium clamor excitat, & ſibilus remigem, meque aridulum, more diligentis agricolae ſaepius irrigabas, & indefeſſus excolebas, ut ex tuae humanitatis opera nonnihil aliquando frugis adducerem. Eam igitur, quidquid eſt, ut aliqua ex parte deguſtes, has offero tuae culturae primitias, quas eo gratiores habere debebis, quo ab longinqua magis regione & alienigenis lectae ſunt. Taceo auctorem, cuius dignitatem, & in dicendo pondus, ne prolixioribus te verbis obtundam, tuo relinquendum iudicio ſatius fore duxi; ea plane licebit ex legendis intueri.* Non recenſetur haec verſio nec a Maffeio, nec a Zeno ll. cc.

XIII. pag. ead. *b* Floſculi ex Oratione Ciceronis ad Pontifices pro Domo ſua electiſſimi.

XIV. pag. 51. Redeunt aliae Ciceronis Epiſtolae ſelectae, quarum nonnullae, Italicae quoque datae ſunt linguae. Inter has pag. 64. inſeritur Leonardi Arretini Epiſtola Nicolao ſuo, quae inc. *Audivi ex familiaribus tuis te heri triſtiorem diſceſſiſſe, quod parum clementer, parum gratioſe a me fueras tuo adventu ſuſceptus.* Deſ. *quam te infenſum mihi praeſtes. Vale, & nos reviſas precor.* Itemque pag. 65. occurrunt duae aliae litterae anepigraphae, quarum una inc. *Diſpeream, mi P. ni tibi, quemadmodum, & mihi cupiam, ut bonus evadas pariter, & eruditior.* Deſ.



(1) Ita prorſus legitur in Codice, & quidem cum lineola recta ſupra priores tres litteras adiacente, ita ut efferri poſſe videatur *poteſtatum*; ſed quinam huiuſce vocis ſenſus hoc loco ſit, coniectari nequeo.

(2) Hae tres Orationes videntur ab aliquo Eloquentiae ſtudioſo, exercitationis gratia compoſitae.

(3) Huic Leonello Eſtenſi dicavit Guarinus Plutarchi Opuſculum de differentia aſſentatoris & amici, a ſe Latine redditum. Vid. quae de eiuſdem Mss. Epp. tradunt Maffeius in Scriptor. Veronenſ. & Apoſt. Zenus in Differt. Voſs. Tom. I. pag. 222.

(4) Hanc Praefationem memorat, uti Ms. in Biblioth. Gaddiana Iac. Gaddius de Scriptor. non Eccleſ. Tom. I. pag. 218.

Digitized by Google

Deſ. *quia aut Ciceronis Epiſtolas, aut Leonardi* (ſcilicet Arretini) *aut aliorum praeſtantiſſimorum hominum tibi ſemper legam, atque explanem. Vale, & ad me reſcribe*. Altera reſponſiva inc. *Litterae tuae, P. optime, multum mihi voluptatis attulerunt, quibus plane oſtendis te mihi ea cupere, quae natis ſolent parentes optare*. Deſ. *me, ut ſoles, commendatum habeas*.

XV. pag. 71. Oratio Demadis Oratoris praeſtantiſſimi habita in Senatu Athenienſium, cum Italica interpretatione. Inc. *Admirans vehementer admiror, viri Athenienſes, quonam modo timiditatem nobis incutiens &c.*

XVI. pag. 72. Oratio praeſtantiſſima, ac paene divina Demoſthenis habita in Senatu Athenienſi, item cum Italica interpretatione. Inc. *Apud vos in quaeſtionem verti video, Iudices, utrum ſumenda ſint arma adverſus Alexandrum &c.*

XVII. pag. ead. *b*. Senatus Populique Florentini Epiſtola ad Senatum Populumque Venetum, ut in Codice XXXIV. huius Plutei ſupra pag. 504. §. CX. ubi *Duci Venetiarum* inſcribitur.

XVIII. pag. 73. Aliae Ciceronis Epiſtolae.

XIX. pag. 74. *b*. Leonardi Arretini Epiſt. Omnibono (Leoniceno). Inc. *Solent qui errati veniam petunt*. Deſ. *in magno quotidie errore perſeverat. Vale*. Lib. X. Ep. IV. ubi *Panagatho* inſcribitur.

XX. pag. 75. Poggii Epiſtola Nicolao de Niccolis, quae ita habet: *Gravem ac triſtem nuntium accepi, mi Nicolae, & qui maximum mihi vulnus inflixit, mortem ſcilicet patris noſtri Colucii, eloquentiſſimi omnium & ſapientiſſimi viri, quem ego multis lacrymis proſequutus ſum, magna cordis acerbitate. Non enim ſine magno dolore luctuque mors viri praeſtantiſſimi poteſt praetermitti, niſi velimus omnino, aut cordis ferrei eſſe, aut immemores tot, tantorumque beneficiorum, quae ipſe, dum vixit, pro ſua clementia atque humanitate in nos contulit; quamquam id quidem eſt nobis commune cum multis, quos ille, partim verbis ampliſſimis ornavit, partim ſublevavit factis munificentiſſimis. Sed aliud quoddam eſt, quod nos omnes, qui proſequimur ſtudia haec humanitatis compellit eſſe ſummo in maerore, ac luctu. Amiſimus enim patrem, quem poſthac non facile reperiemus; amiſimus virum ſtudiorum omnium ſtudioſiſſimum; amiſimus hominem noſtri prae ceteris amantiſſimum; amiſimus portum, ac refugium omnium eruditorum, lumen patriae, Italiae decus. Vidimus multos, multa legimus de quamplurimis clariſſimis viris; at uno in homine tot dona naturae, tantam vim doctrinae, tot denique virtutes congeſtas numquam profecto invenire poteris. In quo homine, ut omittam, quantum valeret, vel ſapientia, vel eloquentia; in quo, inquam, homine, illius ſanctiſſimi viri, (neque enim aliter a nobis appellandus) tantam humanitatem reperies, affabilitatem, clementiam, feſtivitatem? quae quum condirentur gravitate ſcientiae, & ſenectutis auctoritate, nil nobis eius conſuetudine, ac colloquio poterat eſſe iucundius. Vt omittam quod pater communis erat omnium, & amator bonorum; quale illud quod omnes, in quibus conſpiciebat lumen aliquod ingenii, non ſolum verbis incendebat ad virtutem, verum multo magis, tum copiis, tum libris ſuis iuvabat, quos ille tamquam pleno copiâ cornu, non magis uſui ſuo, quam ceterorum eſſe volebat!* (1) *Minervam. Ego tibi ea narro, quae tu multo & praeſens, & melius noſti, quam ego. Sed iuvat in Colucii noſtri verſari ſermone, cuius de virtutibus, ſingularique eius in nos amore, de munificentia, vitae ſanctimonia, deque ſuae totius aetatis curſu, ſi vita ſupererit, alias latius conſcribemus. Nunc ſcribam, me tali amiſſo patre, magnopere confectum vulnere, quod quidem fortaſſis eſſet levius paullulum, ſi eum ſemel, poſtquam Romam veni, viventem adſpicere potuiſſem. Qua in re vos, qui iſtic eſtis laetos iudico, qui una eſſe potuiſtis, & extremum eius anhelitum haurire, & notas audire & reddere voces; quamvis hoc acerbius eſſe ſolet, ſcilicet videre, quam audire; nec enim exiſtimo te poſſe ullo modo tenere lacrymas, quum locum illum in Palatio videbis, in quo ipſe reſidebat, in quo tam multa ab illo audiebamus. Sed haec ſatis. Ita me Deus adiuvet, ut ego lacrymas tenere non poſſum, quum haec ſcribo. Audio, funus magnificum eſſe factum, de cuius pompa atque appa. atu, deque eius obitu, cauſſa morbi, deque rebus omnibus, quae ad eum ſpectant, me velim facias certiorem, & omnia ſingulatim ad me conſcribas; filios ſuos meis verbis ſolare, atque expone, quo ego ſim in dolore. Illud etiam a te ſcire velim, quid videlicet futurum exiſtimes de libris ſuis, & cui itidem, ut ex Magino Loyſio,* (ſic) *aliquam ſui effigiem expreſſiſti. Tu vero memoriam talis viri ſanctiſſime cole, eiuſque opera diligentiſſime; ſed vale, & quoad potes extollere. Audio in ſucceſſione officii multos eſſe competitores, & in his Leonardum* (*Arretinum*) *noſtrum, pro cuius honore, ut ſoles, labora. Vale. Idibus Maii Romae*.

XXI. pag. 76. *b*. S. Hieronymi Epiſtola ad matrem & filiam in Gallia commorantes, cum Praefatione, ut in Codice XIII. Plutei XIX. Catalogi Tom. I. pag. 542. § LV.

XXII. pag. 82. Ciceronis Epiſtola Octaviano.

XXIII. pag. ead. Leonardi Arretini Epiſtola B. ſuo. Inc. *Vuis tuis litteris diſertiſſimis hoc breviſſimo tempore ſuadens atque aeſtuans reſpondere*. Deſ. *vale, & ſiquid inpraeſentiarum tardius reſpondi, aequo animo feras; ſum enim in re continuus, quae res facit, ut minus accurate ſcribam. Ex Florentia IV. Idus Sextilis*.

XXIV. p. ead. *b*. Philiſci Conſolatoria ad Ciceronem cum hoc titulo: *Cicero quum in Macedonia exſularet, a Philiſco Philoſopho ita monitus*

(1) Spatium unius vocis relictum eſt in Codice.

Digitized by Google

*tus eſt, quod Auriſpa ex hiſtoria Dionis Graeci ad Baptiſtam Capodiferrum tranſtulit*, ut in Codice LII. huius Plutei ſupra pag. 629. §. III. Subiungitur heic Caput inſcriptum *Quomodo dictus ſit Africanus*.

XXV. pag. 87. Orationes Homeri cum Prooemio Leonardi Arretini, ut in Codice LIV. huius Plutei ſupra pag. 633. § III.

XXVI. pag. 94. *b*. Peroratio praeſtans de fama ſervorum. Inc. *Habes, ut opinor, aſſertum non eſſe faſtidio deſpiciendum ſervile nomen*. Deſ. *quumque heic finem facere vellet loquendi, ſubiecit Aurelius Symmachus*.

XXVII. pag. 95. Argumentum in Orationes pro Cteſiphonte, & in Cteſiphontem. Inc. *Adverſus Philippum Macedoniae Regem Graeciae dominatum ſibi vendicantem &c.*

XXVIII. pag. ead. Aeſchinis Epiſtola Senatui Populoque Athenienſium, ut in Codice VIII. Plutei LXXXII. ſupra pag. 193. §. X. Legitur ſub diverſa interpretatione inter Epiſtolas Graecanicas mutuas Iac. Cuiacii pag. 44.

XXIX. pag. 96. *b*. Inſcriptio in baſi ſtatuae C. Marii Arretii (1), quae ſequens eſt:

C. MARIVS . COS. VII.

PR. TR. PL. QVAESTOR . TR. MILITVM . EXTRA . SORTEM . BELLVM . CVM . IVGVRTHA . REGE . NVMIDIAE . CONSVL . GESSIT . EVM . CEPIT . ET . TRIVMPHANS . IN . SECVNDO . CONSVLATV . ANTE . CVRRVM . SVVM . DVCI . IVSSIT . TERTIVM . CONSVL . ABSENS . CREATVS . EST . QVARTVM . CONSVL . TEVTONORVM . EXERCITVM . DELEVIT . QVINTVM . CONSVL . CIMBROS . FVGAVIT . EX . ILLIS . ET . TEVTONIS . ITERVM . TRIVMPHAVIT . REM . P. TVRBATAM . SEDICIONIBVS . TR. PL. PR. QVI . ARMATI . CAPITOLIVM . OCCVPAVERANT . SEXTVM . CONSVL . VINDICAVIT . POST . SEPTVAGESIMVM . ANNVM . PATRIA . PER . ARMA . CIVILIA . EXPVLSVS . ARMIS . RESTITVTVS . SEPTIMVM . CONSVL . FACTVS . EST . DE . MANVBRIIS . CIMBRIS . ET . TEVTONIS . AEDEM . HONORI . ET . VIRTVTI . VICTOR . FECIT . VESTE . TRIVMPHALI . CALCEIS . PATRICIIS . . . . .

Adnotatur in fine: *In ſtatua C. Marii haec ſcripta ſunt litteris antiquiſſimis*.

XXX. pag. 97. Floſculi ex Timaeo Platonis.

XXXI. pag. ead. Somnium Scipionis ex ſexto Reip. Ciceronis, ut alibi.

XXXII. pag. 101. Collectanea quaedam brevia ex veteribus Hiſtoricis, quorum hi ſunt tituli:

I. Contra Scipionis modeſtiam a Fabio.

II. pag. ead. Q. Metellus pro Scipione contra Q. Fabium.

III. pag. ead. *b*. Laudes Scipionis a Locrenſibus.

IV. pag. ead. Oratio Scipionis in Africa tranſituri ad Deos vetuſtiſſima.

V. pag. ead. Purgatio Scipionis Syphacis.

VI. pag. 102. Verba Scipionis ad Carthaginenſes.

VII. pag. ead. Verba Hannibalis ad Legatos Carthaginenſes, quum ex Italia revertерentur.

VIII. pag. ead. Nota de Hannibale Italiam relinquente.

IX. pag. ead. *b*. Iudicium de Fabio Maximo, & moribus.

X. pag. ead. Iudicium Romanorum de Hannibale, & Scipione.

XI. pag. 103. Exhortatio Hannibalis ad milites pugnaturos.

XII. pag. ead. *b*. Calliditas Hannibalis.

XIII. pag. ead. Virtutes, & vitia Hannibalis ab initio.

XIV. pag. 104. Mirabiles laudes Hannibalis.

XV. pag. ead. *b*. Torquatus pro Syracuſanis contra Marcellum.

XVI. pag. ead. Decius ad Poſtumianum loquitur.

XVII. pag. ead. Poſtumianus ad Decium.

XVIII. pag. 105. Decius loquitur.

XIX. p. ead. Poſtumianus loquitur.

XX. pag. ead. Decius, & Poſtumianus pluries.

XXI. pag. 106. Praetextus.

XXII. pag. ead. Caecina Albinus loquitur.

XXIII. pag. 107. Laus maxima Albini Caecinae.

XXIV. pag. ead. *b*. Servius ſententiam & iudicium praeallegans.

XXXIII. pag. 108. Leonardi Arretini Epiſtola Coluccio. Inc. *Ad litteras tuas accuratius reſpondebo*. Deſ. *me certiorem face. Ex urbe MCCCCV.* Inter eius Epiſtolas curante Laur. Mehus Flor. edit. alias cit. eſt Lib. I. Epiſt. IV.

XXXIV. pag. ead. *b*. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Quaeſiſti ex me, an Hectoris nomen ſignificet aliud, quam Priami filium*. Deſ. *incommoditatem librorum accuſa* Ibid. Epiſt. VI.

XXXV. pag. 109. Eiuſdem ad Nicolaum. Inc. *Si licet invitus*. Deſ. *videre ante reditum ſpero. Vale. Romae Id. April.* Ibid. Epiſt. XI.

XXXVI. pag. ead. Eiuſdem ad Niccolam Medicem. Inc. *Statueram nihil ante ſcribere, quam Romam rediſſem*. Deſ. *ex urbe Roma prolixius ad te ſcribam. Vale. III. Kal. Iun.* Ibid. Epiſt. XIII.

XXXVII. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem. Inc. *Mitto tibi eius epiſtolae exemplum, quam me per tuas litteras flagitaſti*. Deſ. *veram ſententiam faſtidiebant. Vale. Romae Kal. Aug.* Ibid. Ep. XV.

XXXVIII. pag. ead. *b*. Anonymi diſceptatio de Ludis Romanorum. Inc. *Si, Quirites,*
*vel-*

(1) Codex Franciſci Rhedii dicit hanc Inſcriptionem exſtare Arretii in baſi ſtatuae C. Marii, qui priores duos verſus truncatos exhibet. Dempſterus ad Lib. V. Antiquit. Rom. Cap. 36. ait illam eſſe Arimini, variatque in lectione. Sed Piccardus in Collectione num. 62. Romae in dorſo Collis Quirinalis in domo Pomponii fuiſſe ſcribit. Habes autem cum variis lectionibus in Theſaurο Iani Gruteri Veterum Inſcriptionum editionis Amſtelaed. apud Franciſcum Halma fol. pag. CCCCXXXVI. num. 3.

Digitized by Google

*vellem recenſere principia ludorum, quos his diebus eſtis celebraturi, quam ob rem fuerint inſtituti, & longior eſſem, quam ratio praeſentis temporis poſtulet, & haec ipſa vos exiſtimo ſaepius hoc in loco audiſſe*. Deſ. *altiſſimus conſervet*.

XXXIX. pag. 110. *b*. Poggii viri doctiſſimi Invectiva prima in Franciſcum Philelphum, in qua reſpondet ſatyrae in Nicolaum de Niccolis per eumdem Philelphum editae. Inc. *Impuriſſimam, atque obſcaeniſſimam*. Deſ. *ſatis accumulatam. Florentiae*. In edit. Aucuparii alias cit. a pag. XL. t. ad pag. XLII. t.

XL. pag. 115. *b*. Leonardi Arretini Epiſtola Coluccio, Inc. *Romam veni ad octavum Kal. April* Deſ. *ſuperetur*. Lib. I. Ep. I.

XLI. pag. 116. *b*. Eiuſdem eidem. Inc. *Scripſi tibi ante de contentionibus*. Deſinit imperfecte in verbis: *Pontifici, patribuſque* .... Ibid. Ep. II.

XLII. pag. 116. Sequuntur I. Apoſpaſma ex Rhetoricis Ciceronis, II. Nomina ventorum, III. Declarationes carminum Boëthii, IV. De diverſis Horatii metris.

XLIII. pag. 124. Diſticha XI. quorum primum inſcribitur *Interrogatio*, & alterum *Reſponſio*. Inc.

*Interrogatio.*

*Si pater eſt Adam cunctis, & ſi mater Eva,*
*Cur non ergo ſumus nobilitate pares?*

*Reſponſio.*

*Degenerant homines vitiis, ſiuntque minores;*
*Exaltat virtus, nobilitatque genus &c.*

XLIV. pag. 125. Leonardi Arretini Iſagogicon Moralis Diſciplinae, ut in Cod. XXI. Plut. L. Catalogi Tomo ſuper. pag. 512. §. II.

XLV. pag. 136. Panormitae Epiſt. Poggio. Inc. *Epiſtolae tuae &c.* Deſinit imperfecte in verbis: *in quibus vel praecipue* ..... Integram habes in Codice XXII. Plut. XXXIII. Tomo ſuper. pag. 110. § III.

XLVI. pag. 137. Laurentii Vallenſis Epiſtola utriuſque linguae eximie docto Nicolao Perotto. Inc. *Putabam me ad te non eſſe ſcripturum*. Deſ. *Elegantias nondum recuperare potui, recuperaturus propediem, quia iam noſter Arretinus huc rediit, eaſque mittam cum Livio, ſi Livius ille tam ſquallidus, & oppido iſto, quam te dignior te delectare poteſt. Vale. XV. Kal. Decembr.*

XLVII. pag. ead. Nicolai Perotti Epiſtola Laurentio Vallenſi. Inc. *Quoties ad te ſcribo, maximam capio voluptatem, vel quia tecum eſſe & neſcio quomodo confabulari videor = De munere Summi Pontificis magnopere gaviſus ſum, non tam ob rem ipſam, quamquam ea quidem per ſe ampliſſima eſt, quam quod Pontificis animum ob eam rem facile intelligere poſſumus. Dii perdant eos, qui in hac re tibi negocium exhibuerunt, invidos, & bonorum omnium inimicos; quamquam plus valuit tua unius virtus, quam eorum omnium malitia atque perverſitas. Superioribus diebus quum Hiſpanus noſter huc a te reverſus eſſet, nuntiavit mihi te perquam diligenter ab eo quaeſiviſſe de rebus M. A. Ego, Laurenti, etſi diu multumque optavi, ut ea omnia ad aures tuas pervenirent, cupiebam tamen, ut, tacente me, haec ab alio cognoſceres, ne committerem litteris, ne forte interciperentur. Sed poſtquam opinio mea me feſellit, enitar, ut quamprimum ad te advolem, tibique omnia, ut fuerunt, narrabo. Intelliges, mihi crede, Nicolaum tuum merito alumnum tuae diſciplinae appellari poſſe, meque, ut ſpero, perinde ac praeclarus quidam artifex, inſigni a ſe aliquo opere facto, gloriabere &c.* (1) Deſ. *Vale decus & ornamentum litterarum, & Nicolai tui fac interdum memineris, quod ego de te ipſo facio. Ioannem Arretinum virum clariſſimum iube ex me ſalvere.*

XLVIII. pag. 138. *b*. Laurentii Vallenſis Epiſtola Nicolao ſuo. Inc. *Da mihi, quaeſo, veniam brevius reſpondenti opinione tua*. Deſ. *alias apertius tibi enucleatiuſque ſcribam. Vale. Romae*.

XLIX. pag. 139. Nicolai Perotti Epiſtola Laurentio Vallenſi. Inc. *Nudiuſquartus redeuntibus nobis e Campania, quo recreandi animi gratia ſuperioribus diebus conceſſeramus = Antidotum tuum fac, amabo te, ut quamprimum habeamus; nunc enim & ad te ſcribendi commodiſſimum anni tempus eſt, & locus ſatis opportunus. Aveo id mirum in modum, partim quod utilitatem ex eius lectione videor percepturus, partim quod mirificam te & paene incredibilem laudem ex editione eius libri adepturum intelligo*. Deſinit imperfecte in verbis: *& ſi quid amplius poterunt, animo aequiſſimo adiicient. Sed nolo haec ſequi pluribus, ne in idem* .......

L. pag. 140. Nicolai Burgeſii Epiſtola D. Angelo Epiſcopo Reatino. Inc. *Non ſecus ac ſperabam = Verum, ut ad me redeam, invitus in hac urbe hoc tempore vitam ago, quae inteſtinis ſeditionibus, atque exteris bellis iamdiu vexata, vix ſuſtineri poteſt, & maiora in dies diſcrimina ac pericula ante oculos obverſantur. Fertur enim Comitem Iacobum Piccininum in noſtra loca cum copioſiſſimo exercitu adventare, cuius impetu univerſa haec civitas turbata eſt. = Ego heic publicis a rebus prorſus ſemotus ſum, & ab omni penitus, quantum mihi liceat, cura & adminiſtratione abhorreo. Nam me quum ab incunabulis optimarum diſciplinarum ſtudiis contuliſſem, non poſſum abduci, quin ſolam virtutem rebus aliis praeponendam eſſe cenſeam*. Deſ. *quocirca ad D. V. quam primum potero proficiſcar. Valete diu, ac feliciter*.

LI. pag. 141. Epiſtola (forte eiuſdem) inſcripta: *Docto & eloquenti adoleſcenti Magnifico Equiti Domino Ioanni B. maiori ſuo honorando*. Inc. *Etſi ſemper probatiſſimus quiſque ſummo ſtudio ſequendus ſit*. Deſ. *perge igitur, prae-*

(1) Invehitur in quemdam (forte Poggium) Vallae & amicorum eius obtrectatorem.

Digitized by Google

*praeſtantiſſime mi Ioannes, & eam doctrinam, quam in hunc uſque diem comparaſti magnopere cumulare atque augere ſtudeas, Quod ſi feceris, ſibi honori, patriae dignitati, amicisque emolumento eſſe poteris. Vale, & ſi quando ocium nactus eris, aliquid ad me ſcribere non dedigneris.*

LII. pag. 143. Dialogus Charontis (1) & Mercurii ſcriptus a Luciano, & traductus a Rinuccio Florentino. Prologus ita ſe habet: *Saepe & multum ea mecum cogitavi, quae hac temporum clade funeralique pompa contendenda graviter atque ſapienter ſolitus es mecum diſſerere, quae cum elegantia atque copia, tum differendi ſubtilitate litteris mandare decreveram, niſi facundiſſimi Graecorum Luciani quoddam nobis iucundum occurriſſet Opuſculum, quod Graece dum legerem, tuarum memor diſceptationum tuo nomine Latinum feci, gratum tibi futurum exiſtimans, quum apud eumdem Lucianum non minus quam apud te ridicula ac monſtruoſa habita ſint capita quae tanto mortis terrore afficiuntur, ſumma cuius auctoritate tu tuis opinionibus confirmaberis. Verum ſi quid tua gravitate dignum per nos eluſerit, gratia erit habenda Ioanni Simonacho Protopapae, viro noſtrae aetatis litteratiſſimo, e cuius induſtria, opera, & diligentia derivatum eſt, quidquid Graecarum litterarum ad nos effulſit. Sed haec in praeſentia ſatis. Aliquando ipſum Lucianum audiamus ſic dicentem. Rainutius Florentinus.* Dialogus inc. *Charon. Audite quo pacto quidem noſtra ſe negotia habent.* Deſ. *ſi, lices lapides ac vultures, atque vitam cuiuſque examinari neceſſe eſt* Tum ſubiicitur: *Finit Dialogus lepidiſſimus Luciani Oratoris Graeci per Rainutium in Latinum converſus.*

LIII. pag. 145. *b.* Comparatio Scipionis, Alexandri, & Hannibalis e Graeco in Latinum per Dominum Ioannem Auriſpam converſa, ut in Codice LII. huius Plutei ſupra pag. 630. §. IV. heic tamen ſine Praefatione.

LIV. pag. 148. Plutarchi Epiſtola Traiano Caeſari, ut in Codice XXVII. Plut. LXXXIX. ſuper. huiuſce Voluminis pag. 291. §. XXXVI.

LV. pag. ead. Epiſtola C. Fabricii, & Aemilii Coſs. Romanorum ſuper proditione ſcripta ad Regem Pyrrhum, in qua accuſatur, ſecundum quoſdam Thymocres, cuius filii in convivio Regi pocula miniſtrabant, ſecundum alios Nicias, quod ſe Conſulibus obtulerat Regem venenis necare, ut in Codice I. Plutei XLIX. Catalogi Tomo ſuper. pag. 461.

LVI. pag. ead. *b.* Sequitur reſponſum Pyrrhi Regis, quod ita ſe habet: *Pyrrhus Rex Conſs. & Populo Rom. laudes gratiaſque ſcripſit, captivoſque omnes, quos ſecum habebat Conſulibus reſtituit, reddiditque.*

LVII. pag. ead. Alia Epiſtola Fabricii, & Aemilii Conſs. Romanor. ad Regem Pyrrhum, ut caveat a medico ſuo proditore. Inc. *Neque amicorum, neque hoſtium fortunatus exiſtimator eſſe videris.* Deſ. *dolo contendiſſe.* Edita eſt inter Epiſtolas Laconicas curante Gilberto Cognato Nozereno Baſileae per Io. Oporinum 12. pag. 456.

LVIII. pag. 149. Apoſpaſma ex Agellii Libro XIII. Cap. XXVII. de Noctibus Atticis, ubi de familia Catonis loquitur.

LIX. pag. ead. Panaetii Philoſophi deſcriptio conditionis humanae vitae in Libris Officiorum.

LX. pag. 150. Excerpta ex Libris Quintiliani.

LXI. pag. 172. Carmen in favorem cuiuſdam ſocii nomine Potentis per Baptiſtam Lunenſem ad D. Petrum genitorem ſuum. Inc.

*Lunenſis, celebrem tua quem facundia mundo*
*Reddidit, o pridem viridi digniſſime lauro,*
*Lux hominum, vatumque decus, quo ſaecula cuncta,*
*Omnis certe aetas, omnis laetabitur ordo.*

Deſ.

*Stelliferis, regnis, Chriſtoque in ſaecla fruaris.*

Codex chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. varia manu, difficili & perquam mendoſo charactere exaratus, cum titulis rubricatis, & indiculo in principio recenti manu, ſed admodum ieiuno, in cuius prima pagina legitur: *Hic liber eſt Bartol. Iuliani de Germis;* num. 728. antiquitus deſignatus, Conſtat foliis 172.

## M. T. CIC. DE OFFICIIS, DE AMICITIA, DE SENECTVTE, PARADOXA &c.

I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis de Officiis Libri tres, ut alibi. *Cod. LXVI.* In fine legitur: *Laus Deo Salvatori noſtro. M. T. Ciceronis ad M. filium Liber tertius de Officiis explicit.* Tum ſequuntur verſiculi octo in eius laudem, quos retulimus ex Codice XVIII. Plutei LXXVI. ſupra pag. 95. §. I. Huiuſce tamen Codicis lectio concordat cum illa Codicis XX. eiuſdem Plutei., cuius variantes in calce ſupradictae paginae 95. & 96. appoſuimus.

II. pag. 67. Eiuſdem de Amicitia Liber.

III. pag. 86. Eiuſdem de Senectute Liber.

IV. pag. 103. Eiuſdem de Paradoxis.

V. pag. 112. Eiuſdem Epiſtola ad Trebatium. Inc. *In omnibus meis epiſtolis &c.*

VI. pag. ead. Eiuſdem ad Lentulum Epiſtola. Inc. *Quod me rogas, ut mea tibi ſcripta mittam &c.*

VII.

(1) Alium Luciani Dialogum, qui inſcribitur *Charon*, ab eodem Rinuccio traductum habes ſupra in Codice XVI. Plutei LXXXIX. ſuper. pag. 266. §. IV. Ab hoc tamen diverſus eſt; ille enim inter Dialogos Mortuorum, qui ſecundo continentur Tomo, ultimus eſt, & incidit in dicto Tomo edit. Gr. Lat. Baſileenſis MDLXIII. & per Sebaſtianum Henricpetri a pag. 232. ad pag. 266. hic autem habetur in Tomo I. a pag. 264. ad pag. 273.

Digitized by Google

VII. pag. ead. *b.* Dictum Beati Thomae in ſecundo Ethicorum ſupra Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam & Prudentiam. Inc. *Quidam igitur iſtas virtutes generaliter acceperunt*. Definit imperfecte in verbis: *& ſimiliter fortitudo* . . . . . In ultimae paginae averſa parte legitur ſequens diſtichon valde rude:

*Dum loquitur dives, verba Salomonis habentur;*
*At pauperis verba nullo pro pondere cadunt.*

Codex membranaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, & ſtemmate poſſeſſoris in principio, antiquitus num. 453. deſignatus. Conſtat foliis 112.

## M. T. CIC. DE OFFICIIS.

*Cod. LXVII.* MArci Tullii Ciceronis Moralis Philoſophiae, ſeu de Officiis Libri tres, quorum ſinguli in varia dividuntur Capita, cum gloſſis aliquot, & Summariis in margine.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, in cuius prima pagina legitur, litteris tamen ita eraſis, ut ipſarum pauca tantum ſuperſint veſtigia: *Hic liber Ioannis Laurentii de Arigh. & amicorum eius* . . . . . . antiquitus num. 606. deſignatus. Conſtat foliis 86.

## CICERONIS OPERA QVAEDAM PHILOSOPHICA, ET LEON. BAPT. ALBERTI TRIVIA SENATORIA.

*Cod. LXVIII.* I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Senectute Liber. In fine legitur: *V. Idus Decembris eſt finitus & tranſcriptus a me Ioanne Franciſci Laco hic Liber de Senectute M. T. hora V. noctis MCCCCLXV. Deo gratias agimus. De Amicitia incipit. Perlegi die XXVII. MCCCCLXVIII.*

II. pag. 23. Eiuſdem ad Atticum de Amicitia Liber. In fine: *Abſolutus eſt hic libellus a me Ioanne Franciſci pridie Kal. Decembris VII. diebus MCCCCLXV. M. T. C. de Amicitia Liber explicit, & ad Brutum Paradoxorum Liber incipit.*

III. pag. 49 Eiuſdem Paradoxa ad Brutum. In fine legitur: *IV. Non. Decembris MCCCCLXV. hora VI.*

IV. pag. 60. Eiuſdem Somnium Scipionis. In calce legitur: *Finis hic eſt Somnii Scipionis, quod quidem tranſcripſi ego Ioannes Lacus Clericus Florentinus, idque abſolvi III. Non. Decembris MCCCCLXV. hora noctis VII. ex quo ſibi ingentes ago gratias, Deus unice, & Pater omnipotens.*

V. pag. 66. Eiuſdem de Officiis Libri III. in quorum calce legitur: *M. T. C. de Officiis Libro III. extrema manus imponitur;* tum verſiculi, qui fortaſſe legebantur in exemplari, unde noſtrum profluxit, ſed valde corrupti:

*Me puerum genuit ſimul & nutrivit Athena,*
*Qui librum ſcripſi, verum de iudice Patre*
*Natus eo* (1) *ſimilis, ſed enim ſpina maio,* (ſic)
*Adiunctis quatuor decies ſex mille ducenti*
*Currebant anni Domini noſtri, prope finem.*
*Tullius* (2) *Eſperios cupiens componere mores*
*Edidit hos libros, appellans Officiorum,*
*Quo ſolo ferus eſt furor exſtinctus Catilinae*
*Conſilio ſuperûm, cuſtos directus ad urbem,*
*Lux orbis, patriae ſalus, mens tota Senatus.*
*Sic plus ſole micat, cruciatus propter honeſtum.*

VI. pag. 141. Leonis Baptiſtae Alberti Trivia Senatoria cum Prologo ad Laurentium Medicem, ut in Cod. XXIII. Plut. LIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 618. §. II. In fine legitur: *Hic Liber eſt D. Ioannis Franciſci Lachii Rectoris Eccleſiae S. Nicolai ultra Arnum Florentiae*. Eius fortaſſe ſunt notae frequentes, & non contemnendae, quibus Ciceronis Opera adſperſa ſunt.

Codex chartac. Ms in 4. min. Saec. XV. cum indice in principio recentioris manus. Conſtat foliis 149.

## M. T. CICERONIS ORATIONES.

I. pag. 1. M. T. Ciceronis Oratio pro Lege Manilia. *Cod. LXIX.* 1.

II. pag. 12. Pro T. Annio Milone. In fine huius Orationis ſcholion illud occurrit, quod innuimus in Codice VIII. Plutei XLVIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 434. §. IV.

III. pag. 29. *b.* Pro L. Muraena ad Iudices.

IV. pag. 47. *b.* Pro Sexto Roſcio Amerino. Poſt verba huius Orationis: *hoc iudicium, cuius honoris cauſſa accuſare ſe dixit,* ſequitur lacuna, adnotato in margine: *Deficit; tantumdem enim in Codice antiquiſſimo deficiebat.*

V. pag. 69. De Haruſpicum Reſponſis.

VI. pag. 82. De Provinciis Conſularibus. Heic quoque poſt verba: *hac una plaga ceciderint ignominia ſenatus*, adſcribitur in margine *deficit*.

VII. pag. 90. *b.* Pro L. Cornelio Balbo, quae

(1) Forte quis legat *in eo*, vel *meo*.
(2) Hoſce verſiculos ſex, licet alias occurrerint, heic iterum exhibere voluimus, quum aliquantum differat lectio.

Digitized by Google

quae propter avulſam paginam deſinit in verbis: *quos video eſſe nonnullos cum ducibus ipſis, non cum comitatu ſpectatoribuſque confligant*.... quae verba incidunt in edit. Amſtelaed. anni MDCCXXIV. fol. ex recenſione Iſaaci Verburgii Tom. I. p. 682. col. 2. lin. 5.

VIII. pag. 101. Pro P Sextio in principio mutila ob ſupra memoratum defectum; incipit autem a verbis ....... *us potiſſimum vox haec ſervat &c.* quae incidunt in cit. edit. pag. 617. col. 1. lin. 31.

IX. pag. 121. *b.* Pro Domo ſua ad Pontifices.

X. pag. 146. Senatui gratias agit poſt reditum ſuum.

XI. pag. 153. *b.* Pro Rege Deiotaro.

XII. pag. 160. Pro P. Quintio.

XIII. pag. 173. *b.* Pro L. Flacco.

XIV. pag. 190. Pro A. Cluentio Habito.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. caſtigatae ſcripturae. & cum variis in margine lectionibus perquam bonis, in cuius prima pagina legitur *Bernardi de Puccinis num. XXVIII.* ſed ab aquis pluvialibus ita male habitus eſt, ut multis in locis vix legi poſſit. Conſtat foliis 224.

## M. T. CICERONIS ORATIONES.

*Cod. LXIX. 2.* I. pag. 1. M. T. C. in L. Catilinam Libri IV.

II. pag. 21. De Lege Agraria Libri III. Primus eſt ſine principio. & in margine adnotatur: *Heic deficiunt duae chartae, quae faciunt principium huius Orationis.* Secundus inſcribitur: De Lege Agraria contra P. Servilium Rullum Tribunum plebis, & in margine legitur: *Emendavi ad Tyronem, & Laetanianum. Acta ipſo Cicerone, & Antonio Conſ. Or. XXIV. In exemplari ſic fuit. Statilius Maximus rurſum emendavi ad Tyronem, & Laetanianum, & Dom. & alios veteres. III. Or. eximia.* In fine Libri III poſt verba: *convocaverunt, diſſerant*, adſcriptum eſt: *ſic erat in exemplari.*

III. pag. 43. *b.* In Piſonem. Heic quoque legitur in margine notula ſequens: *Hic deeſſe creditur principium huius Orationis.*

IV. pag. 62. Ad Populum, pridie quam iret in exilium.

V. pag. 66. *b.* Gratias agit de reditu ſuo (nempe ad Populum).

VI. pag. 71. C. Criſpi Salluſtii in Marcum Tullium Ciceronem.

VII. pag. 72. *b.* M. T. C. in C. Criſpum Salluſtium.

VIII. pag. 75. *b.* Pro Cnaeo Plancio ad Iudices.

IX. pag. 93. *b.* Pro P. Sylla ad Iudices.

X. pag. 108. *b.* Pro M. Coelio.

XI pag. 122. *b.* In Vatinium teſtem, quae deſinit in verbis: *nequid tibi auctoritatis mene diminutum eſſe videatur*, & adiicitur: *deficit reliquum*.

XII. pag. 129. Pro Archia Poëta.

XIII. pag. 134. Pro M. Marcello.

XIV. pag. 138. *b.* Pro Q. Ligario.

XV. pag. 143. Pro A. Caecina.

XVI. pag. 158. Pro C. Rabirio Poſtumo.

XVII. pag. 164 Pro C. Rabirio Perduellionis reo. Poſt verba pag. 167 *ſi arma vere ſumpta concedis inter*, lacuna in Codice relinquitur, & adſcribitur in margine: *In vetuſtiſſimo exemplari deeſt una charta.*

XVIII. pag. 169. Pro Roſcio Comoedo, in principio, & in fine mutila, cum nota defectus in utroque loco margini appoſita, quae in principio ita habet: *In exemplari deſunt duo folia, quae fuerunt abſciſſa*; in fine vero: *deficit.*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ab eodem diligentiſſimo ſcriptore, ac ſuperior, exaratus, & cum correctionibus marginalibus, & interlinearibus ſatis doctis, ab aquis pluvialibus maculatus, in cuius prima pagina legitur *Bernardi de Puccinis num. VIII.* Conſtat foliis 176.

## M. T. CICERONIS ORATIONES.

I. pag. 1. M. T. C. Oratio pro A. Caecina. *Cod. LXX.*

II. pag. 16. Pro C. Rabirio Poſtumo.

III. pag. 21. *b.* Pro C. Rabirio Perduellionis reo. Heic quoque pag. 24. poſt verba, *ſi arma ſumpta concedis inter*, relinquitur lacuna, adnotato in margine: *In vetuſtiſſimo exemplari deeſt una pagina.*

IV. pag. 26. Pro Roſcio Comoedo. Heic etiam in principio notatum eſt: *In exemplari deſunt duo folia, quae fuerunt abſciſa*; & in fine: *deeſt reliquum.*

Pro Codicis tegumento legitur electio quaedam Officialium Studii publici Florentini, *quorum officium feliciter ſumpſit initium die primo menſis Iulii ſub annis Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono, Ind. XII. & durare debet duobus menſibus proxime venturis, finiendum die ultima menſis Auguſti ſub annis, & Indictione praedictis.*

*Hic eſt liber, ſive quaternus in ſe continens proviſiones, ordinamenta, ſtantiamenta, Officialium electiones, & extractiones, & alias varias & diverſas ſcripturas, & acta = ſcriptum partim per me Bartolomeum Lapi del Foreſe de Flor. Not. & nunc pro dicto Populo & Communi. & partim per Ser Rodulfum Ser Vbaldini de Flor. Not. Coadiutorem meum ſub annis &c.*

*In Dei Nomine Amen. Exiſtentibus pro Populo & Communi Florentiae diſcretis & providis viris Domino Paullo Victori &c. Priores Artium, & Vexillifer Iuſtitiae Populi & Communis Floren. = attendentes Studio nunc vigenti in civit. Floren. ipſique Studio & ſtudentibus favere volentes, & aliis praeſtare materiam ſtu-*



Digitized by Google

*ſtudenii = elegerunt, nominaverunt & deputaverunt providos viros*

*Sebaſtiam Ridolfi,*

*Filippum Iammori,*

*Annibalem Bernardi de Strozzis,*

*D. Guidonem de Boncianis,*

*Cives honorabiles Florentinos in Officiales, & pro Officialibus Studii memorati = poſſint, & valeant nominare, eligere, conducere, & deputare legentes Doctores & Magiſtros in quolibet arte & ſcientia, & facultate, ad legendum in civitate Flor. &c.*

*Ego Bartholomeus filius q. Lapi Duccii del Foreſe Flor. civis Imperiali auctoritate Iudex Ord. publicuſque Not. & tunc pro Communi Floren. Not. & Scriba = praedicta omnia ex Actis & Libris dictorum Dominorum Priorum & Vexilliferi = ſubſcripſi, ſcripſi, & publicavi.*

*Ego Ioannes olim Ser Guidonis de Vincio civis Flor. Imperiali auctoritate Not. = Scriba Studii Flor. = ſignum meum appoſui conſuetum.*

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ab aquis pluvialibus maculatus. Conſtat foliis 32.

## M. T. CICERONIS ORATIONES.

*Cod. LXXI.* I. pag. 1. M. T. C. Oratio pro T. A. Milone in genere iudiciali.

II. pag. 24. *b.* Pro Cn. Plancio.

III. pag. 48. *b.* Pro P. Sylla.

IV. pag. 68. De Haruſpicum Reſponſis.

V. pag. 84. Pro L. Muraena ad Iudices.

VI. pag. 105. Pro Sexto Roſcio Amerino.

VII. pag. 132. Pro L. Cornelio Balbo.

VIII. pag. 146. Pro P. Sextio.

IX. pag. 171. *b.* Pro Domo ſua ad Pontifices.

X. pag. 202. Pro P. Quintio.

XI. pag. 219. *b.* Pro L. Flacco.

XII. pag. 241. Pro A. Cluentio Habito.

XIII. pag. 285. Pro Lege Manilia.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. caſtigatae ſcripturae, cum Summariis, titulis rubricatis, & indiculo in prima pagina manu poſſeſſoris, qui in tegumento ſe prodit hiſce verbis: *MCCCCLV. Iſte Liber eſt Petri, & Donati Nerii de Acciaiolis num. XXIII.* Conſtat foliis 299.

## M. T. CICERONIS EPISTOLAE AD FAMILIARES.

*Cod. LXXII.* M. T. Ciceronis Epiſtolarum ad Familiares Libri XVI. Graeca verba deſiderantur ſpatiis ad ea ſupplenda relictis.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit nitidiſſimus, cum titulo aureo in principio, icone auctoris, pulcherrima pictura, quae totum primae paginae marginem ambit, ac praeterea reliquorum Librorum titulis rubricatis, & initialibus eleganter illuminatis. Conſtat foliis 155.

## M. T. CICERONIS EPISTOLAE AD FAMILIARES.

*Cod. LXXIII.* M. T. Ciceronis Epiſtolarum ad Familiares Libri XVI. ut in Codice ſuperiore, ſpatiis item ad Graeca ſupplenda vacuis relictis. Heic tamen Libri ſunt omnes anepigraphi.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, nitidiſſimus, eleganti pictura in principio exornatus, & initialibus Librorum auro variiſque coloribus illuminatis, in cuius ultima pagina legitur: *Liber Domini Ioannis Roſſi*. Conſtat foliis 160.

## M. T. CICERONIS EPISTOLAE AD FAMILIARES.

*Cod. LXXIV.* M. T. Ciceronis Epiſtolarum ad Familiares Libri XVI. ut in ſuperioribus Codicibus. Heic nonnullae Epiſtolae, quae ſuis locis praetermiſſae fuerunt, redduntur in calce, aſteriſcis quibuſdam appoſitis ad eas in ſuum quaſque locum reſtituendas. Praeterea Graecas voces exhibet correctiſſime exaratas cum Latina ipſarum interpretatione interlineari. In margine autem adſunt etiam variae aliquot lectiones, & haec monita: pag. 88. *b Additio Coluccii*. Pag. 89. *b. De cauſſa erat in exemplari, & Coluccius correxit decuſſa, vel detonſa*. Pag. 98. *b. Coluccius arbitratus fuit addendum eſſe „ aut in tecto vitii; cetera mihi probabuntur „* Pag. 112. *b. Putavit Coluccius addendum eſſe hoc „ niſi quod animo extitit in Rep. conſularis „*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. optimae notae, humore valde corruptus, in cuius prima pagina legitur: *Bernardi de Puccinis num. XX.* Conſtat foliis 204.

## M. T. CIC. TVSCVL. QVAEST.

*Cod. LXXV.* M. T. Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum ad M. Brutum Libri V. in quorum fine legitur: *Iacobus Veſpuccius ſcripſit. Haec legens apes imitare iuxta Sancti Magni Baſilii praeceptum in Chriſto Ieſu Domino noſtro*. In prima pagina legitur nomen poſſeſſoris, nimirum: *Lib. Georgii Antonii Veſpuccii*, quod repetitur etiam in ipſo Codicis tegumento ad calcem, additurque: ᾧ τῶν φίλων, ac praeterea rurſus: *Iacobus Veſpuccius ſcripſit MCCCCLVIII.* Co-

Digitized by Google

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. elegantiſſimae & caſtigatae ſcripturae, cum variantibus aliquot in margine, & perpulcra pictura in principio exornatus, quae totum primae paginae marginem implet, in qua Ciceronis effigies ad vivum exhibetur; num. 584. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 94.

## M. T. C. TVSCVL. QVAEST. PARADOXA &c.

Cod. LXXVI. I. pag. 1. M. T. Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum Libri V. ut in Codice ſuperiori; heic tamen omnes ſunt anepigraphi. In fine, licet litura deleta fere omnia ſint, eruuntur tamen haec: *Scriptum per me Nerium Philippi de Renuccinis hodie die XVIII. menſis Novembris hora XIV. anno M CCCLVIII.* (1) *Laus & gloria ſit Omnipotenti Chriſto die ſabbati.*

II. pag. 147. *b.* Eiuſdem Paradoxa ad M. Brutum, ſine titulo. Heic circa finem Paradoxi V. ad verba: *nolite ſinere nos cuiquam ſervire*, recentior quidam in margine adiecit inſtar ſcholii pag. 157. *b. Add dit Ioannes Baptiſta Serratus: nam deerat, niſi vobis univerſis, quibus poſſumus & debemus.*

III. pag. 161. Anonymi Ecloga de Chriſto nato. Inc.

*Quid modo concubia meditaris nocte Menalca*
*Sedulus, ac caeli tractus & ſidera ſervas?*

Deſ.

*Pandite, paſtores, natumque edicite Chriſtum.*

IV pag. 164. C. Iulii Epiſtola Dolabellae, ut in Codice XVII. Plutei XLIX. Catalogi Tomo ſuper. pag. 471. ubi integram damus.

Codex chartac. Ms. in 4. min Saec. XV. cum initialibus Librorum illuminatis, in cuius prima pagina legitur: *Adì 10. di Maggio MDLVI. di Giovan Batiſta di Bartholomeo Serrati da Caſtiglione. Comproſſi in Firenze.* Conſtat foliis 165.

## M. T. CIC. OPERA QVAEDAM PHILOSOPHICA.

Cod. LXXVII 1. I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis de Finibus Bonorum & Malorum Libri V.

II pag. 104. Eiuſdem fragmentum de Academicis, ſeu Academicarum Quaeſtionum Liber I.

III. pag. 114. Eiuſdem Liber de Fato anepigraphus. In calce adnotatur: *Heic multa deſunt.*

IV. pag. 125. Eiuſdem Timaeus, ſeu de Vniverſo fragmentum, anepigraphum, ubi etiam in calce adſcribitur: *Multum deeſt.*

V. pag. 136. Eiuſdem Topica ad Trebatium, item anepigrapha.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. perſpicuo charactere conſcriptus cum aliquibus correctionibus, & Summariis in margine, in cuius calce legitur nomen *Di Piero di Franceſco del Nero num. XIX.* antiquitus num. 152. deſignatus. Conſtat foliis 151.

## M. T. CIC. DE FINIB. BONOR. ET MALOR. ET TVSC. DISP.

I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Finibus Bonorum & Malorum Libri V. Cod. LXXVII. 2.

II. pag. 87. *b.* Eiuſdem Tuſculanarum Diſputationum Libri V.

In prima Codicis pagina legitur C. Iulii Caeſaris hexaſtichon de puero in Hebro ſubmerſo, ut in Codice XIII. Plutei XXXIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 102. §. I

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. optimae notae, ab aquis tamen pluvialibus maculatus. Conſtat foliis 186.

## M. T. C. OPERA QVAEDAM PHILOSOPHICA.

I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Natura Deorum Libri III. Cod. LXXVIII.

II. pag. 72. Eiuſdem de Divinatione Libri II.

III. pag. 122. Eiuſdem de Fato Liber, in cuius calce legitur ad marginem: *Non longius repertum eſt.*

IV. pag. 131. Eiuſdem de Legibus Libri III.

V. pag. 165. Eiuſdem fragmentum Libri primi de Academicis, in cuius initio legitur ad marginem: *Hoc Opus antequam de Divinatione Libros compoſuit.*

VI. pag. 173. Eiuſdem Liber tertius Academicorum. (In edit. alias cit. Liber IV.)

VII. pag. 203. *b.* Eiuſdem Timaeus.

VIII. pag. 211. Eiuſdem Somnium Scipionis, ſed ſine titulo.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. caſtigatae ſcripturae, cum variantibus aliquot marginalibus, aquis pluvialibus valde maculatus, in cuius prima pagina legitur *Bernardi de Puccinis num. XXVI.* Conſtat foliis 214.



(1) Notandum eraſam fuiſſe primam notam centenariam C.

Digitized by Google

## MACROBIVS IN SOMNIVM SCIPIONIS.

Cod. LXXIX. MAcrobii in Somnium Scipionis Commentarius ſine titulo, praevio Ciceronis textu, ut in Codice XIV. Plutei LI. Catalogi Tomo ſuper. pag 536. §. II. & III. ubi Ciceronis textus, Macrobii Commentarium ſequebatur. Graeca verba ab eadem antiqua manu ſuis locis afferuntur, nec non ſchemata diligenter delineata.

Codex membran. Ms. in 4. oblongo Saec. XII. optime ſervatus, in cuius ultima pagina legitur: *Domini Ioannis Ioannis Roſſi fl. 2. larg.* Conſtat foliis 39.

## M. T. CIC. DE SENECT. PLVTARCHI OPVSCVLVM, HIERON ET BASILII QVAEDAM.

Cod. LXXX. I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Senectute Liber.

II. pag. 31. Plutarchi Opuſculum de educatione liberorum, ſine interpretis nomine, qui tamen eſt Guarinus Veronenſis, praevia Epiſtola nuncupatoria anepigrapha, quae inc. *Maiores noſtros, Angele mi ſuaviſſime, non admirari, & maximis proſequi laudibus non poſſum, quum tantam in eis animi magnitudinem ac conſtantiam fuiſſe intuear, ut litterarum ac doctrinae ſtudia ſimul, & rerum publicarum, tum familiarium negotia capeſſerent = eo pacto Magiſtratus & publica exerces munera, ut & liberos ne omittas, & domeſticae rei curam ſuſcipias.* Def. *quem nuper* ( ſcilicet Plutarchum) *ex Graeco Latinum feci, tuoque nomini dedicavi. Suſcipies autem Opuſculum, cuius ſi per interpretis vitium minus luculenta fortaſſe ſit dictio, ſententiarum tamen elegantia, & praeceptis divino quodam modo excogitatis laetabere. Habebis enim unde & animum legendo demulceas, & tuos educando inſtruas. Qua in re abs te peto, & magis atque magis oro, ut illuſtriſſimo inprimis Manueli Chryſolorae gratias habeas, ſuumque tollas ad ſidera nomen; quoniam eius viri opera ſimul ac humanitate factum eſt, ut Graecorum ſplendor litterarum ad noſtros redierit homines, quos ob earum ignorationem non parvae inoleverant tenebrae. Sed de his alias; Plutarchum ipſum audiamus.* Opuſculum inc. *Quidnam eſt quod de ingenuorum educatione liberorum dicere quiſpiam poſſit.* Def. *at humano poſſe confici conſtat ingenio.* Legitur haec Guarini verſio inter Plutarchi Opuſcula Moralia edit. Lugdun. MDXLIX. 8. Tom. I. a pag. 241. ad pag. 267.

III pag. 56. *b.* Hieronymi Presbyteri de officiis liberorum erga parentes, ut in Codice LV. huius Plutei ſupra pag. 638. §. XXIII. ubi inſcribitur *De honorandis parentibus Epiſtola.*

IV. pag. 60. Baſilii Liber de ſtudiis liberalibus, Leonardo Arretino interprete, cum Prologo, ut in Codice XV. Plutei LXV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 734. §. IV. Heic tamen adſunt ſcholia marginalia, & interlinearia.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. optime ſervatus, & exaratus, cum initialibus Operum coloratis, & indiculo in principio recentiore manu; num. 679. olim deſignatus. Conſtat foliis 77.

## M. T. C. DE SENECTVTE.

M. T. Ciceronis Liber de Senectute ſine titulo (1). Cod. LXXXI.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. cum initiali littera illuminata, & ſtemmate poſſeſſoris in principio. Conſtat foliis 23.

## M. T. CIC. DE ORATORE.

M. T. Ciceronis ad Q. fratrem de Oratore Libri III. In prima pagina notatum Cod. LXXXII.
eſt: *A dì X. di Settembre MDLVII. in Firenze di Giovan Batiſta di Bartholomeo Serrati di Caſtillioni, comprato dal detto, preſente Ser Antonio Chiunelli di Caſtillione.*

Codex membr. Ms. in 4. min. Saec. XV. elegantiſſimus, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, & Summariis in margine rubricatis. Conſtat foliis 121.

## RHETORICA AD HERENNIVM.

M. T. Ciceronis, ſeu potius Cornificii Rhetoricorum ad Caium Herennium Cod. LXXXIII
Libri IV. ſine titulo.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, num. 644. olim notatus. Conſtat foliis 82.

## M. T. CIC. ET LEON. ARRETINI EPISTOLAE.

I. pag. 1. EXcerpta ex quatuor Libris Rhetoricorum Cornificii, ut Cod. LXXXIV.
plerisque placet, ad C. Herennium, ſine ullo titulo. Inc. *Oratoris officium eſt de his rebus poſſe dicere &c.* Def. *ſi modo exercitationem atque imitationem amplexi fueritis.*

II. pag.

(1) Recentior manus perperam addidit *Rhetorica Ciceronis.*

Digitized by Google

II. pag. 13. *b.* M. T. Ciceronis Epiſtolae quaedam ſelectae num. LX.

III. pag. 28. *b.* Leonardi Arretini Epiſtolae CXXXV. & Lini Coluccii Salutati unica, quae quidem hoc ordine progrediuntur:

I. Coluccio Salutato. Inc. *Romam veni ad octavum Kal. Aprilis.* Deſ. *a me ipſe ſuperetur. Vale. Romae III. Non. Apr.* Inter Epiſtolas L. Arretini Florentiae impreſſas MDCCXLI. curante Laur. Mehus, eſt Lib. I. Ep. I.

II. pag. 29. Eidem. Inc. *Scripſi antea tibi de contentionibus.* Deſ. *omnino deponas.* Ibid. Ep. II.

III. pag. ead. *b.* Lini Coluccii Salutati Epiſt. Innocentio Papae. Inc. *Neſcio cui magis gratuler.* Deſ. *pro meritis honoratam. Vale, Pater Sanctiſſime.* Inter Epp. Coluccii a Rigaccio editas Flor. MDCCXLI. 8. eſt Epiſt. II.

IV. pag. 30. *b.* Leonardi Arretini Coluccio. Inc. *Etſi ſciam quae tu nuper de me &c.* Deſ. *obtinere potuerit.* In cit. edit. Epiſtolarum Leonardi Arretini Lib. I. Ep. III.

V. pag. 31. *b.* Eidem. Inc. *Ad litteras tuas accuratius.* Deſ. *me certiorem fac. II. Non. Aug.* Ibid. Ep. IV.

VI. pag. 32. Eidem. Inc. *Superioribus diebus ad te ſcripſi.* Deſ. *ita fiat. Vale. E Viterbio.* Ibid. Ep. V.

VII. pag. 33. *b.* Eidem. Inc. *Quaeſiſti ex me.* Deſ. *accuſa. Vale.* Ibid. Ep. VI.

VIII. pag. 34. Eidem. Inc. *non ſatis conſpicuum.* Deſ. *adſcribens.* Ibid. Ep. VII.

IX. pag. 35. *b.* Nicolao Niccolo. Inc. *Etſi ego, mi Nicolae.* Deſ. *videas curabis. Vale. Non. Septembr. ex villa Lonzanichi.* Ibid. Ep. VIII.

X. pag. 36. *b.* Panagatho. Inc. *Neſcio quibus verbis, aut qua oratione.* Deſ. *eſſe totum profiteor.* Ibid. Ep. IX.

XI. pag. 37. Nicolao. Inc. *Pergrata mihi fuit.* Deſ. *perpetuo ſim. Vale. V. Id. Martii MCCCC.* (1). Ibid. Ep. X.

XII. pag. 38. Eidem. Inc. *Invitus equidem.* Deſ. *ſpero. Vale. Romae VIII. Id. April.* Ibid. Epiſt. XI.

XIII. pag. ead. Eidem. Inc. *Heri quum Arimino.* Deſ. *colam. Vale. IV. Id. Maii.* Ibid. Ep. XII.

XIV. pag. ead. *b.* Nicolae Medici. Inc. *Statueram nihil.* Deſ. *uti ſpero. Ex urbe Roma. Prolixius ad te ſcribam. Vale. II. Kal. Iul.* Ibid. Ep. XIII.

XV. pag. ead. Antonio Grammatico. Inc. *Rem ſupervacuam.* Deſ. *eſſe dico. Vale.* Ibid. Ep. XIV.

XVI. pag. 39. *b.* Nicolao. Inc. *Negotia Lupi noſtri.* Deſ. *impleatur. Vale.* Ibid. Ep. XV.

XVII. pag. 41. Franciſco Principi Cortonenſium. Inc. *Varie delatam ad te famam.* Deſ. *in eadem Baſilica ſepultum eſt.* Lib. II. Ep. II.

XVIII. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Quod flagitas.* Deſ. *nullo modo ſunt permiſſuri. Vale.* Ibid. Ep. III.

XIX. pag. 42. *b.* Nicolao. Inc. *Si cunctarum* (2) *epiſtolarum tibi debitor ſum.* Deſ. *iſtam habe deguſtationis loco. Vale. Romae Kal. Ian.* Ibid. Ep. IV.

XX. pag. 43. *b.* Nicolae (3). Inc. *Orationem Demoſthenis.* Deſ. *valeas, mi ſuaviſſime Nicola. Romae. II. Kal. Ianuar.* Ibid. Ep. V.

XXI. pag. 44. *b.* Nicolao. Inc. *Petrus Mianus.* Deſ. *rogo. Vale. Romae VI. Kal. Aprilis MCCCCVII.* Ibid. Ep. VI.

XXII. pag. ead. Franciſco Principi Cortonenſium. Inc. *Poſtquam alias.* Deſ. *pervenirant manus. Vale.* Ibid. Ep. VII.

XXIII. pag. 45. *b.* Eidem. Inc. *Scripſi nuper.* Deſ. *nota eſt. Vale.* Ibid. Ep. VIII.

XXIV. pag. 46. *b.* Nicolao. Inc. *Antequam Viterbio.* Deſ. *intelligo. Vale. Senis V. Id. Septembr. MCCCCVII.* Ibid. Ep. IX.

XXV. pag. 47. Eidem. Inc. *Non puto opus eſſe.* Deſ. *ipſum tibi mitto. Vale. Senis VIII. Id. Octobris MCCCCVII.* Ibid. Ep. X.

XXVI. pag. ead. *b.* Bonifacio Coluccii filio, fratribuſque. Inc. *Quantam parenti veſtro.* Deſ. *reperiatur. Valete. Senis.* Ibid. Ep. XI.

XXVII. pag. 49. *b.* Nicolao. Inc. *Scripſeram tibi hodie.* Deſ. *inclames. Senis Idibus Octobr. MCCCCVII.* Ibid. Ep. XII.

XXVIII. pag. 50. Nicolae (4). Inc. *Mitto Orationes Ciceronis in Verrem.* Deſ. *vani erant. Vale.* Ibid. Ep. XIII.

XXIX. pag. ead. *b.* Zacaro (5). Inc. *Et litteras tuas accepi.* Deſ. *tu cura ut valeas. Ex Senis X. Kal. Ian.* Ibid. Ep. XIV.

XXX. pag. 51. Petro Miano. Inc. *Iamdiu nihil.* Deſ. *inveneris portum. Vale. Ex Senis.* Ibid. Ep. XV.

XXXI. pag. 52. Nicolao. Inc. *Tu me Philoſophum eſſe cenſes.* Deſ. *exiſtimo. Tu vale, mi dulciſſime Nicolae. Ex urbe Senis.* Ibid. Ep. XVI.

XXXII. pag. ead. *b.* Roberto Ruſſo (vel Roſſo). Inc. *Accepi litteras tuas.* Deſ. *nihil indignantius. Vale.* Ibid. Ep. XVII.

XXXIII. pag. 53. Nicolao. Inc. *Cogitabam tibi.* Deſ. *morem geras.* Ibid. Ep. XVIII.

XXXIV. pag. ead. *b.* Ruſſo. Inc. *Per binas iam litteras.* Deſ. *tranſverſum agi. Vale.* Ibid. Ep. XIX.

XXXV. pag. 54. Eidem Ruſſo. Inc. *In medio turbationum.* Deſ. *cogitatione. Vale. Lucae III. Id. Iunii.* Ibid. Ep. XX.

XXXVI. pag. 55. *b.* Petrillo Neapolitano. Inc. *Quod* (6) *iamdudum ſaepe inter nos.* Deſ. *nequaquam probari. Vale.* Ibid. Ep. XXI.

XXXVII. pag. 59. *b.* Ruſſo. Inc. *Audiviſti quae heic turbationes.* Deſ. *quam eſſe. Vale.* Ibid. Ep. XXII.

XXXVIII.

(1) Forte omiſit ſcriptor notam numericam VI. prout legitur in editione.

(2) In edit. *Sexcentarum.*

(3) In edit. *Nicolao.*

(4) In edit. *Nicolao.*

(5) Alibi legitur *Zacharo*, nempe *Zachariae*, Ser Antonii filio, Notario Florentino.

(6) In edit. *En quod.*

xxxviii. pag. ead. Aemiliano (1). Inc. *Quo in ſtatu*. Deſ. *coëgerunt. Vale, & me dilige, mi iucundiſſime Petre*. Lib. III. Ep. I.

xxxix pag. 60. *b.* Nicolao. Inc. *Laurentio, quem mihi*. Deſ. *Dii illum perdant. Tu vale*. Ibid. Ep. II.

xl. pag. ead. Eidem. Inc. *Plures his diebus*. Deſ. *bene vertat conſilia noſtra. Senis XV. Kal. Octobr.* Ibid. Ep. III.

xli. pag. 61. *b.* Nicolao (2). Inc. *Veni Arretium*. Deſ. *poſſitis, Vale. Arretii II. Non. Dec.* Ibid. Ep. IV.

xlii. pag. ead. Eidem. Inc. *Quod ad me*. Deſ. *delibera. Kal. Febr. Arimini*. Ibid. Ep. V.

xliii. pag. 62. Rieti (3). Inc. *Vocavit me hodie*. Deſ. *conſilium ſume. Arimini Kal. Febr.* Ibid. Ep. VI.

xliv. pag. 63. Nicolao. Inc. *Binas proximis diebus abs te litteras accepi*. Deſ. *obmutuit. Vale. Arimini Idib. Febr.* Ibid. Ep. VII.

xlv. pag. ead. *b.* Zucharo. Inc. *Vellem interdum*. Deſ. *confeſtim abibo. Vale*. Ibid. Ep. VIII.

xlvi. pag. 64. Nicolao. Inc. *Egiſti mecum*. Deſ. *nequaquam fuiſſe praetereundum. Vale. Arimini X. Kal. Martias*. Ibid. Ep. IX.

xlvii. pag. 69. Petro Aemiliano. Inc. *Opinor tibi non ſatis manifeſtum*. Deſ. *commoditas limet*. Ibid. Ep. X.

xlviii. pag. ead. *b.* Antonio. Inc. *Ingentem voluptatis partem*. Deſ. *quaſi ſimillimum tui. Vale*. Ibid. Ep. XI.

xlix. pag. 71. Ruffo. Inc. *Ad III. Nonas Apriles quum Piſas veniſſem*. Deſ. *quam acta Concilii perdiſcere. Vale*. Ibid. Ep. XII.

l. pag. ead. *b.* Nicolao. Inc. *In hac ipſa hora*. Deſ. *tranſcribatur. Vale*. Ibid. Epiſt. XIII.

li. pag. 72. Eidem. Inc. *Quod de Agathocyrio*. Deſ. *diſparem eſſe. Vale*. Ibid. Ep. XIV.

lii. p. ead. *b.* Eidem. Inc. *Valde cupio*. Deſ. *nihil ago. Vale*. Ibid. Ep. XV.

liii. pag. 73. Eidem. Inc. *Nihil mihi longius*. Deſ. *perſuademus*. Ibid. Ep. XVI.

liv. pag. ead. *b.* Poggio. Inc. *Ad XV. Kal. Apriles*. Deſ. *ſalvere iubeto. Iterum vale. Flor. XV. Kal. Aprilis*. Ibid. Ep. XVII.

lv. pag. 74. *b.* Nicolao. Inc. *Scripſi nuper*. Deſ. *omitto. Vale. VIII. Kal. Ian. Romae*. Ibid. Ep. XVIII.

lvi. pag. 75. *b.* Eidem. Inc. *Quoties abs te litteras*. Deſ. *bonum fuerit*. Ibid. Ep. XIX.

lvii. pag. 76 Eidem. Inc. *Cicero, quum has orationes*. Deſ. *examina. Vale. Arretii Kal. Septembr.* Ibid. Ep. XX.

lviii. pag. 77. Eidem. Inc. *Quantam laetitiam*. Deſ. *deprimi permittant. Vale. Ex urbe Roma VII. Kal. Ian. MCCCCXII.* Lib. IV. Ep. I.

lix. pag. ead. *b.* Eidem. Inc. *Cum Ioanne Praepoſito Inſulenſi*. Deſ. *pollicitus eſt. Vale. Ex urbe Roma Id. Ian.* Ibid. Ep. II.

lx. pag. 78. Eidem. Inc. *Si quae heic agantur*. Deſ. *communis eſt plebeiis & nobilibus. Vale. II. Kal. Ian. ex Conſtantia*. Ibid. Ep. III.

lxi. pag. 81. Poggio. Inc. *Kalendis ipſis Ianuariis*. Deſ. *& Placentino me commenda. Iterum vale. IV. Non. Ian. MCCCCXV.* Ibid. Ep. IV.

lxii. pag. 83. Eidem. Inc. *Si vales bene eſt, ego quidem valeo. Legi apud Nicolaum*. Deſ. *facias. Flor. Id. Septembr. MCCCCVI.* Ibid. Ep. V.

lxiii pag. 84. Corvino. Inc. *Multiplices amoris cauſſae*. Deſ. *etiam rogo. Vale. Flor. IV. Kal. Dec. MCCCCXVI.* Ibid. Ep. VI.

lxiv. pag. 85. Felici. Inc. *Latior mihi ad pervagandum campus*. Deſ. *haec habui quae reſponderem*. Ibid. Ep. VII.

lxv. pag. 87. P. Turco. Inc. *Vereor ne parum*. Deſ. *tranſmittam. Vale. Flor. II. Decembr. MCCCCVI.* Ibid. Ep. VIII.

lxvi. pag. 88. Poggio. Inc. *Dedi nuper ad te litteras*. Deſ. *commendabis. Flor. II. Non. April.* Ibid. Ep. IX.

lxvii. pag. ead. *b.* Franciſco Barbaro. Inc. *Voluiſſem tibi*. Deſ. *ſalvere iubeto. Flor. II. Id. Aprilis*. Ibid. Ep. X.

lxviii. pag. 89. Petro Miano. Inc. *Propediem, ut opinor*. Deſ. *obtuliſti. Vale, & me ama*. Ibid. Ep. XI.

lxix. pag. ead. Nicolao. Inc. *Salvum te adveniſſe*. Deſ. *ſtatue. Iterum vale. Arretii II. Kal. Octobr.* Ibid. Epiſt. XII.

lxx. pag. 90. Laurentio. Inc. *Redditae ſunt*. Deſ. *interim vale*. Ibid. Ep. XIII.

lxxi. pag. ead. *b.* Guarino Veronenſi. Inc. *Legi hodie*. Deſ *mihi reddatur. Vale. Flor. Kal. April.* Ibid. Ep. XIV.

lxxii. pag. 91. Poggio. Inc. *Litteras tuas perbreves*. Deſ. *ſignifica. Iterum vale. Arretii Id. Iun.* Ibid. Ep. XV.

lxxiii. pag. ead. *b.* Epiſcopo Senenſi. Inc. *Quem non delectet*. Deſ. *quod utinam & ego tenere poſſim. Vale*. Ibid. Ep. XVI.

lxxiv. pag. 93. Franciſco Barbaro. Inc. *Redeunti mihi*. Deſ. *levare debes. Vale. Flor. Id. Decembr.* Ibid. Ep. XVII.

lxxv. pag. ead. *b.* Ioannino. Inc. *Tres epiſtolas tuas*. Deſ. *eludent. Vale. Florentiae Kal. Febr. MCCCCXXI.* Ibid. Ep. XVIII.

lxxvi. p. 94. *b.* Pilleo (4) Archiep. Genuenſi. Inc. *Facile recognovi*. Deſ. *exſolvas. Valeas. Id. Febr. Flor.* Ibid. Ep. XIX.

lxxvii. pag. 95. Ioanni. Inc. *Exſpecto Languſtum illum tuum*. Deſ. *ſequuti ſumus. Vale. Flor.* Ibid. Ep. XX.

lxxviii. pag. ead. *b.* Poggio. Inc. *Nihil omnino*. Deſ. *iubeto. Vale. X. Kal. Martii Arretii*. Ibid. Ep. XXI.

lxxix. pag. 96. Demetrio. Inc. *Tria, ut ex litteris tuis*. Deſ. *ac palam feci*. Ibid. Ep. XXII.

LXXX.

(1) Ab hac Epiſtola, uti etiam in editione, exorditur in Codice Liber III.

(2) In edit. *Nicolao*.

(3) In edit. *Riccio*.

(4) In edit. *Pileo*.

Digitized by Google

LXXX. p. 98. *b.* Poggio. Inc. *Si vales bene eſt, ego quidem valeo. Egi cum Coſmo.* Deſ. *dici poſſit*. Ibid. Ep. XXIII.

LXXXI. pag. 100. Hugoni Senenſi. Inc. *Frequenter dubitari*. Deſ. *fideliter convertiſſe*. Lib. V. Ep. I.

LXXXII. pag. 104. *b* Thomae Cambiatori. Inc. *Non usquam adeo* (1). Deſ. *non ingratas. Iterum vale*. Ibid. Ep. II.

LXXXIII. pag. 109. Franciſco Pizzolpaſſo. Inc. *Plures epiſtolas*. Deſ. *mihi eſſet deliberatio. Quartum vale. Flor. VI. Kal. Febr.* Ibid. Ep. III.

LXXXIV. pag. ead. *b.* Poggio. Inc. *Retulit mihi vir optimus*. Deſ. *non deceſſiſſe*. Ibid. Ep. IV.

LXXXV. p. 114. *b.* Pontifici (ſcilicet Martino V.) Inc. *Novam litem. Beatiſſime Pater*. Deſ. *propoſitum illud primum exiſtimes*. Ibid. Ep. V. Finis vero diverſus propterea eſt, quia poſt verba, *fuerunt profecto iampridem & alii permulti* . . . . . . . (edit. pag. 28. lin. 24.) adnectuntur verba . . . . . *quantiam ſuperavit, dedimus tandem manus &c.* quae ſunt circa finem Epiſtolae VIII. huius Libri, (edit. pag. 34. lin. 31.) Id quod ex praepoſtera paginarum inverſione exemplaris illius, ex quo hoc defluxit, eveniſſe arbitramur; unde ſequentium quoque duarum Epiſtolarum ſimilis confuſio orta eſt.

LXXXVI. pag. 116. *b.* Marrhaſio Siculo. Inc. *Tonsquidam*. Deſ. *ut probavimus, ſuperentur*. Lib. VI. Epiſt. I. Heic quoque finis diverſus eſt; nam verbis, *Nunc autem illud oſtendendum eſt has* . . . . . . . (edit. pag. 38. lin. 22.) adnectuntur immediate illa . . . . . . . . . *Sed noſtra aetate Franciſcus Aretinus &c.* quae ad Epiſtolam V. Libri V. pertinent (edit. pag. 28 lin. 25.)

LXXXVII. p. 118. *b.* Guarino. Inc. *Guarine virorum optime*. Deſ. *ſed certantibus parantur. Iterum vale. Nonis Octobr. Florentiae MCCCCXXVIII.* Lib. V. Epiſt. VIII. Haec quoque in fine diſcrepat; nam poſt verba, *ſed quoniam voluntas civitatis noſtram diligentiam, & repu* . . . . . . . (edit. pag. 34. lin. 30.) ſubſequuntur illa . . . . . . *rotis ſpecies, de quibus ſupra diximus, non eſſe malas &c.* ad Epiſtolam I. Libri VI. pertinentia (edit. pag. 38. lin. 23.)

LXXXVIII. pag. 120. Anepigrapha. Inc. *Ego vero gratias habeo*. Deſ. *totis affectibus recommendo. Flor. Id. April.* Lib. VI. Ep. II. ubi inſcribitur *Reverendiſs. D. Cardinali S. Crucis*

LXXXIX. p. ead. *b.* Poggio. Inc. *Nihil opinor*. Deſ. *ſcribendi praebet*. Ibid. Ep. III.

XC. pag. 121. C. Lucenſi. Inc. *Aequum fuerat*. Deſ. *reprehendendam. Flor. VI. Id. Ian.* Ibid. Ep. IV.

XCI. pag. 122. *b.* Poggio. Inc. *Res protinus riſu digna*. Deſ. *& cumulatius exhiberet*. Ibid. Ep. V.

XCII. pag. 124. Nicolae Strozzae (2), Inc. *Vehementer me delectarunt*. Deſ. *eſt viſum differre*. Ibid. Ep. VI.

XCIII. pag. 125. *b.* Atto militi Saxoferratenſi. Inc. *Etſi cognoſco*. Deſ. *habeas recommiſſum. Iterum vale*. Ibid. Ep. VII.

XCIV. pag. 126. Nicolae (3). Inc. *Quoniam publico munere*. Deſ. *moderate perferre*. Ibid. Ep. VIII.

XCV. pag. 128. *b.* Cyriaco. Inc. *Melius erat, Cyriace*. Deſ. *quemadmodum loquatur. Vale*. Ibid. Ep. IX.

XCVI. pag. 131. Flavio Forolivienſi. Inc. *Ne forſan tu aliter*. Deſ. *eſſe dictum*. Ibid. Ep. X.

XCVII. pag. 134. Philelpho. Inc. *Lapo, quem per tuas litteras commendas*. Deſ. *& cogitatio noſtra*. Ibid. Ep. XI.

XCVIII. pag. ead. *b.* Coſmo (Mediceo). Inc. *In Sympoſio Platonis*. Deſ. *ad bene vivendum extendi*. Lib. VII Ep. I.

XCIX. pag. 138 Nicolae. Inc. *Veni Aretium &c.* Eadem Epiſtola, quae ſupra pag. 667. num. XLI.

C. pag. ead. Philelpho. Inc. *In bonam quaeſo partem*. Deſ. *ſcribam ad te*. Lib. V. Ep. VI.

CI. pag. ead. *b* Marco Dandulo. Inc. *Ego tuis*. Deſ. *plurimum ama*. Ibid. Ep. VII.

CII. pag. 139 *b.* Anepigrapha. Inc. *Sereniſſime ac glorioſiſſime Rex. Quum vehementer*. Deſ *recommiſſum*. Lib. VII. Ep. II. ubi inſcribitur *Regi Hiſpaniae*.

CIII. pag. 141. Barptolemaeo. Inc. *Voluntas deprehenditur animi*. Deſ. *reddatur, curabis. Iterum vale*. Ibid. Ep. III.

CIV. pag. ead. *b.* Anepigrapha. Inc. *Quum per ſe ipſas mihi gratiſſimae*. Deſ. *ab iſto afferuntur. Vale. Id. Octobr.* Ibid. Ep IV. & inſcribitur *Archiepiſcopo Mediolanenſi*.

CV. pag. 146. Antonio Cremonenſi. Inc. *Quum praeſtantiſſimus Laudenſis Epiſcopus*. Deſ. *& amici*. Ibid. Ep. V.

CVI. pag. 147. Anepigrapha. Inc *Sereniſſime atque ſuperexcellentiſſime Rex. Placuiſſe litteras meas*. Deſ. *recommendans me*. Ibid. Ep. VI & inſcribitur *Regi Hiſpaniae*.

CVII. pag ead. *b.* Bernabeo (4) Senenſi. Inc. *Multa continentur*. Deſ. *ſalutem a me dices. Arretii VI. Id. Dec.* Ibid. Ep. VII.

CVIII. pag. 148. *b.* Iacobo Foſcaro. Inc. *Redditae ſunt hodie*. Deſ. *& tuae exiſtimationi. Vale. Id. Decembr. Arretii MCCCCXXXVII.* Ibid. Ep. VIII.

CIX. pag. 149. Tito Livio Ferrarienſi. Inc. *Circiter Non. Decembr.* Deſ. *exſpectare. Vale. Id. Decembr. Arretii MCCCCXXXVII.* Ibid. Ep. IX.

CX. pag. ead. *b.* Benedicto Anagnino. Inc. *Si vales bene eſt. Quum exiſtimarem*. Deſ. *menſibus aeſtas. Iterum vale*. Ibid. Ep. X.

CXI. pag. 151. *b.* Flavio Forolivienſi. Inc. *Volo, ut exſtet*. Deſ. *perſcribuntur*. Lib. VIII. Ep. I.

CXII.

(1) In edit. *uſque adeo*.
(2) In edit. *Nicolao ſuo*.
(3) In edit. *Nicolao*.
(4) In edit. *Bernaboe*.

Digitized by Google

cxii. pag. 153. Antonio Grammatico. Inc. *An dicendum*. Def. *ſupra dixi*. *Vale*. Ibid. Ep. ii.

cxiii. pag. 154. Iacobo Foſcaro. Inc. *Scripſi noviter*. Def. *aliquo munere*. *Vale*. Ibid. Ep. iii.

cxiv. pag. ead. *b*. Anepigrapha. Inc. *Quarumdam epiſtolarum paſſim*. Def. *eſſe conſuevit*, Ibid. Ep. iv, & inſcribitur *Archiepiſcopo Mediolanenſi*.

cxv. pag. 157. *b*. M. Trivienſi. Inc. *Non ſatis dilucide*. Def. *adhibito comparari*. *Vale*. Ibid. Ep. v.

cxvi. pag. 159. *b*. Anepigrapha. Inc. *Admirabiles profecto epiſtolae apud nos ſcribuntur*, *Reverendiſs. Pater*. Def. *iudicium ſit*. Ibid. Ep. vi. *Francisco Piccolpaſſo Archiepiſcopo Mediol.*

cxvii. pag. 160. *b*. Anepigrapha. Inc. *Si tempora non me impediſſent*, *Reverendiſs. Pater*. Def. *a me plurimum amari*. Ibid. Ep. vii. *Cardinali Comenſi Gerardo Londriano*.

cxviii. pag. 162. Anepigrapha. Inc. *De ceteris quidem omnibus*, *Excellentiſſime Pater*. Def. *ut Comenſes dicere maluerint*, *quam Comanos*. *Vale*. Ibid. Ep. viii. *Eidem*.

cxix. pag. 164. *b*. Anepigrapha. Inc. *Iampridem*, *Sereniſſime Rex*. Def. *vale*, *decus ſaecli noſtri*. Lib. IX. Ep. i. *Regi Aragonum*.

cxx. pag. 166. Lauro Quirino. Inc. *Permulta mihi*. Def. *eiuſdem generis conſequuntur*. *Vale*. Ibid. Ep. ii.

cxxi. pag. 171. Eidem. Inc. *Scripſiſti nuper mihi*. Def. *non diſcernis*. Ibid. Ep. iii.

cxxii. pag. 172. *b*. Nicolao Ceba. Inc. *Non putabam*. Def. *comparentur curabo*. Ibid. Ep. iv.

cxxiii. pag. 173. Cyriaco. Inc. *Quid mihi dabis*. Def. *ad me feres*. *Vale*. Ibid. Ep. v.

cxxiv. pag. ead. *b*. Anepigrapha. Inc. *Laudo generoſitatem tuam*, *Reverendiſs. Pater*. Def. *diverſa dicere videantur*, Ibid. Ep. vi. *Cardinali Columnenſi*.

cxxv. p. 174. *b*. Leonardo (ſcilicet Datho.) Inc. *Vidi illa*, *quae a te ſcripta ſunt*. Def. *ſuperventura*. *Vale*. Ibid. Ep. vii.

cxxvi. pag. 175. *b*. Andreoccio Senenſi. Inc. *Recte fecit*. Def. *amplectere*. *Iterum vale*. *XV. Kal. April. Florentiae*. Ibid. Ep. viii.

cxxvii. pag. 176. Ioanni Arretino. Inc. *Cupienti mihi*. Def. *Caeſarino noſtro miſi*. *Vale*. Ibid. Ep. ix.

cxxviii. pag. 177. Baptiſtae Alberto. Inc. *Volo cognoſcas ſimplicitatem meam*. Def. *contulit*. Ibid. Ep. x.

cxxix. pag. ead. *b*. Anepigrapha. Inc. *Pergratae mihi fuerunt litterae tuae*, *Reverendiſs. Pater*. Def. *videatur*. *Vale*, *ac me ama*. *Florentiae die IV. Septembris MCCCCXLII.* Ibid. Ep. xi. *Alphonſo Epiſcopo Burgenſi*.

cxxx. pag. 178. Ioanni Cirignano Lucenſi. Inc. *Quum ex agro Arretino*. Def. *dicam quae ſentio*. *Vale*. *XII. Sept.* Ibid. Epiſt. xii.

cxxxi. pag. 180. *b*. Anepigrapha. Inc. *Rem incredibilem*. Def. *deſcribitur*. *Vale decus ſaeculi noſtri*. *XVII. Octobr. Flor.* Ibid. Ep. xiii. *Regi Aragonum*.

cxxxii. pag. 181. Petro. Inc. *Quum pro tanto honore*. Def. *ſiquid Romae agendum erit*. *Iterum vale*. *Id. Febr.* Lib. X. Ep. iii.

cxxxiii. pag. ead. *b*. Panagatho. Inc. *Solent qui errati*. Def. *perſeverant*, Ibid. Epiſt. iv.

cxxxiv. pag. 182. Poggio. Inc. *Poſtquam diſceſſimus*, *nihil omnino litterarum tuarum &c.* Def. *conſilium putes*. Ibid. Ep. xiii. ubi tamen in fine duobus verſibus longior eſt, quam in Codice.

cxxxv. pag. ead. Anepigrapha, ſed quae eſt ad Seneneſ. Inc. *Magnifici ac potentes Domini &c. Non ſum oblitus*. Def. *cuius ſum vere devotus*. *Flor. IX. Kal. Dec.* Exſtat inter Claror. Viror. Epiſtolas ex Codicibus Mss. Biblioth. Collegii Rom. editas a Petro Lazaro Tom. I. pag. 156. ubi inſcribitur *Senenſibus*.

cxxxvi. pag. 183. Anepigrapha. Inc. *Tu mihi videris*, *optime Pater*. Def. *quam cum doctiſſimis laudem ſequi*. Lib. X. Ep. xxiv. *Archiepiſcopo Mediolanenſi* (Franciſco Piccolpaſſo) inſcripta.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. peſſimae ſcripturae, antiquitus num. 772. notatus. Conſtat foliis 193.

## M. T. C. TOPICA, PARTIT. ORAT. DE PETIT. CONSVL. &c.

I. pag. 1. M. T. Ciceronis Topicorum Liber. Cod. LXXXV.

II. pag. 17. *b*. Eiuſdem Partitiones Oratoriae, Dialogus Ciceronis cum Cicerone filio.

III. pag. 43. Eiuſdem de Petitione Conſulatus.

IV. pag. 53. *b*. Aeſchinis ad Athenienſes Epiſtola, ut in Codice VIII. Plutei LXXXII. ſupra pag. 193. §. X.

V. pag. 55. Regis Macedonum Philippi Epiſtola Athenienſium Senatui plebique, interprete, licet nomen non adpareat, L. Arretino. Inc. *Quoniam perſaepe iam legatos miſi*, *qui vobiſcum agerent*, *ut pacta conventionesſque ſervaremus*. Def. *quae ego crimina adverſus vos habeo*, *haec ſunt*; *quae quum a vobis facta ſint*, *& in diem magis atque magis propter meam continentiam ac ſimplicitatem me laceſſatis*, *iure vos ulciſcar*, *& diis teſtibus invocatis pro rebus meis pugnabo*. Exſtat inter Epiſtolas Regum, Rerump. ac Sapientum Viror. Argentinae impreſſas per Lazarum Zetznerum mdxciii. 8. pag. 210. In fine ſcriptoris, ſeu poſſeſſoris nomen adſcriptum erat, poſtea omnino eraſum.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Operum au-

Digitized by Google

auratis & coloratis, & cum variis aliquot lectionibus in margine, in cuius prima pagina legitur: *Liber Petri Paulli de Borgiannis ſuorumque & amicorum num. XXXVI.* antiquitus num. 619. deſignatus. Conſtat foliis 58.

## M. T. CIC. DE AMICITIA, RHET. AD HEREN. ARIST. POLITICA L. ARRET. INTERPR. &c.

Cod. LXXXVI. I. pag. 1. PRaefatio & ſcholia quaedam Anonymi in Libros Politicorum Ariſtotelis. Inc. *Sicut docet Philoſophus in ſecundo Phyſicorum, ars imitatur naturam &c.*

II. pag. 4. M. T. Ciceronis de Amicitia Liber.

III. pag. 15. Eiuſdem Rhetoricorum Libri IV. ad Herennium.

IV. pag. 63. Ariſtotelis Politicorum Libri VIII. ſine titulo, Leonardo tamen Arretino interprete, cum duplici Praefatione, ſed primae, quae eſt ad Eugenium IV. initium tantum adfertur, ſpatio ad reliquum ſupplendum relicto. Habes in Codice XVII. Plutei LXXIX. ſupra pag. 177. §. III.

V. pag. 174. Leonardi Arretini Iſagoge, ut in Codice XXI. Plutei L. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 512. § II.

VI. pag. 179. Epiſtola anepigrapha. Inc. *Nuper a te quaeſitum eſt, quid ſignificaret illud commune proverbium, audaces fortuna iuvat, quod ille Terentianus Geta proprius dixerat, fortes fortuna adiuvat.* Deſ. *vale, & mei in tuis orationibus memento.* In fine recurrunt alia ſcholia in Libros Politicorum.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. ineuntis, cum ſcholiis ampliſſimis marginalibus & interlinearibus, praecipue in Libros Politicorum, cum initialibus & titulis rubricatis. Conſtat foliis 190.

## M. T. CIC. RHET. AD HERENNIVM.

Cod. LXXXVII. M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium Libri IV. Tum ſubiicitur: *Explicit Rhetorica Nova Marchi* (ſic) *Tulii Ciceronis.* Vberrimis autem ſcatent ſcholiis, quae totum ferme undequaque marginem complent, manu diverſa, ſed admodum antiqua. In calce leguntur verſiculi quidam excerpti ex Iuvenale, Ovidio, & Claudiano, de poena malae conſcientiae, de avaritia &c. tum alia teſtimonia eiuſdem argumenti ex Seneca deſumpta. Tandem in ultimo folio leguntur notabilia de Epiſtolae definitione, de ſalutatione, de diverſitate attributorum ſalutationis, ac de variis Epiſtolarum inſcriptionibus iuxta varios perſonarum, quibus mittuntur, dignitatum gradus &c.



Codex membr. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis exaratus, & cum Ciceronis effigie in prima littera rudi penicillo depicta, in primis duobus foliis vetuſtate valde detritus, num. 309. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 60.

## M. T. CIC. OPERA RHETORICA.

I. pag. 1. M. T. Ciceronis Ars Vetus, ſive de Inventione Libri II. Cod. LXXXVIII.

II. pag. 44. Eiuſdem Artis Novae, ſive Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

III. pag. 83. Eiuſdem de Oratore Libri III.

IV. pag. 170. Eiuſdem Orator ad Brutum.

V. pag. 196. *b.* Eiuſdem Brutus, ſive de Claris Oratoribus Liber.

VI. pag. 232. *b.* Eiuſdem Partitiones Oratoriae.

VII. pag. 245. *b.* Eiuſdem Topica ad Trebatium.

VIII. pag. 256. *b.* Eiuſdem de Optimo Genere Oratorum.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. caſtigatiſſimae ſcripturae, cum variis aliquot lectionibus in margine, madore valde inquinatus, in cuius prima pagina legitur: *Bernardi de Puccinis num. XXI.* Conſtat foliis 258.

## ALBRICVS DE IMAGIN. MAGNI TVRCI LITTERAE, ET OPPIAN. DE PISCIBVS LAVR. LIPPIO, AESOPI FABVLAE LEONARDO DATHO, TRISMEGISTI LIB. FICINO INTERPR. &c.

I. pag. 1. ALbrici (1) Philoſophi de Deorum Imaginibus Libellus in epitomen redactus, & in Capita diviſus, quorum ſingulis Anonymi expoſitio ſubiicitur. Textus Capitis I. de Saturno inc. *Saturnus figurabatur hoc modo: homo ſenex, curvus, & triſtis, & pallidus, & in una manu falcem tenebat &c.* Expoſitio inc. *Hoc poteſt exponi primo litteraliter, ſecundo phyſice, ideſt naturaliter, & tertio moraliter. Litteraliter, vel ſtorialiter exponitur ſic: Saturnus fuit Rex cuiuſdam Inſulae, nomine Cretae.* Vltimum Caput eſt de Aeſculapio, & deſinit in verbis: *homo cum prolixa barba, & cum dextera manu barbam ſuam tangit, & in ſiniſtra tenet virgam, circa quam eſt ſerpens advolutus.* Huic nulla ſubiungitur expoſitio, ſpatio tamen ad eam ſupplendam unius paginae vacuae relicto. Cod. XC.

II. pag. 20. *b.* Accedit, forte eiuſdem Expoſitoris, Libellus de Poëtis, Fabulis, & Para-

(1) Albricus, ſive Alfricus Londinenſis Philoſophus floruit circa annum Chriſti MCCXVII. & Libellum hunc de Imaginibus Deorum, qui Poëtria nonnullis, aliis Poëtarium dicitur, ex Fulgentio ferme collegit.

Digitized by Google

Parabolis. Inc. *Poëta dicitur ille, qui res geſtas ſub figura enarrat cum pulcritudine eloquentiae*. Deſ. *narratio poëtica conſiſtit in negotiis & perſonis; in negotiis vero conſiſtit, quum Poëta intendit negotium explicare; in perſonis, quum intendit qualitates perſonarum exprimere*. Tum adiicitur: *Expliciunt figurae Deorum moraliter, & naturaliter expoſitae*. Interim notanda ſunt haec verba Capitis I. pag. 2. *b*. ubi ſermo eſt de Saturno: *Sed Iuppiter caſtrat Saturnum, hoc eſt, quod quandoque aliqui boni homines caſtrant, ideſt deponunt de dominio tales malos Dominos, & Praelatos, & proiiciunt virilia in mare, ideſt faciunt converti delectationem, virtutemque ipſorum in amaritudinem, ſicut quotidie videmus in malis Praelatis, & Tyrannis accidere, ſicut patuit de Domino Petro de Gambacurtis de Piſis, & de Archiepiſcopo ſuo nepote, qui Dominus Petrus depoſitus de dominio interitus fuit a Domino Iacobo de Appiano, in quo multum confidebat MCCCXCII.*

III. pag. 27. *b*. Caput anepigraphum, forte eiuſdem, cum tabula quadam mythologica. Inc. *Chaldaei arbitrati ſunt, quod elementa ſint Dii, nec cognoverunt, quod ſint facta ad utilitatem hominum &c.*

IV. pag. 33. Antonii Ioannis de Bicis Oratio (de omnium diſciplinarum ingenuarumque artium laudibus) habita coram Generali Collegio Studii Senenſis. Inc. *Arduam atque difficilem provinciam mihi hodierna die iniunctam eſſe clare dilucideque perſpicio, viri Senenſes, ut ego ſcilicet homo adoleſcens, omnis eloquentiae expers, litterarum paene omnium rudis, & in huiuſcemodi actionibus tiro, de tam ſplendida & excellenti re oraturus ſim*. Deſ. *ego autem vobis omnibus & felicitatem & perennitatem maximopere deſidero atque opto, meque ſingulis dedo atque commendo*. Nihil de eo habet Mazzuchellius.

V. pag. 49. Magni Turci & aliorum Epiſtolae mutuae cum Praefatione Landivii (1) Equitis Hieroſolymitani ad Francinum Beltrandum, quae inc. *Epiſtolas a me nuper in lucem editas*. Deſ.

*Nunc pueri naſum rhinocerontis habent*.

Tum ſequitur argumentum Epiſtolarum, quod inc. *Mahometes Turcorum Imperator, cui poſtea ex magnitudine rerum geſtarum Magnus Turcus cognomento (2) fuit*. Deſ. *epiſtolas vero ad innumeras orbis gentes plurimas dictavit, partim Syro & Graeco ſermone compoſitas, partim etiam Scythica lingua ſcriptas, quas quidem Landivius Eques Hieroſolymitanus earum poſt ſententias aſſequutus Latinas edidit*. Epiſtola prima inſcripta *Zancaſſano Regi Perſarum*, inc. *Audio te ad Leptam, Euphrate ſuperato, copias ingentes traieciſſe*. Vltima, *Lacedaemoniorum Turco*, deſ. *patriam ab incendio belli ſervaſſe*. Tum ſubiungitur: *Epiſtolae Magni Turci finiunt a Landivio Equite Hieroſolymitano editae, ac in civitate Neapolis impreſſae per Arnaldum de Bruxella die XVII. Septembris anno MCCCCLXXIII.* Ex hac ſubſcriptione ſuſpicari quis merito poſſit, amanuenſem ex ipſa Neapolitana editione, quam memorat, hoc ſibi exemplar deſcripſiſſe. Recenſetur autem editio iſta a Mattairio Annal. Typogr. Tom. I. pag. 329. hiſce verbis: *Nicolaus Sagundinus ad Ioannem filium de epiſtolari dicendi genere; Landivii Equitis Hieroſolymitani ad Francinum Beltrandum in epiſtolas Magni Turci Praefatio; Epiſtolae Turci Latine redditae per Landivium; impreſſae Neapoli per Arnaldum de Bruxella die* XVII. *Sept.* MCCCCLXXIII. 4. Nos vero conſuluimus editionem Baſileenſem, ubi habentur impreſſae inter Epiſtolas Laconicas per Io. Oporinum MDLIV. in 12. a pag. 464. ad pag. 506.

VI. pag. 63. Gentilis Fulginatis Medici illuſtris contra peſtilentiam Conſilium (3). Inc. *Quoniam glorioſus & excelſus Deus de largitate ſua medicinam produxit*. Deſ. *& ſecundum hoc dixerunt ſapientes, quod eſt venenum dormire, vel degere ſub arbore nucis, in hortis caulium, & ſub umbra oleandri, & ſic de aliis. Deo igitur optimo, pientiſſimo, & glorioſiſſimo, qui nos a peſte protegat, ſint laudes infinitae, & ſic Conſilio huic de peſte Gentilis Fulginatis Phyſici illuſtris finis impoſitus eſt*. Tum ſequitur haec ſubſcriptio: *Liber mei Lucae Antonii, quem ſcripſi Colle tempore belli, & epidimiae, in anno MCCCCLXXVIII. die XIX. Septembris*. Subiiciuntur tandem preces dicendae pro evitanda peſte &c.

VII. pag. 95. Probae Falconiae excerptum e Virgilii Carminibus, pro novo & veteri Teſtamento, praevia ipſius Probae notitia ex libro Etymologiarum Iſidori. Inc.

*Iamdudum pugnaſſe duces pia foedera pacis*.

Deſ.

*Hac caſti maneant in relligione nepotes*.

In Biblioth. Patrum Pariſienſi ſumptibus Aegidii Morelli MDCXLIV. fol. Tom. VIII. a pag. 708. ad pag. 716.

VIII. pag. 112. Diſtichon Lucae Antonii Geminianenſis ad Ioannem Domini Nelli, quod ita ſe habet:

*Non uſura meos poterit corrumpere cenſus;*
*Si figulus fuero, tu male parta tene.*
*Diſtichon aeternum ſcripſi tua carmina falſa.*

Inde in averſa pagina iterum legitur: *Liber mei Lucae Antonii Ioannis Bernardi Petri de Bernardis de Sancto Geminiano, quem ſcripſi, qui Centones Virgilii nuncupatur, cuius meminit beatus Hieronymus &c.*

IX. pag. 113. Interpretatio Oppiani, Laurentii Lippi Collenſis, ad magnificum virum Laurentium Medicem, cum vita Poëtae, quae inc. *Oppianus Poëta*. Deſ. *qui Halieutica miro ſplendore conſcribit*. Tum ſequitur Prooemium ſuper interpretatione Oppiani

ad

(1) In editione infra citanda legitur *Landini*.
(2) In edit. *cognomen*.

(3) Nulla de eo apud Fabricium mentio.

ad magnificum virum Laur. Medicem. Inc.

*Lydorum ſpes una virûm, in quo tota recumbit*
*Thuſcia, & Alpinis poſitae ſub montibus urbes.*

Deſ.

*Piſces & vates verſu demulceat undas.*

Accedunt duo argumenta, primum totius Poëmatis, alterum ſuper interpretatione primi Libri. Liber primus inc.

*Diſperſas ponti gentes acieſque natantum.*

Liber quintus deſ.

*Fundamenta tenens ſubter regnator aquarum.*

X. pag. 170. *b.* Diſticha Laurentii Lippi Collenſis de quibuſdam vegetabilibus, animalibus, & gemmis, ad magnificum virum Laurentium Medicem. Primum eſt:

*Faſtidit magnus numeroſa volumina lector;*
*Poſt coenam laeta diſticha fronte legit.*

Vltimum, cui titulus *De Cochlea* deſ.

*Contrahit, exerit* (ſic) *parva cornicula fronte,*
*Et nuda ingreditur contegiturque domo.*

Subſequitur Carmen elegiacum, cui titulus: *Laurentius Petro Carbonello Hiſpano, Regio Secretario.* Inc.

*Non arcere meos intra vivaria piſces*
*Poſſum, caeruleis iam ſpatientur aquis &c.*

Tum alterum, cui titulus: *Philippus Poſcus ad Laurentium Lippium, Muſarum amicum.* Inc.

*Exprimis Oppianum facundo carmine, Lippi,*
*Fidus es interpres, gratus es eloquio &c.*

*Philippus Poſcus ad Lectorem*

*Laurentius Lippius Collenſis vir utraque lingua apprime eruditus hoc divinum Oppiani Opus traduxit. Gallus cognomine Bonus impreſſit, ut eſſet ſtudioſis litterarum utriuſque induſtria quantulacumque acceſſio. Quapropter quod Oppianum, o lector, Latinum legis, utriſque gratias agat. Impreſſum in Colle Oppido Municipio Florentino Anno ab Humanitate Chriſti MCCCCLXXVIII. die XII. Septembris* (1).

XI. pag. 177. Aeſopi Fabellae quaedam a Leonardo Datho Florentino Latino carmine expreſſae ad Gregorium Corradum Venetum Sedis Apoſtolicae Protonotarium. Praecedit Prologus, qui ita habet:

*Gregori, neque enim Aeſopum ſprevere poëtae,*
*Inter Philoſophos nec minor ille fuit.*
*Ludit fabellas, & eas bene condit olentes,*
*Et cavet a vitiis, & benefacta docet.*
*Nonne vides olim periiſſe Poëmata mille?*
*Neſciat Aeſopi dulce Poëma mori.*
*Quas legis, ex ipſo legi, cantoque Latinas*
*Piſani ſuaſu fretus, & auctus ope.*
*Ille dat ad verbum quod non mihi littera Graeca eſt,*
*Et mea in hoc Elegos lenta Thalia refert.*
*Forſan & ad reliquas pergam, ni lora retorques;*
*Proſequar, an taceam, nam ſapis ipſe, iube.*

Prima, cui titulus *Vulpes, & Leo*, ſequens eſt;

*Vulpes quum primum quem neſcuit ante Leonem*
*Adſpicit, adſpectu territa paene cadit.*
*Rurſus ut offendit, minus eſt exterrita viſu,*
*Ter autem viſo dicitur auſa loqui,*
*Vſus enim parit hoc, & quaeſtus aſpera mulcet,*
*Et vincis quiſquis continuarit opus.*

Vltima inſcripta *Demas oraturus ad Populum* deſ.

*Vnde voluptatem ſentiat, illud amet.*

Nullam huius Opuſculi mentionem factam invenio in Prolegomenis ad Epiſtolas eiuſdem Leonardi Dathi curante Cl. Laur. Mehus Florentiae editas MDCCXLIII. 8.

XII. pag. 189. Mercurii Triſmegiſti Liber de Poteſtate & Sapientia Dei e Graeco in Latinum traductus a Marſilio Ficino Florentino cum Praefatione ad Coſmum Medicem Patriae Patrem (2), ut in Codice VIII. Plutei XXI. Catalogi Tomo I. pag. 668. §. I. In fine legitur: *Finis Mercurii Triſmegiſti de Poteſtate & Sapientia Dei, quem traduxit e Graeco in Latinum Marſilius Ficinus Florentinus anno MCCCCLXIII. menſe Aprilis Florentiae. Liber mei Lucae Antonii de Sancto Geminiano, quem ſcripſi Vulterris anno MCCCCLXXIV. die 29. Sept. Laus Deo, hora noctis quarta.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. variis manibus exaratus, & quoad Oppianum impreſſus, cum indiculo in principio manu recentiori. Conſtat foliis 233.

## IO. BOCCACCII GENEAL. DEOR.

IOannis Boccaccii de Certaldo Genealogia Deorum Gentilium ad Hugonem inclytum Ieruſalem & Cypri Regem (3), ut in Codice IX. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 553. Heic ſubſcribitur: *Genealogiae Deorum Gentilium ſecundum Ioannem Boccaccium de Certaldo Liber XV. & ultimus explicit.* Tum ſuccedit index uberrimus in fine mutilus. *Cod. XCVII. 1.*

Codex chartac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus rubricatis, & Summariis in margine diverſa manu. Conſtat foliis 101.



(1) Memorat hanc editionem Mattairius Annal. Typograph. Tom. I. pag. 391.

(2) In hoc Codice Epiſtola nuncupatoria ad Coſmum Medicem deſ. *ut & diu patria vivat, Marſiliique tui legens memento.*

(3) Hunc Codicem memorat Iac. Gaddius in Adloquutionibus & Elogiis Florentiae typis Petri Neſtei MDCXXXVI. pag. 53.

Digitized by Google

## IO. BOCCACCII GENEALOGIA DEORVM.

Cod. XCVII. 2. IOannis Boccaccii Genealogiae Deorum Gentilium Libri XV, ad Hugonem inclytum Ieruſalem, & Cypri Regem, cum Prooemio, ut in Codice ſuperiore. In fine rubrica adſcriptum eſt: *Genealogiae Deorum Gentilium ſecundum Ioannem Boccaccium de Certaldo civem Florentinum ad Illuſtrem Principem Ieruſalem, Cypri Regem Liber XV. & ultimus explicit feliciter.* Accedit deinde Epitaphium Ioannis Boccaccii de ſe ipſo, quod inc.

*Hac ſub mole iacent cineres ac oſſa Ioannis &c.*

ac tandem additio Coluccii de Stignano, quae inc.

*Inclyte tu vates humili ſermone loquuntus &c.*

Edidit Dominicus M. Mannius *Illuſtrazione del Boccaccio, Firenze MDCCXLII.* 4. pag. 129.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, optime ſervatus, cum initialibus, & titulis auratis & coloratis, & Summariis in margine, in cuius ultima pagina legitur: *Andreas Panlofi decretorum Doctor Canonicus Sancti Niceciis Lugd.* num 709. antiquitus notatus. Conſtat foliis 314.

## IO. BOCCACCII DE CLARIS MVLIERIBVS LIBER.

Cod. XCVIII. 1. IOannis Boccaccii de Certaldo de Claris Mulieribus Liber ad Andream de Acciarolis de Florentia Altevillae Comitiſſam. Prooemium inc. *Pridie, mulierum egregia, paullulum ab inerti vulgo ſemotus.* Deſ. *& poſteritati ſervabit aeternam.* Liber inc. *Scripſere iamdudum nonnulli.* Deſ. *laceratum dentibus invidorum depereat.* Tum repetitur titulus: *Ioannis Boccaccii de Certaldo de Mulieribus Claris Liber explicit feliciter.* Concordat cum editione Bernenſi Helvet. per Mathiam Apiarium MDXXXIX. fol. Aliud Exemplar occurrit etiam in Cod. XXIX. Plutei LII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 568. §. II. ubi tamen finis diverſus eſt ab edito, quia poſt verba *laceratum dentibus invidorum depereat*, in quibus editio deſinit, ita proſequitur in dicto Codice: *& multo minus Danes Acriſii Iovis amore conſpicua, Caſſiopes cum nata Perſei liberata virtute, Caliſto mater Archadis, & Pretides Omphaleſque, a qua tractus Hercules in fuſos deduxit digitos &c.* uſque ad finem, quem loco citato retulimus. Haec autem omnia unius circiter paginae ſpatium occupant, & in plurimarum aliarum clararum mulierum enumeratione verſantur.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, cum initialibus, & titulis rubricatis, optimeque ſervatus, antiquitus num. 593. deſignatus. Conſtat foliis 80.

## IO. BOCCACCII DE CLAR. MVLIER.

Cod. XCVIII. 2. ALiud Exemplar ſuperioris Operis, cum tabula Capitum in fine, & ſcriptoris nomine, & quidem ita: *Romae per Aſtulplum ſcriptum Kalendis Iulii* 1385. Vid. Mannium l. c. pag. 71.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, optimae ſcripturae, cum pictura in principio, & initialibus ſingulorum Capitum aureis, in cuius prima pagina legitur: *MDI. queſto libro è di Franceſco di Franceſco Ant. di Tommaxo Nori*, antiquitus num. 55. notatus. Conſtat foliis 48.

## IO. BOCCACCII DE CLAR. MVLIER.

Cod. XCVIII. 3. ALiud exemplar ſuperioris Operis cum Prooemio, & Summariis Capitum in principio. In hoc Codice ſubiicitur in fine Caput inſcriptum *De praeſcientia Dei*, quod inc. *Poſito, quod Deus praeordinaverit mundum redimi per mortem, ſive paſſionem Filii, quaeritur, utrum potuerit per alium modum mundum redimere, puta per ſanguinem ſparſum in Circumciſione, vel per aliquem alium modum.* Deſ. *multa quidem & alia argumenta fieri poſſent, quae gratia brevitatis dimitto; & haec ſunt dicta humiliter cum veſtrae dominationis correctione.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. exeuntis, minutis, & breviatis litteris exaratus; in quo eraſa antiqua Gallica ſcriptura, nova ſuperinducta eſt, cum titulis, & initialibus Capitum litteris rubricatis, num. 393. olim notatus. Conſtat foliis 112.

## IO. BOCC. DE MONTIBVS, SILVIS &c. LIBER, ET LACTANTII PLACIDI ARGVMENTA METAMORPHOSEON OVIDII.

Cod. XCIX. I. pag. 1. IOannis Boccaccii de Certaldo de Montibus, Silvis, Nemoribuſque, Fontibus, Lacubus, Fluminibus, Paludibus, Stagnis, & Maribus. Inc. *Surrexeram equidem feſſus.* Deſ. *Urias Adriatici maris ſinus eſt, Apulo cinctus littore, ſub Gargano monte, cuius aſperum aiunt introitum, & extra eum dicunt eſſe Sipontum, Diomedis opus, ut a nonnullis hactenus creditum eſt.*

II. pag.

II. pag. 239. Caelii Firmiani Lactantii in fabulas P. Ovidii Naſonis Commentum. Inc. *Fabulae primi Libri. Chaos, ut Heſiodi indicat volumen, quod Deorum originem continet, fuit initio quaedam rerum confuſio.* Definit in Fabula LI. & quidem ita: *Ovidius opere perfecto, docet ſe a Chaos principium ceſſiſſe, & ad Caeſarem deduxiſſe, quem, gentibus orbis devictis, Venus ab inimicorum inſidiis avertit, inque filium eius, quod epigramma competeret, a nobis tale compoſitum eſt. Expliciunt Fabulae Ovidii.* In editione Mythographorum Latinorum, curante Auguſtino Van Staveren, Lugduni Batav. apud Sam. Luchtmans MDCCXLII. 4. a pag. 787. ad pag. 895. ſub titulo: *Lactantii Placidi argumenta Metamorphoſeon Ovidii*.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. optime ſervatus, ſed parum caſtigate perſcriptus, num. 687. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 286.

## SENECAE QVAEDAM.

*Cod. CXVII.* I. pag. 1. BEnvenuti de Rambaldis de Imola, licet titulus non adpareat, Commentarius in ſecundam Canticam Dantis Aligherii, de quo in poſtremo huius Catalogi Volumine nobis erit agendum.

II. pag. 118. *b.* Senecae de Remediis Fortuitorum Liber ad Gallionem cum brevi argumento in principio, ut in Codice XXXVIII. Plutei LXXVI. ſupra pag. 109. § III.

III. pag. 119 *b.* Eiuſdem de quatuor Virtutibus Cardinalibus. Ibid. §. IV. Subiiciuntur ſententiae quaedam, quarum in fine ſequens adſcribitur verſiculus:

*Ex hoc mira cape, quia ſaecli ſunt duo Papae.*

*MCCCLXXVIII.*

Codex chartac. Ms in 4. Saec. XIV. partim Latinus, partim Italicus, binis columnis, cum titulis rubricatis, in cuius prima pagina legitur poſſeſſoris nomen *Ioannis Gaddii*. Conſtat foliis 120.

## PII II. EPISTOLAE, ANT. HIPPOLYTI SERMO, SENECAE LIBER, BERNARDI EPIST. &c.

*Cod. CXXVIII.* I. pag. 1. AEneae Silvii Poëtae laureati, poſtea Pii Papae Secundi, de Amoris Remedio Epiſtola ad Hippolytum Mediolanenſem. Inc. *Querebaris mecum nocte praeterita, quod amori operam dares, nec iam debilitatum ac vinctum animum ſolvere poſſes.* Deſ. *avertere ſtude. Ex Vienna II. Kal. Ianuarii MCCCCXLIII.* Eſt Epiſtola CVI. in edit. Operum Baſileenſi apud Henricum Petri MDLI. fol. a pag. 607. ad pag. 610.

II. pag. 4. Eiuſdem Epiſtolae CXXXVI. primis tribus eius Pontificatus annis datae, quae quum non exſtent in editione Baſileenſi mox citata, operaepretium duximus ſingularum initium, & finem de more exhibere. Series autem, qua iacent in Codice, ſequens eſt:

I. Inſcripta Epiſcopo Spirenſi, & Henrico Senſtleben Commiſſariis. Inc. *Non parum conſolationis nobis fuit.* Deſ. *cum laude & gloria Omnipotentis Dei producatur. Datum Mantuae XV. Iunii MCCCCLIX. Pont. noſtri Anno* I. Tum ſubiicitur: *Simile Magiſtro Stephano de Nardinis Not. Apoſt.*

II. Friderico Comiti Montis Feretri. Inc. *Dilecte &c. Eſt nobis ſummum ſtudium ob curam nobis a Deo commiſſum.* Deſ. *erit magnopere conſultum. Dat. Mantuae XXI. Iunii A.* I.

III. Duci Mediolani. Inc. *Quum inter cives Bononienſes.* Deſ. *ne nos cogant ad alia remedia. Dat. ut ſupra.*

IV. Georgio Regi Bohemiae. Inc. *Litterae Celſitudinis tuae nobis redditae ſunt, quas laeto animo accepimus.* Deſ. *& utilitati tuae non defuturos. Dat. Mantuae VIII. Iunii Anno* I.

V. Friderico Romanorum Imp. Inc. *Quum ab initio Apoſtolatus noſtri.* Deſ. *numquam in aliquo defuturi ſumus. Dat. ut ſupra.*

VI. Senenſibus. Inc. *Retulit nobis dilectus filius Ioannes Mignanellus Orator veſter.* Deſ. *opportune proviſum eſt. Dat. Mantuae XI. Iunii Anno* I.

VII. Paullo Mauriceno. Inc. *Memores veteris amicitiae inter nos initae.* Deſ. *quam a perpetua infamiae labe liberabis. Dat. Mantuae XXI. Iulii An.* I.

VIII. Ferdinando Regi Siciliae Illuſtri. Inc. *Quantum in nobis fuit, omni diligentia adnixi ſumus.* Deſ. *inter ultimo loco venientes haberi. Dat. Mantuae XXVI. Iulii An.* I.

IX. Archiepiſcopo Ravennati. Inc. *Quid impraeſentiarum ſcribamus ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum.* Deſ. *ad adminiſtrationem dictae provinciae te conferre. Dat. ut ſupra.*

X. Mathiae Regi Hungariae. Inc. *Venerunt ad nos venerabiles fratres & dilecti filii Oratores tuae Celſitudinis.* Deſ. *fautores erimus. Dat. Mantuae ultimo Iulii An.* I.

XI. Ioanni Card. S. Angeli Legato. Inc. *Ex litteris tuis, ac etiam relatu venerabilium fratrum &c.* Deſ. *& regno Hungariae ſemper fautores erimus. Dat. ut ſupra.*

XII. Regi Aragonum. Inc. *Venerunt ad nos venerabiles fratres, & dilecti filii Oratores tuae Serenitatis.* Deſ. *ac paratiſſimos reperies. Dat. Mantuae I. Aug. An.* I.

XIII. Senenſibus. Inc. *Quum Senis ageremus devotionem veſtram paterna charitate requiſivimus.* Deſ. *in quo cum reipublicae veſtrae rem valde utilem, tum etiam nobis gratiſſimam efficietis. Dat. Mantuae V. Aug. An.* I.

XIV. Regi Siciliae Ferdinando de Aragonia. Inc. *Quum pro defenſione Chriſtianae fidei*

Digitized by Google

*dei dietam hanc Mantuanam conſtituerimus*. Deſ. *pro ſtatu & commodis ſuis non defuturam*. *Dat. Mantuae VIII. Aug. An.* I.

XV. Regi Siciliae. Inc. *Scripſimus per alias litteras Serenitati tuae compromiſſum*. Deſ. *Caſtrum Montis Sicci provinciae Marchiae*, *Dat. Mantuae XI. Aug. An.* I.

XVI. Capitulo Eccleſiae Moguntinae, Inc. *Quum dietam hanc Mantuanam pro defenſione Chriſtianae fidei indixerimus*. Deſ. *rem utilem facietis*. *Dat. Mant. ſub annulo &c. XIII. Aug. An.* I.

XVII. Diethero de Iſemburg Canonico Moguntino. Inc. *Requiſivimus aliis litteris noſtris, ut ad nos &c.* Deſ. *& rem profecto tibi, & Eccleſiae tuae gratam & utilem efficies*. *Dat. ut ſupra*.

XVIII. Senenſibus. Inc. *Aequo animo toleranda ſunt*. Deſ. *non adeſſe Oratores veſtri poſſent*, *Dat. Mant. die XXI. Aug. An.* I.

XIX. Iiſdem. Inc. *Accepimus litteras veſtras, quibus nos certiores facitis*. Deſ. *devotioni veſtrae notificandam diſtulimus*. *Dat. Mantuae XXIV. Aug. An.* I.

XX. Dilectis filiis, nobili viro Paſquali Malipetro Duci, & Conſilio Rogatorum civitatis Venetiarum. Inc. *Romae quum eſſemus, promiſerunt nobis Oratores veſtri*. Deſ. *per veſtram vel contumaciam, vel negligentiam patiatur*, *Dat. ut ſupra manu propria*. *Ae.*

XXI. Magiſtro Bernardo de Boſcho. Inc. *Scribimus dilectis filiis Duci, & Conſilio Rogatorum Venetiarum*. Deſ. *nos certiores reddes*, *Dat. Mantuae XXV. Aug. Ann.* I.

XXII. Hieronymo Lando Archiep. Cretenſi. Inc. *Intelleximus fraternitatem tuam eſſe Venetiis*. Deſ. *a chariſſimo filio noſtro Carolo Francorum Rege recepimus*. *Dat. ut ſupr.*

XXIII. Prioribus, Gubern. Communis, Capitaneo, & Conſilio Populi civitatis Senarum. Inc. *Alteris litteris noſtris, quibus gratias egimus de electione*. Deſ. *quibus ſecundum merita tribuetis*.

XXIV. Duci Sabaudiae. Inc. *Ex litteris dilecti filii P. Cardinalis de Fuxo accepimus*. Deſ. *& dignitati tuae maxime conſules*. *Dat. Mantuae III. Sept. Anno* II.

XXV. Comiti Iacobo Piccinino. Inc. *Scripſit nobis dilectus filius Octavianus Pontanus*, Deſ. *eniti omni ratione & ſtudio debes*. *Dat. Mantuae VIII. Septembr. A.* II.

XXVI. Epiſcopo Bituntino, Oratori Regio. Inc. *Intelleximus quam accurate egeris ſimul cum Oratore noſtro*. Deſ. *& de ſucceſſibus nos certiores reddas*. *Dat. ut ſupra*.

XXVII. Regi Siciliae. Inc. *Novit tua Celſitudo nos pro dirimendis controverſiis*. Deſ. *voluntati noſtrae repugnare*. *Dat. ut ſupra*.

XXVIII. Alberto Marchioni Brandenburgenſi. Inc. *Litteras, per quas Nobilitas tua nobis commendavit dilectum filium Georgium Heſzler*. Deſ. *fidei reſervetur*. *Dat. Mantuae IX. Sept. Ann.* II.

XXIX. Regi Siciliae. Inc. *Per litteras noſtras, & Oratorum ſuorum intellexit Serenitas tua compromiſſum*. Deſ. *& pacata remaneant*. *Dat. Mant. XXIII. Sept. Ann.* II.

XXX. Carolo Regi Francorum Illuſtri. Inc. *Venit ad nos venerabilis frater noſter Epiſcopus Carnotenſis*. Deſ. *numquam deerimus*. *Dat. Mantuae XV. Sept. Ann.* II.

XXXI. Diethero de Iſemburg Canonico Moguntino. Inc. *Recepimus litteras tuas, quae nobis partim moleſtae, partim vero gratae fuerunt*. Deſ. *Chriſtiani faciunt*. *Dat. Mantuae ſub Annulo Piſcatoris die XXVI. Sept. MCCCCLIX. Pont. noſtri Ann.* II.

XXXII. Dilecto filio nobili viro Philippo Duci Burgundiae. Inc. *Magnopere cupiebamus, Nobilitatem tuam ad hunc conventum perſonaliter accedere*. Deſ. *nobis reſpondeat*. *Dat. Mantuae XVI. Sept. Anno* II.

XXXIII. Epiſcopo Tullenſi. Inc. *Recepimus litteras fraternitatis ſuae, & gratiſſimae nobis fuerunt notificationes tuae*. Deſ. *iuxta potentiam ſuam conſulatur*, *Dat. ut ſupra*, Tum ſubiicitur: *Simile Domino de Croy Baroni Comiti de Porſien. primario Cambellano Ducis Burgundiae*.

XXXIV. Sigiſmundo Duci Auſtriae. Inc. *Quum perſonalem adventum tuum exſpectaremus*. Deſ. *ad Nobilitatem tuam remiſimus*. *Dat. Mantuae II. Octobr. Ann.* II.

XXXV. Stephano Duci Boſſinae. Inc. *Fuit apud nos dilectus filius Petrus de Raguſio*. Deſ. *cui fidem in referendis adhibebis*. *Dat. Mantuae III. Octobr. Ann.* II. Tum adiicitur: *Simile Petro Paullo Vich. Vaxirodae*.

XXXVI. Friderico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto. Inc. *Ex venerabili fratre noſtro Stephano Epiſcopo Lucano*. Deſ. *ut quantocius nobis reſpondeat*. *Dat. Mantuae ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Octobr. Anno* II.

XXXVII. Regi Bohemiae. Inc. *Gratiſſimum nobis fuit intelligere negotia, & diſcordias &c.* Deſ. *reſponſum exſpectamus*. *Dat. ut ſupra*.

XXXVIII. Ven. fratri Hieronymo Arch. Cretenſi, & Franciſco de Tolleto Nuntiis & Oratoribus noſtris. Inc. *Poſtquam iter ingreſſi fuiſtis, intelleximus*. Deſ. *quantocius componere, & terminare velit*. *Dat. Mantuae XI. Octobr. Ann.* II.

XXXIX. F. S. Duci Mediolani. Inc. *Rediit dilectus filius Marcus Corus Orator tuae Nobilitatis*. Deſ. *bene diſpoſitas invenient*. *Dat. in S. Maria de Gratiis Mantuanae Dioec. XX. Octobr. Ann.* II.

XL. Rectori & Conſilio civitatis Raguſii. Inc. *Meminimus binis iam litteris noſtris, poſtquam Mantuam &c.* Deſ. *& rebus veſtris utiliter conſuletis*. *Dat. Mantuae XXVI. Octobr. Ann.* II.

XLI. Roberto de Vrſinis militi Domicello Romano. Inc. *Cupientes omni ſtudio pacem Italiae conſervare*. Deſ. *& confiſcationis omnium bonorum tuorum*. *Dat. Mantuae ſub Annulo Piſcatoris MCCCCLIX. Pont. noſtri Ann.* II. Tum inferius: *Simile Ioanni de Comitibus*.

XLII. Ioanni Malavoltae. Inc. *Habuimus ex fide digno loco, quod Comes Iacobus Piccini-*

Digitized by Google

*minus*. Deſ. *confid mus*, *& ſperamus*. *Dat. Mantuae IV. Nov. Ann.* II.

XLIII. F. Epiſcopo Ferrarienſi, Commiſſario noſtro Generali. Inc. *Quia intelleximus ex loco fide digno*, *Comitem Iacobum Piccininum*. Deſ. *omnia tuta*, *& quieta ſint*. *Dat. ut ſupr.*

XLIV. Antonio de Piſtorio Commiſſario noſtro. Inc. *Quum tibi commiſerimus*, *ut nonnullos equites &c.* Deſ. *& mandatum fuerit*. *Dat. Mantuae die XI. Nov. Ann.* II.

XLV. Friderico Comiti Montis Feretri. Inc. *Commiſimus dilecto filio Antonio Piſtorienſi Commiſſario noſtro*. Deſ. *impediatur*. *Dat. Mantuae XI. Nov. Ann.* II. Tum infra: *Simile mutatis mutandis F. Epiſcopo Ferrarienſi*.

XLVI. Leonardo Deſpoto Arthae. Inc. *Per litteras tuas*, *& ex iis quae tuo nomine nobis retulit &c.* Deſ. *plenius informaberis*. *Dat. Mantuae die XVI. Nov. Ann* II.

XLVII Ferdinando Siciliae Regi Illuſtri. Inc. *Etſi Celſitudinem tuam provide credamus intelligere*, *& proſpicere*. Deſ. *conducere videbuntur*. *Dat. Mantuae die XXIV. Novembr. Ann.* II.

XLVIII. Ioanni Antonio de Spoleto almae urbis noſtrae Senatori. Inc. *Quum propter fid i Chriſtianae ſuccurſum ad hunc Mantuanum conventum*. Deſ. *& nobis ſumme diſpliceret*. *Dat. Mantuae ſub Annulo Piſcat. XXVII Nov. A. MCCCCLIX. Pont noſtri Ann.* II.

XLIX. Sigiſmundo Pandulpho de Malateſtis. Inc. *Non poſſumus non admirari*, *quod tua Nobilitas &c.* Deſ. *induces*. *Datum Mantuae ſub Annulo Piſcatoris die XXVIII. Novembr. Ann.* II.

L. Epiſcopo Mantuano Gubernatori almae urbis noſtrae, ac Magiſtro Iacobo de Mucciarellis Viceth (1). noſtro. Inc. *Quoniam dilectus filius nobilis vir Leonardus Deſpotus Arth.* Deſ. *detis*, *& conſignetis*. *Dat. Mant. XXIX. Nov. Ann.* II.

LI. M. Octaviano Pontano Subdiacono, & Commiſſario noſtro. Inc. *Si dilectus filius nobilis vir Sigiſmundus Pandulphus*. Deſ *ſecure teneatur*. *Dat. Mantuae ſub Annulo &c. II. Dec Ann.* II.

LII. Eidem. Inc. *Intelleximus praticas teneri cum dilecto filio Iulio Caeſare de Varano*. Deſ. *habueris in mandatis*. *Dat. Mantuae IV. Dec. MCCCCLIX.*

LIII. Iulio Caeſari de Varano Domicello Camerinenſi. Inc. *Commiſimus dilecto filio Octaviano Pontano Subdiacono*. Deſ. *diceremus*, *& mandaremus*. *Dat. Mant. ſub Annulo &c. ut ſupra*.

LIV. Prioribus Libertatis, & Vexillifero Iuſtitiae Populi Florentini. Inc. *Ex variis relatibus plurima accepimus*. Deſ. *utiliſſimam efficietis*. *Dat. Mant. VIII. Dec. Anno* II.

LV. Friderico Comiti Montis Feretri. Inc. *Quia ex certis veriſimilibus cauſſis ſuſpicamur*. Deſ. *ſpecialem complacentiam*. *Dat. Mant. X. Decembr. Ann.* I (2).

LVI. Malateſtae Novello &c. Inc. *Quoniam propter ea*, *quae evenire poſſent*. Deſ. *nobis plurimum complacebis*. *Dat. Mantuae*, *ut ſupra*.

LVII. Antianis & Conſilio civitatis noſtrae Anconae. Inc. *Volentes vobiſcum miſericorditer agere*. Deſ. *effectualiter perſolvatis*. *Dat. Mantuae XIII. Dec. Ann.* II.

LVIII. Cardinali Papienſi Legato Marchiae. Inc. *Ex iuſtis & rationabilibus reſpectibus animum noſtrum moventibus*. Deſ. *eis ſuſſi agentur*. *Dat. Mantuae XX. Decembr. Ann.* II.

LIX. Franciſco Duci Britanniae. Inc. *Reſervavimus iampridem diſpoſitioni noſtrae*. Deſ. *ſciamus*, *quid facturi ſumus*. *Dat. Mantuae ſub Ann. Piſc. die VIII. Ian. Pont. noſtri Ann.* II.

LX. Carolo Comiti Nivernenſi. Inc. *Accepimus litteras*, *per quas tua Nobilitas prolixe admodum*. Deſ. *praefatae Eccleſiae provid re*. *Dat. Mantuae V Ian. Ann.* II. Tum infra: *Simile Proceribus*, *Nobilibus*, *Proconſulibus*, *civibus*, *& incolis civitatis*, *& patriae Niverñen.*

LXI. Ven. Fratri Iac. Epiſcopo Vintimilienſi, Rectori Patrimonii. Inc. *Habuimus reſponſum a Comite Everſo*. Deſ. *cures reddere cert ores*. *Dat. Romae IX. Octobr. Ann.* III.

LXII. Archiepiſc. Ravennati. Inc. *Accepimus litteras*, *per quas fraternitas tua ſcribit ſe ſuſpicatam fuiſſe*. Deſ. *confid mus*, *& ſperamus*. *Dat. Romae X. Octobr. MCCCCLX.*

LXIII. Rectori Patrimonii Iac. Epiſcopo Vintimilienſi. Inc. *Sumus facti certiores ex loco fide digno*, *quod nonnulli*. Deſ. *machinationes fruſtrentur*. *Dat. Romae XI. Octobr. Anno* III.

LXIV. Cardinali Theanenſi. Inc. *Binas tuas litteras hodie & legimus*, *& plane intelleximus*. Deſ. *quia copias ſuas miſit Dux Sorae ad Iac. Piccininum*. *Dat. Rom. XV. Octobr. Ann* II. (2)

LXV. Eidem. Inc. *Ad litteras tuas*, *quas & XVII. & XVIII. inſtantis menſis in caſtris dediſti*. Deſ. *& diligentia ſolita utere*. *Dat. Romae XIX. Octobr. MCCCCLX. Anno* III.

LXVI. Regi Ferdinando. Inc. *Ex his*, *quae multifariam nobis cum alias*, *tum noviſſime*. Deſ. *poſſimus explere*. *Scriptum Romae manu propria die XXIII. Octobr. MCCCCLX.*

LXVII. Cardinali Theanenſi. Inc. *Accepimus ex loco fide digno Iacobum Piccininum brevi moturum caſtra*. Deſ. *conducere videbitis*. *Dat. Romae XXIII. Octobr. Anno* III.

LXVIII. Epiſcopo Vintimilienſi Rectori Patrimonii. Inc. *Vidimus notulam exſulum civitatis noſtrae Viterbii*. Deſ. *minime percipiant*. *Dat. Romae XX. Octob. Anno* II. (3)

LXIX. Cardinali Theanenſi. Inc. *Circa rem civitatis noſtrae Tyburis*. Deſ. *quamprimum mittatur*. *Dat. Romae XXV. Octobr. Anno* II. (4)

LXX. Barptolemaeo Archiepiſcopo Raven-

(1) Forte *Vicethesaurario*.
(2) Forte legendum *Ann. III.*

(3) Corrige *Ann. III.*
(4) Corrige *Ann. III.*

Digitized by Google

vennati. Inc. *Habuimus litteras tuas notis ſcriptas, quibus ſignificaſti nobis*. Deſ. *erunt neceſſariae*. *Dat. Romae XXV. Octobr. Anno* III.

LXXI. Neapuleoni de Vrſinis Comiti Tagliacotii. Inc. *Quia dilecti filii Tyburtini propter factiones*. Deſ. *tollantur*. *Dat. Rom. XXVII. Octobr. Anno* III.

LXXII. Cardinali Theanenſi. Inc. *Litteras tuas gratiſſimas hodie de occupatione oppidi recepimus*. Deſ. *ut quamprimum mittantur*. *Dat. Rom. ultimo Octobris Anno* III.

LXXIII. Eidem. *Qui ſit noſter animus erga Iacobum Sabellum*. Deſ. *conſervari volumus*. *Dat. Rom. XXVII. Octobr. Anno* III.

LXXIV. Angelo de Farneſio, & ſociis ſtipendiatis noſtris. Inc. *Habuimus querelam, quod vos depraedati eſtis*. Deſ. *providebimus eorum indemnitati*. *Dat. Romae die XXVI. Octobr. Ann.* III.

LXXV. Cardinali Theanenſi. Inc. *Conſideravimus ea, quae tuis litteris ad nos ſcribis*. Deſ. *nobis quidquam innotuit*. *Dat. Rom. IV. Nov. Ann.* III.

LXXVI. Card. Senenſi Legato Marchiae. Inc. *Quae in illa noſtra provincia aguntur, plane litteris tuis intelleximus*. Deſ. *conſilium capias opportunum*. *Dat. IV. Nov. Anno* III.

LXXVII. Eidem. Inc. *Quia Iulius Caeſar de Varano immemor fidei ſuae*. Deſ. *ad ipſum mittendum procurabit*. *Datum ut ſupra*.

LXXVIII. Cardinali Theanenſi. Inc. *Magno maerore nos afficis*. Deſ. *Georgius noſter. Vale*. *Dat. Romae apud S. Petrum V. Nov. MCCCCLX. manu propria. Ae.*

LXXIX. Rodulpho de Varano Domicello Camerinenſi. Inc. *Ne fides & devotio tua, quam erga nos*. Deſ. *fidem adhibeas*. *Dat. Romae IV. Nov. Anno* III.

LXXX. Ioanni de Comitibus Domicello Romano. Inc. *Miramur non parum, quod quum tu noſter, & S. R. E. ſubditus ſis*. Deſ. *auxilium ſibi praebeas*. *Dat. Romae apud S. Petrum die V. Nov. Ann. II.* (1)

LXXXI. Dilecto filio Franciſco S. Euſtachii Diacono Card. Senenſi, Sedis Apoſtolicae Legato. Inc. *Nihil admirati ſumus eorum, quae ſcribis*. Deſ. *prout expediens eſſe putaverit*. *Dat. Romae VII. Nov. Anno* III. Tum adiectum legitur: *Ad hunc effectum ſcriptum fuit Domino Rodulpho de Varano Domicello Camerinen.*

LXXXII. Cardinali Theanenſi. Inc. *Credimus vera eſſe, quae dicit circumſpectio tua*. Deſ. *pro prudentia tua agat*. *Dat. Romae XXII. Octobr. MCCCCLX. Pont. noſtri Anno* III.

LXXXIII. Antonio de Piccolominibus nepoti noſtro, ac Commiſſario. Inc. *Scripſimus tibi nuperrime admodum prolixe*. Deſ. *quae apud te tenebis*. *Dat. Macereti Sen. Dioec. XXVI. Maii Ann.* II.

LXXXIV. Dilecto filio nobili viro Borſio Duci Mutinenſi. Inc. *Ex iuſtis rationibus, & cauſſis ad nos ſpectantibus*. Deſ. *ſignificare procures*. *Dat. Macereti XXVII. Maii Ann.* II.

LXXXV. Cardinali Theanenſi. Inc. *Dilectus filius Altus de Comitibus fecit nobis notum*. Deſ. *ſatis bis conformia*. *Dat. IX. Nov. Ann.* III.

LXXXVI. Antonio de Piccolominibus Caſtellano. Inc. *Quia ex fide digno loco accepimus, quod Dux Ioannes*. Deſ. *viribus diminuta*. *Dat. ut ſupra*.

LXXXVII. Duci Sabaudiae. Inc. *Scripſimus alias non poſſe nos Monachum illum*. Deſ. *deſiderio tuo annuiſſemus*. *Dat. Rom. XIII. Nov. Ann.* III.

LXXXVIII. Dilecto filio nobili viro Iacobo Sabello Domicello Romano. Inc. *Miſeres nos tuae ſenectutis*. Deſ. *numquam negabimus*. *Dat. manu propria Romae, die XIX. Nov. Ann.* III.

LXXXIX. Cardinali Theanenſi. Inc. *Videris ex iis, quae ad nos ſcribis, opinari*. Deſ. *quod brevi fiet*. *Scriptum Romae manu propria. XX. Nov. MCCCCLX.*

XC. Anconitanis. Inc. *Sicuti nihil gratius nobis eſſe poteſt*. Deſ. *pollicemur, & mittemus*. *Dat. Romae III. Nov. Ann.* III.

XCI. Aeſinis. Inc. *Intelleximus non ſine animi moleſtia*. Deſ. *providebimus opportune*. *Dat. ut ſupra*.

XCII. Legato Marchiae. Inc. *Intelleximus novas turbulentias & incendia*. Deſ. *ad rem hanc omittas*. *Dat. Romae ut ſupra*.

XCIII. Card. Theanenſi. Inc. *Copiam litterarum Iacobi Piccinini ad Iacobum Sabellum*. Deſ. *conſilium capiatur*. *Dat. Rom. XX. Nov. Ann.* III.

XCIV. Eidem. Inc. *Litteras tuas accepimus, & intelleximus adventum Ducis Ioannis*. Deſ. *mandari ordinavimus*. *Dat. Rom. XXII. Nov. Ann.* III.

XCV. Friderico Comiti Montis Feretri. Inc. *Recepimus litteras Nobilitatis tuae, quibus nobis notificas adventum Ducis Ioannis*. Deſ. *aliquo modo confidimus*. *Dat. Rom. ut ſupra*.

XCVI. Card. Theanenſi. Inc. *Heſterna die reſpondentes tuis litteris ſcripſimus*. Deſ. *nos reddes certiores*. *Datum Rom. XXIII. Nov. Ann.* III.

XCVII. Eidem. Inc. *Accepimus a Monte de Cervaria (cuius tamen nomen ſub ſilentio tenendum) quod omnino intentio Iacobi Piccinini eſt ut caſtra noſtra aggrediatur*. Deſ. *quibus pro libito uti poteris*. *Dat. Rom. XXIV. Nov. Ann.* III.

XCVIII. Eidem. Inc. *Quia Sigiſmundus Pandulphus contra omne ius faſque terras, quae in manibus noſtris pignori erant, dolo occupavit*. Deſ. *dari poteris*. *Datum Rom. XXV. Nov. Ann.* III.

XCIX. F. Cardinali Senenſi, Legato Marchiae. Inc. *Superioribus diebus ſcripſimus circumſpectioni tuae, ut Sigiſmundum Pandulphum*

(1) Corrige *Ann. III.*

Digitized by Google

*ſum hoſtem Rom. Eccleſiae publicares*. Deſ. *ad oppugnandum hoſtem uti pro libito poteris*. *Dat. ut ſupra*.

c. Cardinali Theanenſi. Inc. *Expoſuerunt nobis dilecti filii Conſervatores almae urbis noſtrae*. Deſ. *in omnibus pareatur*. *Dat. Romae ut ſupra*.

ci. Iacobo de Sabello Domicello Romano. Inc. *Audivimus animum gerere te*. Deſ. *ſcias uti propoſito noſtro*. *Scriptum Romae manu propria apud S. Petrum Kal. Dec. MCCCCLX. An.* iii.

cii. Regi Siciliae. Inc. *Laeto animo intelleximus tam litteris tuis, quam relatu venerabilis fratris noſtri*. Deſ. *quae omnia intelliges ex copia his adligata*. *Datum Romae XXVI. Nov. MCCCCLX. Ann.* iii.

ciii. Cardinali de Columna. Inc. *Venerunt ad nos dilecti filii Oratores Tyburtini*. Deſ. *donec provideatur*. *Dat. ut ſupra*.

civ. Eidem. Inc. *Vidimus litteras, quas dil. fil. Gregorio de Piccolominibus Secretario noſtro ſcripſiſti*. Deſ. *de quo duxerimus providendum*. *Datum Rom. III. Dec. Ann.* iii.

cv. Franciſco Card. Senenſi Legato Marchiae. Inc. *Vidimus litteras, quae a variis perſonis Sigiſmundo Pandulpho mittebantur, interceptas per te*. Deſ. *in cunctis pareat*. *Datum Romae IV. Dec. Ann.* iii.

cvi. Card. Theanenſi. Inc. *Ex iis, quae circumſpectioni tuae ſcribet dilectus filius Gregorius de Piccolominibus Secretarius noſter*. Deſ. *circumſpectioni tuae mandatum*. *Datum Rom. die V. Dec. Ann.* iii.

cvii. Iacobo de Sabellis Domicello Romano. Inc. *Intelleximus ea, quae tuo nomine relata & propoſita nobis fuerunt*. Deſ. *ſuper eis adhibebis*. *Datum Romae V. Dec. Anno* iii.

cviii. Franciſco Card. Senenſi Legato Sedis Apoſtolicae. Inc. *Intelligimus ex loco ſatis fide digno Sigiſmundum Pandulphum ardere cupiditate occupandi civitatem Senogalliae*. Deſ. *quod aeque animum noſtrum conturbaret*. *Dat. VI. Sept. Ann.* iii.

cix. Tyburtinis. Inc. *Quum vos, civitatemque illam noſtram*. Deſ. *vos proſequi inducamur*. *Datum Rom. IV. Dec. Ann.* iii. Tum ſubiicitur: *Simile Ioanni Totii, & Clementi Brigantis civibus Tyburtinis*.

cx. Iiſdem. Inc. *Rediit ad nos venerabilis frater noſter L. Epiſcopus Ferrarienſis*. Deſ. *ad vos ſe conferet*. *Dat. Romae VII. Dec. Ann.* iii.

cxi. Card. de Columna. Inc. *Videbit & intelliget circumſpectio tua quid ſcribamus*. Deſ. *& omnia nota facias*. *Dat. Romae ut ſupra*.

cxii. Card. S. Suſannae. Inc. *Accepimus litteras circumſpectionis tuae, per quas ſerioſe nobis ſignificaſti*. Deſ. *confidimus & ſperamus*. *Dat. Rom. VIII. Dec. Ann.* iii.

cxiii. Card. de Columna. Inc. *Vidimus, quae ſcripſiſti dilecto filio Gregorio de Piccolominibus Secretario noſtro*. Deſ. *ſtatum conſervas & honorem*. *Dat. Rom. IX. Dec. Ann.* iii.

cxiv. Card. Theanenſi. Inc. *Progreſſus Iacobi Piccinini intelleximus ex litteris tuis*. Deſ. *parcere intendimus*. *Datum Romae XII. Dec. Ann.* iii.

cxv. Antonio de Piccolominibus. Inc. *Ex tuis & dilecti filii Card. Theanenſis litteris intelleximus quo in ſtatu res ſint*. Deſ. *in omnibus pareas mandatis ſuis*. *Datum ut ſupra*.

cxvi. Card. Theanenſi. Inc. *Per alias litteras noſtras ſcripſimus circumſpectioni tuae eſſe intentionis noſtrae*. Deſ. *exſequutioni mandari volumus*. *Dat. ut ſupra*.

cxvii. Antonio de Piccolominibus. Inc. *Quia hoſtium exercitu per hiberna diſtributo*. Deſ. *ire poteris*. *Dat. ut ſupra*.

cxviii. Card. Theanenſi. Inc. *Accepimus litteras circumſpectionis tuae reſponſivas ad ea*. Deſ. *ſummopere commendamus*. *Datum Romae XIV.* (forte *Dec.*) *Ann.* iii.

cxix. Dilecto filio Angelo tituli S. Crucis in Ieruſalem Presbytero Card. Reatino. Inc. *Gratus fuit nobis adventus tuus ad civitatem noſtram Reatinam*. Deſ. *reſcribemus*. *Dat. Rom. XVI. Dec. A.* iii.

cxx. Comiti Everſo. Inc. *Videmus non poſſe fieri ſine ſcandalo*. Deſ. *& ei adquieſcat*. *Datum Romae XX. Dec. Ann.* iii. Subſcribitur: *Viſum per D. Theſaurarium*.

cxxi. Prioribus, & Octo Cuſtodiae noſtrae Civitatis Caſtelli. Inc. *Venerunt nuper ad nos dilecti filii Oratores veſtri praeſentium exhibitores*. Deſ. *& quieti civium conſulatis*. *Datum Rom. XXIII. Dec. Ann.* iii.

cxxii. Ven. Fratri B. Epiſcopo Cornetano Gubernatori Peruſii. Inc. *Saepenumero ſupplicavis nobis tua F. ut te ab onere &c.* Deſ. *laeto animo vultuque recipieris*. *Datum Rom. XXIV. Dec. Ann.* iii.

cxxiii. Theſaurario noſtrae Civitatis Caſtelli. Inc. *Dudum de menſe Aprilis proxime decurſi*. Deſ. *contrariis quibuſcumque*. *Datum Rom. XXV. Dec. A.* iii. *Viſum per Dominum Theſaurarium*.

cxxiv. Burſio Duci Mutinae. Inc. *Quum tuae Nobilitati paterna charitate ſemper fuerimus affecti*. Deſ. *non oporteat*. *Datum Rom. XXVI. Dec. Ann.* iii.

cxxv. Ven. Fratri L. Epiſc. Ferrarienſi Datario noſtro. Inc. *Mandavimus fraternitati tuae, ut quoad poſſes, hortareris*. Deſ. *per te notificabis*. *Datum Romae XXVII. Dec. Ann.* iii.

cxxvi. Capitaneis, Conſilio, & Communi Terrae S. Marini. Inc. *Non eſt vobis incognitum, quanta ſit ingratitudo & perverſitas Sigiſmundi Pandulphi de Malateſtis*. Deſ. *vobis concedere*. *Datum Romae penultimo Dec. Anno* iii.

cxxvii. F. Cardinali Senenſi Legato Marchiae. Inc. *Ut per honorum incrementa tua circumſpectio*. Deſ. *quid Anconitanis reſpondeamus*. *Dat. XXIX. Dec. Ann.* iii.



Digitized by Google

cxxviii. Barptolemaeo de Piccolominibus Gubernatori Spoleti. Inc. *Intelleximus quae ſcripſiſti de Caſtro noſtro Montis Leonis*. Deſ. *habere permittas*. *Datum Rom. ultimo Dec. Ann.* iii.

cxxix. Franciſco Armigero Equiti Senenſi. Inc. *Litterae tuae nobis redditae ſunt*. Deſ. *adſequi poſſe*. *Datum Romae VI. Dec. Ann.* iii.

cxxx. Senenſibus. Inc. *Commiſimus dilecto filio Franciſco de Aringeriis*. Deſ. *numquam deerimus*. *Dat. ut ſupra*.

cxxxi. Card. Senenſi. Inc. *Intelleximus quoſdam de Scapezzano Nobiles*. Deſ. *volumus & mandamus*. *Datum Romae X. Ian. Anno* iii.

cxxxii. Dilecto filio nobili viro Alexandro Sphortiae. Inc. *Volentes ſatisfacere Nobilitati tuae de LX. florenis*. Deſ. *non obſtante quibuſcumque*. *Datum XXI. Ian. Anno* iii.

cxxxiii. Nanni de Piccolominibus Gubernatori Fulginii. Inc. *Audivimus cum diſplicentia, quod per illam noſtram civitatem Fulginii*. Deſ. *nullo modo notari poſſis*. *Datum Romae XXVII. Ian. Ann.* iii. Tum adiicitur: *Spoleti, & Reat. Gubernatoribus ſimilia*.

cxxxiv. Ferdinando Regi Siciliae. Inc. *Veniet ad tuam Celſitudinem dilectus filius Paullus Piſtorienſis*. Deſ. *mittere auxilia*. *Dat. Rom. XIII. Febr. Ann.* iii.

cxxxv. Raphaëli Caymo. Inc. *Dilectus filius nobilis vir Dux Mediolani*. Deſ. *ad Principem praedictum*. *Datum Rom. III. Febr. Ann.* iii.

cxxxvi. Ferdinando Regi Siciliae. Inc. *Quum alias ad nos veniſſet dilectus filius Gaſpar Tallamanca*. Deſ. *& non ita* .... Videtur mutila.

Abſoluta Epiſtolarum recenſione iuxta ordinem, quem habent in Codice, libet nunc earumdem initia per alphabeti litteras diſpoſita exhibere, quod rei litterariae ſtudioſis non parvo uſui eſſe poſſe arbitramur.

A

Accepimus a Monte de Cervaria. xcvii.

Accepimus ex loco fide digno Iacobum Piccininum brevi moturum caſtra. lxvii.

Accepimus litteras circumſpectionis tuae, per quas ſerioſe nobis ſignificaſti. cxii.

Accepimus litteras circumſpectionis tuae reſponſivas ad ea. cxviii.

Accepimus litteras, per quas fraternitas tua ſcribit ſe ſuſpicatam fuiſſe. lxii.

Accepimus litteras, per quas tua Nobilitas prolixe admodum. lx.

Accepimus litteras veſtras, quibus nos certiores facitis. xix.

Ad litteras tuas, quas & xvii. & xviii. inſtantis menſis in caſtris dediſti. lxv.

Aequo animo toleranda ſunt. xviii.

Alteris litteris noſtris, quibus gratias egimus de electione. xxiii.

Audivimus animum gerere te. ci.

Audivimus cum diſplicentia, quod per illam noſtram civitatem Fulginii. cxxxiii.

B

Binas tuas litteras hodie & legimus, & plane intelleximus. lxiv.

C

Circa rem civitatis noſtrae Tyburis. lxix.

Commiſimus dilecto filio Antonio Piſtorienſi Commiſſario noſtro. xlv.

Commiſimus dilecto filio Franciſco de Aringeriis. cxxx.

Commiſimus dilecto filio Octaviano Pontano Subdiacono. liii.

Conſideravimus ea, quae tuis litteris ad nos ſcribis. lxxv.

Copiam litterarum Iacobi Piccinini ad Iacobum Sabellum. xciii.

Credimus vera eſſe, quae dicit circumſpectio tua. lxxxii.

Cupientes omni ſtudio pacem Italiae conſervare. xli.

D

Dilectus filius Altus de Comitibus fecit nobis notum. lxxxv.

Dilectus filius nobilis vir Dux Mediolani. cxxxv.

Dudum de menſe Aprilis proxime decurſi. cxxiii.

E

Eſt nobis ſummum ſtudium ob curam nobis a Deo commiſſam. ii.

Etſi Celſitudinem tuam provide credamus intelligere, & proſpicere. xlvii.

Ex his, quae multifariam nobis cum alias, tum noviſſime. lxvi.

Ex iis, quae circumſpectioni tuae ſcribet dilectus filius Gregorius de Piccolominibus Secretarius noſter. cvi.

Ex iuſtis & rationabilibus reſpectibus animum noſtrum moventibus. lviii.

Ex iuſtis rationibus, & cauſſis ad nos ſpectantibus. lxxxiv.

Ex litteris dilecti filii P. Cardinalis de Fuxo accepimus. xxiv.

Ex litteris tuis, ac etiam relatu venerabilium fratrum. xi.

Expoſuerunt nobis dilecti filii Conſervatores almae urbis noſtrae. c.

Ex tuis, & dilecti filii Card. Theanenſis litteris intelleximus quo in ſtatu res ſint. cxv.

Ex variis relatibus plurima accepimus. liv.

Ex venerabili fratre noſtro Stephano, Epiſcopo Lucano. xxxvi.

F

Fuit apud nos dilectus filius Petrus de Raguſio. xxxv.

G

Gratiſſimum nobis fuit intelligere negotia & diſcordias &c. xxxvii.

Gratus fuit nobis adventus tuus ad civitatem noſtram Reatinam. cxix.

H

Habuimus ex fide digno loco, quod Comes Iacobus Piccininus. xlii.

Habuimus litteras tuas notis ſcriptas, quibus ſignificaſti nobis. lxx.

Ha-

Habuimus querelam, quod vos depraedati eſtis. LXXIV.
Habuimus reſponſum a Comite Everſo. LXI.
Heſterna die reſpondentes tuis litteris ſcripſimus. XCVI.

I

Intelleximus ea, quae tuo nomine relata, & propoſita nobis fuerunt. CVII.
Intelleximus fraternitatem tuam eſſe Venetiis. XXII.
Intelleximus non ſine animi moleſtia. XCI.
Intelleximus novas turbulentias, & incendia. XCII.
Intelleximus praticas teneri cum dilecto filio Iulio Caeſare de Varano. LII.
Intelleximus quae ſcripſiſti de Caſtro noſtro Montis Leonis. CXXVIII.
Intelleximus quam accurate egeris ſimul cum Oratore noſtro. XXVI.
Intelleximus quoſdam de Scapezzano Nobiles. CXXXI.
Intelligimus ex loco ſatis fide digno Sigiſmundum Pandulphum ardere cupiditate. CVIII.

L

Laeto animo intelleximus tam litteris tuis, quam relatu venerabilis fratris noſtri. CII.
Litterae Celſitudinis tuae nobis redditae ſunt, quas laeto animo accepimus. IV.
Litterae tuae nobis redditae ſunt. CXXIX.
Litteras, per quas Nobilitas tua nobis commendavit dilectum filium Georgium Heſzler. XXVIII.
Litteras tuas accepimus, & intelleximus adventum Ducis Ioannis. XCIV.
Litteras tuas gratiſſimas hodie de occupatione oppidi recepimus. LXXII.

M

Magno maerore nos afficit. LXXVIII.
Magnopere cupiebamus Nobilitatem tuam ad hunc conventum perſonaliter accedere. XXXII.
Mandavimus fraternitati tuae, ut quoad poſſes hortareris. CXXV.
Meminimus binis iam litteris noſtris poſtquam Mantuam &c. XL.
Memores veteris amicitiae inter nos initae. VII.
Miramur non parum, quod quum tu noſter, & S. R. E. ſubditus ſis. LXXX.
Miſeret nos tuae ſenectutis. LXXXVIII.

N

Ne fides, & devotio tua, quam erga nos. LXXIX.
Nihil admirati ſumus eorum, quae ſcribis. LXXXI.
Non eſt vobis incognitum, quanta ſit ingratitudo, & perverſitas Sigiſmundi. CXXVI.
Non parum conſolationis nobis fuit. L.
Non poſſumus non admirari, quod tua Nobilitas. XLIX.
Novit tua Celſitudo nos pro dirimendis controverſiis. XXVII.

P

Per alias litteras noſtras ſcripſimus circumſpectioni tuae eſſe intentionis noſtrae. CXVI.
Per litteras noſtras, & Oratorum ſuorum intellexit Serenitas tua compromiſſum. XXIX.
Per litteras tuas, & ex iis, quae tuo nomine nobis retulit &c. XLVI.
Poſtquam iter ingreſſi fuiſtis, intelleximus. XXXVIII.
Progreſſus Iacobi Piccinini intelleximus ex litteris tuis. CXIV.

Q

Quae in illa noſtra provincia aguntur, plane litteris tuis intelleximus. LXXVI.
Quantum in nobis fuit, omni diligentia adnixi ſumus. VIII.
Quia dilecti filii Tyburtini propter factiones. LXXI.
Quia ex certis veriſimilibus cauſſis ſuſpicamur. LV.
Quia ex fide digno loco accepimus, quod Dux Ioannes. LXXXVI.
Quia hoſtium exercitu per hiberna diſtributo. CXVII.
Quia intelleximus ex loco fide digno Comitem Iacobum Piccininum. XLIII.
Quia Iulius Caeſar de Varano immemor fidei ſuae. LXXVII.
Quia Sigiſmundus Pandulphus contra omne ius. XCVIII.
Quid impraeſentiarum ſcribamus ad chariſs. in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum. IX.
Qui ſit noſter animus erga Iacobum Sabellum. LXX II.
Quoniam dilectus filius nobilis vir Leonardus Deſpotus Arth. L.
Quoniam propter ea, quae evenire poſſent. LVI.
Quum ab initio Apoſtolatus noſtri. V.
Quum alias ad nos veniſſet dilectus filius Gaſpar Tallamanca. CXXXVI.
Quum dietam hanc Mantuanam pro defenſione Chriſtianae fidei indixerimus. XVI.
Quum inter cives Bononienſes. III.
Quum perſonalem adventum tuum exſpectaremus. XXXIV.
Quum pro defenſione Chriſtianae fidei dietam hanc Mantuanam conſtituerimus. XIV.
Quum propter fidei Chriſtianae ſuccurſum ad hunc Mantuanum conventum. XLVIII.
Quum Senis ageremus, devotionem veſtram paterna charitate requiſivimus. XIII.
Quum tibi commiſerimus, ut nonnullos equites &c. XLIV.
Quum tuae Nobilitati paterna charitate ſemper fuerimus affecti. CXXIV.
Quum vos, civitatemque illam noſtram. CIX.

R

Recepimus litteras fraternitatis tuae, & gratiſſimae nobis fuerunt notificationes tuae. XXXIII.
Recepimus litteras Nobilitatis tuae, quibus



Digitized by Google

nobis notificas adventum Ducis Ioannis. xcv.

Recepimus litteras tuas, quae nobis partim moleſtae, partim vero gratae fuerunt. xxxi.

Rediit ad nos venerabilis frater noſter L. Epiſcopus Ferrarienſis. cx.

Rediit dilectus filius Marcus Corus Orator tuae Nobilitatis. xxxix.

Requiſivimus aliis litteris noſtris, ut ad nos &c. xvii.

Reſervavimus iampridem diſpoſitioni noſtrae. lix.

Retulit nobis dilectus filius Ioannes Mignanellus Orator veſter. vi.

Romae quum eſſemus, promiſerunt nobis Oratores veſtri. xx.

S

Saepenumero ſupplicavit nobis tua F. ut te ab onere. cxxii.

Scribimus dilectis filiis Duci, & Conſilio Rogatorum Venetiarum. xxi.

Scripſimus alias non poſſe nos Monachum illum. lxxxvii.

Scripſimus per alias litteras Serenitati tuae compromiſſum. xv.

Scripſimus tibi nuperrime admodum prolixe. lxxxiii.

Scripſit nobis dilectus filius Octavianus Pontanus. xxv.

Sicuti nihil gratius nobis eſſe poteſt. xc.

Si dilectus filius nobilis vir Sigiſmundus Pandulphus. li.

Sumus facti certiores ex loco fide digno, quod nonnulli. lxiii.

Superioribus diebus ſcripſimus circumſpectioni tuae, ut Sigiſmundum Pandulphum. xcix.

V

Venerunt ad nos dilecti filii Oratores Tyburtini. ciii.

Venerunt ad nos venerabiles fratres, & dilecti filii Oratores tuae Celſitudinis. x.

Venerunt ad nos venerabiles fratres, & dilecti filii Oratores tuae Serenitatis. xii.

Venerunt nuper ad nos dilecti filii Oratores veſtri praeſentium exhibitores. cxxi.

Veniet ad tuam Celſitudinem dilectus filius Paullus Piſtorienſis. cxxxiv.

Venit ad nos venerabilis frater noſter Epiſcopus Carnotenſis. xxx.

Videbit, & intelliget circumſpectio tua quid ſcribamus. cxi.

Videmus non poſſe fieri ſine ſcandalo. cxx.

Videris ex iis, quae ad nos ſcribis, opinari. lxxxix.

Vidimus litteras, quae a variis perſonis Sigiſmundo Pandulpho mittebantur, interceptas per te. cv.

Vidimus litteras, quas dilecto filio Gregorio de Piccolominibus Secretario noſtro ſcripſiſti. civ.

Vidimus notulam exſulum civitatis noſtrae Viterbii. lxviii.

Vidimus quae ſcripſiſti dilecto filio Gregorio de Piccolominibus Secretario noſtro. cxiii.

Volentes ſatisfacere Nobilitati tuae de LX. florenis. cxxxii.

Volentes vobiſcum miſericorditer agere. lvii.

Vt per honorum incrementa tua circumſpectio. cxxvii.

III. pag. 50. Antonii Hippolyti (1) Piſtorienſis Sermo brevis, ſeu Oratio, ut ex contextu eruitur, de Iuris Pontificii excellentia, & de venuſtate, & magnificentia urbis Senarum, Inc. *Horatius ille Venuſinus, poëta celeberrimus, Rev. Pater Vicarie, nobiliſſimi ac famoſiſſimi Doctores in Arte, quam Poëticam vocant.* Deſ. *& tibi gloriae erit ſempiternae, Dixi.* Tum rubrica; *Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono die XVI. Novembris aſſumpſi gradum Doctoreum in civitate Senarum ego Antonius Hippolytus Piſtorienſis, & hanc Orationem in publicum recitavi;* ac paullo infra charactere Romano: *Thomas de Baldinottis peregit Romae.*

IV. pag. 68. Argumentum anepigraphum totius Comoediae Dantis Aligherii. Inc. *Dantes cupiens humanum genus ad illum animare finem, & reducere portum, ad quem Deus creavit illum, ſcilicet ad aeternam beatitudinem poſſidendam, librum ſuum compoſuit, quem diviſit in tres partes, ſe conformando dicto Auguſtini, ubi de omnium hominum fine ſic inquit.* Deſ. *nam per creaturas, prout eſt, in totum & infinitum creator comprehendi minime poteſt, Laus Deo, pax vivis, requies defunctis.*

V. pag. 81. Carmina quaedam de Phaetonte, videlicet:

i. Epitaphium appoſitum eius ſepulcro verſibus tribus hexametris. Inc.

*Corpora dant tumulo, ſignant quoque carmine ſaxum &c.*

ii. Alii verſus elegi quatuor de eodem. Inc.

*Phoebus lux Graece eſt, & Phaeton dicitur inde &c.*

iii. Ovidii verſus ſex hexametri de eodem. Inc.

*Venit & intravit dubitando tecta parentis &c.*

VI. pag. ead. *b.* Aliud Argumentum in Dantis Comoediam, Inc. *Scribitur Danielis V. Cap. quod quum Baldaſſar Rex Babylonis ſederet ad menſam, apparuit ei manus ſcribens in pariete, Mane, Thecel, Phares. Iſta manus eſt noſter Poëta Dantes, qui hanc altiſſimam, & ſubtiliſſimam ſcripſit Comoediam, quae dividitur in tres partes.* Deſ. *quod quum ipſe tractat de aliquo vitio, ut melius illud vitium intelligamus, aliquem hominem, qui multum illo vitio plenus fuerit in exemplum adducit. Reliqua dic ut ſupra in principio libri.*

VII. pag. 84. *b.* Tractatus anepigraphus de quatuor Virtutibus, qui tamen ſub nomine

(1) Nihil de eo habet Franciſcus Antonius Zaccaria in Biblioth. Piſtorienſi.

Digitized by Google

mine Senecae occurrit in Codice XXXVIII. Plutei LXXVI. ſupra pag. 109. §. IV.

VIII. pag. 86. Bernardi in ſenium deducti Epiſtola de cura rei familiaris gratioſo militi & felici Raymundo, Domino Caſtri S. Ambroſii, ut in Codice XV. Plutei XLVI. Catalogi Tomo ſuper. pag 387 §. II.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. partim Latinus, partim Italicus, optime ſervatus, in cuius initio aliquis Tractatus antiquitus diſcerptus, & ſublatus apparet, numero 757. olim notatus. Conſtat ſoliis 90.

---

# PLVTEVS LXXXX. INFER.

## CONTINENS, PRAETER ITALICOS, LATINOS CODICES IX.

---

## CODEX VII.

### FRANC. PETRARCHAE DE REMEDIIS VTRIVSQVE FORTVNAE.

FRanciſci Petrarchae laureati de Remediis Vtriuſque Fortunae Liber, ſeu potius Libri duo in forma Dialogi ad Azzonem Principem (1), praevia Praefatione, & Capitum tabula, ut in Codice IV. Plutei LXXVIII. ſupra pag. 157. Poſt Capitum tabulam in ſpatio vacuo hoc monumentum occurrit: *Queſto libro* de Remediis Vtriuſque Fortunae *di Meſs. Franceſco Petrarca fu della buona memoria di Meſs. Agnolo da Ricaſoli Veſcovo d' Arezo, il qual libro io Bindaccio di Granello da Ricaſoli domandavo a' Frati d' Ogniſſanti di Firenze, perchè il ſopradetto Veſcovo haveva detto che queſto libro con altri libri fuſſe dato a me; & e converſo i detti Frati dicevan avere havuto queſto libro dalla buona memoria del Maeſtro Luca Cardinale di Fieſole & a loro appartenerſi; & ogni coſa ragionato, ſiamo ſtati d' accordo che queſto libro rimanga, & ſia del Convento d' Ogniſſanti di Firenze, & in queſta concordia ſiamo ſtati in preſenza del Rever. in Criſto Padre & Signore Meſser Antonio Cardinale di S. Marcello, & i detti Frati hanno riavuto uno libro di più opere di S. Bernardo, il quale fu del detto Maeſtro Luca, & io Bindaccio predetto ho ſcritto queſto, preſente il ſopradetto Monſig. di S. Marcello, & il Vener. Frate Andrea Propoſto d' Ogniſſanti di Firenze queſto dì 6. d' Agoſto MCCCCXXXVII.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis diligentiſſime exaratus, cum titulis rubricatis & initialibus Capitum coloratis. Conſtat foliis 161.

### FRANC. PETRARCHAE RERVM MEMORANDARVM LIBRI IV.

*Cod. XI.* COdex eſt anepigraphus, ſed continet Franciſci Petrarchae Rerum Memorandarum (2) Libros IV. quorum primus inc. *Sed mihi cuncta cernenti quum id ſolum temporis vixiſſe videar*. Quartus deſ. *quid ſanctius, aut melius reſpondiſſet Auguſtus, cuius eſt illud inprimis memorabile, quod imitari voluiſſe Tiberium reor; cuius enim in poteſtate Reges erant, & terrarum Domini, cui parebant Imperatores gentium, qui quidquid ambit Oceanus, arbitrio ſuo temperabat, Domini appellationem, velut probrum aliquod, atque ignominiam teſtatus eſt. Itaque dum eo ludos inſpectante in mimo forte clauſula haec occurriſſet, o Dominum aequum & bonum, & omnis populus* (3). *Explicit Liber iſte. Amen.* Habentur hi Libri IV. in alias citata eius Operum edit. Baſil. in fol. Tom. I. a pag. 392. ad pag. 495. ubi tamen quartus Liber deſinit in verbis: *quid ſanctius, aut melius reſpondiſſet Auguſtus?* In calce Operis legebatur in Codice nomen poſſeſſoris, ſc. *Angeli Zenobii de Gaddis*, ſed nunc fere omnino deletum. In prima autem pagina hoc monumentum occurrit: *Liber iſte Domini Franciſci Petrarchae de Viris Illuſtribus inceptus fuit a me Candido . . . . .* (4) *die ſeptimo menſis Novembris MCCCCXXXVI. in*

(1) Hunc Eſtenſium e ſtirpe natum conjiciebat Cl. Ant. Mar. Salvinius ad oram editionis Venetae Ann. MDI fol. pag 107. ſed Muratorius ſub Azzonis nomine latitare cenſuit *ſplendidum, natalibuſque clarum virum Azzonem Corregium Principem Parmenſem*.

(2) Conſule de hoc Opere differentem Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Ambroſ. Camald. Epp. pag. CCXXXVIII.

(3) Videtur adhuc aliquid deſiderari.

(4) Cognomen penitus eraſum eſt, forte legebatur *Decembrio*.

Digitized by Google

*in civitate Venetiarum. Deus adſit & Maria huic, & cunctis principiis noſtris. Amen.*

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. binis columnis, cum initialibus Capitum coloratis, num. 285. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 63.

## FR. PETRARCHAE, CALPHVRNII, ET AVRELIANI BVCOLICA, VIRGILII CVLEX, DIRAE &c.

Cod. XII. I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae de Florentia Poëtae laureati Bucolicum Carmen, ſive Eclogae XII. ut in Codice XXVI. Plutei XXXIX. Catalogi Tomo ſuper. pag. 312. §. II. Heic autem adſunt ſcholia quaedam marginalia ſatis bona (1). Specimen eſto ſequens, quod legitur initio Eclogae II. (Cod. pag. 3.)

*Iſta Ecloga continet mortem Regis Roberti Siciliae Regis, & mortem Regis Andreae, fratris Ludovici Regis Hungariae, cui nupſit Ioanna Regina, filia filii dicti Regis Roberti. Eclogae titulus eſt* Argus, *pro quo intelligitur Rex Robertus; nam ſicus Argus fuit oculatus, ita Robertus fuit oculatus, prudens, ſapiens, & diſcretus, omnia cernens, & peritiſſimus omnium virorum ſuae aetatis fuit, & multarum ſcientiarum inſtructus. Ipſe fuit bonus Grammaticus, Poëta, Hiſtoricus, Philoſophus, Theologus, Aſtrologus, & continentis vitae vir. Colloquutores tres ſunt, Idaeus, Phytias, & Silvius. Idaeus dicitur Iuppiter ab Ida ſilva, in qua moratus eſt. Iuppiter etiam planeta mitis, & manſuetus eſt, pro quo intelligitur quidam Neapolitanus, ſcilicet Dominus Ioannes Barilis eruditiſſimus, & placabilis, & fidiſſimus comes, & familiaris ipſorum Regum Roberti, & Andreae, qui de morte ipſorum doluit ultra modum. Phytias fuit ſocius Damonis, & amiciſſimus, qui expoſuerunt ſe ad mortem unus pro altero, de quibus habes in Valerio, Capitulo de Amicitia. Per Phytiam intelligitur quidam nomine Barbatus, vir litteratiſſimus, & amiciſſimus Silvii, ideſt Franciſci Petrarchae, qui introducitur in colloquio & lamentatione cum Silvio propter mortem ipſorum Regum, qui ſaepe praedixerunt mortem Roberti, qui diſcreti, & providi videbant mala ſigna ex perverſitate magnatum & procerum regni, & male conſulebant, unde ſequuta eſt mors Regis Andreae, quia fuit ſtrangulatus, unde Ludovicus eius frater venit in Regnum, & pro vindicta mortis fratris fecit ſtrangulari Ducem Durachii, unde iſti duo introducuntur colloquentes cum Idaeo, qui praeviderat mortem Regis, & everſionem regni; unde Idaeus inducitur loquens, & conquerens de morte ipſorum Regum, qui paullo poſt interfectus fuit a ſuis, & ſic demum introducuntur Phytias, & Silvius colloquentes, qualiter videbant ipſum Regem moriturum & everſionem regni, & ita incipit Idaeus,* Aureus &c. *& heic vult dicere quod in ultima aetate ſol, ideſt Rex, properabat ad mortem, & tunc regnum erat in pace.* In fine autem legitur: *Explicit Bucolicum Carmen feliciter Franciſci Petrarchae de Florentia Poëtae laureati. Deo gratias.* Tum pag. 42. ſequuntur *nomina poëtarum & auctorum, qui ſunt in Ecloga decima: Laurea cadens.* Ac tandem pag. ead. *b.* Argumenta brevia ſingularum Eclogarum. Argumentum primae inc. *Ad evidentiam Eclogae primae Domini Franciſci Petrarchae notandum eſt, quod titulus eſt Parthenias, quod nomen interpretatur omni vita probatus &c.* Argumentum ultimae deſ. *volucer, ideſt fama, quia facile movetur.*

II. pag. 45. Virgilii Maronis Culex, ut in Codice XXXI. Plutei XXXIII. Catalogi Tomo cit. pag. 125. §. XI.

III. pag. 52. Eiuſdem Liber Dirarum. Ibid §. XII.

IV. pag. 55. Calphurnii ad Nemeſianum Carthaginenſem Eclogae VI, ut in Codice XIV. Plutei XXXVII. Catalogi Tomo cit. pag. 253. §. II. ubi ſunt Eclogae VII. ut in edit. ibi cit. In hoc autem Codice ſex numerantur, quia ex ſexta & ſeptima, una efficitur. Notandum tamen eſt ubi ultimus ſextae Eclogae verſus cum primo ſeptimae coniungitur, in margine adſcriptum fuiſſe ab eadem manu, qua totus exaratus eſt Codex: *Aliqui volunt dicere quod iſta ſit alia, & diverſa Ecloga, ubi incipit* Lentus; *aliqui dicunt quod eſt una, ſed introducit quatuor diverſa loquentes. ſcilicet primo Aſtilum, & Lycidam, & Maſtillum, qui alibi ſcribitur Mnaſilus, uſque ad illum verſum incluſum* Litibus hi veſtris &c. *& poſtea in ſequentibus introducit Lycotam & Corydon.*

V. pag. 68. Aureliani Nemeſiani Carthaginenſis Eclogae IV. Ibid. (2)

VI. pag. 74. Ecloga anepigrapha, ubi interloquuntur Daphnis, Tityrus, Mopſus, & Meliboeus. Inc.

*Cynthius Harmonias curru fulgente pharetras*
*Liquerat, Aegoceronta petens, reduceſque meatus;*
*Canebant celſi colles aſpergine multa;*
*Tellus undabat nebulis ſuperobſita vultum.*

Deſ.

*Quin pavor amotas paſſim circumſtrepet aures,*

Forte eſt imperfecta.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. ineuntis, cum titulis & initialibus litteris rubricatis, ſcholiis in margine, & indicu-

(1) De gloſſis in Petrarchae Eclogas, vel ab eodem Petrarcha factis, vel ab illis compoſitis Grammaticis, qui eiuſdem fuere aetatis, vel non longe proximi, agit Cl. Mehus in citat. Praef. pag. CCLVI.

(2) Multa variantes Codicem inter atque editum obiter animadvertimus.

Digitized by Google

diculo in principio, num. 356. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 74.

FRANCISCI PETRARCHAE,
*Lud. de Brimis, Ant. de Luſcis, ſer Dominici Silveſtri. Col. Salutati, Frid. de Arretio, Tancredi de Piſtorio, Leon. Arretini, Senecae, S. Auguſtini, Magiſtri Antonii ſer Salvi de S. Geminiano, &c. Opuſcula, Epiſtolae, & Carmina.*

Cod. XIII. I. pag. 1. LVdovici de Brimis Bononienſis Carmen verſibus conſtans CXXVIII. cum hoc titulo: *Ad laudem Omnipotentis Dei, Sanctiſſimi in Chriſto Patris D. D. Bonifacii divina providentia Papae noni, ac tui, digniſſime Baldaſſar Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis, & Summi Legate Pontificis in hac inclyta civitate Bononiae, exilis minimuſque, ignotus tamen tui Rev. culminis, Ludovicus quondam Franciſci de Brimis civis Bonon. ſumma cum devotione ſe totum, atque huius paginae cum ſincera exſultatione tenorem.* Inc.

*Alte regis Summi Paſtor, regis alte Sacerdos,*
*Spes noſtra, & ſacro cuſtos paepoſitus ovili,*
*Antiquam en patriam, ſacroſque reviſere muros*
*Veniſti &c.*

Deſ.

*. . . . . . Tibi, Baldaſſar optime famam*
*Reddam immortalem; laudes, tituloſque verendos*
*Poſtera perlecto celebrabunt ſaecula verſu.*

II. pag. 2. *b.* Magiſtri Iacobi de Spoleto verſus XVII. in commendatione ſuae amaſiae. Inc.

*Angele, felicem ſi quemquam fecerit uxor.*

Deſ.

*Non revocet, vitaeque viam feſtinet ad aſtra.*

III. pag. 3. Invectiva (forte Ludovici (1) de Brimis) verſibus LXXVI. ita inſcripta: *Chorus civium Bononiae contra Nannem de Gozadinis.* Inc.

*Impia praecipiti glomerata ſuperbia nimbo.*

Deſ.

*Ludibrium populis, aeternaque fabula mundo.*

IV. pag. 4. Eiuſdem verſus alii XIV. Inc.

*Per tua magnipotens felicia geſta, per altos,*
*Te quibus illuſtrem reddit Deus ipſe triumphos.*

Deſ.

*Nec ſunt ulla domi Cereris, nec munera Bacchi.*

Subſcribitur: *Inter charos utinam meritus Lo.*

V. pag. ead. Eiuſdem verſus XIII. Inc.

*Gratia, quam nuper, me non poſcente, dediſti.*

Deſ.

*Dirigat obſtructae reſerato lumine vitae.*

Et heic ſubſcribitur: *Tuae Celſitudinis ſolitus infeſtator Lo.*

VI. pag. ead. *b.* Eiuſdem alii verſus XX. Inc.

*Sperabam poſt tam ingentes, longoſque malorum*
*Succeſſus, meliora mihi fortuna pararet.*

Deſ.

*Eſt celeri laus, & mercedis gloria duplex.*

Heic quoque auctor ita ſe prodit: *Omnium mortalium infortunatiſſimus Lo.*

VII. pag. ead. Copia litterarum tranſmiſſarum per Magnificum Commune Florentiae Reverendiſs. Patri, & Domino D. Cardinali, de concordia facta per illum cum Magnifico Commune Senarum. Inc. *Reverendiſs. in Chriſto Pater & Domine ſingulariſs. Nobis patet, ut venenoſa vipera de Tuſciae partibus expellatur.* Deſ. *ad ſingularis laetitiae cumulum numeramus. Dat. Flor. X. Aprilis XII. Ind. MCCCCIV.*

VIII. pag. 5. Ad D. Luchinum de Vicecomitibus Mediolani Dominum; quum D. F. P. (ſc. *Dominus Franc. Petrarcha*) pyra tranſmitteret, egit incidenter de laudibus Italiae, Carmen (1). Inc.

*Argolicas ſi fama volans vulgata per urbes.*

Deſ.

*En glaciale pyrum ſeſe commendat abunde.*
*Franciſcus Petrarcha tuus.*

Tum ſubiicitur ſequens monitum: *Haec ſupraſcripta Epiſtola metrica edita fuit per clariſs. virum Dominum Franciſcum Petrarcham, qua teſtatur inter cetera de pulcris & bonis propoſitionibus Italiae, quas ipſe incidenter deſcripſit, dum habitaret Parmam, tempore ſupraſcripti Domini Luchini, & eidem praeſentaret de pyris glacialibus quarumdam arborum, & plantarum, quae illo tempore erant, & nunc ad praeſens ſunt in horto eiuſdem Domini Franciſci Archidiaconi &c. cum quibus pyris hanc metricam Epiſtolam deſtinavit.*

IX. pag. 6. Antonii de Luſcis verſus LXXI. ad victorioſum atque magnificum militem D. Iacobum de Verme Capitaneum Generalem, &c. Quaeritur, quum ab eo duae magnae victoriae partae ſint, Armeniacenſis videlicet, & Bononienſis, quaenam iſtarum maior, & utilior victoria habenda ſit. Inc.

*Iacobe militiae decus, & lux una Latinae,*
*Quo duce terribili conflicta Bononia bello eſt,*
*Quum nobis gemino duplex victoria luſtro*
*Auſpiciis ſit parta tuis, quarum una tumentem*

Ita-

(1) Auctor, ut ex ſubſcriptione ſequentis Carminis eruitur, indicatur litteris *Lo.*

(1) Exſtat in cit. Operum edit. Baſileenſi Tom. III. pag. 97.

Digitized by Google

*Italiae imprimis Gallorum finibus iram Fregit &c.*

Deſ.

*Hanc facerent, in qua propriae nil laudis haberent.*

*Tuus Antonius de Luſcis.*

X. pag. 7. Epiſtola tranſmiſſa per Nerboſanum Summo Pontifici noſtro. Inc. *Nerboſanus Habery Yeſſi cum fratribus ſuis, Corabi, Iusbacchi Imperatores Organi Collaterales. Pugiles, & in partibus Achaiae Domini, Magno Sacerdoti Romanorum iuxta merita dilecto. Nuper auribus noſtris intonuit.* Deſ. *praeſertim circa Dalmatiam & Romaniam viſitare. Data Anno Mahumeti DCC. X.* Subſcribitur *Romeroytu Caldei*. Exſtat inter Epiſtolas Regum, Principum &c. Argentinae per Lazarum Zetnerum MDXCIII. 8. a pag. 51. ad pag. 53. in fine aliquantulum diverſa.

XI. pag. 7. *b* Ser Dominici Silveſtri diſtichon (1) pro ſer Coluccio caſu factum, quod una die duos habuit filios, ut dicitur. Inc.

*Quam bene reſpondent &c.*

XII. pag. ead. Eiuſdem verſus ex quadam ſententia tracti etiam caſu, ſeu diſticha duo. Inc.

*Optimus eſſe ſoles &c.*

XIII. pag. ead. Eiuſdem Epitaphium (2) Domini Niccolae de Vxano Generalis Ord. Camald. verſibus octo. Inc.

*Vxana de ſtirpe ſatus &c.*

XIV. pag. 8. Coluccii Pierii de Stignano Cancellarii ~~Florentini declamationes piae ſu-~~per facto Lucretiae (3), ſeu potius declamatio in duas partes diviſa, quarum prima eſt ex perſona dehortantis Lucretiam, ne poſt vim a Sexto Tarquinio ſibi illatam interimere velit; altera ex perſona ipſius Lucretiae cum argumento praevio. Pars declamationis prima inc. *Noli te affligere, Lucretia, ſatis maximum argumentum dediſti.* Deſ. *numquam putabitur innocens, qui ſe nocentem ſupplicio effecit.* Pag. ead. *b*. Pars altera, videlicet reſponſio Lucretiae ad patrem, coniugem, & alios coniunctos, inc. *Nolite me, pater ſenectiſſime.* Deſ. *licitam fore vitam.*

XV. pag. 9. *b*. Verſus XXI. quos miſit D. Franciſcus Petrarcha (4) ad D. Franciſcum Bruni orantem eum ad reditum Avinionis. Inc.

*Quando erit obſcuri (5) laribus contentus Amiclae,*

Deſ.

*Tunc tua propoſitum convellens carmina noſtrum.*

XVI. pag. ead. Verſus XXXVII. Africae D. Franciſci Petrarchae, in quibus inducit Anonem fratrem Hannibalis loquentem in extremo vitae. Inc.

*Hic poſtquam medio iuvenis ſtetit aequore Poenus &c.*

XVII. pag. 10. D. Franciſci Petrarchae Epiſtola ad Comitem Robertum de Battifolle. Inc. *Hinc nominis tui claritas.* Deſ. *vale, & diſce etiam non viſa diligere.* Lib. II. Senil. Ep. VI. ſed mendoſe impreſſa, & cum Codice conferenda.

XVIII. pag. ead. Reſponſiva celeberrimo ſaeculi D. Franciſco Petrarchae, quae ita ſe habet (6): *Rob. Comes de Battifolle. O felix, quem ſumma virtutum ſuis illecebris traxit ad verum decus! O ineffabilis charitas aeternis incenſa ignibus! = Congratularis, doctiſſime, mihi, atque patriae; congratularis Apennini collibus; ego te cum illis adoro &c.* Petrarcham autem ad Cluſentinia evocans Tempe, *miror inſuper* (inquit) *quod Apennini collibus numquam tua fixiſti veſtigia, qui tanto ardent deſiderio ſacris pedibus tuis tangi, ubi tot ſacra Religionum loca, ubi tantorum fluminum capita venerantur. Hic locus Alvernae, velut ſpecus, ſaxis penitus exeſis, montem ſuſpendit, non manufactis, ſed naturalibus cavis, in tantam laxitatem excavatus. Heic ſancta Camaldulenſis eremus, ubi lucus frequens, proceris arboribus, communem altitudinem egreſſis, denſitate ramorum, circumfluo in ſe recurrentium nexu, conſpectum caeli ſubmovens, ut a torridis Phoebi defenſetur obtutibus. Heic ſacrum Vallis Umbroſae coenobium, quod mire obſcuris claudunt cum vallibus umbrae. Heic origo Arni, tuum natale ſolum, ante pollutorum morum contagium, immundantis. Heic principium corrigeri Tyberis, qui nedum Heſperidis, ſed Oceanis imperavit aquis. Haec mecum tui praeſentiam cupiunt, & arceſſunt. Non enim es mihi, ut ſcribis, incognitus, qui iam es hinc ad ſidera, & ſuper aethera notus. Sed non viſum, mente gero, teque dilectiſſimum habebo, donec mortales deferam viſus. Puppii nona Sept.*

XIX. pag. ead. *b*. Petrarchae reſponſiva clariſſimo viro Comiti Roberto de Battifolle. Inc. *Spem de te conceptam.* Deſ. *in amica aure deponi. Paduae* (7) *IX. Idus Octobr.* Lib. II. Senil. Ep. VII.

XX. pag. ead. Roberti Comitis reſponſiva (8), quae talis eſt: *Totius orbis unico Domino Franciſco Petrarchae. Indignationem tuam pertimui, ſumme vatum, veritus, ne forenſi, exoticoque ſermone ſacras tuas aures rudis loquutor offenderem. Tandem omnem pavorem extorſit dulcis eloquii tui ſeries, digna veneratione recepta, qua incomptam meam epiſtolam, ex innata generoſitate tantis laudibus decoraſti. Hinc ſcripſiſſe iuvat, quod tanti viri cenſura gloria carere non poſſum, cuius iudicio ſumme arbitror me felicem. At deinceps fidentius veniam; tantum praefatus, quod ſincerae meae af-*

(1) Huius Dominici Carmina, quae in hoc continentur Codice indicavit Cl. Mehus in cit. Praef. ad Ambroſ. Camald. Epp. pag. CCCXXVII.

(2) Edidit Laur. Meh. l. c.

(3) Specimen habes in cit. Praef. ad Ambroſ. Epp. pag. CCCII.

(4) Vid. cit. Praef. pag. CXIII.

(5) In marg. legitur *alias obſcuris*.

(6) Ferme integra haec Epiſtola adfertur ex Codice Riccardiano in cit. Praef. pag. CCXXVI CCXLIX. ubi etiam de aliis Epiſtolis huius Codicis fit mentio.

(7) In edit. *depoſui. Patavii.*

(8) Affertur & haec ex Cod. Riccard. in cit. Praef. pag. CCXLIX. ſed cum varietatibus.

Digitized by Google

*affectioni ſubgeſtas, tecum agam. O munifica largitas! Quanta ſpe omni mora longiorem exſpectationem meam in tui acceſſus pollicitis, refoviſti! Ecce iam certus expleri optionem ingentis deſiderii mei, totum euerva mortalem, ut ſacra tua colloquia mentis penetralibus intromittam. Propera quaeſo; nam te profecto bonorum omnium ora vocant, nec amarizet guſtum suum patriae ingratitudo, quae licet te abſentem negligat, praeſentem adorabit excelſam tui dogmatis maieſtatem. Eſt namque mos miſeris, ut laetiori viſione adſpectuque gratiori, quem perdiderunt, ſolem cernant. Vale, & quo nihil pretioſius aeſtimo, tuae memoriae fixum tene. In Prato Veteri XIX. Kal. Decembr.*

XXI. pag. 11. Elegi verſus LXXXII. facti per quemdam virum ſcientificum Veronae, pro captando benivolentiam, & favorem Magnifici Domini Antonii della Scala, tunc Domini Veronenſis, in feſto Nativitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti de, & ſuper ludis taxillorum, tripudiis, choreis, aſtiludiis, & aliis ſolemniis, quae exercentur, & aguntur illis feſtivitatibus. Inc.

*Inclyta Virginei properat memoratio partus;*
*Accelerans placidis feſta referta iocis.*

Deſ.

*Nam pia magnanimi non clauſa petentibus umquam*
*Dextra ſuis; ſummos geſta benigna decent.*

XXII. pag. 12. Franciſci Petrarchae Epiſtola ad Vrbanum Papam V. Inc. *Aliquandiu P. B. an aliquid tibi, ſeu quid ſcriberem dubius fui.* Definit imperfecte in verbis: *talia multa de te audiens, & auditis laetus, & natura pronus ad calamum, haerebam tamen, incertuſque animi . . . . . .* ſpatio ad reliqua ſupplenda relicto. Eſt Epiſt. I. Lib. VI. Senilium cit. edit. Baſileenſis a pag. 811. ad pag. 812. lin. 55.

XXIII. pag. 14. *b.* Domini Protonotarii de Venetiis ad Dominum noſtrum Ioannem Papam XXIII. Oratio. Inc. *Non vereor, B. P. quum in hoc loco ad dicendum ampliſſimo, & apud Tuam Beatitudinem conſtitutum me videam, poſſe ullo pacto orationem mihi hodie deeſſe.* Deſ. *quos Tua Sanctitas ſemper tibi fuit experta obſequentiſſimos ac fideles.*

XXIV. pag. 15. Clariſſimi ac ſanctiſſimi Doctoris Beati Auguſtini Epiſtola. Inc. *Glorioſiſſimi Chriſtianae fidei athletae.* Deſ. *metuendus, & colendus, & venerandus ob ſibi traditam a Domino poteſtatem, & honorem, & gloriam ſempiternam; magnificemus ergo eum, obſecro, nec taceamus, quoniam maior eſt omni laude.* Eſt Epiſt. XVIII. in Append. Operum Tom. II. a pag. 938. ad pag. 941. lin. 46. ubi per aliquot verſus progreditur, ſub titulo: *S. Auguſtini ad Cyrillum Hieroſolymitanum de magnificis, admirandiſque S. Hieronymi virtutibus.*

XXV. pag. 18. *b.* Epitaphium verſibus XXXV. operoſe ſculptum in Mauſoleo D. Ioannis de Vicecomitibus Mediolanenſis Metropolitae, auctore Gabrio de Zamoreis (1). Inc.

*Quam faſtus, quam pompa levis, quam gloria mundi*
*Sit brevis, & fragilis humana potentia quam ſit &c.*

XXVI. pag. ead. Epitaphium D. Ioannis de Bentivoglis, quod ita ſe habet:

*Quiſquis ades, qui morte cares, ſta, perlege, plora.*
*Sum quod eras, quod es ipſe fui, pro me precor, ora.*

XXVII. pag. 19. D. Franciſci Petrarchae Epiſtola ad Dominum Nicolaum de Acciarolis Magnum Seneſcalcum. Inc. *Iam tandem, vir clariſſ. perfidiam fides.* Deſ. *ad ſedes aethereas provolabit. Vale patriae decus, ac noſtrum.* Eſt Epiſt. XXII. Libri unici cit. edit. A. MDCI. 8. pag. 549.

XXVIII. pag. 21. Eiuſdem ad Imperatorem Epiſtola. Inc. *Praecipitium horret epiſtola, Sereniſſime Caeſar, auctoris ſibi conſcia.* Deſ. *Omnipotens Deus intenti conſilii mei dilatam gloriam reſervavit.*

XXIX. pag. 22. Epitaphium D. Baldi de Peruſio verſibus VIII. (2) Inc.

*Vita, labor ſtudii, divini cultus amoris &c.*

XXX. pag. ead. Epitaphium Iulii Caeſaris Imp. Rom. quod eſt ſequens:

*Vaſe ſub hoc modico clauditur omnis honos.*

XXXI. pag. ead. *b.* D. Franciſci Petrarchae de caſu Medeae miſerrimae, poſtquam a pravo proditore Iaſone fuit in dishabitata inſula derelicta, Opus nobiliſſimum. Inc. *Aeterni throni non veremtes iuſtitiam.* Deſ. *caveat igitur unuſquiſque ne fallat, virtutum rectitudinem gradiatur, nocua vitia procul pellens, quum recte vivens, aeternae beatitudinis infinita gloria potiatur.* Tum ſubiicitur: *Explicit Opus nobiliſſimum de caſu Medeae miſerrimae, poſtquam a praviſſimo, ac pernicioſiſſimo proditore Iaſone fuit in diſhabitata inſula derelicta, editum ab illuſtri ac laureato viro D. Franciſco Petrarcha Poëta Florentino, cuius fama viget per univerſum orbem.* Enarrat ſcilicet Medeae fabulam, eamdemque introducit orantem Saturnum, Iovem, Apollinem, Venerem, Mercurium, Dianam, Plutonem, Neptunum, Palladem, Deoſque ceteros, multaque e facto elicit, quae memorabilia ſunt, & ad mores formandos pertinent. Addit Cl. Mehus in cit. Praef. pag. CCXXXIX. *Hoc quum bis, terque ſedulo verſaſſem, talis mihi viſum notae eſt, ut putem vel a Petrarcha adhuc iuvene, vel ab aliena elucubratum manu, ac Petrarchae nomine, ut inclareſceret inſignitum.*

XXXII. pag. 25. *b.* Epitaphium D. Franciſci



(1) Vid. cit. Praef. pag. CCII. & CCXXIX.
(2) Affert Cl. Mazzuchellius *Scrittori d' Italia* Tom. II. P. I. pag. 152. ſed a lectione Codicis valde diſcrepans.

ciſci Petrarchae Poëtae Florentini, quod dicitur feciſſe ipſemet: (1)

*Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarcae;*
*Suſcipe, Virgo parens, animam, ſate Virgine parce,*
*Feſſaque iam terris, caeli requieſcat in arce.*

XXXIII. pag. ead. *b.* Anonymi verſus, qui ſequuntur:

*Abſtineant, vigilent, ſitiant, qui rheumata curant.*

Diſtichon anepigraphum de Nativitate Domini, nimirum:

*Pecto* (ſic), *puella, Deus, grex, paſtor, ſtella, Sabaeus,*
*Fert, parit, turorat, pavet, audit, ducit, adorat.*

XXXIV. pag. ead. Tetraſtichon de conditionibus amoris ſcilicet:

*Eſt amor ordo vagus, dulcedo fellea, poena*
*Dulcis, acetoſum nectar, amara quies,*
*Lex exlex, ius iniuſtum, modus immoderatus,*
*Pax ſine pace, fides perfida, fixa fuga.*

XXXV. pag. 26 Friderici de Arretio Carmen verſibus conſtans XLV. ad Tancredum de Piſtorio. Inc.

*Si petis aſſiduis ſocium, dilecte, querelis,*

Deſ.

*Noveris auxilio, mihi demum ſcribe, valeque.*

Hunc autem a tergo habet titulum: *Multae ſcientiae ac eloquentiae viro Tancredo* (de Vergiolenſibus ſcilicet) *de Piſtorio fratri chariſſimo*. Inſra vero: *Federigus tuus de Aretio*. Vides igitur, Fridericum Arretinum Latinis Muſis per ea tempora obſequentem, quarum ſe amore oblectaturum, Tancredo adſirmat his verſibus:

*Sed laetus ſim ſorte mea, liberrimus eſſe*
*Quum cupiam, placideque meis dare tempora curis,*
*Pierius quas ſubdit amor &c.*

Inter vulgaria Petrarchae carmina, quae ex Vaticano autographo in lucem protulit Fridericus Vbaldinus Romae MDCXLII. fol. hanc lego notulam: *Transcriptum habet D. Fridericus &c.* de Arretio ſcilicet, Petrarchae aequalis, idemque Poëta.

XXXVI. pag. ead. Reſponſiva ſer Tancredi (2) verſibus XXVII. ad Epiſtolam metricam ſuperius poſitam. Inc.

*Devius, incertus, ſtudioque alienus ab omni.*

Deſ.

*Atque vale, moremque geras, dilecte, precanti.*

XXXVII. pag. ead. Epiſtola brevis Coluccii inſcripta: *Sapientiae titulis, ac Tullianis floribus redimito ſer Tancredo de Vergiolenſibus de Piſtorio, Officiali Domini Conſervatoris civitatis Lucanae*. Ita vero habet: *Iſta momento pertingere licuit veſtrae prudentiae: parcite quaeſo rudi, haec . . . . . . .* (3) *ſumuntur laeta manu; ſique poſt aliquid aviditas reſcribentis ſecure . . . . . . praecipe, veſtris nempe iuſſibus obſequar. Data Vzani die XXV. . . . Ianuarii per veſtrum Coluccium quondam Pierii Notarium de Stignano.*

*Optat amicus avens ſtatum qui neſcit amici &c.*

Sunt verſus VIII. Vid. cit. Praef. pag. CCCX.

XXXVIII. pag. ead. Reſponſiva ſer Tancredi eidem ſer Coluccio Pierii de Stignano, quae ſequens eſt: *Et nobis iſta, chariſſime, qualia ſunt, licuis facundiae tuae nocturni temporis momento impendere; nam & quod dies reſtabat exiguum, id ſibi officii neceſſitas dari iuſſit. Recipies, inclyte, laetus ſcio, quodque rudi ter implendum fecerit, amici excuſabis affectum diſpoſiti ſemper ad quaeque conformia votis tuis.*

*Ex quo iam noſtris primum tua tempore virtus*
*Auribus inſonuit &c.*

Sunt verſus XVI. Ibid.

XXXIX. pag. ead. *b.* Virgilii exprobratio in vetulam, ut in Codice XXXI. Plutei XXXIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 126. §. XXIII.

XL. pag. ead. Verſus VI. quos videtur Virgilius feciſſe de ſe, ut in Codice XXIII. Plutei XXXIX. Catalogi Tomo cit. pag. 311. § III. num. II. ſub titulo *De Operibus Virgilii Epigramma*.

XLI. pag. ead. Verſus editi a quibuſdam Sapientibus, (quorum nomina adſcribuntur in margine) de Virgilio poſt mortem, ut in Cod. IX. Plutei XXXIX. Catalogi Tomo cit. pag. 304. §. XVIII. & XIX.

XLII. pag. ead. C. Sulpicii Apollinaris Grammatici ſupplicatio verſibus VI. ne Aeneis combureretur. Ibid. §. XXIII.

XLIII. pag. ead. Anonymi ſententiae morales verſibus XXXV. Inc.

*Quae tua ſunt, bona ſunt, quia tu bonus omnia condis.*

Deſ.

*Non eſt armatus, cui ſunt ſine viribus arma.*

XLIV. pag. 27. Domini Coluccii Poëtae laureati, Cancellarii Florentini, Epiſtola miſſa ad D. Papam in laudem D. Leonardi Arretini. Inc. *Neſcio, cui magis gratuler*. Deſ. *vel leviter tuam Celſitudinem offendenti. Florentiae VIII. Idus Sextilis*. Edita eſt a Fabricio Bibl. Med. Tom. I. pag. 291.

XLV. pag. ead. *b.* Anonymi ea quae pertinent ad Infernales Iudices, & propria eorum

(1) Id teſtatur Philippus Villanius in Vita Petrarchae, quam habes in cit. Praef. pag. CXCVII.

(2) Litura deletum nomen *Tancredi*, ac ſuprapoſitum *Coluccii*.

(3) Reciſo margine aliquid excidiſſe videtur.

eorum officia tribus verſibus expreſſa. Inc.

*Cognitor eſt veri Mun , cogitque fateri &c.*

Tum ſubiiciuntur alii verſiculi multiplicis argumenti, nimirum diſtichon de tribus Saturni filiis, aliud de tribus Mundi partibus, triſtichon de variis Nympharum nominibus, tetraſtichon de ventis, diſtichon de quorumdam animalium proprietatibus &c.

XLVI. pag. ead. Cuiuſdam virtuoſi iuvenis, nomine Ser Paſqualis, pro Paullo de Guiniſiis Domino Lucano, verſus XXXIV. Inc.

*Maxime caelicolum rector, veneranda poteſtas.*

Deſ.

*Praemia virtutam, & geſtarum munera rerum.*

XLVII. pag. ead. Eiuſdem ſer Paſqualis pro eodem Domino Lucano verſus elegi XIV. Inc.

*Spes immenſa bonis, & lux aeterna creatis.*

Deſ.

*Qui titulis radiat, & probitate micat.*

XLVIII. pag. 28. Octaviani Caeſaris in laudem Virgilii & confirmationem ſui operis verſus XXXVI, ut in Codice IV. Plutei XXXIX. Tomo ſuperiore pag. 301. § I.

XLIX. pag. ead. *b*. Pro Domino Coluccio Poëta laureato tetraſtichon, ſcilicet:

*Exprimit Herculeos Coluccius iſte labores,*
*Diſtinguit fatum, pertractat Relligionem,*
*Invehit in ſatrapas, patriae ius, faſque tuetur,*
*Et Cynici calamo perimit convicia Luſci.*

Adfert in cit. Praef. Cl. Mehus pag. CCLXXXIX.

L. pag. ead. Carmina IV. pro Poëta Claudiano, quae nondum prodiere. Inc.

*Claudianus adeſt hic noſter origine civis &c.*

LI. pag. ead. Pro D Franciſco Petrarcha, Io. Boccaccio, Zenobio de Strata, & Dante Aligherio verſus VIII. Inc.

*Hos vates ſummoſque viros, quibus ardua noſſe &c.*

In margine adnotatum eſt: *Haec Carmina ſita ſunt in domo Artis Notariorum, & in reſidentia Proconſulis civitatis Florentiae, & edita fuerunt a ſcientifico viro ſer Dominico Silveſtri Not. Flor.* Habes in cit. Praef. pag. CCLXV. ſeqq.

LII. pag. 29. Franciſci Petrarchae Opuſculum de excidio Caeſenae, cum hoc titulo: *Argumentum eſt velle ſignificare caſum infelicis civitatis Caeſenne. Colloquutores introducuntur Ioannes, & Conradus, Caeſenenſis, & Gerulus.* Primus eſt Ioannes, qui ita incipit: *Si loqui caepero, mihi moleſtus ſum, ſed conceptum ſermonem tenere non poſſum.* Conradus. *Quis dicendi te urget ſtimulus?* Io. *Ah es tu heic!* Deſ. Ioannes. *Tu, & Gerulus, ite felices, & omni pro re tene me tuum.* In fine ſubiungitur: *Comoedia edita a laureato viro Domino Fr. Petrarcha ſuper deſtructione civitatis Caeſenae explicit.* Dialogus eſt de excidio Caeſenae deletae anno MCCCLVII. ab Aegidio Albornotio, Innocentii VI. Legato S. R. Eccleſiae Cardinale (1). Hoc autem excidium a Caeſenate pag. 29. *b.* ita exponitur: Caeſenas. *Numquam inter mortales ſolari ſpero. Sed ſi tantus amor movet miſerandorum caſuum tantaque voluntas, amens dicam, maerens, maereboque dicens: cupiebamus miſeri ſignum Eccleſiae in noſtra patria ſuſtinere* = pag. 30. Conradus. *Proh dolor! o bone Deus! audio.* Ioannes. *Verbum Cardinali condignum, proſequere, amice, materiam lugubrem.* Caeſenas. *ſulti, inquam, Britanno Anglicorum favore, ſuperavere contra cives, urbem quaſi totam tradentes incendio, & quotquot invenerunt cives utriuſque ſexus, etiam lactentes, infantes, pueros, & cuiuslibet aevi etiam ore gladii peremerunt. Cruore tota civitas etiam inundavit; omnes domeſticis in laribus iugulantur; nulli parcebant ſexui, vel aetati. Credo quod amnis Savii cruore pertinctus in mare uſque coloratus ivit. Taceo praedas, violationes, & ſtupra, & pro magnitudine ſceleris, parum dico. Nec duriſſima quaedam omittam. Confugerant miſeri populi centenae catervae, ut mortem fugerent, ad ſacerrima, ubi in ſanctuariis, & ante aras hos omnes una cum viginti quatuor ex Minoritis, qui pro evitanda internitione populi, ſuppliciter exorabant, apud hunc ſolum locum, ut de aliis taceam, impii manibus trucidavere cruentis, & ſic cruore infantium ſacra delubra Deo dedita macularunt. Et haec ſunt opera fratris Petri? hoc noſtrae fidei datur munus? haec noſtra pericula Italorum populis ſic exemplum ſunt? Felices quos reddit aliena iactura praeviſos! Confidant qui volunt de paſtorum Eccleſiae, immo everſorum orbis, & omnium verſutiis infidelibuſque promiſſis.* = Pag. 31. *b.* Gerulus. *Invitus dicam, iuſſuque preſſus. Ab urbe infauſta ſexus utriuſque aevi receſſit, numero fugiens ter quinque millium animarum; ſed horrenda immanitas, qua horrendior numquam viſa. omnes egeſtate maxima, vacui rebus, & effaeti bonis omnibus ſunt egreſſi. Matres miſerandae, quarum cura erat diſcindere comas, & diſrumpere veſtes obſcuras, femineo de more ululare per auras, ac moeſta concutere pectora palmis, natos etiam adhuc pendentes ad ubera, infantes & pueros per deſerta, perque avia differebant. Quid fuit, o viri, adſpicere praegnantes ante datum tempus per itinera, per invia, & per opaca, per ſyr-*



(1) Indicaverat, & ſpecimen dederat laud. Mehus l. c. pag. CCXXXIX. ubi animadvertit hoc Opuſculum Comoediae titulo inſigniviſſe Petrarcham, ſive quod e Comico, ideſt medio quodam dicendi genere conſtet, ſive, quod Comoediae in morem multi inter ſe loquentes ſint in eodem introducti.

*ſyrtes, & vepres, in montibus, & nemoribus abortiri, & intus civitatem ante ora patrum trucidari filios & nepotes, ſtuprari natas, nurus, & neptes, & quae pertinaci continentia repugnabant interimi? Vidi flentibus oculis, miſerum! ipſe innuptas puellas, atque matronas honeſtis parentibus ortas, Lucretiae more, quae adhuc in ſpeculum caſtitatis ritu Gentilium celebratur, ſe violari non paſſas, propriis ſe manibus interimere. Horreo referre huiuſce geſta nefanda, quae quum cernerem optavi, vivit* (1) *Deus, telluris hiatu concludi &c.*

LIII. pag. 32. Eiuſdem Fabula de Gualterio & Griſelta, a ſe Latine reddita, praevia Epiſtola ad Ioannem Boccaccium, ut in Codice II. Plutei LXXVIII. ſupra pag. 154. §. IV. ſub titulo *de fide & obſervantia uxoris*.

LIV. pag. 35. *b.* Anonymi de quatuor hominum temperamentis verſus VIII. ut in Codice XLI. Plutei LXXIII. ſupra pag. 78. §. II.

LV. pag. ead. De finibus Tuſciae ſequens verſus:

*Tuſciae ſunt fines, Mare, Macra, Tyber, & Alpes.*

LVI. pag. 36. D. Franciſci Petrarchae Poëtae laureati Epiſtola ad egregium virum Ioannem Barilis Militem, Secretarium Domini Roberti, Ieruſalem, & Siciliae Regis. Inc.

*Quid mea fata mihi toto ſpecioſius aevo.*

Deſ.

*Haec calamo properante, brevi quae ſcripſimus hora.*

In cit. Operum edit. Baſileen. Tom. III. pag. 88.

LVII. pag. ead. *b.* Sententiae aliquae Salomonis cum ſcholiis.

LVIII. pag. 37. Aliquae ſententiae Sanctorum, item cum ſcholiis.

LIX. pag. ead. Aliae ſententiae veterum Philoſophorum, videlicet Socratis, Ariſtotelis, Diogenis, Hermogenis, Iulii, Anaxagorae, Senecae &c.

LX. pag. ead. *b.* Domini Coluccii Pierii de Salutatis de Stignano Fabula quaedam de Vulpe & Cancro verſibus elegiacis LXXX. Inc.

*Subdola dum pelagi reſonantia littora vulpes*
*Circuit, & vitreas dum ſpeculatur aquas.*

Deſ.

*Utile ſaepe fuit fraudes opponere fraudi,*
*Fraude cadat quiſquis laedere fraude cupit.*

Memoratur haec Fabula in cit. Praef. ad Ambroſii Epiſtolas pag. CCCXIII. ex hoc eodem Codice tamquam inedita.

LXI. pag. ead. Verſus V. de Parcis. Inc.

*Per ternas metas fatorum ducitur aetas &c.*

LXII. pag. 38. Hoc monumentum occurrit; *Iſti ſunt aliqui antiqui, & prudentes viri, & Sancti Theologi, qui picti ſunt in Eccleſia S. Mariae Novellae in Flor. in clauſtro primo, in Capella prima, poſt exitum Eccleſiae, & in ipſius Capellae introitu, manu ſiniſtra.* Sed praeter hunc titulum nil aliud habes, ſpatio unius paginae vacuo relicto.

LXIII. pag. 39. Dominici Silveſtri Conſolatio verſibus elegis CCCCXXVI. miſſa per Daphnem ad Phyllidem conquerentem de ſuis infortuniis, quod Opus Phyllidis compoſuit Coluccius Pierius Cancellarius Florentinus. Inc.

*Poſt te, Phylli ſoror, Daphnem decor alter in hortis,*

Deſ.

*Daphnidis adinſtar ſpernere nolle Deos.*

*Explicit Conſolatio Phyllidis edita per ſer Dominicum Silveſtri civem Florentinum.* Vid. cit. Praef. pag. CCCXXVIII.

LXIV. pag. 41. Eiuſdem ad Dominum Zenobium verſus XXXII. Inc.

*Dum radiis Sol ipſe ſuis ſplendentia caeli.*

Deſ.

*Diſcedunt pariter, ego privus luce remanſi.*

Haec ſer Dominici Silveſtri Carmina ex hoc eodem Codice indicantur in cit. Praef. pag. CCCXXVII. ſeqq.

LXV. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem laureatum verſus XXXVI. Inc.

*O nimium felix, patriae qui cernere caſus.*

Deſ.

*Occupat, & cunctos geminis complectitur ulnis.*

LXVI. pag. ead. Eiuſdem verſus elegiaci XXXIV. Inc.

*Quum mea ſe liquidis oculis fortuna videndam.*

Deſ.

*Conſilia, ut citius tranſeat iſte dolor.*

LXVII. pag. ead. *b.* Eiuſdem in perſona civitatis Florentiae, fugata ſocietate Theutonicorum, loquentis, verſus XXXIX. Inc.

*Iam ſummum Superis lacrymis imponere finem.*

Deſ.

*Ante alias vivam, Tuſcamque tenebo coronam.*

In margine ſemireciſo ad verſum,

*Conſilioque ſuo texit me callida vulpes,*

notatum eſt: *Callida vulpes fuit . . . . Ioannes de Vicecomit. de Eulogio.*

LXVIII. pag. ead. Eiuſdem ad D. Franciſcum Petrarcham verſus XXXIX Inc.

*Illi, cui montes nectunt ſacra ſerta capillos.*

Deſ.

*Quod petimus cupide, cupideque avideque moramur.*

In lucem dedit Cl. Mehus in cit. Praef. pag. CCXXX. ſeqq.

LXIX.

(1) In margine *alias novit.*

Digitized by Google

LXIX. pag. ead. Eiuſdem verſus CXXVII. Landolpho Parthenopaeano (1). Inc.

*Quum longum metiris iter diſcrimina vitae.*

Deſ.

*Parce tuo, & multo ſpero meliora ſequantur.*

LXX. pag. 42. *b.* Eiuſdem verſus XCIII. in adventu Papae (Romam ſcilicet Vrbani V.) Inc.

*Nuntia venturi contraria fama per orbem.*

Deſ.

*Suſcipe, & in melius tua det ſententia coeptum.*

LXXI. pag. ead. Eiuſdem verſus XXV. ſer Benedicto de Pariſius. Inc.

*Me ſtrepitus, & cura fori, me garrula circum.*

Deſ.

*Si dulci ſatiare ſitim de gurgite quaeris.*

LXXII. pag. 43. Eiuſdem verſus XXIV. ſer Benedicto praedicto. Inc.

*O utinam quandoque iuvent exempla, quot horis.*

Deſ.

*Iam noſti, cui metra canam; tibi cognita cauſſa eſt.*

LXXIII. pag. ead. Eiuſdem verſus XXXVII. ſer Benedicto praedicto. Inc.

*Neſcio ſi tentas, videas ne tempore verſus.*

Deſ.

*Carminibus faciam, praeſens ſibi littera, finem.*

LXXIV. pag. ead. Eiuſdem, Epitaphium cuiuſdam Dominae nomine Iulia, verſibus V. Inc.

*Iulia, quae tenuit ſummae pulcredinis omnem*
*Militiam &c.*

LXXV. pag. ead. Eiuſdem verſus VI. anepigraphi, ſed ſunt de officio Iudicis. Inc.

*Hunc accede locum, ſi vis cauſſator utrinque &c.*

LXXVI. pag. ead. Eiuſdem alii IV. verſus item anepigraphi, ſed eiuſdem argumenti, ac ſuperiores. Inc.

*Hoc quicumque tenes populo dans iura tribunal &c.*

LXXVII. pag. ead. Eiuſdem, Epitaphium cuiuſdam Nicolae Lapi tribus verſibus, nimirum:

*Dux, cultor, morumque decus, lux, gloria legum,*
*Hic Dominus Nicola Lapi ſua buſta reliquit;*
*Mundo fama viret, caelo mens alma quieſcit.*

Edidit Mehus loc. cit. pag. CCCXXIX.

LXXVIII. pag. ead. Eiuſdem ſer Franciſco de Monte Puiciano (2) verſus LXI. Inc.

*Dum requiem perquiro mihi, populique tumultum.*

Deſ.

*Ad ſtudium, & pariter ut compatieris amico.*

LXXIX. pag. ead. *b.* Eiuſdem Magiſtro Dominico Ordinis Praedicatorum in ſacra pagina doctorato verſus elegi XXIV. Inc.

*Sub tanto decuit minimum ſiluiſſe magiſtro.*

Deſ.

*Sub virgis meritis terga daturus eam.*

LXXX. pag. ead. Eiuſdem Domino Bettino verſus L. Inc.

*Hei mihi quod iuvenem, cuius ſolertia magnum.*

Deſ.

*Temne ſuos mores, & te regat inclyta virtus.*

LXXXI. p. 44. Eiuſdem ad ſer Coluccium Canc. Flor. verſus elegi CXXVI. (3) Inc.

*Fabula poſt coenam tua quum narratur ad ignem.*

Deſ.

*Ridebat circum tota caterva focum.*

LXXXII. pag. ead. *b.* Verſus (ſcilicet tetraſticha quatuor) quos fecit idem Dominicus pro quatuor Poëtis Florentinis pictis in domo Artis Iudicum & Notariorum Flor.

I. Pro Dante Aligherio. Inc.

*Inclytus hic Dantes, carmen vulgare poëſis &c.*

II. Pro D. Franciſco Petrarcha. Inc.

*Quod nulli natura dedit Franciſcus adeptus &c.*

III. Pro D. Zenobio de Strata. Inc.

*Huius Apollinea Caeſar de fronde capillos &c.*

IV. Pro D. Ioanne Boccaccii. Inc.

*Progeniem canit iſte Deûm; mirabile numquam &c.*

Vulgavit laudatus Mehus loc. cit. pag. CCCXXIX. ſeqq.

LXXXIII. pag. ead. Eiuſdem ſer Nicolao de Monte Varchi verſus LXXIII. Inc.

*Rura ſues pingues faciunt, & rude colenti.*

Deſ.

*Tu poteris, nec pauper eris, nunc ergo labores.*

LXXXIV. pag. 45. Verſus XVII. quos (4) fecit ſer Dominicus Silveſtri. Primus continet intentionem, ad quid inventi fuerint. Aliorum quilibet breviter continet, quid contineat quilibet liber Domini Ioannis Boc-

(1) Cl. Mehus l. c. pag. CCCXXVIII. arbitratur hunc Landolphum fuiſſe Notarium Zenobii de Strata, primum Grammatici, ac Rhetoris Florentini, tum Secretarii Ludovici Regis Siculi, poſtero vero tempore Innocentii VI Rom. Pont.

(2) Ad hunc miſſae ſunt tres Colucii Salutati Epiſtolae, de quibus agit Mehus loc. cit. pag. CCCXXIX.

(3) Hoc in Carmine metricam Colucii fabulam memorat Dominicus, aliamque eidem mittit, & eam quidem turpiculam, iocoſamque.

(4) Titulum hunc, uti iacet in Codice, ita prorſus exhibemus.

Digitized by Google

Boccaccii, quem ſcripſit de Genealogia Deorum Gentilium; penultimum vero verſum & decimumſeptimum addidit ſer Coluccius Cancellarius Florentinus, omnium ſcientiarum doctiſſimus. Inc.

*Quae narras terquinque libris Boccaccius, audi.*

Deſ.

*Hoc terquinque libris epigramma Dominicus addit,*
*Quem genuit ripis Florentia fluminis Arni.*

Ad marginem notatum eſt: *Haec duo ultima carmina compoſuit Dominus Coluccius in laudem ipſius ſer Dominici.* Editos habes hos verſus in cit. Praef. pag. cccxxx. Haec autem carmina, ſi extremum excipias a Coluccio factum Salutato, iamdiu prodiere ad calcem Genealogiae Ioannis Boccaccii.

LXXXV. pag. ead. Eiuſdem ſer Dominici ad ſer Coluccium Cancellarium Florentinum Epiſtola, eademque, partim ligata, partim ſoluta oratione ſcripta. Inc. *Dum quidem a curarum ſtrepitu me vacuum quaedam laxitudo corporis faceret.* Deſ. *hos verſiculos, licet rudes, explicui.* Tum ſubiiciuntur verſiculi elegiaci xxiv. Inc.

*Cauſidici, gaudere licet, gaudete periti.*

Deſ.

*Damna, vacans nullus ſcribere ſcriptor eris.*

*Vale, & valeant qui inter nos diſſidium quaerunt.* Inde ſequitur diſtichon, ſcilicet:

*Pax firmat, Phoebus claret, ligat undique zona.*
*Femina Gaza loquax, homo penſat verba caduca,*

adiecta notula: *In iſtis duobus verſibus continentur omnes litterae praeter* k *&* y, *quia non ſunt neceſſariae, loco enim* k *habemus* ch, *loco* y *habemus* i.

LXXXVI. pag. ead. *b.* Senecae Proverbia alphabeti ordine diſpoſita, ut in Codice XXXVIII. Plutei LXXVI. ſupra p. 110. §. XI. Heic tamen deſinunt in littera V. & quidem ita: *Vt aliquid auri, vel metalli habeamus, terras effodimus; ut ſummum bonum occupemus piget ſcrutari pectus. Expliciunt Proverbia Senecae.*

LXXXVII. pag. 47. Aliqua notabilia, ſeu alia ſententiarum collectio. Inc. *Non quid, ſed quemadmodum feras intereſt.* Deſ. *omni die repetamus praeſentem hiſtoriam.* In calce huius paginae haec habentur: *Veſter in omnibus ſervitor Frater Thomas de Mongardonibus de Arimino, Fratrum Ordinis Praedicatorum, qui hoc Opus tranſcripſit ad veſtri laudem & honorem, humiliter ſe, & ſua negotia vobis recommendat.*

LXXXVIII. pag. ead. *b.* Verſus viii. editi in principio ſtudii a Magiſtro Antonio ſer Salvi de Sancto Geminiano in Grammaticalibus digniſſimo Profeſſore. Inc.

*Si quis in alta velis Cyrrhaei ſcandere montis &c.*

LXXXIX. pag. ead. Eiuſdem verſus xii. in ſequenti anno. Inc.

*Et Tagus inrutilans remicantis munia rupis &c.*

XC. pag. ead. Eiuſdem verſus xi. ſine titulo, ſed continent nomina, & officia novem Muſarum. Inc.

*Nomina Muſarum doctrinarumque ſuarum &c.*

XCI. pag. ead. Alii occurrunt verſus, & ſententiae, forte eiuſdem, ex quibus excerpſimus ſequentes:

i. *Inter maiores caveas ne multa loquaris &c.*

ii. *Rem dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus &c.*

iii. *Aeri cur haeres? aeris tu non eris heres &c.*

iv. *Primum ſcire petit ſancta dulcedine Clio &c.* (1)

v. *Cole Deum, fugito periuria, ſabbata ſerva &c.* (2)

vi. *Vnum cole Deum, ne iures vana per ipſum &c* (3)

vii. Interpretationes Muſarum. Inc.

*Prima tubas ciet Euterpe, tragicumque ſecunda &c.*

viii. Signa Caeleſtia. Inc.

*Eſt Aries, Taurus, Cancer, Gemini, Leo, Virgo &c.*

ix. pag. 48. Allegoria de Pyramo & Thisbe & de Moro. Inc.

*Tincta ſuos fetus de ſanguine Morus amanium &c.*

x. De Leucathoe. Inc.

*Thurea virga boni mundi ſpiravit odorem &c.*

xi. De Clitie. Inc.

*Perturbans Clitie plus ſe ſapientis honorem &c.*

xii. Delicuretas (ſic). Inc.

*Sunt ab imbre ſati fungi pro pane cibati &c.*

xiii. De filiabus Minois. Inc.

*Quum conſumpſiſſent Mineides omnia vino &c.*

xiv. De Tityo. Inc.

*Qui trahit impaſtus Tityi praecordia valtur &c.*

xv. De Tantalo. Inc.

*Tantalus in Stygiis, nec aqua fruitur, neque pomo &c.*

xvi. De Ixione. Inc.

*Qui regale forum &c.*

xvii. De Syſipho. Inc.

*Syſiphus ille latro, qui multos fraude necavit &c.*

xviii. De filiabus Danai. Inc.

*Non*

(1) Eſt Epigramma dodecaſtichon elegiacum de nominibus & officiis novem Muſarum.

(2) Tetraſtichon continens decem praecepta Decalogi.

(3) Aliud tetraſtichon eiuſdem argumenti ac ſuperius.

*Non explentur aquis rimoſis Acidet urnis &c.*

XIX. De Athamante. Inc.

*Spernebat ſuperos Athamas, Inoque furores &c.*

XCII. pag. 48. Carmen anepigraphum morale, conſtans verſibus XXXIV. Inc.

*Quum moritur dives, concurrunt undique cives &c.*

XCIII. pag. ead. Carmen aliud conſtans verſibus XXXIV. item ſine titulo. Inc.

*Eſt navis legia, legia collectio magna &c.*

XCIV. pag. ead. *b.* Epitaphium cuiuſdam ſapientis, verſibus XX. Inc.

*Non decet hunc igitur vacuit deflere querelis.*

Deſ.

*Non premit urna rogi, ſed tenet aula nitens.*

XCV. pag. ead. Dialogus inter Monialem, & virum verſibus elegis XVIII. Inc. Monacha:

*Me tibi, teque mihi genus, aetas, & decor aequant;*

*Cur non ergo ſumus ſic in amore pares?*

Vir reſpondet:

*Non hac veſte places, aliis nigra veſtis amictus;*

*Quae nigra ſunt fugio, candida ſemper amo &c.*

XCVI. pag. ead Verſus XXVI. in laudem S. Nicolai, editi a Magiſtro Antonio ſer Salvi de S. Geminiano in Grammaticalibus digniſſimo Profeſſore. Inc.

*Egregius ſanguis fetum produxit in orbem.*

Deſ.

*Digneris rogitare Ieſum, qui crimina tollit.*

XCVII. pag. ead. Eiuſdem verſus XII. pro S. Lucia. Inc.

*Ad cineres Agathae, qua tunc Trinacria magnis &c.*

XCVIII. pag. 49. Lini Coluccii Pierii Salutati Conqueſtio Phyllidis, ut in Codice IX. Plutei XXXVIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 262. § II.

XCIX. pag. 50. Ser Dominici Silveſtri (1). verſus LXXVIII. Inc.

*Si tibi continuo gremio non Piſa ſecundo*

*Adſpirat fortuna ſuo &c.*

Deſ.

*Tempora dum poſcunt, tantumque fugate pudorem.*

De his mentio fit in cit. Praefat. pag. CCCXXX. In hoc autem Carmine, antiquiora Piſanorum exponit facta, eorumque barbaros explicat triumphos, quorum incertos honores a fortuna iam aliis benigna tranſmutatos adfirmat. Attigit quoque Italicam Poëſim, cuius quidem ſpecimen habebat Franciſcus Redius in notis ad Dithyramb. pag. 120.

C. pag. 51. Senecae de Remediis Fortuitorum Liber, qui pluries occurrit; heic autem eſt imperfectus; deſinit enim in verbis: *iſte quem tu felicem a mirantibus credis ſaepe dolet, ſaepe ſuſpirat, multi illum comitantur* . . . . ſpatio ad reliquum ſupplendum relicto.

CI. pag. 53. D. Franciſci Petrarchae Poëtae Epiſtola ad amicum, quem ſuper infirmitate, & adverſitatibus conſolatur. Inc. *Vir fortis hortatore non eget.* Deſ. *durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis. Apud fontem Sorgiae propere ſcriptum &c.* Subiiciuntur verſus V. ex Virgilii Aeneidos XI. Eſt Epiſtola VI. Libri V. inter ineditas Codicis IV. Plutei LIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 584. §. IV. ubi inſcribitur: *Ad Nicolaum Epiſcopum Viterbienſem aegrotantem conſolatio.*

CII. pag. 54. D Leonardi Arretini laudes Florentinae urbis, ut in Codice XI. Plutei LII. Catalog. Tomo cit. pag. 554. §. I. Heic autem ſequentes accedunt verſiculi:

*Det tibi florere Chriſtus Florentia vere,*

*Flos florum Florae Florentia creſcat honore.*

*Herculea clava domat Florentia prava.*

CIII pag. 61. Epitaphia duo. Primum Senecae, quod inc. *Vita, labor &c* ut alibi. Secundum pro Imperatore Friderico Secundo de domo Svevia, quod ita ſe habet:

*Si probitas, ſenſus, virtutum gratia, cenſus,*

*Nobilitas orti, poſſet defendere morti,*

*Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.*

Inde ſubſcriptio haec legitur: *Liber mei Angeli Zenobii de Gadis de Florentia XLVIII.*

CIV. pag. 61. *b.* Praecepta moralia verſibus elegis expreſſa ex perſona patris ad filium, quibus inſtar tituli praecedit illud diſtichon:

*Incipiunt . . . . . . (2) conſona dicta*

*A Beneventano facito per carmina ficta.*

Tum Prologus ſequens:

*Surrexiſſe patet vitiorum viſcera flammas,*

*Vrentes animum, quae male corda fovent.*

*Errant nonnulli in morum calle ſalubri,*

*Sectantes miſeri perditionis iter.*

*Flores inſerere ſpinis de corde revulſis*

*Diſpoſui, laſſis conſilium que dare.*

*Dignum praevidi decerpere, quae nocet, herbam,*

*Et plantare bonam, quam bona terra creat.*

*Auri-*

(1) Ita eadem manu adnotatur in margine, quamvis titulus ita habeat: *Carmina cuiuſdam Sapientis Florentini incipiunt.*

(2) Reciſo margine perierunt duo verba, quibus nomen auctoris exprimebatur, ex quorum literarum reliquiis forte quis eruat *Sciani de Arco.*

*Auribus haec igitur, fili, mea percipe verba*
*Corporis & cordis, ut retinere queas.*
*Haec documenta ferent certe tibi commoda multa,*
*Si ſervare velis omnia corde tuo.*
*Haec facito, famam ſi cupis immaculatam*
*Conſervare tuam, dum tibi vita comes.*
*Divitiis multis melior bona fama videtur;*
*Hanc tibi detineas, ſi bonus eſſe cupis.*
*Quid tibi divitiae, ſi non honor eſt tibi, proſunt?*
*Ille beatus erit, cui bona fama viget.*
*Scire carere malum, nec non inſiſtere famae,*
*Non eſt quippe leve, nate, docere volo.*
*Ergo suae pateant aures, nam tranſitus inde*
*Eſt ad cor ſemper, hoc bene ſcire potes.*
*Cor ſapit, velut auris ei tranſmittit ab alto,*
*Quae ſi non referat, cor quaſi nulla ſapit.*
*Haec tibi praecipio, quae ſunt bona dogmata diſcas,*
*Ante suos oculos ſemper habere ſtude;*
*Invenies illic, fili, tibi quid ſis agendum,*
*Et quid vitandum, ſi cupis eſſe bonus.*
*Semper in his igitur tibi conſulo, quod mediteris,*
*Vt vitare queas, quae nocitura vides.*
*Si tamquam ſtolidus forſan neglexeris ipſa,*
*Culpa mei, fili, non erit, immo tui.*

Liber Praeceptorum inc.

*Corde timere Deum ſapientia prima videtur,*
*Mandatiſque ſuis flectere colla ſacris.*

Deſ.

*Litibus, ac bellis non immiſceberis umquam;*
*Nil niſi iacturas inde reportat homo.*
*Qui non accedit ad bellum non ferietur.*

Reliqua deſiderantur, ſpatio ad ſupplendum relicto.

CV. pag. 64. Copia litterae directae a Communi Florentiae Magnificis viris Conſervatoribus pacis, Vrbevetano Populo praeſidentibus, amicis noſtris chariſſimis. Inc. *Magnifici viri & amici chariſſimi. Caſus urbis Romae nuper occurſus, mentes noſtras vehementi dolore affecit.* Deſ. *ſervabitur ſimul & noſtra libertas. Dat. Florentiae die XI. Iunii MCCCCXIII.*

Tam in prima, quam in ultima & penultima pagina varia adſcribuntur monumenta, quae ſunt a nobis diligenter eruenda. In prima pagina haec ſunt:

I. *Frater Panutius Petri Lebluccii de Tuderto, olim Servorum Sanctae Mariae Conventus Sancti Marci de Tuderto.*

II. Tabula circularis cum hoc titulo: *Memoria eſt ea, per quam homo ea, quae didicit oblivioni non mandat.*

III. *Andrea Speciale Parenti di Martino di Radicoſani, lo interſigno una cartuccia dentro improntata.*

IV. Verſiculi VIII. qui incipiunt:
*Ante per montes piſces retrahentur &c.*

V. Verſiculi VII. ex Libro primo Aeneidos.

VI. Inſcriptiones Epiſtolarum, quae hoc ordine progrediuntur:

*Magnifico Domino conſanguineo noſtro chariſs. Guido Antonio Comiti de Vrbino.*

*Magn. militi D. Ludovico de Melioratis Marchiae Anconitanae Rectori, amico &c.*

*Magn. militi Domino Marino Tomacello Ducatus Spoletani Rectori, amico &c.*

*Magn. D. Bertuldo de Vrſinis Comiti Summae tamquam fratri noſtro chariſſimo.*

*Magn. & potenti D. Facino Comiti Blandrate, ac Ducali Gubernatori, tamquam fratri.*

*Magn. D. Vgolino de Trinciis Fulginei &c. amico &c.*

*Magn. viro Iohannetto de Magnomonte, Caſtellano Soriani, amico &c.*

*Magn. viro, amico & conſanguineo noſtro char. Cecche de Palombaria &c.*

*Magn. tamquam fratri noſtro chariſſimo Nicolao Ildebrandeſco de Vrſinis Capitaneo &c.*

*Strenuo viro, nobis in Chriſto dilecto Ioannetto de Aquaſparta Capitaneo &c.*

*Illuſtri Principi & Domino, ac conſanguineo noſtro hon. D. Alexandro de Wytoldo, Principi maiori, & Duci Lytnaniae &c.*

*Sereniſs. Principi & Excell. D. D. Wincislao Romanorum Regi ſemper Auguſto, & Bohemiae Regi.*

*Ser. Principi & Excell. D. D. Wladislao Regi Poloniae &c.*

*Ser. ac praeclariſs. Principi & Dominae ac conſanguineae honorandiſs. D. Margaritae, Daciae, Svetiae, & Norvegiae Reginae.*

*Ser. ac praeclariſs. Dominae D. Annae Poloniae Reginae.*

*Ser. ac praeclariſs. Dominae Sophiae Romanorum Dei gratia & Bohemiae Reginae.*

*Illuſtribus & Excell. Principibus & Dominis, D. Bernardo & Henrico Ducibus Luneburgenſium & Bruſvicen., fratribus noſtris chariſs.*

*Magnifico Domino amico noſtro chariſs. Paullo de Vrſinis Capitaneo &c.*

*Magn. viro amico noſtro chariſs. Sphortiae de Attendolis Comiti Codignolae Capitaneo &c.*

*Magn. viro amico noſtro chariſs. Brachio de Fortebrachiis Capitaneo &c.*

Magn.

*Magn. viro Saladino de Sancto Angelo, Oppidi Domino, ac Regni Siciliae Mareſcallo amico &c.*

*Magn Militi Domino Ciancio Riſo Ammeraglio Regni Trinacriae, amico &c.*

*Magn. conſanguineo noſtro chariſſ. Domino D. Petro Paullo Comiti Bellicaſtri &c.*

*Magn. amicis noſtris chariſſ. Stratioto, & iuratis, ac Vniverſitati civitatis Meſſinen.*

*Nobili viro Domino Benedicto Roman. amico &c.*

*Magn. Dom. Matthaeo de* (1) . . . . *Comiti de Calathanaſetta, amico &c.*

*Magn. viro Domino Alberico D. Palazoli, amico &c.*

*Rev. in Chriſto Patri ſocio & amico noſtro honor. Domino P. Epiſcopo Cracovienſi.*

*Socio & amico noſtro chariſſ. Domino Henrico Dhuig Protonotario D. N. Papae.*

*Socio D. I. Epiſcopo Sicilienſi.*

*Socio Domino L. Epiſc. Firmano.*

*Socio D. B. Epiſc. Civitatis Caſtelli.*

*Socio Domino A. Epiſcopo Senenſi D. N. Papae Theſaurario.*

*Socio D. A. Epiſc. Montis Flaſcon.*

*Socio Domino I. Epiſcopo Interamnenſi.*

*Nobili viro D. Bernardo de Grambera Magiſtro Iuſtitiario Regni Trinacriae, amico &c.*

*Illuſtri Principi & Domino ac conſanguineo noſtro hon. Domino Duci Brabantiae.*

In calce huius primae paginae legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis LXXXV.*

Nunc quae in averſa penultimae Codicis paginae parte occurrunt, diſcutiamus.

I. *Lecturae Domini Bartoli in Iure Civili ſunt taxatae, iam ſunt multi anni elapſi, in generali Studio civitatis Bonon. modo infraſcripto, & ſic tenentur ab omnibus.*

*Lectura Domini Bar. ſuper ff. novo, ſecundum taxationem antiquam tenet petias, ſcilicet prima & ſecunda pars centum quadraginta.*

*Lectura Domini Bar. ſuper Inſortiato, ſecundum taxationem antiquam, tenet petias, ſcilicet prima, & ſecunda pars, centum viginti, exceptis poſtillis & additionibus factis per Arnoldum Scriptorem Bonon.*

*Lectura D. Bar. ſuper ff. veteri, ſecundum antiquam taxationem, tenet petias, ſcilicet prima & ſecunda pars, centum ſex, exceptis additionibus & correctionibus factis per Excellentiſſ. Doctorem D. Angelum de Peruſio.*

*Lectura D. Bar. ſuper Codice tenet petias ſeptuaginta quinque.*

*Super tribus libris Codicis, ſunt petiae quindecim.*

II. Series quaedam Cardinalium, & quidem ita digeſta:

*Iordanus Epiſcopus Albanenſis Cardinalis de Vrſinis.*

*Vacat* *Angelus Epiſcopus Hoſtienſis Car. Flor.*

*Henricus Ep. Tuſculanus Card. Neapolitanus.* *Vacat*

*Antonius Epiſc. Praeneſtinus, Card. Aquilegienſis.* *Vacat*

*Petrus Epiſcop. Tuſculan. Card. Anicien.*

*Ioannes Epiſc. Hoſtienſis Card. Vivarien. Vicecancellarius.*

*Valentinus tituli Sanctae Sabinae Presb. Card. Quinque Eccleſiarum.* *Vacat*

*Franciſcus tit. SS. Quatuor Coronat. Presb. Card. Burdegalen.* *Vacat*

*Petrus Baſilicae XII. Apoſtol. Presb. Card. Mediolan.* *Vacat*

*Angelus tit. S. Potentianae Card. Laudenſis.*

*Conradus tit. S. Chryſogoni Presb. Card. Militen.* *Vacat*

*Ioannes tit. S. Crucis in Ieruſ. Presb. Card. Ravennas.* *Vacat*

*Antonius tit. S. Praxedis Presb. Card. Tudertinus.* *Vacat*

*Raynaldus S. Viti in Macella Diaconus Card. de Brancacciis.*

*Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. Barenſ.*

*Baldaſſar S. Euſtachii Diac. Card.* *Vacat*

*Oddo S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. de Columna.*

*Petrus S. Angeli Diac. Card. Deambal.*

*Ioannes Sanctorum Coſmae & Damiani Diacon. Card. Lindrienſ.* *Vacat*

*Franciſcus SS. Coſmae & Damiani Diac. Card. Florentinus.*

*Lucidus S. Mariae in Coſmedin Diac. Card. de Comite.*

*Iacobus S. Euſtachii Diac. Card. Bononien.*

*Thomas Sanctorum Ioannis & Paulli Diac. Card. Tritaricen.*

In ultima tandem pagina legitur:

I. Monumentum hoc: *Die XI. Auguſti Presbyter Thomaxius Curatus Eccleſiae Sanctae Mariae Maioris de Vrbeveteri comparuit coram Domino Bonifacio de Collemedio & ſua curia infra terminum ſibi aſſignatum, prout a dicto Domino Bonifacio habuit in mandatis.*

II. Elenchus Decem Baliae civitatis Florentiae, qui ſunt:

*Niccolò di Giovanni da Uzano.*
*Luca di Piero Fantoni.*
*Iohanni di Guarnieri de Roſſi.*
*Piero di Iacopo Baroncelli.*
*Iohanni di Bicci de' Medici.*
*Filippo di Niccolao Giugni al preſente Gonfaloniere di Iuſtizia.*
*Thommaſo di Domenico Rucellai.*
*Iohanni di Bartolo di Mora.*
*Bartolomeo di Niccolò di Taldo Valori.*
*Andrea di Betto del Pino.*

III. In averſa tandem pagina adnotantur anni 1407. 1408. *a dì primo di Novembre,*

(1) Omiſſum nomen.

*bre*, & rudi calamo ſtemma gentilitium Columnae familiae delineatum eſt.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, in quo pauca quaedam Italica ſuo loco recenſenda, minuto breviato, & diffi cillimo charactere exaratus, antiquitus num. 388. ſignatus. Conſtat foliis 65.

## FRANC. PETRARCHAE EPISTOLAE, ZENOBII DE STRATA ORATIO &c.

Cod. XIV. I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae Domino Ioanni de Mandella civi Mediolanenſi Itinerarium ad S. Sepulcrum, ut in Codice II. Plutei LXXVIII. ſupra pag. 154. §. VII.

II. pag. 15. Eiuſdem Epiſtolae Rerum Familiarium & Senilium quamplures, praevia in ipſas Praefatione, ſine ullo quidem titulo, ſed quae eſt ad Socratem ſuum, & inc. *Quid vero nunc agimus, frater*. Deſ. *tu Lucilius meus eris. Vale*. Extat in principio Epiſtolarum Petrarchae apud Samuelem Criſpinum MDCI. 8. Epiſtolarum vero, quae in hoc habentur Volumine, ſeries ſequens eſt:

I. pag. 22. *b*. Thomae Meſſanenſi (1). Inc. *Querelam publicam nemo ſapiens ſuam fecit*. Deſ. *invenies in ſepulcro. Vale*. In cit. edit. Lib. I. Ep. I.

II. pag. 26. *b*. Raymundo Superantio. Inc. *Vereri mihi nec immerito viſus es*. Deſ. *ut moriar. Vale. Avinione Kal. Maias*. Ibid. Lib. I. Ep. II.

III. pag. 28. Ioanni Columnenſi. Inc. *Gallias ego nuper, nullo quidem negotio, ut noſti*. Deſ. *quibuſque conſortio. Vale. Aquis XI. Kal. Iunii*. Ibid. Ep. III.

IV. pag. 30. *b*. Ioanni Columnae. Inc. *Aquis digreſſum*. Deſ. *mitti iubeas, oratus facito. Et vale noſtri memor, lux patriae, noſtrum decus. Lugduni II. Idus Auguſti*. Ibid. Ep. IV.

V. pag. 32. *b*. Iacobo Columnae. Inc. *Revertebar e Germania, & iam Lugdunum perveneram*. Deſ. *quam fortunae meae. Vale noſtri memor. Lugduni V. Id. Aug*. Ibid. Ep. V.

VI. pag. 35. Thomae Meſſanenſi. Inc. *Temerarium eſt cum eo hoſte confligere*. Deſ. *ac iube illum diſputare cum Encelado. Vale. Avinione IV Id. Martias*. Ibid. Ep. VI.

VII. pag. 37. *b*. Eidem. Inc. *Quid agendum tibi ſit, conſulis*. Deſ. *domituea ſoporem. Vale. III. Id. April*. Ibid. Ep. VII.

VIII pag. 41. Eidem. Inc. *Animi cura philoſophum quaerit*. Deſ. *interiora transfigerent. Vale. Kal. Maias*. Ibid. Ep. VIII.

IX. pag. 43. Rev. in Chriſto Patri, & Domino D. Guidoni Archiepiſcopo Ianuenſi, hortatoria ad patientiam in morbo podagrico. Inc. *Nemo miſer eſſe vult*. Deſ. *da veniam, tecum ſum. Vale*. Inter Epiſtolas ineditas Codicis IV. Plutei LIII. a nobis recenſitas Catalogi Tomo ſuper. pag. 593. §. XII.

X. pag. 49. Eidem de Ruralibus. Inc. *Quae ſpes, quod ſolamen publicae calamitatis audiſti?* Deſ. *ſub ingentis umbra caſtaneae*. Ibid. pag. 585. §. V.

XI. pag. 51. Egregio Doctori D..... (2) Parmenſi, ne ſit zelotypus de Domina ſua. Inc. *Inter curarum mearum turbulentiſſimas procellas gratiſſimae mihi tranquillitatis portum obtuliſſe viſa eſt praedulcis veſtri melliflui oris epiſtola*. Deſ. *parcat igitur urbanitas veſtra, cui qualiacumque de arboribus meis poma, furtim lecta pro tempore, ruſticanis vaſculis offeruntur. Valere vos feliciter cupio*.

XII. pag. 53. Rev. D. Archiepiſcopo Ianuenſi contra adverſitates patriae. Inc. *Conſilium tuum ut nec probem*. Deſ. *quum videamus regna ipſa mortalia*. Inter inditas dicti Codicis IV. Catalogi Tom. cit. pag. 585. §. III.

XIII. pag. 60. Eidem. Inc. *Exſpectatio ſupplicium eſt*. Deſ. *ſpes ſola relinquitur. Vale*. Ibid §. IV.

XIV. pag. 62. *b*. Cuidam Medico facultatem oratoriam diſſuadenti. Inc. *Multis & validis uncis, ac laqueis me in amicitiam tuam trahis, & cogenti ſimilis argumentorum nexus immittis mihi fruſtra, id quidem cogi nequeo; nemo volens cogitur. Volo ego, & pulſanti ultro amicitiae fores pando, & in limine obvius, animi te ulnis amplector*. Deſ. *me admones. Vale*.

XV. pag. 64. Strenuo militi D. Luchino de Vermo. Inc. *Non vereor ne me irrideas, ut Hannibal Phormionem; non enim loquor, ut te vel doceam, vel me oſtentem; ſed quum te magni ac praepotentis populi conſenſu, duri ac difficilis belli ducem cernerem, quamvis te omnibus, & praeſertim bellicis virtutibus inſtructiſſimum ſcirem, temperare mihi non potui, quominus ad te nunc aliquid ſcriberem*. Deſ. *Reipublicae favorem perpetuum tibi ac tuis fide eximia atque induſtria promerere. Vale mei memor*.

XVI. pag. 74. Rev. Sacrae Theologiae Doctori Fratri Dionyſio de Burgo Ord. Eremitarum. Inc. *Nihil laetius viderunt oculi mei*,

(1) In Codice quidem pleraeque ſunt anepigraphae; nos tamen earum, quas editas comperimus, inſcriptiones ex ipſa editione ſupplevimus; contra vero in hoc utplurimum annus, & locus, in quo datae ſunt, apponitur; id quod in editione quandoque deſideratur. Hunc ipſum Codicem pro nova Petrarchae Epiſtolarum editione conſulendum eſſe his innuit verbis Cl. Laur. Mehus in cit. Praef. ad Ambr. Epiſt. pag. CCLIV. *Ad hos quartus accedat, Codex ſcilicet chartaceus Bibl. quondam Gaddianae, nunc Mediceae Pl. XC inf. Cod. 14. = Hic autem praecipuam habet laudem, quod praeter Petrarchae Epiſtolas, multa contineat, quae nondum ſunt edita. In his quaedam paullo ante pag. CXC. CCXXXXIII. & CCL. ex illo fonte produxi*.

(2) Deeſt nomen in Codice, ſed forte eſt ad Magiſtrum Modium Parmenſem.

Digitized by Google

*mei, poſtquam ab eis elongatus es; nihil dulcius audierunt aures meae, poſtquam vocem tuam audire deſierunt, quam quod ad Regem vocatus acceſſeris* (1). Deſ. *ubi enim, quod mihi iam fama praedixerat, per literas tuas accepi, te de Florentia digreſſum, perrexiſſe Neapolim, & mecum, & cum amicis dixi: Dionyſius noſter ad tranquillitatem magnis paſſibus contendit, & ad beatam vitam rectum iter ingreſſus eſt. Vale.*

XVII. pag. 76. b. Rev. Sacrae Theologiae Doctori Fratri Ioanni de Ancisa. Inc. *Heu mihi frater amabilis, heu mihi! quid adſpexi, quid audivi, quid legi? cal gaſſens utinam oculi, & obtorpuiſſent omnes corporis mei ſenſus, ne qua rumor infelix ſuae ſortis ignaram, & ſibi laetiora promittentem animam ſubintraſſet! = Ecce iam dilectus meus aderit, Franciſcus meus, frater meus, amicus meus, non mihi minus iunctus voluntate, quam nomine, non minus amore, quam ſanguine &c.* Deſ. *quam multa enim, non ſentiens impetum, magis quam animi iudicio dolenter effudi, nec loquendo ſatior, ſed accendor, nec deſinere quidem ſcio; abrumpam igitur. Vale frater dulciſſime. Parmae XI. Maii ſero.*

XVIII. pag. 80. b. Magiſtro Donato Caſentinenſi Grammaticae Profeſſori. Inc. *Tres ex ordine maeſtas epiſtolas tuas.* Deſ. *amplius non dolebis. Vale. F. tuus ſiquid eſt. Patavii XVI. Kal. Octob.* Lib. X. Ep. IV. Senil.

XIX. pag. 91. Magiſtro Croto Pergamenſi, Grammaticae Profeſſori, de laudibus Ciceronis. Inc. *Quam laete audiam.* Deſ. *te morigerum praeſtes. Vale. Mediolani Kal. Septembr.* Lib. IX. Ep XIV. Familiar.

XX. pag. 92. b. Egregio Doctori D. Ioanni de Parma, ſocio D. Luchini de Vermo. Inc. *Vberem meſſem parvo de ſemine meſſui.* Deſ. *ſupereſt, ut & amico illi optimo, & tibi gratias agam, quod perbrevi papyro, non eam modo, de qua loquebar arborem, ſed totum mibi terrarum orbem in membranis deſcriptum, inſigni quidem artificio remiſiſtis; utque ambobus, & arboris oſtenſae refrigerium, & mentium, corporumque valitudinem inconcuſſam, ac perpetuam precer.*

XXI. pag. 94. Rev. in Chriſto Patri ac Domino D. Guidoni Epiſcopo Cardinali Portuenſi, laudatio pacis factae. Inc. *Quaeris ex me, ſeu per te quaerit amicus maior, immo quidem, ut intelligi datur, ambo quaeritis, quid remedii norim adverſus Nemeaei rabiem leonis, toto nunc impetu Phoebi crines, ac faciem accendentis.* Deſ. *iterum atque iterum ſolvere iube. Mediolani.*

XXII pag. 95. Illuſtri Principi Domino Nicolao Marchioni Eſtenſi, Ferrariae Domino. Inc. *Heu mihi duro nimium & vivaci.* Deſ. *& conſervet in gratia ſua. Arquadae V. Auguſti.* Lib. XIII. Ep. I. Senil.

XXIII. pag. 97. b. Egregio Doctori D. Ioanni Matthaei Fei civi Arretino. Inc. *Ignoti hominis, ſed noti nominis epiſtolam libens legi.* Deſ. *ne tu vivo mihi panegyricum cane, ſed ſatyram. Arquadae inter Colles Euganeos V. Idus Septembr. MCCCLXX.* Lib. XIII. Ep. III. Senil.

XXIV. pag. 99. Magnifico generoſoque Militi D. Nicolae de Acciaiolis, Regni Apuliae Magno Seneſcallo. Inc. *Dilatae reſponſionis excuſatio tua.* Deſ. *tu felix, & ſemper tui ſimilis. Vale. Ad Fontem Sorgiae IX. Kal. Iunii.* In citato Codice IV. Plutei LIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 582. § IX.

XXV. pag. 100. Magnifico Militi D. Ioanni Barili Neapolitano. Inc. *Mirum dictu, ut nil maius.* Deſ. *quae, ut dixi, humanarum paſſionum nebulas ſupergreſſa eſt. Vt valeas opto. Ad Fontem Sorgiae X. Kal. Iunii.* Simile initium habes etiam inter ineditas Epiſtolas ſupradicti Codicis loc. cit. pag. 581. §. XIII. finem vero toto caelo diverſum, propterea quod in illo poſt quatuor circiter verſus ab initio Epiſtolae, ſenſus omnino abrumpitur, & ad alia tranſitur, ut ex textu ipſo, quem integrum referimus videre eſt; ita enim incipit Epiſtola: *Mirum dictu, ut nil maius; ita nil dari dignius, quam quod ex te hodie petiturus ſum. Peto autem, vir inſignis, ut animum rationi, ſive, ut aliter idem dicam, te tibi ſubiicias, & parere cogas in te deteriora melioribus. Magnifice quidem alta ſub rupe, ac mediis in undis, anguſtus quidem, ſed plenus ſtimulis ardentibus &c.* In hoc vero ita legitur: *Mirum dictu, ut nil maius &c. Magnifice quidem Plato naturam ſuam ſtudio imitatus, tripartitam animae ſedem comperit, quodque confuſum videbatur, divino ſecrevit ingenio &c.* ubi vides omnia mirum in modum ſibi conſtare, & cohaerere.

XXVI. pag. 101 Magnificis generoſiſque militibus D. D. Nicolao Acciaiolo Magno Seneſcallo, & Ioanni Barili Neapolitano. Inc. *Iungam vos, magnanimi viri, Florentinum, ac Parthenopaeum decus.* Deſ. *praeclariſſima nomina ſileantur, Nicolaus, & Ioannes. Ad Fontem Sorgiae IX. Kal. Iunii.* Ibid. pag. 582. §. X.

XXVII. pag. 104. b. Magnifico Domino D. Pandulpho Malateſtae Arimini Domino. Inc. *An magis expediat uxorem ducere, an vitam caelibem agere conſulis.* Deſ. *tu quidquid elegeris, ſecundet Omnipotens. Vale feliciter, mei memor.* Ibid. pag. 591. §. I.

XXVIII. pag. 106. b. Priorum Artium, & Vexilliferi Iuſtitiae Populi, & Communis Florentiae Epiſtola Reverendo viro D. Franciſco Petrarchae Canonico Paduano, laureato Poetae, concivi chariſſimo. Inc. *Movit iamdiu pariter animos, atque aures noſtras tui nominis fama, dilectiſſime civis, & fauſta patriae noſtrae proles. Movit nos admirabilis profeſſionis, & excellentis ſtu-*



(1) Ex contextu Epiſtolae eruitur a Roberto Neapolitano Rege fuiſſe evocatum.

*dii tui meritum, ut qui intonſas a ſaeculis lauros vertice digno virentes acceperis, ſis mirae indolis, & perpetuae poſteritati futurum exemplar. = Tibi igitur, quem dominico, ac paterno ſemper affectu proſequimur, ne quid in urbe tua fortaſſe minus aequanimiter ferendum ſit, ruris aviti paſcua concedimus, ac de publico quidem aerario a privatis civibus redempta, ac ſine alicuius exceptionis titulo de mera paternae dilectionis liberalitate donamus &c.* Vbi vero Petrarchae doctrinam, diſciplinarumque peritiam verbis extollunt illum appellant: *Qualem nec priſca a ſaeculis vidit aetas, nec ſibi ſurgentem alium promittit futura poſteritas. = Quis te igitur praeco ingens alio adſpectu, aut devotione, ſeu magis veneratione reſpexerit, quam ſi Maronis ſpiritus, aut Ciceronis eloquentia mortales iterum artus induerent? O rem deteſtandam, ut audita potius, quam viſa laudemus! Laudamus quidem te, immo admiramur. Quis non admiretur in tanta magnificorum ingeniorum, ac praeſtantiſſimorum hominum copia, ſeu infinita potius ſtudiorum varietate, tantam fore ſcriptorum inopiam, tantumque Poëtarum a ſaeculis raritatem? Quis alium in hoc cauſſam reddiderit, niſi rei, ut ait Cicero, quamdam incredibilem magnitudinem, ac difficultatem? Quam iam mortalium incuria ſopitam, tu ſolus vigili ſtudio, ac ardentiſſimi ingenii viribus relevaſti. Amplius autem chariſſime civis. Quum nuper civitatem noſtram, velut dextro pede claudicantem, liberis carere ſtudiis videremus, maturo iudicio proviſum eſt, apud nos ſecundo ſidere ingeniorum fecundiſſimus doceri artes, & cuiuſque profeſſionis vigere ſtudia, ut res noſtra publica fulta conſilio inter alias, ut Roma parens omnis Auſoniae ſedem, ſibi principatum accipiat, & demum laetis auſpiciis creſcat, ac tum ut magis, ac magis in dies, ac dies ſuccreſcens ſtudio ipſo refloreat.* Ad Florentinam porro Academiam Petrarcham evocantes: *Profecto enim* (inquiunt) *illud magnum, illud ſingulare arbitrabatur patria, quod tu ſolus, unicuſque potes efficere, quod etiam apud veteres rariſſimum, ac ſemper excellentiſſimum fuit. Itaque tua ſacra tempora patria requirit, quo adfectu, quo iure adſtrictius poteſt, ut te duce hoc cohaereat ſtudium, hac ſingularitate ceteris praecellat. Tu tecum librum, ac legendi facultatem eligas, quam honori, & otiis tuis cenſeas commodiorem. Erunt inſuper nonnulli ingenio clari, qui te duce audebunt forſan carmina ſua committere famae. Etenim parvo principio magnae res conſtatae ſunt. Accingere igitur, ne ulterius, vir optime, Africam tuam, Opus, quod immortale laboras, & neglectas per tot ſaecula Muſas Aonias nomini tuo, & gloriae, aut voluntati noſtrae amplius ſubtrahas. Satis nempe pervagatus es, & mores, urbeſque tibi exterarum gentium clarae ſunt. Te magiſtratus quilibet, & privatus, te proceres, & plebeii, te lares aviti, te recuperatus ager expoſcunt. Venias igitur, exſpectate, venias, & eloquentiae tuae iucunditate coeptis fave &c.* Explicit tandem Epiſtola in legatione Ioannis de Certaldo, Boccaccii filii, quem in hac Populi procuratione actorem, auctoremque elegerat Florentinorum Reſpublica: *Plura denique ſupererant, quae Ioanni Boccaccii praeſentium latori, civi noſtro, & huius operis Legato chariſſimo, verbo ſerioſius explicanda commiſimus, cui fidem integram per te praeſtari volumus, tamquam nobis.* Habes huius Epiſtolae ex hoc eodem Codice excerpta in cit. Praef. ad Epiſt. Ambroſii Camald. pag. CCXLIII.

XXIX. p. 108. *b.* Franciſci Petrarchae reſponſum Magnificis & potentibus Dominis D. Prioribus Artium, & Vexillifero Iuſtitiae Populi & Communis Florentiae. Inc. *Iam ſatis me vixiſſe arbitror.* Deſ. *cupio vos florentiſſima ſemper in Rep. feliciter valere.* Ep. IV. Libri Vnici.

XXX pag. 110. *b.* Ioanni Boccaccio, licet nomen non appareat (1). Inc. *Cogis, immo vero debiti mei admones, ut huius iunioris Iacobi de Carraria, viri optimi, optimeque de nobis meriti, huius, inquam, qui nuper Patavii Dominus dictus eſt, re autem ipſa nihil minus, quam Dominus, nihil magis quam veriſſimus patriae pater fuit, laudes ac fortunam ſtylo amplexus, hinc aliquid ad te ſcribam, amoris, maeroriſque participem.* Deſ. *cepi impetum, ſi quo modo poſſem ſubitum addere calcar ingenio, profectuſque cum paucis ad ſepulcri locum, quaſi licentiam, quam a vivente conſueveram ab exanimi percepturus. Intempeſtiva hora diei erat, obſeratiſque templi foribus, & meridiantibus aedituis vix admiſſus, iuſſis exſpectare comitibus, acceſſi ſolus ad tumulum ſedique iuxta, & non reſponſuris oſſibus verba dedi. Illic ergo pro tempore breviſſimam horam trahens, non ſine lacrymis ſexdecim elegos dictavi verſus magis animi ardore, quam ſtudio, aut ratione artis admius, tradidique exſpectantibus amicis vix ad exitum perductos, atque abii, hortatus, ut ſi nihil aut illis, aut mihi interim melius occurriſſet, ex his, ſi quid placeret, eligerent arbitratu ſuo marmori incidendum; ad quod poliendum inſignis nunc artificum deſudat induſtria. Eos verſiculos, ne quid noſtrum, ſive id ſerio, ſive raptim, & ex tempore compoſitum ignores, in Epiſtolae huius calce ſubſcripſi.*

*Heu magno domus arcta viro ſub marmore parvo,*
*En pater heic patriae, ſpeſque, ſaluſque iacent,*
*Quiſquis ad hoc ſaxum convertens lumina, lector,*
*Publica damna legens, iunge preces lacrymis.*
*Illum flere nefas, ſua quem ſuper aethera virtus*
*Suſtulit, humano ſi qua fides merito;*

*Flere*

(1) Scripta eſt in morte Iacobi II. ſeu Iunioris de Carraria. Vid. cit. Praef. pag. CCXXV.

*Flere gravem patriae caſum, fractamque bonorum*
*Spem licet, & ſubitis ingemuiſſe malis,*
*Quem populo, patribuſque ducem Carraria nuper*
*Alma dedit Patavo, mors inimica tulit.*
*Nullus amicitias coluit dulcedine tanta,*
*Quum foret horrendus hoſtibus ille ſuis,*
*Optimus, inque bonis ſemper ſtudioſus amandis,*
*Neſcius invidiae, conſpicuuſque fide.*
*Ergo memor Iacobi ſpecioſum ſedula nomen*
*Nominibus raris inſere poſteritas.*

XXXI. pag. 113. Egregio viro Magiſtro Benvenuto de Imola Grammaticae Doctori. Inc. *Ad reſponſionem litteris veſtris debitam*. Deſ. *libens ibo. Valete. Patavii die IX. Februarii*. Lib. XIV. Ep. XI Senil. initio & fine aliquantulum diſcrepans.

XXXII. pag. 114. Inſigni viro Magiſtro Petro Bononienſi (de Muglo) Grammaticae Doctori. Inc. *Venit ad me videndum ſocrus tua*. Deſ. *mihi ſuperbiae tribuatur. Vale. Venetiis XI. Kal. Iunii*. Lib. IV. Ep. III Senil. De Epiſtolis ad Petrum Bononienſem vid. cit. Praefat. pag. CCL.

XXXIII. pag. 115. Gilberto Grammatico Parmenſi. Inc. *Adoleſcentulum noſtrum conſilii inopem*. Deſ. *contempta eſt. Vale. Patavii VII. Kal. Aprilis, propere ſcripta ſilentio noctis*. Lib. VII. Ep. XVII Familiar.

XXXIV. pag. 116. *b.* Marco Portunario civi Ianuenſi, amico ſuo chariſsimo. Inc. *Animum tuum, quam viſibilis fuerit &c* Deſ. *grates agam Vale*. Lib. III. Ep. XII. Familiar. & inſcribitur *Marco ſuo*.

XXXV. pag. 118. Eidem. Conſulit, ut ſe vertat ad ſtudium Iuris Civilis. Inc. *Crebras ex te litterulas habeo*. Deſ. *& ſcopulus ſit nocentum*. Lib. XI. Ep. IV. Familiar.

XXXVI. p. 122. *b.* Magnifico D. D. Pandulpho Malateſtae Arimini Domino. Inc. *Plenam ſolitae humanitatis epiſtolam tuam*. Deſ. *quidquid tibi placuerit, etiam mihi. Vale feliciter, fortiterque, vir clariſsime, mei memor. Paduae IV. Ian. digitis algentibus*.

XXXVII. pag. 124. *b.* Anepigrapha. Inc. *Littera veſtra, qua nil ſuavius cogitari poteſt, ingentem mihi laetitiam in adverſis attulit, ac ſolamen, quamvis novum vere nihil attulerit; ſcio enim ab olim cor erga me veſtrum, & affectionem illam ſinceriſſimam, non qualem ad ſubiectos Domini, ſed qualem filii ad parentes habent, vel quod eſt vehementius, e converſo = Ventrem, fateor, libenter, non propter aliquem metum mortis, ſed propter intenſum vos videndi deſiderium, niſi quia ſtatus mei corporis non ſinit; gratiſſima tamen animo meo eſt, hei, vere nobilis charitas veſtra, mihi utique prorſus indebita: vobis autem magnificum nihil indebitum, ſed ſuum ac proprium, naturaque inſitum videri debet. Illam de me curam, mi Domine, fidenter deponite, quoniam non Venetiis, nec Paduae ſum, ſed inter colles Euganeos, in loco admodum delectabili, ac ſalubri; ad quem, & locorum ſpecie captus, & mei amore tractus magnificus Paduae Dominus ſaepe venit, per quem familiariter & morulas trahit. Eiſdem tamen aliquanto libentius, quo me vocat veſtra benignitas, ſed venire, hoc opus, hic labor eſt. Haec hactenus. Tranſitum felicis memoriae venerabilis ac dilectae, licet facie incognitae Dominae meae, & conſortis veſtrae iampridem maeſtus audieram.* Deſ. *recommendo me magnifico patruo veſtro; alter Dominus meus, frater veſter, per ea, quae mihi ſignificavit, credo, alpes tranſierit. Valete. Arquadae die prima Sept.*

XXXVIII. pag. 125. *b.* Ioanni Boccaccio. Inc. *Tres ingentes epiſtolas ſimul ad te venturas Ticino abiens dimiſi*. Deſ. *heu Italis cibus eſt piſcibus. Tu vive felix, & vale noſtri memor*. Lib. VI. Ep. I. Senil. ſed in Codice eſt in principio valde diſcrepans, & etiam longior.

XXXIX. pag. 127. Eidem. Inc. *Feciſti optime, quod quando oculis nolebas, vel non poteras, me litteris viſitaſti*. Deſ. *conſideratione gratiſſimum. Vale. Ticini XVI. Kal. Iun.* Lib. V. Ep. I. Senil.

XL. pag. 130. Friderico Arretino. Inc. *Magnam parva ex epiſtola tua delectationem cepi*. Deſ. *e ſervati Capitolii rupe deiiciat. Vale*. Lib. VIII. Ep. VII Senil.

XLI. pag. 133. *b.* Marquedo, ut dicitur, Epiſcopo Auguſtenſi. Inc. *Superbiae, immo vero inſaniae ſuae litteras, quas iniuriis plenas, exundanteſque conviciis in nos dixeris effudiſſe, ad manus noſtras non perveniſſe noveris, ſed dumtaxat continentiam in effectum quorumdam nobis fidelium noſtrorum ſedulitate tranſmiſſam &c.* Deſ. *& quoniam vocaris Epiſcopus, quum vir ſanguinum ſis, impune furere, & inſultare poſſe urbibus, ac populis, qua impetus tuleris, bonorum fines, ſtatum, & patrimonia lacerare, poſtremo paſſim quidquid eſt libitum, licitum ſperes. Nos, quod cum nefaria latronum manu ad depopulandos, exterrendoſque pacificos fines noſtros aggeris, ſi te in manus noſtras fortuna, iuſtitiae miniſtra, perduxerit,* (1) *non alio, quam quo meritus es famoſi latronis, ac incendiarii ſupplicio puniturus. Mediolani die IX. Octobris.*

XLII. pag. 135. Anepigrapha. Inc. *Crebros inſultus atque fortunae impetus, nec minus crebros famae volatilis his temporibus paſſus ſum*. Deſ. *haec igitur mei conſilii ſumma ſit; depone dolorem, pelle ſupervacuas curas, diſcute triſtitiae nebulas, quidquid vel minimum premit, abiicito, enitere, ut cum Virgilio concludam,*

*Durare & te met rebus ſervare ſecundis.*
*Vive, & vale. III. Kal. Aug.*

XLIII. pag. 136. Anepigrapha. Inc. *Litterarum-*

(1) Forte deeſt *ſciat*.

Digitized by Google

*triumphalis Romae fuit, multis ſervata ſaeculis, ne quis triumpharet, niſi quinque hoſtium milia, ſaltem una acie cecidiſſet.* Deſ. *iure igitur, quod nulli umquam accidiſſe ſcio, de multis magniſque confectis bellis, miro prorſus honoris privilegio ſine curribus, ſine armis, ſine captivorum pompa, ſine tumultu circumſtrepentis exercitus, ſed togatus atque tranquillus, inter faventium Galliae, Britanniaeque voces, atque inter plauſus multum gaudentis Eccleſiae, glorioſiſſime triumphabis. Heu cur nunc abſum? Sed certe, quod mihi praeripere fortuna non poterit, animo praeſens ero. In reliquis ſane, quae me, & ſtatulum meum tangunt, oro te, Dominorum optime, patrumque mitiſſime, ut & Sociati meo credas, & liberalitati meae faveas, ut ſpero. Vale. glorioſiſſime Praeſulum, decus noſtrum. Mediolani VII. Kal. Iulii.*

XLIV. pag. 137. Anepigrapha. Inc. *Equus meus ſtabulis tuis paſtus ad me redit ſolito vegetior atque laſcivior. ita quem feſſum, atque aegrum recreandumque, ſanandumque ſuſceperas uberiori indulgentia ſaginaſti.* Deſ. *ſed, ut deſinam his, brevior papyrus admonuit; & propterea impetum ſequi, temporis vetor anguſtiis. Hoc ipſo die iter adripio, & hac ipſa hora; qui procellas peroſus Parmenſium ſimultatum, ſedem otio Italico Mantuam, Patavumque delegeram, Mediolani mihi ſedes eſt, ut appareat vera eſſe, quae loquimur, quod nihil ex conſilio ſuccedat. Vale.*

XLV. p. 138. Reverendiſs. in Chriſto Patri. & Domino Domino Philippo Dei gratia Epiſcopo Cardinali Sabinenſi, Sediſque Apoſtolicae Legato digniſſimo, quae ita ſe habet: *Non ſum oblitus, Reverendiſs Pater, & Domine mi, dum noviſſime pro duobus Paternitati veſtrae ſcriberem, quod vobiſcum pepigi, ut vos de pluribus non gravarem; & nunc, Domine mi, quamvis ſer Ioannes de Arretio praeſentium lator ſit mihi chariſſimus, & ſuae virtutis intuitu, & reſpectu originis, quae illi communis eſt mecum, propter omnes communites cives urbis illius, quos valde diligo, meorum civium gratia, qui me, antequam naſcerer, expulerunt; non tamen auderem pro ipſo vobis ſcribere, ne fidefragus dici poſſem, niſi ad ſcribendum me non minus veſtri, quam ipſius reſpectus induceret. Ipſe enim, niſi me amor fallit, iuvenis bonus eſt, & bonus ſcriptor, & dictator, non ſolum bonus, ſed ſuper communem modum, ſi quid de talibus novi, qui ſaepe iam litteras miſit elegantes. Dominus Cardinalis novus de Vrſinis requiſivit eum inſtanter, ut ſecum iret ad Curiam, non parva ſub ſpe; ſed iſte qui non libenter novo cum Domino de Italia exibat, recuſavit. Ego autem, qui ſufficientiam eius & mores noſſe mihi videor, audito deſiderio eius ad vos veniendi, ad quod cum clara fama veſtrae virtutis illexit, & cogitans, quod ſi vobis placeat ipſum experiri, erit bonus pro vobis, & talis, quod eum ubi noſſe caeperitis, non libenter abire permitteretis; non conſenſi tantummodo, ſed ſuaſi, ut ad veſtrae Dominationis praeſentiam ſe conferret; ſupplicans reverenter, ut eum probare dignemini; & ſi talis eſt, qualem dico, quod vobis viſum fuerit, facietis. Multa, mi Domine, poteſtis, & multa habetis facere, & multorum fideli opera indigetis, & ad tanta negocia pauci reperiuntur idonei. Haec hactenus. De me autem nihil aliud dico, niſi quod inter ſumma & extrema animi mei deſideria, eſt, ut vos revideam, antequam moriar. Chriſtus vos promoveat & conſervet in gratia ſua. Paduae IX. Februarii.*

XLVI. pag. ead. *b.* Magnifico militi D. Gometio de Albornoctio Aeſculi Vicario. & Duci Spoletino. Inc. *Quamdiu placitum Deo fuit, magnifice & chariſſime mi Domine, mihi conſervare Rever. Patrem & Dominum meum Dominum Sabinenſem, omnes moleſtias meas ipſe portabat.* Deſ. *Chriſtus omnipotens vos conſervet in ſtatu proſpero & tranquillo. Arquadae VIII. Nov.* Commendat Donatum de Arretio amicum ſuum fideliſſimum.

XLVII. pag. 139. Anepigrapha. Inc. *Iucundum in ſtuporem tua me vertit epiſtola.* Deſ. *Haec hactenus. Ceterum nepos tuus ſperatae ſimilitudinis indolis, praeceptique tui memor, ſemper inſiſtit, ut ſibi de ſcripturis meis, neſcio quid liceret excerpere mittendum tibi; negavi, cum ne fervidus adoleſcens proprio ſtudio diſtractus alienis in finibus vagaretur; tum ut id onus digitis tuis ſervaretur integrum, ac more venantium, dulcius ſaperet quod cum labore quaeſiſſes, & ſudor tuus noſtrum condiret eloquium. Vale.*

XLVIII. p. 140. Anepigrapha. Inc. *Quidquamne mortalium.* Deſ. *rudis tabella, ſed efficax eſt.* Eſt contra detractores.

XLIX. pag. ead. *b.* Magiſtro Petro Bononienſi Rhetoricae Profeſſori. Inc. *Non epiſtolas tuas tantum, ſed quidquid omnino litterularum ex te venit laete video; pone hanc curam. Ad id. quod de Durachio, ſeu Dirachio quaeſiviſti, breve* (ſic)*, morem meum noſti.* Deſ. *veniem ad negotia. Caedulae huius ſociam unam ad Ioannem noſtrum facies pervenire, alteram ad Nicolaum de Aleis, & ut labori meo parcam, dic, quaeſo, Donato meo de Florentia, quod fortuna non eum modo perſequitur, ſed omnes quoque, de quibus aliquid ſperat. Cancellarius, quaſi ſemper, ex quo huc redii, aeger iacuit, necdum grabatulo ſe movet, modicum licet ſperem, quia audio illorum duritiem.* (ſic) *doleo, plus non poſſum. Si Muranum iero, quaeram quem quaeri iubes. Vale. Venetiis XIII Martii.*

L. pag. 141. Zenobio de Strata Florentino de adventu Magni Seneſcalli. Inc. *Maecenas tuus* (1)*, Auguſtum meum fidenter adiiciam, & me viſit, & bibliothecam meam, auſus opes contemnere, bis adiit; nec concurſus hominum, nec acervus rerum, nec eum denique tenuit labor viae. Siquidem in extremo civitatis olim & civitatem habito, loco cum ſalubri, tum ſolitario admodum ac repoſito;*

huc

(1) Forte eſt Carolus IV. Imperator.

Digitized by Google

*huc ille vir tantus venit, & ſubmiſſis faſcibus, ut quondam Magnus Pompeius, Poſſidonii parvam domum, atque ita venerabundus hoc exiguum limen ingreſſus eſt*. Deſ. *totam hanc regiam urbem ſuo laetificavit adventu, & fronte ſiderea ſerenavit mirum in modum, & Dominis gratus & populo, mihi vero quamplurimum. Quod iam impoſſibile factu rebar, antiquam illam ſibi pridem doti animi benivolentiam cumulavit; effecitque illud inter mortales eximium ac rarum, ut diu cogniti, ſed numquam viſi hactenus, famam viri, non modo non minueret praeſentia, ſed augeret, quod fere de nullo umquam vidi, de paucis legi. Tu tali amico felix vive. Vale, noſtri memor. XVI. Kal. Septembris.*

LI. pag. ead. *b.* Anepigrapha. Inc. *Adſcenſum Zenobii* (1) *laetus audivi; amo enim hominem, amarique nos omnes ab illo certe ſcio = ſibi vero compatior, & Muſis, quod tale ingenium non dico, perdunt, ſed cum indignis conſortibus partiuntur. Et ob qualiter eunt res! non multum tempus eſt, quod ipſe mihi fraternaliter condolebat, meque praedulcibus aculeis urgebat, quod Mediolanum, (ut eius verbo utar) turbida civitas, eſſet Helicon meus, & hoc amantiſſime quidem; ſed ut reor neſciens, quid Mediolanum eſſes, & haud dubie neſciens qualiter, quam otioſe, quam ſolitarie, quam tranquille heic eſſem &c.* Deſ. *ſic ipſe ocium meum noſſet. Saluta eum, quaeſo, meis verbis.*

LII. pag. 142. Andreae Mantuano. Inc. *Theon ille*. Deſ. *tu ridebis, ego interim evaſero*. Lib. V. Ep. XII Familiar.

LIII. pag. ead. *b.* Guilielmo de Paſtrengo. Inc. *Gratiam tibi habeo, vir optime*. Deſ. *tu vale; Raynaldum noſtrum ut ſalvere iubeas precor*. Epiſt. XXIX. Libri Vnici.

LIV. pag. 143. Egregio viro Magiſtro Petro Bononienſi, Rhetoricae Profeſſori. Inc. *Litterae tuae, compater & amice optime, tertio menſe, poſtquam datae erant, ad me pervenerunt, ita madefactae & lacerae, ut vix legi poſſent = legi eas ut potui, & agnovi te bene de me opinari, quod ſcilicet feliciter ſatis heic degam, ut peccator dico, & profecto non in totum falleris. Omnia enim ſatis proſpere ibant, niſi e duobus oculis meis alter abiiſſet, alter obiiſſet. Dominum Paudulphum loquor, & Dominum Ioannem de Peppolis, qui ſub ipſo adventu litterarum tuarum, devotiſſime ſuſceptis Eccleſiae Sacramentis, ab hac luce ſubtractus eſt, & quanto numquam alius, quem ego viderim, honore ultimo depoſitus in Eccleſia S. Auguſtini, heinc mox Bononiam transferendus. Damnum ingens, & publicum, & privatum, Deus eum in ſua pace ſuſceperit. De quaeſtione autem conſanguinitatis intelligo = Saluta Nicolectum meum de Alexio, & per eum me Domino recommendari peto, qui Dominus ſi fortaſſis audierit me poſt obitum Domini Ioannis in conſilio Domini ſubſtitutum, rideat, ſed non credat.* Deſ. *Vale feliciter, & commatrem meam, & matrem eius ſalvere iube, & Maſinum noſtrum participem doloris. Raptim ſcripta die XXVIII. Aug. hora nona.*

LV. pag. ead. *b.* Antonio Donati Apenninigenae filio. Inc. *Fili chariſſime, litterulam tuam perbrevem*. Deſ. *iubeas ſalvere parentem, Ticini XVIII. Dec.* Lib. XI. Ep. VII. Senil.

LVI. pag. 144. Nobili viro Guillielmo . . . . . . . . . (2) civi Bononienſi. Inc. *Tricipitem epiſtolam tribus magnis textam calamis*. Deſ. *vivite felices, & valete mei memores. II. Id. Ian.* Lib. XI. Ep. IX. Familiar. ubi inſcribitur *Reſponſio ad Epiſtolam trium ſimul amicorum*.

LVII. pag. ead. *b.* Anepigrapha. Inc. *Babylonicis tandem vinclis, & carcere vix explicitus tranſalpino, laetus ac liber in patriam revertebar, vobiſcum vitae reliquias acturus; ſed pervertit dulce propoſitum dominatrix rerum fortuna mortalium. Quod me Pontificibus Romanis, quod Galliae Siciliaeque Regibus aperta toties me fronte negaveram, huic Italicorum maximo ſatis humane poſtulanti negare non potui; ſubitis, & inſperatis precibus ac maieſtate viri circumventus obſtupui.* Deſ. *nec umquam ab illius optimi viri fide atque obſequio diſceſſurum, niſi a me prius ipſe diſceſſero.*

LVIII. pag. 145. Anepigrapha. Inc. *Fama loquitur Ciceronem inter omnes nunc Italos tibi familiarem, ac hoſpitem fore, & penes te permultos, eoſdemque perraros illius ingenii libros eſſe*. Deſ. *rogo ut me = tanti hoſpitis participem velis, nec ille forte limen horruerit, nec tibi pudor fuerit, noſtris ſtudiis attuliſſe auxilium. Qua in re quod huic calamo defuerit, communi huius amici voce ſupplebitur. Vale. Mediol. XII. Kal. Septembr.*

LIX. pag. ead. Anepigrapha. Inc. *Diverſo rerum tuarum ſtatu quid ſentirem breve quoddam tibi, bellaciſſime vir, materno pridem ſermone conſcripſeram, ut poſſet militibus tuis etiam innoteſcere, tecum in partem laborum & gloriae profecturis*. Deſ. *ſapientem monuiſſe ſatis eſt. Vale.*

LX. pag. ead. *b.* Anepigrapha. Inc. *Illius viri optimi maximi, tuaſque ſimul litteras legi, necnon & illum Ciceronis noſtri hoſtem, quem ad te miſeram, audivi, viva, ſeu verius mortua & exſangui voce de omnibus blaterantem*. Deſ. *& te ſibi vim amicam attuliſſe. Vale.*

LXI. pag. ead. Ioanni Arretino. Inc. *Omnia optato proveniunt, amice. Gratulor ego libertati patriae*. Deſ. *in Italiam redeamus. Vale. Ad Fontem Sorgiae Kal. Dec. ante lucem*. Lib. VII. Ep. VIII. Familiar.

LXII. pag. 146. Anepigrapha. Inc. *Amice. Carmen egregium quod miſiſtis reſponſo*

non

(1) Zenobius de Strata fuit Grammaticus, Poëta, ac Rhetor Florentinus, poſtero vero tempore, Nicolao Acciaiolo ſuffragante, evectus eſt ad ſecreta Regis Siculi, ac deinde Innocentii Papae VI.

(2) Deeſt cognomen in Codice.

*non inficior dignum erat*. Deſ. *reſponſi tarditas vos compellat, Valete feliciter*.

LXIII. pag. ead. Anepigrapha. Inc. *Virtuti tuae congratulor, adoleſcens. quando tu ſic unus adverſum millia, ſic ſolus adverſus agmina clavam de manibus Herculis extorſiſti*. Deſ. *cumulentque felices areas ad trituram*.

LXIV. pag. ead. *b*. Magnifico Militi D. Ioanni Barili civi Neapolitano, quae ſequens eſt: *Solitis & inexplicabilibus curarum mihi laqueis circumſepto, nullum affluxiſſe poterat gratius ſolamen, quam quod ſecum attulit magnificentiae veſtrae dulcis & eximiae dilectionis teſtis epiſtola, cui confeſtim, priuſquam aut ipſa manibus elaberetur, aut quem ipſius lepos excitaverat, impetus animi deferveret, centum forte verſiculos reddidi, lima quidem in tempus alıud dilata; quum ecce die proximo nuncius veſter, de quo nil audiveram, aut cogitaveram, repente affuit, reſponſum flagitans. Subſtiti quid agerem incertus, ad poſtremum omnem veſtri iudicii cenſuram ſubeundam potius exiſtimavi, quam committendum, ut fruſtra mihi tantus vir ſcripſiſſe videretur, praecipue quia hunc ipſum incultioris carminis horrerem, amoris indicem fore, Virgilio admonente didiceram, Mitto igitur quales erant, mittam, vel feram ipſe libentius maiora, quum potero. Veſter ſum, obſecro me recommendari ad pedes humiliter Domini mei Regis, ad quos reverti quanto deſiderio mens aeſtuet, teſtis eſt Chriſtus; ſed catena multiplicis obligationis, qua Domino Azzoni ſum conſtrictus, me hucuſque detinuit. Ex parte dicti Domini Azzonis vos ſaluto, necnon & Sennuccium meum, cui multum invideo, quia eſt, ut ipſe idem teſtatur, multa cum dilectione vobiſcum, quibus ego me tertium fieri pro grandi munere cuperem, niſi & fortuna mea certe, & indignitas probiberet. Valere feliciter vos opto mei memores. Recommendo vobis Barbatum amicum meum. Datum propere ultimo Ian.* Tum ſubiicitur Carmen ipſum, de quo in Epiſtola mentio fit, quodque habes in Codice XIII. huius Plutei ſupra pag. 711. §. LVI.

III. pag. 148. *b*. Euſdem in morte Magiſtri Dionyſii de Burgo Sancti Sepulcri Theologi Ordinis Eremitarum Carmen. Inc.

*Flere libet, ſed flere vetor, lacrymaſque parantem.*

Deſ.

*Pierides, titulumque brevem conſcribite ſaxo.*

Tum ſubiicitur eiuſdem Epitaphium verſibus VIII. quod inc.

*Qui fuit Eſperiae decus, & nova gloria gentis &c.*

IV. pag. 151. Zenobii de Strata, Poëtae Florentini, de Fama ad Sereniſſimum Imperatorem Carolum IV. & Bohemiae Regem Oratio habita extra Cathedralem Eccleſiam Piſanam in mane Adſcenſionis Domini in praeſentia Domini Cardinalis Hoſtienſis, & aliorum Praelatorum. Inc.

*Stat ſua cuique dies, breve, & inreparabile tempus*
*Omnibus eſt vitae; ſed famam extendere factis*
*Hoc virtutis opus &c. Virg. Aeneidos X. Saepe me admonere ſoleo, glorioſiſſime Caeſar, ne hanc qualemcumque ingenii mei conditionem officio publicae orationis experiar, neve velim, quod in placido libellorum meorum comitatu minus perfecte fortaſſe aliquando otioſus didici, negotioſus tandem magno cum periculo in publicum loqui, utpote & qui ingenio parum, arte minus, exercitio minimum valere me ſentiam &c.* Nicolai autem Acciaioli mentionem facit hiſce verbis pag. ead. *b*. *Ego vero iamdudum mihi ſuaſi verum illud eſſe, quod dicebam ad virum magnificum Dominum Nicolaum Melfiae Magnum Regni Siciliae Seneſcalcum, ſtudiorum meorum ab annis adoleſcentiae promotorem, &, ut cum Virgilio loquar, Maecenatem meum. Nam quoties itinerantibus nobis, & ad te Caeſarem feſtinato greſſu proficiſcentibus ille me ad huiuſmodi actus impelleres &c.* Specimen praeterea adfert ſuorum Carminum, quod huiuſmodi eſt pag. 157. *b*. *Hinc & in quodam carmine meo dixiſſe me recolo:*

*Nunc ſine lege cadunt homines, atque ordine nullo*
*Saevit atrox Lachesis; iuvenes nunc impia tollis*
*Indole ſurgentes nimia, rebuſque ſecundis;*
*Infanteſque cadunt alii, caelumque videre*
*Vix datur; huic triſtis ſervatur vita ſenectae &c.*

De laurea vero corona ſibi impoſita ita ad Caeſarem Zenobius pag. 164. *b*. *Namque hoc tempore quum paene tota lapſa huius ſtudii* (poëtici nempe) *a tot ante ſaeculis cura eſſet; tu & in hoc homuncione praecipue decus poëtici honoris exſuſcitas &c.* Tandem pollicetur pag. 165. ſe hominum memoriae ea proditurum facta, quae geſſerat Imperator: *Quid igitur, Dive Princeps, hic homuncio tibi referat, quem hodierna die ad tam ſacrum apicem honoris attollis? Ego vero nihil dignum habeo Maieſtati tuae, niſi illud forte tibi acceptum ſit, ut aliquando, ſi fata permiſerint, venturi te, meque legant.*

V. pag. 165. Epiſtola ſine titulo, quae tamen eſt Imperatoris Caroli IV. ad Zenobium de Strata. Inc. *Laureata tuae gratanter emicuit*. Deſ. *inter laudabiles devotos Imperii denotamus*. Integram adfert in cit. Praef. Cl. Mehus pag. CXCI.

VI. pag. 166. *b*. Ioannis Boccaccii Epiſtola Magiſtro Petro Bononienſi Grammaticae Profeſſori. Inc. *Ne blandiloquus viderer, dilectiſſime frater, ultro multa in tui nominis laudem venientia volens omiſi —. Ipſum tuum nomen egregium, quod aliquandiu inter Venetos*

venetos

Digitized by Google

*uetos tantum, Aemilianoſque Gallos detentum eſt, ſuperatis celſis Apennini verticibus in Tuſcos uſque, magno cum fulgore devenerit, & inter eruditos homines celebre factum ſit. Hinc eſt, ut nonnullos ſcholaſticos iuvenes in deſiderium videndi, audiendique te traxeris, tantoque fervore compulerit, ut patria, neceſſariis, amiciſque relictis, iter, ut ad te veniant, intraviſſe iam ſenſerim = Alter eorum mihi Ioannes de Senis dictu̇rus* (ſic), *qui iamdudum Grammaticae praeceptor apud nos ſcholas regere conſuevit, inſtructus egregie iudicio meo circa Grammaticam poſitivam, ut tu longe melius, & cito cognoſces. Huius, ut arbitror, animus ad auctores illuſtres audiendos, & Rhetoricam totus eſt = bon ſtus quidem iuvenis eſt, manſuetus, tum moribus plurimum commendabilis = Alter Angelus dicitur, Canonicae Sancti Michaëlis, & Iacobi de Certaldo venerabilis Prior, Florentinus patria, & nobilis genere &c.* Paucis vero interpoſitis: *Magiſtrum ſuum* (Ioannem ſcilicet Senenſem) *ad te venientem ſponte ſua ſequitur &c.* Tali autem modo explicit Boccaccii Epiſtola, ut intelligas, Petrum Grammaticum, ac Rhetorem Bononienſem, & Petrarchae fuiſſe diſcipulum, & in Patavina publice docuiſſe Academia: *Precor* (inquit Boccaccius) *per amicitiam noſtram, & per venerabile caput Franciſci Petrarchae praeceptoris noſtri adſit &c.* Tandem Epiſtolam claudit his verbis: *Ego autem nondum ſatis certum habeo, numquid de proximo Patavium venturus ſim. Si venero, te viſitabo; ſin autem, ubicumque ſim tuus ſum. Vale.* Huius quoque Epiſtolae excerpta in lucem extulit Cl. Mehus cit. loc. pag. CCL.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. diligenter, ſed parum caſtigate exaratus, in cuius prima pagina legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis num. LXXI.* antiquitus num. 631. deſignatus. Conſtat foliis 167.

## FRANC. PETRARCHAE EPISTOLAE AD VIROS ILLVSTRES VETERES, ET ALIA QVAEDAM.

*Cod. XVII.* I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae Epiſtolarum ad Viros Illuſtres veteres Liber unus, cum Praefatione ad Publionem (1) Vincentinum Poëtam de materia & cauſſa ſequentium Epiſtolarum, ut in Codice IV. Plutei LIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 594. a §. II. ad §. XII. incluſive. Concordant autem cum editione apud Samuelem Criſpinum MDCI. 8. a pag. 657. ad pag. 681. ubi tamen deſideratur Epiſtola ad Homerum, quae & in ſuperiori, & in praeſenti legitur Codice pag. 21. *b.* Ea autem inſcribitur & inc. *Franciſcus Homero Graiae Muſae principi ſalutem. Dudum te ſcripto alloqui meus fuerat, & feciſſem, niſi quia linguae commercium non erat. Nam nec ego Graecis litteris diſcendis ſatis felix, & tu Latinas, quibus olim per ſcriptores noſtros aditus, uti ſolebas, ſequentium negligentia dedidiciſſe videbare. Utrinque excluſus conticueram. Unus vir noſtra te Latinum ſaeculo reveh̄it. Non avidius, neque diutius Ulyſſem tuum ſua Penelope exſpectavit, quam ego te. Iamque mihi ſenſim ſpes abibat; praeter enim aliquot tuorum principia librorum, in quibus velut exoptati amici ſupercilium procul ambiguum & raptim vibrans, ſeu fluctuantis comae apicem intuebar, Latini nihil obtigerat, nihil denique ſperabatur, ubi te cominus contemplarer. Nam libellus ille vulgo, qui tuus fertur, etſi cuius ſit non conſtet, tibi excerptus, tibique inſcriptus, tuus utique non eſt. Vir iſte ſi vixerit totum te nobis reddet, & iam coepit, ut non modo divinorum fructu operum eximio, ſed tuarum quoque confabulationum illecebris perfruamur, quarum unius ad me nuper Latinis vaſis Graecus ſapor adlatus eſt = Illud ſane iocoſum, penituſque feſtivum in auribus meis fuit, quod tamen acerrime querebaris, adeo quidem palato, ſtomacho amaro, dulcia etiam amareſcunt. Fles, unde ridere par fuerat, quod communis amicus, quem tu Theſſalum facis, ego Byzantium rebar, te intra florentes patriae meae muros peregrinari, ſive ita mavis, exſulare coëgerit, quod illum ſumma fide ſummoque tuo amore, & feciſſe & facere certum habe. Unde omnibus amicis tui nominis, qui per rari licet, adhuc aliqui ſuperſunt, ob hanc praecipue cauſſam coepit eſſe chariſſimus. Vide ergo iure ne ſuccenſeas, cui nos omnes tui amantes, tuo ſimul ac noſtro nomine gratias agimus, quod te nobis, ac Muſis Auſoniis ereptum, ſi qua fors coepto faverit, reſtituat. Quod autem Feſulana vallis, & Arni ripae nonniſi tres tibi amicos tulerint, mirari deſine; ſatis eſt; multum eſt; plus eſt quam ſperabam, in patria lucro dedita tres Pierios ſpiritus inveniſſe; & tamen ne diffidas, magna frequenſque eſt civitas; quartum, ſi quaeris, invenias; quintum bis adderem, & meretur Peneia, ſeu Alphaea redimitus lauro* (2); *ſed neſcio qualiter tranſalpina Babylon illum nobis eripuit. Parum tibi ne videtur illos quinque viros uno tempore, atque in una urbe concurrere? Quaere alias. Tua illa Bononia, qua ſuſpiras, ſtudiorum licet hoſpes ampliſſima, funditus ut excutias, unum habet; Verona duos; Sulmo unum, atque unum Mantua, niſi illum caelum terris abduceret; tuis namque deſertis ad Ptolemaei ſigna tranſivit. Ipſa rerum caput Roma miror quam paene ad unum talibus incolis ſit exhauſta. Peruſia unum tulit, futurum aliquid, niſi ſe ipſe negligeret; ſed ille non Parnaſo tantum, verum Apennino etiam atque Alpibus relictis, lucroſamque calamo papyrum ſulcans, nunc ſenior Hiſpanias pervagatur; tuleruntque alios ur-*



(1) In edit. *Pulicem.*

(2) In margine manu recentiori adnotatum eſt: *Queſto quinto credo ſia Zanobi Strata Fiorentino Poeta coronato in Piſa da Carlo IV. Imperatore.*

*urbes aliae. Sed omnes quos ego noveram, in communem illam, & aeternam urbem ex hoc mortali domicilio commigrarunt. Proinde quid velim vides, ne ſcilicet de amico pergas queri, quod te in terram duxit, etſi paucis, pluribus certe quam ulla hodie amicis, ac miratoribus habitatam tuis. An neſcis quanta etiam apud nos huius generis raritas ſemper fuit? Noſtra enim aetate, niſi fallor, amicus hic noſter iam tota in Graecia ſolus eſt. Erat alter modo praeceptor meus, qui quum iucundiſſimam me in ſpem erexiſſet, in ipſo ſtudiorum lacte deſtituit moriens; quamvis iam deſtituiſſet ad Epiſcopalem curam, me, qui deſerebar, adiuvante, pluſque illum, quam me ipſum cogitante, promovi. Quibus ita ſe habentibus, raritatem hanc patere tuotum, & ignoſce ſaeculo ſeneſcenti, quod florentis etiam ignoviſſes. Pauci olim, nunc pauciſſimi, mox, ut auguror, nulli erunt, quibus in pretio ſint honeſta ſtudia. Cum his ipſis, dum licet, avide verſare; neque tibi in mentem veniat noſtrum amnem maiore alveo permutare; non tu nauta, ne piſcator quidem; quin immo, ſi, quam falſam cupio, vera eſt fama, non ſat fauſtum ea tibi cum gente colloquium fuit. Parva tibi Caſtalia placuit, humiliſque Helicon. Noſter tibi Arnus, noſtrique colles placeant, ubi & nobiles ingeniorum ſcaturigines erumpunt, & dulces nidificant philomenae; paucae illae quidem, fateor, ſed ſi, ut dictum eſt, vicina pariter, atque longinqua circumſpicis, multae ſunt &c.* Deſ. *aeternum vale. Orpheaque & Linum, & Euripidem, ac reliquos comites, quum in lucem ſedem veneris, ſalvere iube. Apud ſuperos medio amnium clariſſimorum Padi, Ticini, Adduae, aliorumque, unde quidam Mediolanum dici volunt, VII. Idus Octobris anno aetatis ultimae MCCCLX.*

II. pag. 29. *b*. Eiuſdem Epiſtola, ut inſcribitur in margine ab eadem manu, Sigramori de Pomeriis dudum Equiti armatae militiae, tunc Monacho Ciſtercienſi. Inc. *Semper & vivis vocibus tuis & litteris delectatus ſum*. Deſ. *vive noſtrae memor amicitiae, & vale. Venetiis XV. Kal. Aprilis*. Eſt Epiſt. 1. Lib. X. Rerum Senilium.

III. pag. 41. *b*. Eiuſdem Pſalmi ſeptem Poenitentiales. Inc. *Heu mihi miſero, quia iratum adverſus me conſtitui Redemptorem meum*. Deſ. *ne corruam ſub extremis. Gloria &c.* In edit. Oper. Tom. I. a pag. 369. ad pag. 371. Tum ſubiiciuntur Orationes variae, ſcilicet contra tempeſtates aëreas, ad B. Agatham &c.

IV. pag. 50. Eiuſdem de fide, & obſervantia uxoris, praevia Epiſtola ad Ioannem Boccaccium Florentinum (1), ut in Codice II. Plutei LXXVIII. ſupra pag. 155. §. IV. In fine poſſeſſoris nomen legebatur, ſed nunc litura deletum; erui tamen aegre poteſt *Liber . . . . . . . ſer Ioannis Rinuccini de Florentia*. In prima pagina item *Benedicti Varchi* nomen deletum eſt, ſupra quod tamen adhuc remanet illud *Per. Crinti & amicorum*.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum pictura in principio, & indiculo. Conſtat foliis 62.

## FRANC. PETRARCHAE DE REMED. VTRIVSQVE FORTVNAE.

FRanciſci Petrarchae laureati de Reme- *Cod.*
diis Vtriuſque Fortunae Liber primus *XVIII.*
tantum, cum Praefatione. In fine legitur: *Explicit primus Liber Proſperae Fortunae*. In edit. cit. a pag. 1. ad pag. 101.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. cum titulis, & initialibus rubricatis, in cuius prima pagina legitur: *Guidantonii Adimarii Lib. num. V.* antiquitus num. 967. deſignatus. Conſtat foliis 90.

## M. T. CICER. EPISTOLAE FAMIL.

M. T. Ciceronis Oratoris eloquent. Epi- *Cod.*
ſtolarum Familiarium Libri XVI. ut *LII.*
alibi.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. pulcherrimae ſcripturae, notis aliquot marginalibus & interlinearibus ſatis doctis inſtructus, & cum initiali primae Epiſtolae littera eleganter auro illuminata. Conſtat foliis 192.

## KYRIACI ANCONIT. EPIST.

KYriaci Anconitani ad Eugenium IV. *Cod.*
Pont. Epiſtola, quam Coſmo Mediceo *LV.*
legendam traſmittit (2), praevia brevi ad ipſum Coſmum adloquutione, quae ita ſe habet: *Haec eadem noſtra de orbis luſtratione, ac nobilium rerum indagatione praedigna, Eugenio Pont. Max. atque Optimo Principi noſtro ſcripſimus nuper, ornatiſſime Coſme, ut rem diu a me coeptam exoptatamque, tandem expediam, ſua iuvante clementia, auſpicanteque Sanctitate; non abſque tua interim opera, intermiſcente ſtudio, diligentiaque, ac ſolita illa erga me pietate liberalitateque, ac magnis ſemper in rebus ſolertia, atque vigilantiſſima cura. Valere te quidem feliciorem deſidero, humaniſſime atque ornatiſſime Coſme, Florentiae*

prae-

(1) Prodierat iam, teſte Mattairio Annal. Typogr. Tom. I pag. 329. ſub hoc titulo: *Epiſtola Franciſci Petrarchae de inſigni obedientia & fide uxoria Griſeldis in Waltherum. Vlmae impreſſ. per Iohannem Zeiner de Reutlingen MCCCCLXXIII. fol. paginis xx.* Vid. Dominic. Mannium *Illuſtrazione del Boccaccio* pag. 607. ſeqq. ubi hanc Petrarchae verſionem edidit, ſed initio mutilam.

(2) Hanc praecedit aureis litteris expreſſa ſequens inſcriptio: *B. Eug. IV. P. M. & Optimo Principi ex K. A. Beatiſſimo E. IV. Optumo Maximoque Pontifici ex K. A.*

*praeclarae patriae civitati tuae. Id fuit Novembribus Eug. P. Anno XI. Kyriacus idem tuus.* Tum ſequitur Epiſtola ad Eugenium, quae inc. *Poſtquam de rebus profanos quidem in barbaros peragendis, quae digna mihi potiſſimum viſa ſunt, immenſo tuam erga Sanctitatem devotionis affectu, nuper almae Beatitudini tuae ſcripſiſſe, ac ore ſaepius dete xiſſe, coramque retuliſſe certo cognoverim, Eminentiſſime Pater, te iamque alacriori quippe animo conſpicimus adverſus Nileam Peluſianamve pernicioſam & formidabilem illam Babylonici Regis navalem expeditionem, maritimaſque alias barbaricas incurſiones, Angelum Mauricenum virum Senenſem, & Equitem praeclarum, fortiſſimumque Rhodiae, archiera iceve tuae vel Pontificiae claſſis Praefectum, necnon veteranos illos ſuos in mare collegas, Ioannem cognomento Longobardum, Entorrenteque Taraconenſem, maritimae quidem rei doctos atque ſolertiſſimos homines, Petro Quirino, viro certe nobili egregioque, Venetûm ad te Pontificem Sanctiſſimum Oratore curante, acre nempe tuo magnanimiter exercere caepiſſe; quae quidem optima ſ[…] lciſſimaque principia ad Chriſtianam Religionem propagandam, noſtramque tamdiu torpentem ocio Latinam, olim generoſiſſimam gentem, ad gloriam & laudatiſſimam expeditionem excitandam, non exiguum conſpirationis ſanctiſſimae ſeminarium erit; neve ſine magna perpetuaque tuae inexplicandae Beatitudinis laude, longaevaque poſteros inter, & immortali gloria; ego equidem interea magno viſendi orbis ſtudio, ut ea, quae mihi iamdiu maxima cura fuit, rerum vetuſtarum monumenta undique terris diffuſa veſtigare perficiam, & ea quae in dies longi temporis labe hominumve incuria collabuntur, & memoratu digna viſa ſunt, litteris mandare valeam, me ipſum totum clementiſſimae tui numinis maieſtati devovi, dedicavique. Ne quidem alterum quempiam toto in orbe Principem cognovimus, ad quem maior tali de re cura tangere poſſit; neve quoi externarum gentium atque urbium explorationem maiorum more, maiori denique ſtudio indagare, percunctarive pertineat. Etenim te plures lectitaſſe non dubito, Pater Alme, Hieronymum ſeniorem illum beatiſſimum, devotum tuum, ſacriſque tuis praedeceſſorem Cardinibus, ad Paullinum ſuum in ipſo ſacrae hiſtoriae librorum principio recenſere, quos antiqua per volumina noverat, externas indagaſſe provincias, maria undique tranſiſſe, extremos novoſque adire populos maluiſſe, ut eos coram inſpiceret, quorum inclyta e libris nomina probitatemque praenoverat: e quis* (ſic) *itaque principem poſuiſſe noviſti Pythagoram illum Samium, Philoſophorum inſignem ad Aegyptum Memphiticos Vulcani vaticinos illos & ſapientiſſimos ſacerdotes adiſſe. Quin & aevo noſtro ad me, tam exiguum Sanctitatis tuae ſervulum, dum exacto quinquennio Patavium ad Petrum Donatum optimum eiuſdem urbis Pontificem, & filium devotiſſimum tuum me contulerim, vir quiſpiam Latinus & humanae rei doctus, dum meam forte curam intelligeret, hexaſtichon his denique verbis inſcripſit:*

> *Luſtraſti, veterum quaerens monumenta virorum,*
> *Extremos populos, imitatus maxime mores*
> *Ipſe Pythagoreos, iam te Kyriace per orbem*
> *Fama canit.*

*Et reliqua humanae ferme iactantiae, mei quidem indigna, plurima* (1). *Aſt enim igitur B. P. magnis olim celeberrimiſque mundi Principibus non parva hac de re cura fuit, quom e noſtris Divus ille C. Caeſar per Aſiam nobiliſſimis Phrygiae vetuſtatum reliquiis admiratis, ad Aegyptum poſtea ex Achoreo antiquiſſimo Sacerdote, alia inter, quaeritabat Nilacos inacceſſibiles tamdiu & inexcrutabiles fontes indagare, ad quos utique veſtigandos ſummus ille Regum Alexander ad Aethiopum fines, ſuos antea exploratores miſerat; tametſi non Nili originem, alia quidem multa videre contigerat, ad inclytum tanti Regis nomen magnum per orbem hominibus ampliſſime declarandum. Tu vero, Pater Alme, qui humanarum divinarumque rerum in orbe, Principum Princeps omnium maximus es, meum ingens hoc in te deſiderium non aſpernandum cenſito; quin immo augere, iuvare, atque ſolita tua illa, qua ceteros antecellis homines humanitate liberalitateque magnanimiter fovitare, atque ſatis complere velis. Atqui P. B. ut rem denique caeptam peragamus, & eam quoque ab qua mundi parte fortuna monſtras iter ſequamur, quaque ex plaga nuper ad te ſacras adventare vidimus legationes* ἀγαθῇ τύχῃ, *boniſque tui ſacri numinis avibus incipiam. Nam poſtquam Memphiticas ad inferiorem Aegyptum Pyramides mirificas illas vidi, ingens & inexcrutabile herculum, quin & portentuoſum humani generis opus, optabam & antiquiſſima Thebarum eadem in Aegypto moenia, ſi quid ex iis noſtram ad diem reliquum exſtares inſpicere; necnon ad ſuperiorem Aegypti partem, nobilem atque inſignem illam ſub Cancro Syenem, ac inde ad Aethiopum egregiam inſulam Archiclimaticam Meroëm, nobiliſſimam Nilaci fluminis inſulam, Elephantumque in ea montes veſtigare, quarum ibidem belluarum niveas nonnullas Graeci teſtantur auctores; & ad ipſum denique me conferre Centiregum maximum in Aethiopis & praecellentiſſimum Regem Conſtantinum, quem vero incertum noſtrae gentis vulgus Io.* (Ioannem) *Presbyterum vocitare conſuerat, quin quidem nobiliſſimo Principi tua de admirabili ſanctimonia & optima maximis in rebus voluntate & inſtitutione ſanctiſſima, Eccleſiaeque tuae, Chriſticolumque meritis & conditionibus verba, haud equidem indigna, deferre, meo pro facultate conabor; & demum inde per Garamantum*

(1) Hinc uſque in Kyriaci Itiner. Florentiae excuſſ., curante Laur. Mehus, MDCCXLII. 8. a pag. 1. ad pag. 5. ſed multis cum varietatibus. Reliqua quae in hoc ſequuntur Codice, in illo deſiderantur.

Digitized by Google

*tum immenſas arenarum moles, ad celeberrimum ipſum Ammonis fatidici Iovis delubrum me quam avidiſſime ducere; & inde per Ammoniacam ipſam, Marmaricamque regionem ἄτλαντα occiduum illum nobiliſſimum montem ad Oceanum videre caeliferum; & inde per Getuliam, Cyreneamque Libyam, Italiam iterum humilem, patriamque reviſere, & ad tuam denique Sanctitatem rerum forte doctior, feliciſſime remeare curabo; eo etenim ipſo Optimo adnuente Deo, necnon tua feliciter auſpicante clementiſſima Sanctitate. Opto etenim te quamdiu beatiorem fauſte feliciſſimeque valere, atque tuum perpetuo celebrare glorioſiſſimum nomen, Optime Maxime, atque B. P. Florentiae XV. Kal. Novembr. P. T. anno XI. Devotus Numini Maieſtatique ſuae dicatiſſimus Kyriacus Anconitanus.*

Inde legitur Italicum Carmen, vulgo *Sonetto* (1), in laudem Coſmi Medicei, quod ita habet:

*Inclito hoſpitio al gram Baptiſta Sancto,*
*E de' Romani al patre Sacel degno,*
*Leonino ovile, human, ſacro e benigno,*
*A cui vol di virtù la palma el g ianto.*
*Alma Città, dell' altre fiore achanto,*
*Per cui in terra comprende el noſtro ingegno,*
*Quante virtute regge il Sancto Regno,*
*Se humanitate el ſegue in alcun canto.*
*Prudente, iuſta, moderata, e magna*
*Per la virtù de tua gentil famil a;*
*Che quanto d' alto mar la terra bagna*
*In agrandir alcun non cura milia,*
*Cercando Aſia, & Europa, Africa, e Spagna,*
*Per trar d' omni ver ben fructo, e ſimilia.*
*Ma quando ergo le cilia,*
*Vidi ad exemplo d' omni human coſtume*
*Koſmo tra' Civi tuoi ornato & lume.*

ac tandem haec alia pauca ad ipſum Coſmum dicta: *Haec etenim quae ſenſi & certiſſima teneo mente, noſtro de Optimo Eugenio Pontifice, deque mea inſtitutione, & de tua denique materno quidem eloquio praeclara & florentiſſima patria civitate, & ornatiſſima conditione tua, meis hiſce paucis litteris, pauciſque tabellis benivolae praeclaritati tuae detexi hoc fauſto Idıum Novembr. die, chariſſime atque exornatiſſime Κόσμε, ne quid tibi hiſce iacturim, neque iiſdem & ceteris; nam & hoc certum & exploratiſsimum habeto, quod mendacem me, adulatoremve reperies numquam, quin & integerrimum, fidum, verumque amicum Kyriacum Anconitanum Picenicollem tuum, & Hermem expertus velim teſtarier undique poſsis, nobiliſsime rerumque peritiſsime vir; inimicus etenim mihi eſt ille homo, perinde ac atri ianua Ditis, qui & alterum continet in mente, & diverſum quidem aliud ore promet, ut Achillem ſagaciſsimo Odyſſei dixiſſe dius ille litterarum princeps iis dictis canebat Homerus:*

. . . . . . . . . . . . . , ἐχθρὸς
Γάρ μοι κεῖνος ἀνὴρ ὁμῶς ἀΐδαο πύλαισιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

*K A. IDEM T.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. autographus, cum titulo aureo, & ſcholiis aliquot Graecis & Latinis in margine coloratis, difficilis lectu, ob promiſcuos cum Latinis Graecos characteres; antiquitus num. 18. deſignatus. Conſtat foliis 9.

Interim hoc loco, quoniam de Kyriaci Anconitani Itinerario ſermo eſt, monitum te volo, benigne Lector, Deſcriptionem illam Inſulae Cretae, quam exhibet Codex XLII. Plut. XXIX. Catalogi Tom. II. pag. 58. & 59. non Kyriaco Anconitano, quem illius auctorem eſſe adfirmat ex phraſi conſtare Laur. Mehus in Praef. ad Ambroſii Camald. Epp. pag. xxv. ſed alicui potius Florentino Civi, (fortaſſe Chriſtophoro Bondelmontio, qui illis in regionibus diu verſatus eſt) ut ex ſpeciminibus variis ibi relatis eruitur, eſſe adiudicandam.

*FINIS PLVTEI LXXXX.*




PLV-

(1) Integrum adfert etiam Cl. Laur. Mehus in Praefat. ad Ambroſ. Camald. Epiſtolas pag. xxiv. Alia autem eiuſdem Kyriaci Italica Carmina memorat in Praefatione ad ſupra memoratam Itinerarii editionem pag. xix. & xx.

# PLVTEVS LXXXXI. SVPER.

## CONTINENS, PRAETER GRAECOS, ET ITALICOS, LATINOS CODICES XLVIII.

---

## CODEX III.

### PINDARVS THEBANVS.

PIndari Thebani Liber Homeri, ſeu Epitoma Iliados Homeri, verſibus hexametris, ut in Cod. XII. Plutei XXXVIII. Catal. Tomo ſuper. pag. 263. §. II. Heic autem adſunt notae interlineares, & marginales. Inde hi ſubiiciuntur verſiculi:

*Pindarus hunc ſecum tranſpoſtum vexit Homerum,*
*Si licet, Argivum dedit eſſe Poëta Latinum,*
*Pindarus hunc librum fecit, ſectatus Homerum.*

*Explicit Liber Homeri. Deo gratias. Amen. Qui ſcripſit ſemper cum Domino felix vivat.* Tum alia manu: *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia XXXIV.* In averſa autem poſtremae paginae parte legitur: *Iſte Liber eſt mei Ioannis Acti Bertini de Boctingoris de Piſtorio.* Notandum in ſummo primae paginae margine adnotatum eſſe annum *MCCCLXXXVIII.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. diligenter exaratus, antiquitus num. 859. deſignatus. Conſtat foliis 43.

## PINDARI THEBANI ILIAS, COLVCCII, PRVDENTII, AVIENI, CLAVDIANI, ET ALIA ANONYM. OPVSCVLA.

*Cod. IV.* I. pag. 1. PIndari Thebani, Homeri Ilias, ut in Codice ſuperiori. Heic quoque ſcholiis interlinearibus eſt adſperſa. Notandum deeſſe poſt pag. 12. *b.* quinque folia, quae redduntur paullo inferius, a pag. nimirum 18. ad pag. 23.

II. pag. 14. Elegia anepigrapha, quae tamen eſt Lini Coluccii Salutati ſub nomine Phyllidis ad Demophoontem, ut in Codice IX. Plutei XXXVIII. Catalogi Tom. ſuper. pag. 262. §. II.

III. pag. 23. Anonymi praecepta Moralia, carminibus expreſſa, & quidem vario metro, atque ex proprietatibus quorumdam animalium deſumpta, cum ſcholiis interlinearibus. Incipiunt a Leone:

*Tres Leo naturas, & tres habet inde figuras,*
*Quas ego, Chriſte, tibi ter ſeno carmine ſcripſi.*
*Altera divini memorant animalia libri,*
*De quibus oppoſui rurſus quae myſtica novi,*
*Tentans diverſis ſi poſſem ſcribere metris,*
*Et numero numerum complent ſimul addita ſoldum;*
*Nam Leo ſtans fortis ſuper alta cacumina montis,*
*Qualicumque via vallis deſcendit ad ima,*
*Si venatorem per notum ſentit odorem,*
*Cauda cuncta linit, quae pes veſtigia figit &c.*

Deſinunt in Capite de Panthere, & in verſibus:

*Serpens antiquus, qui nobis eſt inimicus,*
*Aut fugit, aut latet, nec ipſo tempore patet,*
*Namque palam nullos, tamen audet fallere multos,*
*Quos is defendat, qui per omnia ſaecula regnat.*

IV. pag. 28. Carmen Paſtorale verſibus hexametris CCCXLIII. prorſus anepigraphum, in quo varia ſacrae & profanae hiſtoriae facta referuntur. Inc.

*Aethiopum terras iam fervida torruit aeſtas,*
*In Cancro Solis dum volvitur aureus axis,*
*Compuleratque ſuas Tiliae ſub amoena capellas*
*Natus ab Athenis paſtor cognomine Pſeuſtis,*
*Pellis pantherae corpus cui texit utrimque*
*Diſcolor, & rigidas perſlavit fiſtula buccas,*
*Emittens ſonitum per mille foramina vocum;*
*At fontem iuxta paſcebat oves Alethia,*
*Virgo decora nimis, David de ſemine Regis,*
*Cuius habens cytharam fluvii percuſſit ad undam.*

*Subſtiterat fluvius tanta dulcedine captus,*
*Auſcultando quam modulantis carmina plectri.*

Deſ.

*Ex inſperato Dominus tibi contulit ultro,*
*Ut ceſſare velis devictus ſupplicat hoſtis.*
*Threicius vates commovit pectine manes;*
*Te moveant lacrymae, iam tollit cornua Phoebe,*
*Sol petit oceanum, frigus ſuccedit opacum,*
*Deſine quod reſtat, ne deſperatio laedat.*

V. pag. 33. *b.* Elegia ſine titulo, quae tamen eſt Fabula de Vulpe, & Cancro, auctore Coluccio Salutato, quam habes ſupra in Cod. XIII. Pl. XC. inf. pag. 711. §. LX.

VI. pag. 35. Sancti Bernardi Epiſtola gratioſo & felici Militi Raymundo Domino Caſtri Ambroſii, ut in Codice XXXVI. Plutei XX. Catalogi Tom. I. pag. 642. §. II.

VII. pag. 37. Tetraſticha XLVIII. totidem utriuſque Teſtamenti hiſtorias exprimentia, prorſus anepigrapha, ſed quae ſunt Prudentii ſub titulo: *Enchiridion Novi, & Veteris Teſtamenti.* Inc.

*Eva columba fuit tunc candida, nigra deinde.*

Deſ.

*Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.*

Adſunt inter eius Opera Tom. IX. Biblioth. Patrum Pariſiis, ſumptibus Aegidii Morellii MDCXLIV. fol. a pag. 560. ad pag. 562.

VIII. pag. 41. Anonymi ſententiae verſibus elegis expreſſae, & ad omnes hominis aetates & conditiones accommodatae, & in varia Capita diviſae. Inc.

*Moribus, & vita quiſquis vult eſſe facetus,*
*Me legat, & diſcat quae mea Muſa docet.*
*Clericus, & laicus, ſenior, puer, atque iuventus,*
*Iſtic inſtruitur miles, & ipſe pedes.*
*Expedit in primis cupientes eſſe facetos,*
*Mente, fide, verbo, nobilitate frui &c.*

Deſ.

*Depoſuit natura quidem quidquid ſit in orbe;*
*Sic igitur nullus quaerere plura poteſt,*
*Qui, velut eſt dictum, propriam vult ducere vitam.*
*Nam megeă* (ſic) *doctus noſce facetus erit.*

IX. pag. 49. Sequitur ſine ullo titulo Aurelii Prudentii Clementis viri Conſularis Pſychomachia, cum Praefatione, quae inc.

*Senex fidelis prima via credenda eſt.*

Deſ.

*Herede digno patris implebit domum.*

Carmen I. inc.

*Chriſte, graves hominum ſemper miſerate labores.*

Octavum & ultimum deſ.

*Aeternum ſolio dives ſapientia regnat.*

In cit. Tomo Biblioth. Patrum a pag. 463. ad pag. 471.

X. pag. 65. Argumenta Librorum quinque Statii Achilleidos, primum quidem totidem monoſtichis, ac deinde totidem hexaſtichis comprehenſa, ut in Codice IX. Plutei XXXVIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 262. §. I.

XI. pag. 66. Anonymi Tractatus de ratione ſcribendarum Epiſtolarum, in quo pro ſingulis ipſarum partibus, quae ſunt ſalutatio, exordium, narratio, petitio, & concluſio, praecepta traduntur. Praecedunt autem Tractatui ſequentes verſiculi tres, patriam tantummodo auctoris indicantes:

*Bononia natus, natali dum ſtudet urbe,*
*Hunc eſt laetatus breviter iuvenum dare turbae*
*Tractatum noſcat, quo ſcit, quid Epiſtola poſcat.*

Tractatus inc. *Epiſtola eſt oratio humanae linguae facunda vicaria, voluntatis abſentium nuntiatrix.* Deſ. *punctum interrogativum ſemper ponitur in fine orationis interrogativae.*

XII. pag. 77. Fabulae XLII. carminibus expreſſae, anepigraphae, ſed quae ſunt Avieni, Inc.

*Ruſtica deflenti parvo iuraverat olim,*
*Si taceat, rabido quod foret eſca lupo.*

Deſ.

*Sic quoties duplici fabeuntur triſtia caſu,*
*Expedit inſignem promeruiſſe necem.*

Concordant cum editione Veneta apud Franciſcum Pitterium MDCCXXXV. 8. cui addita eſt Italica verſio metrica Io. Chryſoſtomi Trombellii Canonici Reg. S. Salvatoris Bononiae.

XIII. pag. 89. *b.* Anonymi verſiculi quidam monita moralia continentes. Inc.

*Chartula noſtra tibi portat, Raynalde, ſalutem &c.*

XIV. pag. 90. Claudiani de Raptu Proſerpinae Libri III. cum Prologis in ſingulos carmine elegiaco, ut in Cod. VIII. Plut. XXXIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 94. & cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus. In fine legitur: *Explicit Liber Claudiani de Raptu Proſerpinae.* In ultima tandem averſa pagina legitur: *Iſte liber eſt Pauli Morelli de Morellis.*

Codex chartac. Ms. in 8. Sacc. XV. ineuntis, duplici manu exaratus, ſed mendoſae ſcripturae, cum rudi pictura in principio. Conſtat foliis 114.

## OPPIAN. DE PISCIB. LAVR. LIPPIO INTERPRETE.

I. pag. 1. Oppiani de Piſcibus Libri quinque, interprete Laurentio Lippio Colleuſe ad magnificum virum Laurentium Medicem, cum Vita poëtae, & argumento totius Operis in principio, necnon aliis deinde argumentis in ſingulos Libros, ut in Codice XC. Plutei ſuperioris pag. 676. §. IX. *Cod. XI.*

Digitized by Google

§. IX. ubi ſunt typis impreſſi. In calce vero legitur: *Finis quinti Libri & ultimi Oppiani traducti a Laurentio Lippio Collenſi pridie Idus Sextilis MCCCCXCIV. Bononiae.*

II. pag. 78. Columellae de Cultu Hortorum Liber X. cum Praefatione initio mutila; incipit enim a verbis . . . . . . . (1) *quare cultus hortorum &c.* Deſ. *ſed iam praefari definamus*. Liber inc.

*Hortorum quoque te cultus, Silvine, docebo.*

Deſ.

*Aſcraeum cecinit Romana per oppida carmen.*

In cit. edit. curante Io. Matthia Geſnero Lipſiae per Caſparem Fritſch MDCCXXXV. 4. a pag. 689. ad pag. 740. Adſunt in margine variae lectiones quaedam ſatis bonae, & in ſummo margine paginae, ubi incidit initium Columellae, legitur nomen *Vidi*, forte poſſeſſoris.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. perſpicuo charactere exaratus, antiquitus num. 911. deſignatus. Conſtat foliis 102.

## PLAVTI COMOEDIAE.

*Cod. XII.* PLauti Poëtae clariſſimi Comoediae VIII. cum aliquot marginalibus, & interlinearibus ſcholiis, videlicet

I. pag. 1. Amphitryo.
II. pag. 17. Aſinaria.
III. pag. 31. Aulularia.
IV. pag. 45. *b.* Captivi duo.
V. pag. 57. Curculio.
VI. pag. 66. *b.* Caſina.
VII. pag. 75. Ciſtellaria.
VIII. pag. 80. Epidicus.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, cum argumentis, titulis, & initialibus rubricatis. Conſtat foliis 88.

## P. TERENTII COMOEDIAE.

*Cod. XIII. 1.* PVblii Terentii Afri Comoediae ſex, ſcilicet

I. pag. 1. Andria.
II. pag. 21. Eunuchus.
III. pag. 41. *b.* Heautontimorumenon.
IV. pag. 60. *b.* Adelphi.
V. pag. 80. Phormio.
VI. pag. 102. Hecyra.

In calce legitur: *Explicit Hecyra eiuſdem Comoedia ſexta, quae ſecundum quoſdam eſt quinta, Phormio ſexta.* Praecurrunt in principio Epitaphium ſex verſibus elegis expreſſum, & Vita Terentii, ac deinde in ſingulas Comoedias Argumenta, & Prologi, ut in Codicibus quamplurimis Plutei XXXVIII. Tomi ſuperioris.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. caſtigatae ſcripturae, ſed aquis pluvialibus aliquantulum inquinatus. Conſtat foliis 120.

## P. TERENTII COMOEDIAE.

*Cod. XIII. 2.* PVblii Terentii Comoediae ſex, ut in Codice ſuperiori, ſed heic Hecyram ſubſequitur Phormio, ac propterea in calce legitur: *P. Terentii Phormio explicit Comoedia ſexta & ultima feliciter. Θεῷ χάρις. Τέλος. III. Kal. Novembr. An. CCCC. & LXII. ſupra mille. Has Comoedias Laurentius Franciſci Guidetti de Guidettis propria & celeri manu tranſcripſit, eaſque ſibi, amicisque ſuis utendas habere voluit.* Heic quoque legitur Epitaphium Terentii, Argumenta, & Prologi, ut alibi, ac praeterea ſcholia aliquot marginalia, & interlinearia.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pulcherrima pictura in principio, ſtemmate poſſeſſoris (forte Guidetti) & initialibus auratis & coloratis, antiquitus num. 626. notatus. Conſtat foliis 110.

## P. TERENTII COMOEDIAE.

*Cod. XIII. 3.* P. Terentii Afri Comoediae ſex eodem ordine, quem in Codice obtinent ſuperiori. Heic quoque adſunt Epitaphium Terentii, Argumenta, & Prologi, ut ſupra, ac praeterea in fine ſingularum Comoediarum legitur adſcriptum, *Calliopius recenſui*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. optimae notae, nitidiſſimus, & cum initialibus mirifice illuminatis, & titulis rubricatis, in cuius tegumenti ſummo margine legitur *Liber Domini Ioannis de Spinis*; num. 594. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 126.

## P. VIRGILII GEORGICA.

*Cod. XIV.* I. pag. 1. PVblii Virgilii Maronis Georgicorum Libri quatuor, cum argumentis, quae ſub Ovidii nomine circumferuntur, praeterquam in Librum primum.

II. pag. 70. Angeli Politiani Amor fugitivus e Graeco Moſchi, ſed ſunt primi octo verſus tantum (2).

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, ini-



(1) Deſunt novem primi verſiculi editionis Geſnerianae.

(2) Habes integrum in editione eius Operum Baſileenſi apud Nicolaum Epiſcopium MDLIII. fol. pag. 622.

Digitized by Google

initialibus illuminatis. & ſtemmate poſſeſſoris. in cuius prima pagina legitur: *Hic libellus eſt Ioannis Vgolini, omniumque amicorum*; num. 1042. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis 70.

## P. VIRGILII GEORGICA, ET BVCOLICA.

Cod. XV. I. pag. 1. P. Virgilii Maronis Mantuani Georgicorum Libri quatuor cum ſcholiis interlinearibus, & marginalibus, & argumentis ad ſingulos Libros, Ovidio adſcriptis.

II. pag. 53. Eiuſdem Bucolica item cum ſcholiis in principio.

In prima pagina ab alia manu verſiculi quidam adſcribuntur de Natis Saturni, de Cerbero, de Nominibus & Officiis Muſarum, de Stellis errantibus &c.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. ineuntis. Conſtat foliis 72.

## P. VIRGILII AENEIS.

Cod. XVI. P. Virgilii Aeneidos Libri XII. cum argumentis praeviis in ſingulos, ut alibi, ſcholiis interlinearibus, & marginalibus uberrimis uſque ad totum quartum Librum. In fine legitur: *P. Virgilii Aeneidos Liber duodecimus & ultimus finit cum morte Turni. Fuit abſolutum hoc Opus die Dominico IV. Nonas Novembris MCCCCLV. hora II. Florentiae, inceptum quidem ſcribi de anno MCCCCLI. Laus Deo.* Notandum praemitti quatuor illos verſiculos initio Aeneidos: *Ille ego &c.*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus illuminatis. Conſtat foliis 205.

## P. VIRGILIVS.

Cod. XVII. I. pag. 1. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII. praeviis ſingulis Libris, primo excepto, argumentis, quae alibi occurrerunt.

II. pag. 182. Eiuſdem Bucolica.

III. pag. 197. Eiuſdem Georgicorum Libri IV.

In calce Codicis in quadam pagina, quae vacua ſupererat, maioribus litteris haec Inſcriptio legitur:

D. M.

QVIS HIC LACHRIMAS CONTINEAT. INFERNO PLVTONI ATQ. HECATI VXORI TRICIPITIQ. CERBERO INDIGNE GENITORIB. DESPECTVS DAMNATAM DEDI ANIMAM FVRIISQ. CVM VERO IN MISERR CORPORE DIVT. QVAM DECVISSET MANERET VIVVS. H. ME CONDIDI MONIMENTO (1).

(1) Non exſtat in Collect. Veter. Inſcript.

In ultima tandem pagina delineatus eſt circulus quidam adſcriptis duodecim Zodiaci Signorum nominibus, & in eius averſa parte poſſeſſoris nomen ſic notatum: Α'νδρέας ὁ Μάκιγγη ἐςὶν ἄλλος Α'νδρέας ὁ Μάρτελλος.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. mirae pulcritudinis, & elegantiae, cum pictura in principio, quae totum marginem undequaque ambit, puerulis & variis figuris eleganter exornata, & cum initialibus mirifice illuminatis, antiquitus num. 441. deſignatus. Conſtat foliis 237.

## P. VIRGILIVS.

I. pag. 1. PVblii Virgilii Maronis Bucolicorum Liber. Cod. XVIII.

II. pag. 15. *b.* Eiuſdem Georgicorum Libri IV. praeviis argumentis ad ſingulos.

III. pag. 54. Eiuſdem Aeneidos Libri XII. praeviis item argumentis ad ſingulos, primo excepto. Incipit Liber I. a quatuor illis verſiculis: *Ille ego &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum pictura in principio, quae totum marginem implet, icone Poëtae, & paſtoris, cum titulis aureis, & initialibus egregie illuminatis, num. 88. antiquitus notatus. Conſtat foliis 229.

## ANALECTA VETERVM POETARVM, VIRGILII OPERA OMNIA.

ANalecta Veterum Poëtarum, quae in hoc Codice fere omnia ſunt anepigrapha, tali ordine progrediuntur. Cod. XIX.

I. pag. 1. P. Virgilii Maronis in Baliſtam latronem diſtichon, ut in Cod. XXXI. Plut. XXXIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 126. §. XXIV.

II. pag. ead. Diſtichon in laudem Caeſaris Auguſti, ut in Cod. IX. Plut. XXXIX. Ibid. pag. 304. §. XV.

III. pag. ead. Verſus v. quorum prior hexameter, alii quatuor pentametri. Ibid. § XVI. quibus heic adiicitur verſus ſequens:

*Iuppiter in caelis, Caeſar regit omnia mundo.*

IV. pag. ead. P. V. M. Liber Copae verſibus elegis, ut in Cod. XVIII. Plut. XXXIX. Ibid pag. 308 §. III.

V. pag. ead. *b.* Carmen heroicum anepigraphum, ſed quod eſt Idyllion in verbum *Eſt* & *Non*. Ibid. §. IV.

VI. pag. 2. Aliud item heroicum, verſibus conſtans XXVI. in virum bonum, ut in dicto Cod. IX. Plut. XXXIX. Ibid. pag. 305. §. XXXII.

VII. pag. ead. *b.* Carmen elegiacum ſine ti-

Digitized by Google

titulo, ut in dicto Cod. XVIII. Ibid. pag. 308. §. VI. ubi inſcribitur *De Roſa*.

VIII. pag. 3. *b*. P. Vi gilii Maronis Priapeia Minor, ut in Cod. XXII. Plut. XXXIII. Ibid. pag. 111. §. VIII.

IX. pag. 4. Carmen ſine titulo, ſeu, ut alibi inſcribitur, Virgilii Moretum, ut in dicto Cod. IX. Plut. XXXIX. Ibid. pag. 304. §. XIV.

X. pag. 6. P. V. M. Liber Culicis ad Octavium, ut in dicto Codice XXXI. Plut. XXXIII. Ibid. pag. 125. §. XI.

XI. pag. 12. *b*. Tetraſtichon, quo deſcribitur mors trium. Ibid. §. XIII.

XII. pag. ead. P. V. M. Liber Dirarum. Ibid. §. XII.

XIII. pag. 15. *b*. Tetraſtichon in Heliam. Ibid. pag. 126. §. XXIII. ubi inſcribitur *Virgilii verſus de Nutrice*.

XIV. pag. ead. P. V. Maronis Priapeia, ut in dicto Cod. XXII. Plutei XXXIII. Ibid. pag. 111. §. VI.

XV. pag. 24. *b*. Verſus Sibyllini xxvi. ut in dicto Cod. XXXI. Plut. XXXIII. Ibid. pag. 126. §. XXX.

XVI. pag. ead. Alii ſex verſus Sibyllini. Ibid. pag. 125. §. XV.

XVII. pag. 25. Vitalis Maximi de littera Y dodecaſtichon heroicum, ut in dicto Codice IX. Plut. XXXIX. Ibid. pag. 305. §. XXIX. ſub titulo *De virtutis, & vitiorum via*.

XVIII. pag. ead. Anonymi verſus decem de aetatibus animantium, ut in dicto Cod. XXXI. Plut. XXXIII. Ibid. pag. 126. §. XXV. ſub nomine *Heſiodi*.

XIX. pag. ead. Anonymi verſus ſex elegi de Operibus Virgilii, ut in Cod. XXIII. Plut. XXXIX. Ibidem pag. 311. §. III. num. II.

XX. pag. ead. *b*. Ovidii verſus elegi x. in honorem Virgilii, ut in dicto Cod. IX. Plut. XXXIX. Ibid. pag. 304. §. XXI.

XXI. pag. ead. Hilaſii, labores Herculis duodecim, totidem verſibus expreſſi, ut in dicto Codice XXXI. Plutei XXXIII. Ibid. pag. 126. §. XXIX.

XXII. pag. ead. Duodecim Scholaſticorum Poëtarum argumenta pentaſticha in totidem Libros Aeneidos, adſcriptis unicuique in margine auctorum nominibus. Primum Vomatiani inc.

*Aeolus immittit ventum Iunone precante.*

Vltimum Aſmeni deſ.

*Pallantea necem miſero dant cingula Turno.*

In Append. P. Virgilii Maronis curante Ioſepho Scaligero Lugd. apud Gulielmum Rovillium MDLXXIII. 8. pag. 157.

XXIII. pag. 26. *b*. Anonymi de Troiae everſione verſus LXIII. leonini, atque utplurimum elegiaci. Inc.

*Pergama flere volo fato Danaûm data ſolo,*

*Solo capta dolo, capta redacta ſolo.*

Deſ.

*Nequis amet temere, docet obruta Troia cavere,*

*Quae Paridis ſcelere fit nihil abſque fere.*

XXIV. pag. 27. *b*. Idyllion in novem Muſas, ut in Codice III. Plutei XXXIX. Catal. Tomo ſuper. pag. 300. §. IV.

XXV. pag. 28. Anonymi octaſtichon anepigraphum. Inc.

*Vt belli ſonuere tubae, violenta peremit.*

Deſ.

*Argolicas Theutras, Maeſus Clonus, Oebalus Arcas.*

In cit. Append. Scaligeriana pag. 234. ſub nomine *Adriani Imp.*

XXVI. pag. ead. Aliud octaſtichon item anepigraphum. Inc.

*Almo, Theon, Thyrſis, orti ſub colle Pelyon.*

Deſ.

*Nays amat Thyrſim, Glauce Almona, Niſa Theonem.*

Ibid. pag. ead. ſub nomine *Citeri Sidonii Syracuſani*, ſed poſtremi verſus duo ſunt tranſpoſiti.

XXVII. pag. 28. Quatuor tempeſtatum anni deſcriptio verſibus hexametris LII. Inc.

*Verque novum ſtabat circum florente corona.*

*Vere ſinum tellus aperit, floreſque miniſtrat.*

Deſ.

*Decutit ipſe rigor ſilvis hiemalis honorem.*

*Sithonia glacialis hiems nive cana ſeneſcit.*

Ibid. a pag. 165. ad pag. 167. ſed ordine diverſo. Occurrit etiam in Codice VIII. Plutei XXIX. Catalogi Tom. cit. pag. 27. §. XXXVI. ubi Ioanni de Virgilio tribuendam eſſe ſuſpicati ſumus.

XXVIII. pag. 29. Sexti Propertii de Virgilio diſtichon, ut in Cod. XXIII. Plutei XXXIX. Tomo cit. pag. 311. §. III. num. IV. Heic ſequens monitum praemiſſum eſt: *Librum Aeneidos ultimo ſcripſit Virgilius, de quo praedicavit Romanus Sextus Propertius ſic.*

XXIX. pag. ead. Alia narratio proſaica de Virgilio, quae ita ſe habet: *Quum itaque Virgilius impoſiturus fuerat Aeneidi ſummam manum, ſtatuit in Graeciam, & in Aſiam accedere, triennio continuo nihil aliud agere, quam emendare, ut poſt emendationem operis Philoſophiae vacaret; ſed quum ingreſſus iter verſus Athenas, occurriſſet Auguſto ab Oriente Romam reverteuti, deſtinaſſetque non abſiſtere, atque etiam cum Auguſto redire, ferventiſſimo ſole percuſſus, languorem incurrit, & intermiſſa navigatione, Brunduſium appulit, ibique poſt dies paucos obiit, cuius oſſa Neapolim tranſlata ſunt, tumuloque condita, quod* (ſic) *eſt via Puteolano intra ſecundum lapidem, in quo diſtichon eſt, quod ipſe fecerat, vel, ut quidam dicunt, Rutilius:*

*Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc*

Par-

*Parthenope, cecini paſcua, rura, boves* (1).

*Inveniuntur tamen plura Epitaphia facta de Virgilio, ſed ſolum ſupraſcripta appoſita ſunt tumulo Virgilii, quorum quidem Epitaphiorum notitiam, & auctorum eorumdem heic patere volo, videlicet.*

XXX. pag. 29. Epitaphia diſticha xii. compoſita à totidem Sapientibus pro Virgilio, ut in dicto Codice IX. Plutei XXXIX. Catal. Tom. cit. pag. 304. §. XIX.

XXXI. pag. ead. *b.* Eorumdem Epitaphia tetraſticha de Virgilio, numero undecim (2). Ibid. §. XX. ubi ſunt duodecim, & ordine diverſo.

XXXII. pag. 31. P. Virgilii Maronis Bucolicorum Liber.

XXXIII. pag. 44. Eiuſdem Georgicorum Libri IV. praeviis unicuique argumentis, quae quatuor verſibus conſtant. Incipit primum:

*Quid faciat laetas ſegetes, quo ſidere ſervet &c.*

In Append. cit. pag. 156. ſub nomine incerti poëtae; in Analectis vero edit. Iuntinae Operum Virgilii, Florentiae impenſa Philippi Iuntae A. MDX. 8. Modeſtino IC. tribuuntur.

XXXIV. pag. 81. Aeneidos Libri XII. cum argumentis ad ſingulos Ovidio tributis. Primo autem praemittitur aliud dodecaſtichon, quo tota Aeneidos materia continetur, quodque inc.

*Primus habet Libycam veniant ut Troes in urbem &c.*

In Append. cit. pag. 155. ſub titulo: *In Aeneidem Monoſticha Baſilii*. Argumentum primi Libri, Ovidio tributum, inc.

*Aeneas primo Libyae depellitur oris*
*Vir magnus bello, nulli pietate ſecundus &c.*

In cit. Append. pag. 149. Mox adduntur quatuor illi verſiculi:

*Ille ego, qui quondam &c.*

In finem vero ultimi Aeneidos Libri reiiciuntur illi xxiii. verſus Libri II. quorum initium eſt:

*Iamque adeo ſuper unus eram &c.*

hac nota ipſorum ultimo ſubiecta: *Notandum eſt, iſtos verſus a Tucca & Varo emendatoribus huius Operis fuiſſe ſublatos, quia turpe videbatur viro forti contrà feminam iraſci*.

XXXV. pag. 239. *b.* Supplicatio Cornelii Galli ad Auguſtum Caeſarem, ne Aeneis combureretur, verſibus elegis x. cui praemittitur haec notitia: *Egerat autem Virgilius cum Varrone ante quam de Italia receſſiſſet, ut ſi quid ſibi accideret Aeneidam combureret, quod adimplere volens, quia ultimae voluntates obſervandae ſunt, & Cornelius Gallus hoc ſentiens, Caeſari pro parte Romanorum, & totius orbis ſupplicavit, ne comburerentur. in hunc modum:*

*Temporibus laetis triſtamur, maxime Caeſar &c.*

In Append. cit. pag. 147.

XXXVI. pag. ead. Alia ſupplicatio, verſibus ſex elegis, Valerii Martialis, vel, ut quidam dicunt, Sulpicii Carthaginenſis, cui item praeit hoc monitum: *Valerius autem Martialis, ſeu, ut quidam dicunt, Stultitius* (ſic) *Carthaginenſis, ne Aeneida combureretur, in hunc modum alloquitur Caeſarem:*

*Iuſſerat haec rapidis aboleri carmina flammis &c.*

In Append. cit. pag. 146.

XXXVII. pag. ead. Carmina Octaviani Caeſaris Auguſti, ne Aeneis combureretur, verſibus hexametris xlii. In cit. Append. pag. 147. ubi ſunt tantummodo verſus xxxvii.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. optimae notae, cum variis aliquot in margine lectionibus ſatis bonis, in cuius prima pagina legitur *Bernardi de Puccinis num. XIV.* ab aquis pluvialibus aliquantulum maculatus. Conſtat foliis 240.

## SERVIUS IN VIRGILIUM.

I. pag. 1. Servii Honorati Grammatici Commentaria in Virgilii Opera, ac primo quidem in Bucolica, praevio Prologo, ut in Codice I. Plutei XLV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 334 § I. *Cod. XX.*

II. p. 25. In Georgicorum Libros IV. Ibid. §. II. Heic autem rubrica & maioribus litteris legitur: *Servii Honorati Grammatici Commentariorum Liber ſupra Librum quartum & ultimum Georgicorum Publii Virgilii Maronis feliciter explicit pridie Nonas Martias anno D. milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio*.

III. p. 67. In Libros XII. Aeneidos. Ibid. §. III. In ipſorum calce rubrica haec adnotata ſunt: *Servii Honorati approbatiſſimique Grammatici Commentariorum Liber in duodecimum & ultimum Aeneidos Librum P. Virgilii M. Poëtae excellentiſſimi feliciter explicit. Expletum Opus per me Nicolaum Michelozii Bartolomaei anno D. ab eius ſalutifera Incarnatione milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, octavo Kal. Septembris*.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, & caſtigatus cum textu Poëtae rubricato, Graecis verbis ſuis locis additis, Summariis in margine, & initialibus eleganter illuminatis. Conſtat foliis 232.

## Q. HORATII CARMINA.

I. pag. 1. Q. Horatii Flacci Carminum Libri IV. *Cod. XXI.*

II. pag. 71. Eiuſdem Epodon.

III. pag. 84. *b.* Carmen Saeculare.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. ni-

(1) Exſtat in cit. Append. pag. 161.
(2) In cit. Append. ſunt xii. heic autem deeſt ſecundum tetraſtichon ſub Baſilii nomine.

Digitized by Google

nitidiſſimus, cum notulis aliquot marginalibus, & interlinearibus, & correctionibus in margine; necnon pictura in principio, ſtemmate poſſeſſoris, initialibus auratis ac coloratis, & titulis rubricatis, in cuius tegumento legitur: *Hippolyti de Florini*; antiquitus num. 720. notatus. Conſtat foliis 80.

## Q. HORATII CARMINA.

*Cod. XXII.* I. pag. 1. Q. Horatii Flacci Venuſini Sermonum Libri II. Hic ſinguli Sermones, primo excepto, inſcribuntur Eclogae. Adſunt ſcholia marginalia & interlinearia valde docta, tam in hoſce, quam in ſequentes Libros.

II. pag. 54. *b.* Eiuſdem Carminum Libri IV.

III. pag. 134. *b.* Eiuſdem Epodon Liber.

IV. pag. 151. *b.* Eiuſdem Carmen Saeculare. Ad calcem adſcribitur:

*Scriptori det munus, qui regnat ternus & unus,*
*Vivat in caelis Bartolomeus nomine felix.*

In prima, & in ultima pagina varia occurrunt poſſeſſorum nomina, quae ſunt:

I. *Giunta di Marcho di Giunta a nome . . . . . . . .*

II. *Leonardi Laurentii Zenobii de Creſcis & amicorum.*

III. *Iuliani ex Montereuleo, & ſuorum.*

IV. *Hic liber eſt Iuntae Marci Iuntae de Bindis.*

V. *Iſte liber eſt mei Iuliani & amicorum.*

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. cum initialibus auratis & coloratis. Conſtat foliis 152.

## ACRONIS EXPOSITIO IN EPIST. ET SERMON. HORATII, ET ALIA ALIOR. OPVSCVLA.

*Cod. XXIII.* I. pag. 1. ACronis Expoſitio ſuper Epiſtolas Horatii. Prologus inc. *Propoſuit Horatius, finitis Sermonibus, ſe nihil amplius ſcribere; cur autem hoc Opuſculum addiderit, poſtulatio Maecenatis cauſſa exſtitit.* Def. *ſimilitudinem autem in ſequentibus audietis. Ait itaque &c.* Commentarius inc. *Quaeris &c. Apparet Horatium hortatu Maecenatis hos libros ſcripſiſſe.* Def. *rideat & pulſet &c. laceret, & carpat; alii, plaudat rhythmis, aut numeris.*

II. pag. 43. Alberti Muſſati Paduani (1) hiſtoriographi argumenta (2) in decem Senecae Tragoedias. Primum in Herculem furentem, inc. *Hercules Rex Thebarum, vir ſanctus, & iuſtus.* Vltimum in Herculem Oetaeum deſ. *concluſio tragoediae eſt, opinatum Senecam, quem ſuam virtuoſum virum numquam ad inferos deſcendere. Honor & gloria ſit tibi, Chriſte. Amen.*

III. pag. 49. Anonymi (3) argumenta Epiſtolarum Ovidii, cum Prologo, qui inc. *Auctor iſte Ovidius, rogatu quorumdam iuvenum Romanorum impulſus, ſcripſit librum Artis Amatoriae.* Deſ. *intentio vero Penelopes in hac Epiſtola fuit omnibus modis, quibus poſſet ad hoc, ut maritum ſuum poſſit revocare.* Argumentum, ſeu Summarium in Epiſtolam primam inc. *Hanc tua Penelope &c. In hac Epiſtola Ovidius in perſona Penelopes duo facit, quia ponit titulum epiſtolae, ſecundo ponit intentum.* Deſinunt in Epiſtola Cydippes ad Acontium, cuius argumenti ultima verba ſunt: *in tertia dicit, quia Diana dat favorem Acontio, ſicut ipſa dedit Hippolyto, unde verſus:*

*Altera voce caret, ne ſemper verba ligaret.*
*Scriptaque ſpreviſſet niſi Diva ſic timuiſſet.*
*Hippolyti morem ſervat ſibi dando favorem.*

IV. pag. 56. Anonymi Expoſitio Orationis M. T. Ciceronis pro Q. Ligario. Inc. *Argumentum tale eſt: Q. Ligarius cum Conſidio Conſule Legatus in Africam profectus eſt, quem diſcedens Conſidius Provinciae praefecit. Ea tempeſtate bellum civile exarſit.* D. ſ. *ſic in principio: An ille ſi potuiſſet illinc ullo modo evadere.* Diverſa eſt ab Expoſitione Georgii Trapezuntii in hanc ipſam Orationem, quae legitur in calce Aſconii Paediani edit. Venet. in aedibus Aldi, & Andreae Aſulani ſoceri MDXXII. 8. pag. 237. *b.*

V. pag. 60. Anonymi Expoſitio duorum priorum Librorum Metamorphoſeon P. Ovidii. Inc. *In nova fert animus &c. Ovidius Naſo, natione Pelignus, & patria Sulmonenſis; Peligna enim Provincia erat octuaginta miliaribus a Roma diſtans = Ab origine mundi incipit narrare uſque ad aetatem ſuam; dicit enim, quod a principio omnia confuſe erant quatuor iſta elementa, terra, & aqua, ignis, & aether, ſed Deorum virtute omnia ſunt diſtincta; ideo Deorum auxilium invocat, ut ille Mantuanus Poëta.* Deſinit imperfecte in verbis: *adhuc terrore. Quia adhuc habebant fulminis terrorem. Saevit, ideſt cum quadam ſaevitia ſimulat eos dolens de filio ſuo mortuo ob . . . . . . . . . . . . . .* ſpatio ad reliquum ſupplendum relicto. Notandum hunc ſcriptorem ſaepiſſime uſurpare litteras *ſc* pro ſimplici *ſ*, ut *ſcaevitia* pro *ſaevitia*, & *ſcimulat* pro *ſimulat &c.*

VI.

(1) Huius Alberti, vel Albertini Muſſati vitam litteris conſignavit Sicco Polentonus in Opere nondum edito de Scriptoribus Illuſtribus Latinae linguae ad Polydorum filium, quam e Codice Biblioth. Ambroſ. Mediol. edidit Cl. Muratorius in Praef. ad Tom. X. Scriptor. Rer. Italic. pag. 1. ſeqq.

(2) Habes eadem argumenta etiam in Codice I. Plutei XXXVII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 247. ubi *Maſettum* pro *Muſſatum* exhibebat Codex.

(3) Fortaſſe ſunt eiuſdem Albertini Muſſati.

Digitized by Google

VI. pag. 124. Brevis Expoſitio in principio & in ſine mutila ſuper quibuſdam Scenis Comoediarum Plauti. Inc. *Male rei; ideſt quam morbum, aut quam viſa. Dicam aevo, vero meo. Intemperie; ſtultitiae, animi perturbationes, ac inſaniae. Interdius, in die, nomen adiectivum. Neque iam quo pacto &c.*

VII. pag. 130. Argumenta, & exercitationes partium artis Rhetoricae Guaſparini (ſc. Barzizii). Inc. *Niſi perſuaſum haberem, iudices, vos ea virtute ac prudentia eſſe.* Deſ. *videte ergo, iudices, quales vos in huiuſmodi hominem, & tamquam belluam oportet eſſe.*

VIII. pag. 133. Acronis Expoſitio in primos quatuor Horatii Flacci Sermones Libri I. Inc. *Qui ſit Maecenas &c. Sermonum Libri ideo dicti, quia vili ſermone ſunt potius, quam tumenti. ſive quia ad praeſentes ſcribuntur.* Deſinit in verbis: *fuge hunc, poëtam ſatyricum, qui foenum habet in cornu; metaphoricos autem dixit, quia quando boves feriunt, in cornibus eorum ligatur foenum. Agedum; audi tu qui ſatyricos poëtas carpis . . . . . .*

IX. pag. 143. Anonymi Tractatus de vita & honeſtate Clericorum. Inc. *Finito Tractatu Iudiciorum, a quibus in quantum poſſunt, Clerici abſtinere debent.* Deſinit in rubrica de Clericis coniugatis.

X. pag. 150. Teſtimonia quaedam de C. Iulio Caeſare ex Cicerone, Svetonio &c. in quibus inſeruntur Epiſtolae III. eiuſdem Caeſaris, quarum prima inſcribitur *Ciceroni Imp.* & inc. *Quum Furnium noſtrum tantum vidiſſem &c.* (1) Altera *Oppio Cornelioque* inc. *Gaudeo mehercule vos ſignificare litteris* (2). Tertia *iiſdem* inc. *Ad VII. Idus Maii Brundiſium veni &c.* (3)

Codex partim chartac. partim membran. Ms. in fol. Saec. XV. diverſis manibus exaratus, & ex variis compactus Codicibus, cum indiculo in principio, antiquitus num. 92. deſignatus. Conſtat foliis 154.

## PROPERTII ELEGIAE.

Cod. XXIV. SExti Aurelii Propertii Elegiarum Libri IV. quos cum editis in Corpore omnium veterum Poëtarum Latinorum Londini MDCCXXI. fol. Tom. I. a pag. 508. ad pag. 533. conferentes, in his, quae ſequuntur, ab ipſis differre deprehendimus.

Liber I. inſcribitur: *Propertii Aurelii Nautae Monobiblos Elegiarum Liber incipit.* Huius autem Libri Elegia XI. & XII. in unam coniunguntur in Codice, itidemque XX. & XXI.

Libri II. Elegiae VI. adſuitur in fine diſtichon ultimum Elegiae VII. quod inc. *Vxor me numquam &c.* (4) ac praeterea haec eadem Elegia VII. in duas dividitur, quarum ſecunda incipit a verſu: *Vnde mihi patris &c.* appoſito titulo *Ad Cynthiam.* Contra vero ex Elegia XXXI. & XXXII. una fit in Codice, itemque una ex XXXIII. & XXXIV.

Libri III. Elegia XI. in tres dividitur, quarum prima inſcribitur *De imperiis feminarum*; altera incipiens a verſu *Perſarum ſtatuit &c.* titulum habet *De Semirami*; & tertia *De Cleopatra* incipit a verſu *Scilicet inceſti &c.*

Libri IV. Elegia V. & VI. coniunguntur in unam. Elegiae IX. diſtichon primum in editione, fit ultimum Elegiae VIII. in Codice. Lacuna tandem illa, quae in editione incidit poſt verſum XLI. Elegiae X. ita ſuppletur ex Codice:

*Accipit, haec feſſo vix mihi terra patet.*

Atque haec quoad Elegiarum variam diviſionem; praeterea notandum eſt, unicuique praemitti vel nomen eius, ad quem miſſa eſt, vel breviſſimum, quo de agitur, argumentum; necnon varias identidem lectiones in margine fuiſſe appoſitas, notulaſque non omnino ineptas.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum titulis Librorum, & Elegiarum rubricatis, & initiali littera auro variiſque coloribus depicta, in cuius calce legitur: *Guidantonii Adimaris Lib. num. II.* Conſtat foliis 85.

(1) Inter Ciceronis Epiſt. ad Atticum eſt Epiſt. V. Libri IX.

(2) Eiuſdem Libri Epiſt. VIII. Exſtat & apud Iulium Celſum de vita Caeſaris pag. 187.

(3) Eiuſdem Libri Epiſt. XVI. Habet & Iulius Celſus pag. 188.

(4) In Codice tamen legitur: *Nos uxor numquam &c.*

## OVIDII OPERA.

I. pag. 1. P. Ovidii Naſonis Liber de ſine titulo, ſeu Amorum Libri III. praevio Epigrammate eiuſdem in Amores ſuos. Cod. XXV.

II pag 45. Eiuſdem Ibis.

III. pag. 56. *b.* Eiuſdem de Triſtibus Libri V.

IV. pag. 120. *b.* Eiuſdem de Nuce.

V. pag. 124. Eiuſdem de Somno. Inc.

*Nox erat & ſomnus laſſos ſubmiſit ocellos.*

Deſ.

*Carpebant tauri pabula laeta procul.*

Eſt Elegia V. Libri III. Amorum, novem diſtichis brevior in fine.

VI. pag. 124. *b.* Eiuſdem Faſtorum Libri VI. ubi poſt verſum:

*Annuit Alcides, increpuitque lyra,*

in quo deſinunt editiones, hi ſubſequuntur verſiculi (5):

*Si novus a Iani ſacris numerabitur annus,*

*Quin-*

(5) In editione Ovidii Operum Amſtelaed. apud R. & I. Wetſtenios MDCCXXVII. 4. cum notis varior. curante Petro Burmanno Tomo III. Parte II. pag. 437. adnotatur, hos quatuor verſiculos reperiri etiam in Vrſini veterrimo Codice, & litteris Longobardicis, ſive Saxonicis, quas vocant, exarato, tum etiam in duobus Patavinis melioribus, uno praeterea Vaticano, ac Sphortianae Bibliothecae Codice.

Digitized by Google

*Quintilis falſo nomine dictus erit.*
*Si facis, ut fuerant, primas a Marte Kalendas,*
*Tempora conſtabunt ordine dicta ſuo.*
*Finis. Laus Deo. Amen.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum pictura in principio, quae Ovidium & poſſeſſoris gentilitium ſtemma exhibet, titulis rubricatis, & initialibus Librorum auratis & coloratis; antiquitus num. 578. deſignatus. Conſtat foliis 213.

## OVIDII QVAEDAM.

*Cod. XXVI.* I. pag. 1. EPiſtola Sapphus vatis Leſbidae ad Phaonem Siculum, quae eſt xv. Heroidum.

II. pag. 5. *b.* Carmen, cui titulus: *In iocis Galli Poëtae.* Inc.

*Lidia bella puella candida.*

Deſ.

*Sic me deſtituis iam ſemimortuum.*

Legitur inter veterum Poëtarum Catalecta in calce Satyrici Petronii Arbitri editionis Pariſienſis apud Mamertum Patiſſonium MDLXXXVII. 8. pag. 169.

III. pag. 6. Secreta quaedam medicinalia.

IV. pag. 7. P. Ovidii Naſonis Peligni Romani Equitis de Arte amandi Opus, ſeu Libri III.

V. pag. 52. Eiuſdem de Medicamine Faciei.

VI. pag. 54. Eiuſdem de Remedio Amorum Libri II. ut in Cod. II. Plut. XXXVI. Catalogi Tomo ſuper. pag. 227. §. II.

VII. pag. 70. Eiuſdem de Amoribus, vel ſine titulo Libri III.

In fine legitur: *Ioannes Sulpitius Verulanus exſcripſit hoc Opus MCCCCLXIV. Sextilis die quintodecimo. Deo grat as.*

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. cum titulis rubricatis, & Summariis in margine, antiquitus num. 1053. denotatus. Conſtat foliis 121.

## OVIDIVS DE ARTE AMANDI, ET DE REMEDIO AMORIS.

*Cod. XXVII.* I. pag. 1. P. Ovidii Naſonis de Arte amandi Libri III. cum ſcholiis quibuſdam marginalibus & interlinearibus.

II. pag. 37. Eiuſdem de Remedio Amoris Liber, item cum ſcholiis.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum titulis & initialibus rubricatis, in cuius prima pagina legitur: *Laurentii Guidetti* ϗ τῶν φίλων, antiquitus num. 945. notatus. Conſtat foliis 49.



## OVIDII, AC TIBVLLI CARMINA.

*Cod. XXVIII.* QVae in hoc Codice continentur Ovidii Carmina, ſunt omnia prorſus anepigrapha, quare titulos ex editione alias citata ſupplevimus. Ea itaque ſunt:

I. pag. 1. P. Ovidii Naſonis Faſtorum Libri VI.

II. p. 97. Verſus hexametri vi. anepigraphi, qui tamen continent xii. Zodiaci Signa, Inc.

*Exoriens chelas Aries demergit in ima.*

Deſ.

*Virgo fugat Piſces, redit & victoria victis.*

III. pag. ead. Anonymi Carmen de ludo Scaccorum. Inc.

*Qui cupis egregium Scaccorum diſcere ludum,*
*Audias, ut potui carmine compoſui.*

Deſ.

*Saepius eſt mactus ſociorum turbine ſectus,*
*Et mactum ſuffert, ſi via nulla patet.*

IV. pag. 98. Elegia de Pulice.

V. pag. ead. *b.* Elegia v. Libri III. Amorum, quae in Codice XXV. huius Plutei ſupra pag. 760. §. V. *De Somno* erat inſcripta.

VI. pag. 99. *b.* Anonymi Carmen, partim elegiacum, partim heroicum, de medicamine aurium. Inc.

*Nec tibi diſpliceat quia ſim de corpore parvus,*
*Hortulus iſte brevis mitia poma gerit.*

Deſ.

*Auris ſic morbum dimiſit denique totum.*

VII. pag. 100. Carmen Paſtorale verſibus hexametris de Cuculi laudibus. Inc.

*Conveniunt cuncti ſubito de montibus altis.*

Deſ.

*Salve dulce decus, cuncta per ſaecula ſalve.*

VIII. pag. 102. Albii Tibulli Elegiographi, Elegiarum Libri IV. in quibus recenſendis haec pauca ab editione diſcrimina comperimus.

Libri II. Elegia v. in duas dividitur in Codice, quarum ſecunda incipit a verſu: *Impiger Aenea &c.*

Libri III. Elegia vii. & ultima tribus diſtichis in fine longior eſt, quae ſunt:

*Nec tibi ſit mea lux aeque tam fervida cura,*
*Ac videor paucos ante fuiſſe dies,*
*Si quidquam tota commiſi ſtulta ſenecta,*
*Cuius me fatear poenituiſſe magis,*
*Heſterna quam te ſolum quod nocte reliqui,*
*Ardorem cupiens diſſimulare meum?*

Libri IV. Epigrammata duo hexaſticha xi. & xii. coniunguntur in Codice.

IX. pag. 140. Sapphus ad Phaonem Epiſto-



Digitized by Google

ſtola, quae inter Ovidij Heroides eſt XV, quaeque in hoc Codice deſinit in verſu:

*Et Phoebus Daphnen, & Gnoſſida Bacchus amavit.*

Codex chartac. Ms. in 8. majori Saec. XV. perſpicuo, ſed parum caſtigato charactere exaratus. Conſtat foliis 140.

## MARTIALIS EPIGRAMMATA.

Cod. XXIX. 1. MArci Valerii Martialis Poëtae clariſſimi Epigrammatum Liber primus, cui praecedit Epiſtola anepigrapha, quae tamen eſt C. Plinii Caecilii Secundi, poëtae aequalis & amici, in eius morte ſcripta ad Cornelium Priſcum. Inc. *Audio Martialem deceſſiſſe*. Deſ. *ille tamen ſcripſit tamquam futura. Vale*. Huius autem Libri primi partem conſtituunt Epigrammata de Spectaculis, quae in Corpore omnium Poëtarum veterum Latinorum Londini MDCCXXI. fol. Tom. II. pag. 1169. ab ipſo ſeiuncta leguntur. Cum hac vero editione recenſionem noſtri Codicis inſtituentes diſcrimina quaedam deprehendimus, quae heic per ordinem ſub oculos ponere voluimus. Ea vero ſunt. Deſunt igitur poſtrema quinque de Spectaculis Epigrammata. Primo vero Epigrammati Libri I. quod inſcribitur *ad Catonem*, praemiſſa eſt in Codice Praefatio, ſeu Epiſtola, quae inc. *Spero me ſequuturum in libellis meis tale temperamentum*. Deſ. *ſi epiſtolam verſibus clauſero*; & e regione ipſius Epigrammatis adnotatum eſt in margine: *Ili quatuor verſus continui ſunt cum Epiſtola*. In hoc eodem Libro primo omittuntur ſuo loco Epigrammata a num. XVII. uſque ad num. XLII. incluſive, & redduntur inferius. Epigramma L. in duo dividitur in Codice, quorum ſecundum incipit a verſu:

*Tepida natabis Line Congendi vada*,

dicto titulo *Ad Linum*. Inter Epigramma CIV. & CV. redduntur illa omnia ſuperius omiſſa, ac praeterea immediate adnectuntur alia multa ex Libro IV, nimirum a num. XXV. uſque ad num. LXVIII. incluſive. Epigrammata CXII. & CXIII. in unum coniunguntur in Codice.

Libro II. praecedit Praefatio, ſeu Epiſtola Martialis inſcripta *Deciano ſuo*, quae inc. *Quid nobis, inquis, cum epiſtola?* Deſ. *non lapſi pervenient*. Epigramma LXXXI. omittitur ſuo loco, & redditur poſt Epigr. LXXXIV. quarum quidem tranſpoſitionum, quum parvi referant, in poſterum nullam habendam eſſe rationem duximus. Dictum vero Epigramma LXXXIV. in duo dividitur, quorum ſecundo praefigitur titulus *Ad Rufum*.

Libro III. nulla eſt Praefatio (quemadmodum etiam ſequentibus IV. V. VI. & VII.) Ex Epigrammatis XXXIII. & XXXIV. unum fit in Codice; contra vero ex Epigrammate LXXXI, duo fiunt, & alteri, quod a ſecundo inchoatur diſticho, titulus eſt appoſitus *Ad Beticum*.

Libri IV. Epigrammata a num. XXV. uſque ad num. LXVIII. incluſive deſiderantur in Codice, utpote Libro I. uti diximus, inſerta. Deeſt praeterea Epigr. LXXVIII & ex Epigr. LXXX. & LXXXI. unum conflatur.

Libri V. Epigramma XIX. dividitur in tria, quorum primum inſcribitur *Ad Caeſarem*, alterum incipiens a verſu *Saturnalitiae &c.* item eſt *Ad Caeſarem*, & tertium, unico tantum conſtans diſticho, *Ad Germanicum*. Ex Epigrammate etiam XXXIV. duo fiunt, quorum alterum a ſecundo incipiens diſticho titulum habet *De Hertione puella defuncta*, ubi notanda primi verſus varia lectio; ita enim habet Codex:

*Pallida ne nigras horreſcat Heritiom umbras &c.*

Libri VII. Epigrammata duo priora in unum coniunguntur in Codice, unumque pariter fit ex Epigr. XXI. & XXII. tria vero ultima abſunt omnino.

Liber VIII. Praefationem habet, quae inſcribitur, & inc. *Imperatori Domitiano Caeſari Auguſto, Germanico. Daco, Valerius Martialis ſalutem, Omnes quidem libelli mei*. Deſ. *profiteri breviſſimo placuit Epigrammate*.

Liber IX. Praefatione caret, & poſt Epigramma primum *ad Avitum* ſubiungitur haec breviſſima *Epiſtola ad Toranium, Ave, mi Torani frater chariſſime. Epigramma, quod extra ordinem paginarum eſt, ad Stertinium ſcripſimus, qui imaginem meam ponere in bibliotheca ſua voluit, de quo ſcribendum tibi putavi, ne ignores, Avitus iſte quis vocaretur, Vale, & para hoſpitium*. Epigramma LXV. in duo dividitur; & ſecundo tetraſticho apponitur titulus *Adſentatio ad Caeſarem*. Idem fit in Epigrammate C. & alterum Epigramma a tertio inchoatum diſticho inſcribitur *Ad librum ſuum*.

Liber X. & XI. item Praefatione carent; huius autem undecimi Epigramma II. in duo dividitur, quorum ſecundum, poſtremo unico conſtans diſticho, titulum habet *Ad lectores*. Ex Epigrammate XX. tria fiunt in Codice, quorum primum, unico tantum primo diſticho conſtans inſcribitur *Ad lividum*, alterum *De Fulvia*, & tertium ultimo conſtans diſticho, *Ad Auguſtum*.

Liber XII. Praefationem habet, cuius initium eſt: *Spero me patrocinium debere*. Finis: *non Hiſpanienſem librum mittemus, ſed Hiſpanum*. Epigramma LX. in duo dividitur, quorum alterum a quarto incipiens diſticho inſcribitur *De Alauda*. Epigramma LXXVIII. deeſt; itemque poſtrema tria deſiderantur.

Liber XIII. in editione, in Codice inſcribitur *Xenia*. Epigrammata LIV. & LV. tranſponuntur, & inter ipſa inſertum eſt ſequens tetraſtichon, inſcriptum *Capones*:

*Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus* (1),

Fit

(1) Eſt primus verſus diſtichi LXIII. Libri XIII.

*Fit ſpado, poſtque manu facili praebente farinam*
*Paſcitur in tenebris, purgataque viſcera myrto.*
*Pinguia complentur; ingenioſa gula eſt.*

Inter Epigramma LXX. & LXXI. inſeruntur alia duo; quorum primum, cui titulus, *Phaſiani*, ita habet:

*Quas Argoa prius tranſvexit phaſe carina*
*Oris aves ſapidi femina, maſque ſumus.*

alterum inſcriptum *Condita eſca*, ſequens eſt:

*In ſaphiro potens piper, & gariophbolus eſcam*
*Condiat atque crocus; ſint tibi metra iocus.*

Liber ultimus inſcribitur, ut in editione, *Apophoreta*; & in hoc deſideratur Epigramma XXXII. ac praeterea ultimum, propter ultimae paginae abſciſſionem, eiuſdem tantum titulo ſuperſtite.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. optimae notae, cum correctionibus quibuſdam, & notulis in margine perquam raris; nitidiſſimus, cum pictura in principio, ſtemmate familiae cuiuſdam, ac ſingulorum Librorum initialibus litteris aureis & illuminatis, tituliſque tum Librorum, tum Epigrammatum rubricatis, in cuius prima pagina, quae pro Codicis cuſtodia habetur, adnotatum eſt: *Queſto libro è di Antonio di Bernardo da Calcinaia de dare adi 15 di Settembre 1566.* in calce vero paginae 124. *b.* legitur: *Queſto libro è di Piero di Simone di Bernardo da Calcinaia.* Conſtat foliis 187.

## MARTIALIS EPIGRAMMATA.

Cod. XXIX. 2. ALiud Martialis Epigrammatum Volumen, quod cum ſuperiore in aliquibus concordat, in aliis ab ipſo diſcrepat. Quoad Praefationes, ſeu Epiſtolas nonnullis Libris praemiſſas cum ipſo convenit, iis enim inſtructi ſunt Liber I. II. VIII. & XII. Praefationem vero Libri I. illam intellige, quae inc. *Spero me ſequuturum &c.*

Libri I. Epigrammatum maior in hoc confuſio apparet, quam in Codice ſuperiore; deſunt autem omnino Epigrammata XXX. XXXI. XXXII. & LXXV. Ea vero ad Librum IV. pertinentia, quae ille inter Epigramma CIV. & CV. huiuſce Libri inſerta exhibebat, hic inter CIII. & CIV. repoſuit. Heic quoque Epigramma L. in duo diviſum legitur, praefixo in ſecundum titulo *Ad Linum*, ut in illo monuimus.

Libri II. Epigramma LXXXIV. in duo dividitur, ſine ullo titulo ad ſecundum, heic enim pleraque ſunt anepigrapha.

In Libro item III. ex Epigrammate LXXXI. duo fiunt in Codice, quorum alterum a ſecundo incipit diſticho, nullo appoſito titulo. Ex hoc autem Libro deſunt Epigrammata a num. XXII. uſque ad LXIII. incluſive, quae in Librum V. ſunt reiecta.

Libri IV. Epigrammata a num. XXV. uſque ad LXVIII. incluſive heic deſiderantur, utpote quae in Libro I. fuerant inſerta. Deſideratur etiam Epigramma LXXVIII. & in unum conflata ſunt Epigrammata LXXX. & LXXXI.

Libri V. Epigrammata XIX & XXXIV. ſubdividuntur, illud in tria, hoc vero in duo, ut in dicto Codice, cum hoc tamen diſcrimine, quod in hoc, titulo prorſus carent. Inter Epigramma vero LXVII. & LXVIII. inſeruntur ea omnia, quae in Libro III. fuerant praetermiſſa.

Libri VII. Epigrammata ita ſe habent, ut in dicto Codice.

Libri VIII. Epigramma LXXVIII. bifariam dividitur.

Libri IX. Epigramma I. praecedit brevis illa Epiſtola, quae in dicto Codice Epigrammati ſuccedebat. Circa vero Epigrammatis divisionem cum illo concordat.

Libri XI. Epigramma II. in duo, & XX. in tria diſpertitur, titulis omnino deſtituta.

In Libro XII. ex Epigrammate VI. dodecaſticho duo fiunt hexaſticha. Epigrammata XLVII. & XLVIII. coniunguntur, ita tamen ut ex ultimo Epigrammatis XLVIII. tetraſticho, quod incipit *Convivas alios &c.* novum fiat Epigramma, & inſeratur in medio Epigrammatis XLVI. In duo etiam dividitur Epigramma LX. Deſunt praeterea LXIX. LXX. LXXI. LXXII. LXXIII. LXXVIII. C. CI. & CII.

Inter hunc, & ſequentem Librum occurrunt Epigrammata de Spectaculis, quae in editione ceteris omnibus Martialis Carminibus praeponuntur. Ex hiſce autem deſunt Epigrammata quatuor poſtrema.

Quoad Librum XIII. ea quae in ſuperiore Codice obſervavimus, de hoc etiam ſunt intelligenda; in quo praeterea deeſt Epigramma CVIII.

Libri tandem XIV. & ultimi deſiderantur Epigrammata LXIII. LXV. LXVIII. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. CXXVIII. & CXLII.

In primis tantum duabus paginis notulae aliquot occurrunt circa verborum quorumdam explicationem. Titulos habent Epigrammata nonnulla ex Libro I. VII. VIII. XIII. & XIV. cetera prorſus ſunt anepigrapha: Codicis vero lectionem ab edita identidem diſcrepare comperimus.

Codex chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. optime ſervatus. Conſtat foliis 247.

## SENECAE TRAGOEDIAE.

SEnecae Tragoediae X. cum ſcholiis uberrimis marginalibus, & gloſſis interlinearibus, videlicet Cod. XXX.

I. pag. 1. Hercules Furens.

 II. pag.

II. pag. 21. b. Thyeſtes.
III. pag. 39. Thebais.
IV. pag. 50. Hippolytus.
V. pag. 70. Oedipus.
VI. pag. 85. b. Troas.
VII. pag. 103. Medea.
VIII. pag. 117. Agamemnon.
IX. pag. 131. b. Octavia.
X. pag. 145. Hercules Oetaeus.

In fine legitur; *Explicit Expoſitio* (1) *ſuper Tragoedias Senecae. Deo gratias. Amen. Completus eſt per me Ioannem Antonii in annis Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo quinto, die quintadecima Auguſti, exiſtente die Mercurii, & hora veſpertina in ſcholis Magiſtri Antonii ſer Salvi de Sancto Geminiano*. Tum alia manu (2); *Iſte liber eſt mei Ioannis Magiſtri Matthaei ſer Loris de Radda de Fineſchis*. Inde alia tertia manus ita ſubſcripſit; *Iſte liber eſt mei Dominici Nicolai de Pollinis, quem emi undecim libris*. Tandem occurrit in fine Carmen Alberti Pepi de Albizzis ad Cardinalem de Petramala propter multas mutationes patriae, quod inc.

*Noveris excelſam nuper, cunctiſque tremendam*
*Me patriam remeaſſe, Pater, cui cernere vultus*
*Perſpicuos quondam poteram, nunc cernere poſſum*
*Heu lacrymas maeſtoſque oculos; ſic tempore cuncta*
*Iuppiter imminuit, quo ſaepius ipſe ſuperbis*
*Aequavit iam parva locis, & grandia parvis.*

Deſ.

*. . . . . . . . . non ſi pallentia mortis*
*Oſtia me iubeas velis petiiſſe, negabo.*

In ultima pag. ante declarationem quorumdam Latinorum vocabulorum haec habetur notitia *Ego Ioannes filius Antonii Iacobi de Gambaſſo, publicus Imperiali auctoritate Iudex Ordinarius, atque Notarius, praedictis omnibus interfui, & ea rogatus fui & fideliter publicavi, & ſignum meum appoſui conſuetum*. Tum a capite: *Signum mei Ioannis ſer Matthaei ſer Loris de Fineſcis de Radda*.

Codex chartac. Ms. in fol. minori Saec. XIV. exeuntis. Conſtat foliis 172.

## IVVENALIS, ET PERSII SATYRAE.

*Cod. XXXI. 1.* I. pag. 1. IVnii Iuvenalis Satyrarum Libri V. in quorum fine legitur; *Decii Iunii Iuvenalis Aquinatis Satyrarum Liber quintus & ultimus feliciter explicit*.

II. pag. 69 Sequitur alia manu Anonymi Phaleucium in laudem Bancherii, dum laurea donaretur, quod ſequens eſt;

*Mirantur iuvenes, ſenes, puellae,*
*Et omnes ſimul eruditi, & omnes*
*Indocti; redire tempora illa,*
*Illa, queis populus dabat Quirinus*
*Plauſus undique civibus togatis;*
*Queis virtutibus eſſet unus ille*
*Omnium decus eruditiorum,*
*Quique diceret ipſe iura ſolus*
*Cunctis, & faceret peritus; heus tu,*
*Bancheri, redire tempora iſta*
*Nobis, o nimium beata ſaecla;*
*Nam dum laurea, quam tuis adeptus*
*Iam virtutibus es, tibi togato*
*Certis nominibus datur corona,*
*Concurrunt iuvenes, ſenes, puellae*
*Ovantes nimium, nimiſque laeti,*
*Plauſuque innumeros ferunt honores,*
*Quales reddere Caeſaris triumpho*
*Bonis gens opibus ſuis refecta;*
*Mox gaudent ſimul eruditi, ut ipſe*
*Tamquam floſculus exeas, eoſque*
*Illuſtres celebri eruditione.*
*Laetantur ſimul imperitiores,*
*Quod legum valeas peritus unus*
*Doctius facere elegantiuſque*
*Iura dicere, & explicare cauſſas,*
*Quam quiſquam potis eſſet illo in aevo.*
*Te ſervent igitur decus per annos*
*Multos incolumem tibi tuiſque*
*Dii; tum tempora noſtra perbearis.*

III. pag. 70. Auli Flacci Perſii Satyrarum Liber cum Prologo. In fine legitur; *A. Flacci Perſii Volaterrani Satyrarum Liber primus, & ultimus explicit. Amen*. Tandem in ultima averſa pagina ab eadem manu, quae ſupra adlatum Phaleucium exaravit, adſcriptum eſt Epigramma, & diſtichon in Albam. Illud inc.

*Rumor ait, veniet Piſaeis gentibus Alba;*
*Tunc iterant omnes, pulcrior Alba veni &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. cum titulis rubricatis, & initialibus auro variiſque coloribus eleganter illuminatis, antiquitus num. 615. deſignatus. Conſtat foliis 81.

## ALIVD EXEMPLAR.

I. pag. 1. IVnii Iuvenalis Aquinatis Satyrarum Libri V. ſed praeter primum & ſecundum, reliqui ſunt anepigraphi, quemadmodum etiam Satyrae, quarum poſtremae duae ſunt tranſpoſitae. *Cod. XXXI. 2.*

II. pag. 72. b. Auli Perſii Satyrarum Liber, cum Prologo, ſed anepigraphus. Accedit in fine alia manu notitia de Perſio, quae inc. *Perſius Volaterranus aetate floruit magiſtro uſus Cornuto; annum XXIX. agens aetatis fato eſt functus &c.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit elegantiſſimus, cum titulo aureo, initialibus coloratis, ac pulcherrima pictura in principio, quae totum exor-

(1) Forte intelligit de ſcholiis in ipſas margini adiectis.
(2) Haec ſecunda ſubſcriptio litura ferme deleta eſt.

Digitized by Google

exornat marginem, variis diſtincta numiſmatibus, & icone Poëtae; antiquitus num. 782. deſignatus. Conſtat foliis 84.

## ALIVD EXEMPLAR.

Cod. XXXI. 3. I. pag. 1. IVnii Iuvenalis Aquinatis Satyrarum Libri V. ut in Codice ſuperiori.

II. pag. 93. Auli Perſii Satyrarum Liber cum Prologo, ſed ſine titulo.

Codex chartac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus coloratis, & prima tantum littera Satyrae primae aurata, antiquitus num. 966. deſignatus. Conſtat foliis 108.

## IVVENALIS SATYRAE.

Cod. XXXI. 4. IVvenalis Aquinatis Satyrarum Libri V. cum gloſſis interlinearibus & ſcholiis marginalibus non contemnendis, ubi inter cetera pag. 7. *b.* legitur hoc ſcholion: *Blondus de Furlivio. Arcus vero veteres, quos Romulus lateritios poſuerit, & florentes poſtea opibus Romani numquam paſſi ſunt in marmoreos immutari, ne conditoris urbis ſuae memoria deperiret, aetate noſtra collapſos fuiſſe, ubi nunc eſt Eccleſia Sanctae Mariae de Gratia, & Sanctae Mariae de Inferno, & eam viam, qua itur cum rheda ad portam Appiam, eſſe expeditiſſimam videmus; nec immerito appellat eam portam humidam Iuvenalis, quod inter ceteras depreſſa ſit in loco aquis in Tiberim labentibus abundante.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. cum initialibus coloratis, & prima Codicis littera inaurata, olim num. 671. notatus. Conſtat foliis 73.

## LVCANI PHARSALIA.

Cod. XXXII. M. Annaei Lucani Cordubenſis Poëtae Pharſaliae Libri X. cum Epitaphio Poëtae in principio.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. mirae pulcritudinis & elegantiae, in cuius prima pagina pictura, quae totum marginem implet, praeter Mediceum ſtemma, & iconem Poëtae, varia heroum numiſmata exhibet, mirifice delineata, cum initialibus auratis & coloratis, in quo legebatur, licet nunc ſcriptura ſit eraſa: *Liber Petri Pauli de Borgiannis, ſuorumque, & amicorum n. XV.* antiquitus num. 718. notatus. Conſtat foliis 166.

(1) Hoc pentaſtichon, argumenta continens quinque Librorum Achilleidos, diverſum ab illo eſt, quod occurrit in Codice IX. Plutei XXXVIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 261. §. I. & alibi.

## STATII ACHILLEIS.

STatii Achilleidos Libri V. in quorum fine legitur: *Explicit quintus, & ultimus Liber Achilleidos*. Tum ſequebantur varia poſſeſſorum nomina; ſed nunc omnino deleta ſunt. Cod. XXXIII.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. grandiori littera exaratus, cum gloſſis interlinearibus perquam raris, antiquitus num. 446. deſignatus. Conſtat foliis 24.

## STATII ACHILLEIS, PINDARI THEBANI, HOMERI ILIAS, CLAVDIANI DE RAPTV PROS. ALANI ANTICLAVD.

I. pag. 1. STatii Achilleidos Libri quinque, quibus hoc pentaſtichon, argumenti loco, praemittitur: Cod. XXXIV.

*Primus deducit Thetidem Chyronis ad antra,*
*Induit Aeacidem muliebri veſte ſecundus,*
*Tertius arma parat Danais, & quaerit Achivos,*
*Quartus Aeacidem ſpoliat mulieris amictu,*
*Quintus natando ſua facta revelat Achilles* (1).

In fine poſt verſum

*Aura ſilet, puppis currens ad littora venit,*

ſubſequuntur hi quinque verſiculi vere rudes:

*Dum frena laxaret Muſae, dum altius ire*
*Pollicitus vates, moribundus ad aſtra meavit,*
*Proh dolor! ecce heu remanſit alba papyrus;*
*Auctoris ergo magni caſum doleamus acerbum,*
*Quatuor in fine ſubiunxit Gheſca* (2) *rudes.*

II. pag. 22. Pindari Thebani, Epitome Iliados Homeri verſibus heroicis, ſed ſine titulo, ut ſupra in Codicibus III. & IV. huius Plutei.

III. pag. 41. Claudiani de Raptu Proſerpinae Libri III. cum Prologis elegiaco carmine in ſingulos, ut alibi. In fine legitur:

*Explicit hoc totum; Ocro* (3), *mihi porrige potum.*

*MCCCXCIV. die Iovis, quarta lunii, Fulginei in maxima paupertate delapſus explevi, & Dominicus Ducii, vocatus Ocro, dedit potum cum ceraſis, & bene fecit.*

IV. pag. 63. *b.* Alani Anticlaudianus Libris

(2) Ad haec verba notat Scholiaſtes *i. Franciſcus filius Gheſis*.

(3) Scholiaſtes adnotavit ſupra hoc nomen *Ocro: Sic vocabatur Dominicus familiaris meus*.

Digitized by Google

bris IX. ut in Codice XVI. Plutei XXXIII. Catalogi Tomo ſuper. pag. 101. Heic autem hi verſiculi ſubiiciuntur :

*Alanus hoc totum deſcripſit mente Sophiae,*
*Et contra Claudium impegit carmina vates.*

In ſcholiis, quae in ſingula huius Codicis Opera ſupra recenſita, excepto Alano, uberrima ſunt, citantur pag. 20. Ioannes in Iſagogicis ſuis in Tegni Galeni; pag. ead. *b.* Vegetius de Re Militari; pag. 65. *b.* Chalcidius; pag. 66. Gualterius, qui ſcripſit hiſtoriam Alexandri Regis Macedonum; pag. 88. *b.* Euclides &c.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, antiquitus num. 368. deſignatus. Conſtat foliis 133.

## SILIVS ITALICVS.

*Cod. XXXV.* SIlii Italici de primo Bello Punico Libri XVII. cum dodecaſticho elegiaco in principio, ut in Codice XVIII. Plutei XXXVII. Catal. Tomo ſuper. pag. 255.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. optimae notae, cum variis aliquot lectionibus margini adſcriptis, ab aquis pluvialibus inquinatus, cuius prima pagina caeno ferme tota deperiit, in qua tamen legitur nomen *Bernardi de Puccinis num. XXIX.* Conſtat foliis 138.

## ALANI ANTICLAVDIANVS, PROBAE CENTONA &c.

*Cod. XXXVI.* I. pag. 1. ALani Anticlaudianus, ut in Codice XXXIV. huius Plutei ſupra pag. 770. §. IV.

II. pag. 73. Probae Centona ex Virgilio, Gentilium carmina ad obſequium fidei retorquentis, cum Praefatione, quae inc.

*Iamdudum temeraſſe duces pia foedera pacis.*

Deſ.

*Virgilium cecinisse loquar pia munera Chriſti.*

Liber inc.

*Rem nulli obſcuram repetens ab origine pangam.*

Deſ.

*Hac caſta maneant in Relligione nepotes.*

Inde maiuſculis rubris litteris haec ſubſcriptio legitur: *Explicit Virgiliocentona Probae, cuius Homerocentonam non habet latinitas, ſicut Virgiliocentonam eius non habet Graecia; ſtuduit enim utramque gentem ad fidem Catholicam invitare prior documentis auctorum.* Aliud Exemplar occurrit etiam in Codice XV. Plutei XXIII. Catalogi Tom. I. pag. 723. §. VIII. ubi alius praemiſſus erat Prologus, qui in hoc deſideratur. Finis vero ideo non concordat, quia in illo Carmen eſt imperfectum.

III. pag. 86. Edictum Conſtantini Imperatoris ad Beatum Silveſtrum Papam. Inc. *In Nomine Sanctae & Individuae Trinitatis Patris S. & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Imperat. Caeſ. Flavius Conſtantinus in Chriſto Ieſu uno ex eadem Sancta Trinitate, Salvatore Domino Deo noſtro fidelis, manſuetus, maximus, beneficus, Alamannicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor, ac triumphator ſemper Auguſtus, Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Patri Patrum Silveſtro urbis Romae Epiſcopo & Papae, atque omnibus ſucceſſoribus, qui in Sede Beati Petri Apoſtoli uſque in finem ſaeculi ſeſſuri ſunt Pontificibus, necnon & omnibus Reverendiſſimis, & Deo amabilibus Catholicis Epiſcopis eiuſdem ſacroſanctae Romanae Eccleſiae per hanc noſtram Imperialem Conſtitutionem ſubiectis in univerſo orbe terrarum nunc & poſterum retro temporibus conſtitutis gratia, pax, charitas, gaudium, longanimitas, miſericordia a Deo Patre omnipotente, & Ieſu Chriſto Filio eius, & Spiritu Sancto, cum omnibus vobis. Interveniente Patre noſtro Silveſtro Summo Pontifice univerſali PP. mirabiliter operari dignatus eſt.* Deſ. *cunctis ſucceſſoribus eius Pontificibus, Domino Deo Salvatore noſtro Ieſu Chriſto annuente, tradimus perenniter poſſidenda.*

*Subſcriptio Imperialis.*

*Divinitas vos conſervet per multos annos, Sanctiſſimi ac Beatiſſimi Patres. Dat. Romae ſub die tertia Kalendarum Aprilium, Domino noſtro filio Conſtantino quater & Gallicano ac Voluciano viris clariſſimis Conſulibus.* Adfertur haec Conſtantini Pſeudodonatio Tomo I. Concilior. Labbei Venetae editionis apud Seb. Coleti MDCCXXVIII. fol. col. 1564.

IV. pag. 94. Brevis Vita Silveſtri Papae. Inc. *Sanctiſſimus ac Beatiſſimus Silveſter, natione Romanus, ex patre Rufino, ex matre Iuſta nomine & opere.* Deſ. *qui vero Catholicus & Chriſti Confeſſor quievit in pace, & ceſſavit Epiſcopatus dies quindecim.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. ineuntis, diligenter exaratus duplici manu, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, necnon perpulcra pictura auro delineata, cum ſtemmate Cardinalitio poſſeſſoris ante Probae Centones; antiquitus num. 704. deſignatus. Conſtat foliis 94.

## FR. DOMINICI IO. DE FLOR. THEOTOCON, ET HYMNI.

I. pag. 1. REverendi Sacrae Theologiae Doctoris Fratris Dominici Ioannis de Florentia, Ordinis Praedicatorum, Sacri Operis Theotocon appellati de vita & obitu Beatiſſimae Mariae Virginis Libri IV. ele- *Cod. XXXVII.*

Digitized by Google

elegiaco carmine, ut in Codice XXV. Plutei XVI. Catalogi Tomo I. pag. 273. & in Codice XL. Plutei XXXIII. Tomo ſuper. pag. 136. Praecedit Ode eiuſdem, loco Prooemii, ad clariſſimum virum Petrum Medicem Patricium Florentinum, ut in cit. Cod. XL.

II. pag. 58. Eiuſdem Magiſtri Dominici Ioannis Hymni in feſto Sancti Vincentii de Valentia Ordinis Praedicatorum, nimirum

I. Ad utraſque Veſperas inc.
*Doctor illuſtris populo fidelis &c.*
II. Ad Matutinum. Inc.
*Stella, Vincenti, ſpecioſa caeli &c.*
III. Ad Laudes. Inc.
*Quae tuas laudes poteris referre &c.*
IV. Alter Hymnus ad utraſque Veſperas. Inc.
*Alma parens Eccleſia &c.*
V. Ad Matutinum. Inc.
*Laetare nunc Religio &c.*
VI. Ad Laudes. Inc.
*Referamus devotius &c.*
VII. Alter Hymnus ad Laudes. Inc.
*Caelum iam nites purius &c.*
VIII. Alter. Inc.
*Fidelis Chriſti nuntius &c.*

III. pag. 59. *b*. Eiuſdem in feſto Sanctae Catharinae de Senis Hymni; ſcilicet

I. Ad utraſque Laudes (1). Inc.
*Virgo dilecti nova Sponſa Chriſti &c.*
II. Ad Matutinum. Inc.
*Virgo prudentum comitata caetum &c.*
III. Ad Laudes. Inc.
*Sponſa caeleſtis generoſa Regis &c.*
IV. Item ad Laudes. Inc.
*Alma virgo Catharina &c.*

Clauduntur hoc diſticho:

*Ad ſedes regni faciat tranſire ſuperni*
*Virgo favens meritis nos Catharina ſuis.*

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. cum titulis, Summariis, & initialibus rubricatis, antiquitus num. 716. notatus. Conſtat foliis 60.

## PROSPERI AQVITANICI CARMINA.

Cod. XXXVIII. PRoſperi Equitanici (*ſic*) Carmina, cum brevi notitia de auctore, quae inc. *Proſper fuit Equitanicus, vir erudituſſimus, omniumque artium dogmate peritus &c.* Tum ſequitur Prologus, qui inc.

*Haec Auguſtini exactis epigrammata dictis &c.*

Carmen primum inc.

*Dum ſacris mentem placet exercere loquelis &c.*

Vltimum deſ.

*Vt caro non eadem tantum, ſed mens quoque nobis*
*Vna ſit, atque duos ſpiritus unus alit.*

*Explicit liber Proſperi. Deo gratias. Amen. Finito libro referamus gratia Chriſto.* Tum alia antiqua manus poſt duos illos verſiculos, quos alibi innuimus, qui inc. *Qui ſcripſit ſcribat &c.* tertium addidit:

*Vivat in terra ſemper cum pulcra puella.*

Tandem in ultima pagina eadem antiqua manu & rubris litteris initium Carminis Italici Petrarchae legitur;

*Vergine madre figlia del tuo figlio &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. grandiori littera, cum pictura in principio aurata & colorata, ac ſtemmate poſſeſſoris, antiquitus num. 894. deſignatus. Conſtat foliis 23.

## FRANCISCI PETRARCHAE AFRICA.

FRanciſci Petrarchae Africa. Inc. Cod. XXXIX.

*Vt mihi conſpicuum meritis, belloque tremendum.*

Deſ.

*Commodiorque bonis quum prima effulſerit aetas* (2).

Tum ſex verſiculi adiiciuntur, qui inc.

*Si iuvenem iuveni &c.*

ut in Cod. XXXV. Plutei XXXIII. Catal. Tomo ſuper. pag. 131. adiecto in margine hoc monito: *Interſere alia ibi in hoc fine, ubi melius cadunt, mutato textu, ut occurret, ut decentior ſit iunctura.*

Codex chartac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. grandiori littera exaratus, antiquitus num. 23. deſignatus. Conſtat foliis 78.

## ALEXANDRI BRACCII CARMINA.

I. pag. 1. ALexandri Braccii (3) Carminum Libri II. quorum prior inſcribitur *Amorum* Libellus ad magnanimum & prae- Cod. XL.

(1) Sic eſt in Codice, ſed forte legendum *Veſperas*.

(2) Notandum ultimum verſum Lib. IV. ita ſe habere *Blanditias perferre grave eſt* . . . . . . . . adnotato in marg. *hic deficit*.

(3) Hic Alexander Braccius Florentiae anno circiter MCCCCXC. magna ingenii laude florebat. Laurentii Medicei, ac Petri eius filii ope, Florentinae Reip. primus a ſecretis electus fuit, variaſque Legationes pro patria naviter geſſit. Notanda ſunt verba Angeli Firenzuolae in principio ſuae Italicae verſionis Apuleii de Aſino Aureo, ubi de propria agens familia haec ad rem noſtram habet: *Io adunque di cotal tronco uſcendo, traſſi la materna origine da Aleſſandro Braccio, uomo nelle lettere Greche, e nelle Latine, e nella patria lingua, come la traduzione d' Appiano dimoſtra, molto ragguardevole: il quale la mercè di Lorenzo il Grande, e del magnifico Piero ſuo figliuolo, non ſolo fu fatto primo Segretario di quella magnifica Città, ma a diverſi Principi fu da quella mandato Ambaſciadore. Nato dunque di cotal ſeme in sì nobil patria, ivi conſumai buona parte della mia adoleſcenza &c.* Obiit Romae, dum ad Alexandrum VI. Pontificem publica Legatione fungeretur, & in S. Praxedis aede tumulatus fuit, hac adpoſita inſcriptione:

D. O. M.

ALEXANDRO BRACCIO CIVI FLORENTINO, SENATVSQVE FLORENTINI A SECRETIS, GRAECE ET LATINE MAXIME ERVDITO, QVI CVM PLVRIBVS PRO SVA REPVBLICA LEGATIONIBVS EGREGIE FVNCTVS ESSET, DEMVM APVD ALEXAN-

Digitized by Google

& praeſtantem virum Franciſcum Saxettam, alter vero *Epigrammatum* ad Laurentium Medicem. Prior continet Elegias, praevia ad ipſum Franciſcum Saxettam Praefatione, quae inc.

*Aſſiduo quamvis te mercatura labore*
*Occupet, ac dentur ocia nulla tibi;*
*Vnde fides miranda tua eſt, & lucida virtus*
*Vrbibus Eois, urbibus Occiduis;*
*Non tamen ipſe operam praebes, Franciſce, minorem,*
*Quod vix credibile eſt, artibus ingenuis.*
*Non minus Auſoniis incumbis, docte, Camoenis,*
*Caſtaliosque colis, Pierioſque lacus.*
*Doctus habes magno cunctos in honore poëtas,*
*Quod facile ante omnes Fontia Muſa doces.*
*Fontius eſt locuples teſtis, virtute decorus,*
*Dives & eloquio, carminibuſque potens.*
*Quare age, quicumque eſt, ne dedignare Libellum*
*Hunc tibi devotum, munera parva licet.*
*Perlege luminibus placidis quae carmina nuper*
*Scripſimus, incultis emodulata notis.*

Deſ.

*Et licet ipſa tibi longiſſima vita ſuperſit,*
*Sis tamen ut felix tempus in omne precor.*

Elegiarum vero, quae in hoc continentur Libro, argumenta, & initia ea ſunt, quae ſequuntur:

I. pag. ead. *b.* Argumentum totius Operis. Inc.

*Forte legent iuvenes ſi qui mea carmina, tantum*
*Haec moneo arrectis auribus ante bibant &c.*

II. pag. 2. Libelli principium, in quo narrat amoris initium, & Floram eius puellam ipſiusque pulcritudinem laudat. Inc.

*Saepe licet noſter tentaverit ante Libellus*
*Egregias Medicum velle ſubire domos.*

Deſ.

*Exſtiterit, timidus retuleritque pedes.*

III. pag. ead. Excuſatio, cur Libellus ſuus ad Medicum lares ſe contulerit, Inc.

*Ruperat ulla meos nondum anxia cura ſopores,*
*Nec me dum verus ſollicitarat amor.*

Deſ.

*Pro qua vel rurſus Troia cremanda foret.*

IV. pag. 3. Genus ſuum excuſat, amantis more ſe iactat, nobilitatem veram, virtutem dicit, exhortatur & pollicetur. Inc.

*Stemmata ſi veterum nequeo iactare parentum,*
*Ducitur haud claris ſi mihi ſanguis avis,*

Deſ.

*Carmine quas celebres Muſa verenda facit.*

V. pag. 4. Ad Floram, cui narrat eius oculorum effectus. Inc.

*Vt ſoles incautus fatales piſcis ad eſcas*
*Currere, quas vitreis contegit hamus aquis.*

Deſ.

*Aequalem me tunc Regibus eſſe puto.*

VI. pag. 5. *b.* Contemnit urbium cultores, ruraque ſibi placere affirmat, & ſuae Florae numen ineſſe oſtendit. Inc.

*Qui ſtudiis colitis variis atque artibus urbes,*

Deſ.

*Quum dominam teneant dulcia rura meam.*

VII. pag. 6. *b.* Ad Floram excuſatio, rogat eam & hortatur ad amorem. Inc.

*Hei mihi difficile eſt rapidas abſcondere flammas.*

Deſ.

*Cetera nec deſunt digna favore tuo.*

VIII. pag. 8. Deplorat abſentiam ab amica Inc.

*Non tulit exſilium gravius qui vellera Colchis.*

Deſ.

*Quam tali et miris velle perire modis.*

IX. pag. 9. Se ipſum increpat & conſolatur. Inc.

*Ergone crudelem ſequeris, veſane, puellam.*

Deſ.

*Atque iterum fruſtra ſe revocare volet.*

X. pag. ead. Ad Floram, cui oſtendit quomodo ſit paullatim in amoris ignem collapſus. Inc.

*Nempe diu ſolo contentus lumine vixi.*

Deſ.

*Braccius heic ſitus eſt nimio conſumptus amore;*
*Intulit huic miſero dura puella necem.*

XI. pag. 10. Ode Franciſci Petrarchae in Latinum verſa ad Laurentium Medicem, Inc.

*Caeſar, honoratae cervicis proditor illi*
*Poſt ubi Niliacus triſtia dona dedit,*

Deſ.

*Id facio, quoniam nobis via nulla ſuperſit,*
*Haec niſi, qua lacrymas triſtitiamque tegam.*

XII. pag. ead. *b.* Ad Floram, cui vim ſui amoris oſtendit, ipſamque ad amorem hortatur. Inc.

*Tantum inſanus amor tuus in me creſcit in horas.*

Deſ.

LEXANDRVM VI. P. M. IDEM MVNERIS PARITER, ET DIEM OBIIT. ANGELVS FLORENTIOLA AEDIS HVIVS ABBAS, AVO MATERNO, ET LVCRETIA MATER PARENTI MERENTES POSVERE.

Barptolemaei Scalae Epiſtolam ipſi inſcriptam publici iuris fecimus in noſtra Collect. Veter. aliquot Monim. pag. 19.

Digitized by Google

Deſ.

*Aut iucunda procis non eris, aut Veneri.*

XIII. pag. 12. Ad amorem conqueritur. Inc.

*Quid me tam longo miſerum conſumere bello.*

Deſ.

*Illius infelix obrutus occubuit.*

XIV. pag. 13. *b.* Invehitur in ſomnium. Inc.

*Nonne ſatis noſtrum lux nutrit iniqua dolorem.*

Deſ.

*Et mortis neu ſis maxima cauſſa meae.*

XV. pag. 14. *b.* Ad Floram gratulatio conſequuti deſiderii. Inc.

*Tandem optata meis fulſit lux candida votis.*

Deſ.

*Tardabitque meum nec labor ullus iter.*

XVI. pag. 15. Ad Braccium Martellium de ſui amoris ſollicitudine. Inc.

*Vnica me, Bracci, ſemper nimiumque moleſta.*

Deſ.

*Dira Cupidinea miſſa ſagitta manu.*

XVII. pag. 16. Queritur ſe privatum conſuetudine atque adſpectu Florae. Inc.

*Sidereis miſerum quis me ſpoliavit ocellis?*

Deſ.

*Nomen Alexandri, candida Flora, tui.*

XVIII. pag. ead. *b.* Similis querela. Inc.

*Huc infelici quicumque teneris amore.*

Deſ.

*Et poſſim tantum dicere, Flora vale.*

XIX. pag. 17. Ad Nicolaum Michelo-ctium familiariſſimum ſuum. Inc.

*Siquis amans umquam crudelia ſenſit amoris.*

Deſ.

*O ego quam felix, atque beatus ero!*

XX. pag. 18. Ad Floram obiurgatio. Inc.

*Siccine me tandem luſiſti, perfida, amantem?*

Deſ.

*Tam grandi, meritum ſuppliciumque feres.*

XXI. pag. 19. *b.* Invehitur in diem, quo Florae iacturam fecit. Inc.

*O mihi ſaeva dies, nigro ſignanda lapillo.*

Deſ.

*Clauderet & longus lumina maeſta ſopor.*

XXII. pag. 20. Affert cauſſam, cur amorem ſedare non poſſit, & ſcribit ad Petrum Cantem virum primarium, familiariſſimum ſuum. Inc.

*Corporis inſanos longa valitudine morbos.*

Deſ.

*Nulla, nec afflictum cor magis ulla levat.*

XXIII. pag. 21. *b.* Seipſum increpat, & conſolatur, & oſtendit mulierum amoribus fidendum non eſſe. Inc.

*Iam tandem a lacrymis revoca tua lumina, Bracci.*

Deſ.

*Nec patere eſſe tibi mollia corda, vir es.*

XXIV. pag. 22. *b.* Petro Soderino. Inc.

*Forte die qua ſacra colunt ſolemnia Thomae.*

Deſ.

*Veſter & aſſidua pace fruatur amor.*

XXV. pag. 23. Epiſtola in perſona Argentinae Maleſpinae puellae caſtiſſimae Petro Soderino coniugi ſuaviſſimo. Inc.

*Si petis, unde mihi ſubeant in carmina vires.*

Deſ.

*Ad notos properans curſitet illa lares.*

XXVI. pag. 25. Ad Chriſtophorum Landinum Poëtam, Oratoremque inſignem. Inc.

*Me tibi tantus amor, praeſtans Landine, dicavit,*
*Noſtra rudis quantum Muſa referre queat.*

Deſ.

*Magnus es Orator, moris praecepta ſeveri,*
*Iuſſaque naturae condita quaeque notas;*
*Inſignis Rhetor, linguae praecepta Latinae,*
*Atque etiam Graiae dogmata vera tenes;*
*Ac ſeu bella virûm, teneros ſeu ludis amores,*
*Vtraque mirandos fers tua Muſa pedes.*
*Et tibi tam virtus cunctos patefecit honores,*
*Iam notum toto eſt nomen in orbe tuum.*
*Hunc igitur praeſtate virum, ſacra numina vatum,*
*Poſſit longaevos aequiparare ſenes.*
*Delicias quoniam veſtras ſervabitis, & qui*
*Maeonia rurſus concinat arma lyra.*

XXVII. pag. ead. *b.* Ad Marſilium Ficinum Theologum, & Philoſophum praeſtantem. Inc.

*Ingenio meriti ſi redderentur* (ſic) *honores,*
*Sique forent doctis praemia digna viris &c.*
*Nulla tuum nomen poterit delere vetuſtas,*
*Ac tibi, crede mihi, fama perennis eris.*
*Scripta legunt quoniam tua iam vulgata Britanni,*
*Illa Thomitani, genſque Sabaea legunt.*
*Vt taceam noſtros, quorum verſaris in ore,*
*Et qui te in caelum laudibus uſque ferunt &c.*

Deſ.

*Da veniam, niſi te carmina digna leges.*

XXVIII. pag. 26. Ad Naldum Naldium nobilem Poëtam peregre profectum Ode. Inc.

*Phoebe, Muſarum decus, atque cuſtos.*

Deſ.

*Soſpitem Naldum precor a periclis*
*Omnibus ſerves, reducemque avitis*
*Finibus reddas, queat ut ſodales*
*Viſere charos.*

XXIX. pag. ead. *b.* Ad Iacobum Poggium virum doctiſſimum de eius laudibus. Inc.

*Iacobe, quem Latiae genuit laus inclyta linguae,*
*Poggius, eloquio dives & ingenio &c.*
*Iam propria titulos auges virtute paternos,*
*Et genus & nomen tollis in aſtra tuum.*
*Te pater eſt nato, ſoboles te digna parente.*
*Vendicat aeternum nomen uterque ſibi.*
*Nam tibi facundo, Poggi, ceu fonte perenni,*
*Scilicet eloquium manat ab ore ſuum;*
*Scribis & hiſtorias tanta dulcedine plenas,*
*Ore legentis ut has Attica mella fluant.*
*Punica tu noſti, quidquid Romanaque caſtra*
*Geſſerunt armis aemula regna feris;*
*Bella quot Euphrates movit, quot Tygris, & Iſter,*
*Et quot ſint ferro millia caeſa virûm.*
*Dinumeras, toto quot ſint & praelia mundo*
*Geſta, duceſque refers, ordine quaeque ſuo.*
*Mente adeo retines abs te perlecta tenaci,*
*Effluat ut numquam quod ſemel ipſe legis.*
*Ingenium, quocumque placet, verſatile flectis,*
*Nil tibi difficile eſt quod didiciſſe velis.*
*Innumeris doctos effers doctiſſimus omnes*
*Laudibus, officiis proſequeriſque tuis;*
*Omnibus ut merito doctis ſis charus, at uni*
*Es tamen, es cunctis charior ipſe mihi.*
*Nam praecone mea eſt te non exploſa Thalia,*
*Oraque doctorum carmina noſtra legunt.*
*Te ſuadense ſacros libavi e fonte liquores*
*Parnaſi, colitur te mea Muſa duce &c.*
*Quod ſi quid noſtrae poſſunt in carmina vires,*
*Hoc equidem totum debeo, doque tibi.*
*Et ſi quando mihi, Poggi, maiora dabuntur*
*Ocia, carminibus teque, patremque canam,*
*Ac functum vitae Baptiſtam munere, cuius*
*Virtuti invidit livida Parca novae.*
*Sed modo ſit ſatis haec tantum voluiſſe referre,*
*Iacobe, grandiſono non niſi digna pede.*

XXX. p. 27. Ad Nicolaum Micheloctium, virum eloquentiſſimum, Phaleucium. Inc.

*Albam quum nudius tibi papyrum*
*Quartus flagito &c.*

Deſ.

*Ut ſic ocia nos habere honeſta*
*Poſſimus, Nicolae, dulcis omni*
*Semper tempore Braccio ſodali.*

XXXI. pag. ead. *b.* Ad Calvum amicum abſentem. Inc.

*Attica ſi centum mihi nunc talenta darentur.*

Deſ.

*Seſſor equum iamiam ſcande, cituſque veni.*

XXXII. pag. 28. Ad Antonium Clementium Ode. Inc.

*Legi verſiculos non ſine gaudio.*

Deſ.

*Vel fama, vel honoribus.*

II. pag. ead. Eiuſdem Epigrammatum Libellus ad Laurentium Medicem. Ea vero ſunt;

I. Ad eumdem.

*Tempora noſtra tibi multum debentia, Laurens,*
*Non minus hoc debent nobile propter opus,*
*Maeonium duce te quod nuper & auſpice vatem*
*Convertit Latios Angelus in numeros;*
*Cumque decore ſuo, cum maieſtate legendum*
*Dat nobis, qualem Graecia docta legit;*
*Ut dubites, Latius malis, quam Graecus Homerus*
*Eſſe, magis patrius hunc niſi vincat amor.*

II. Ad Barptolemaeum Scalam iuriſconſultiſſimum.

*Quis neges auguriis cognomen, Scala, patentes*
*Nobile captatis impoſuiſſe tibi?*
*Nam virtute tua non tantum ſcandis honores*
*Quoslibet, at caeli ſidera celſa petis;*
*Et pede ſive velis quaecumque notare ſoluto,*
*Orator vehemens, dives es hiſtoricus;*
*Seu vis in carmen validas effundere vires,*
*Virgilio ſimiles concinis ore modos.*

III. pag. ead. Ad eumdem. Inc.

*Nuper in exiguis quae parva volumina chartis*
*Contexit rudibus noſtra Thalia notis,*
*Scala, poëtarum ſaecli doctiſſime noſtri,*
*Quo nullus pleno grandius ore ſonat,*
*Et quo non alter magnis ſe accingere factis*
*Aptius, aut regum dicere bella queat,*
*Ne pigeat nitido percurrere lumine, quamvis*
*Quae vel reſpicias vix ego digna putem.*

Deſ.

*Iudicium facimus tanti facunde ſeverum,*
Sca-

*Scela, tuum, quo nil acrius eſſe reor.*

IV. pag. 29. Ad Georgium Antonium Veſpuccium.

*Non tua te ſolum virtus, doctrina, poëſis*
*Illuſtrant, totum nobilitantque genus;*
*At probitas etiam, mores, conſtantia, vita,*
*Relligio, pietas, & pudor, atque ſides,*
*Veſpucci, nec vana loquor, facunde Georgi,*
*Perpetuo reddent nomina clara tibi.*

V. pag. ead. Ad Benedictum Coluccium Grammaticum Piſtorienſem.

*Te, Benedicte, ſuis merito Florentia natis*
*Et moderatorem, grammaticumque dedit,*
*Omnis quum ſceleris penitus ſis purus & expers,*
*Impar vel priſcis ſis neque grammaticis.*

VI. pag. ead. Ad Vgolinum Verinum.

*Quum modo naſcentem praecedat, clare poëta,*
*Carliadem celebris fama, Verine, tuam,*
*Intrepidas late quum iam protenderit alas,*
*Advolet & celſas candida facta domos;*
*En quid erit, poſtquam fuerit tibi carmen adultum,*
*Carliades poſtquam coeperit illa loqui?*
*Non tantum Latio meriti tribuentur honores,*
*Nec ſolum noſtri laurea ſerta dabunt;*
*Sed paſſim merito ſemper celebraberis orbe,*
*Ibit & ad geminos maxima fama polos;*
*Nam tibi Pierides ſublimia carmina ſingunt,*
*Conetnis & docto regia bella pede.*
*Iamque diu ſerpit circum tua tempora laurus*
*Aonia, & vatum praemia certa manent.*
*Quare age, ne dubita, caeptoque incumbe labori,*
*Perpetuum quoniam ſic tibi nomen erit.*

VII. pag. ead. *b.* Ad Angelum Baſſum Politianenſem.

*Tanta tibi tenero quum ſurgat pectore vi rtus,*
*Quanta vel annoſo vix queat eſſe ſeni,*
*Ac tua grandiſono reboent quum, Baſſe, cothurno*
*Carmina, magnanimo non niſi digna duce,*
*Et tibi ſit locuples oris facundia docti,*
*Teque ſuis ditet Graecia litterulis,*
*Te precor ad longos ut ſervet Iuppiter annos,*
*Incolumemque ſinat vivere poſſe diu.*
*Nam tua Maeonio multum certantia vati*
*Carmina quis dubitet, Virgilioque fore?*
*Atque decus clarum noſtrae magnumque futurum*
*Quis neget aetatis te, memorande puer?*
*Sis igitur felix, noſtri ſpes maxima ſaecli,*
*Teque putes nobis charius eſſe nihil.*

VIII. pag. ead. Ad eumdem. Inc.

*Carmina iucundo tua qui non lumine, Baſſe.*

Deſ.

*Hunc ego vel nullis ſenſibus eſſe putem.*

IX. pag. ead. In Lucilium Semifatium. Inc.

*Myrthea, Syllani, compoſite ſerta poëtae.*

Deſ.

*Lucilium, cerebrum purget ut helleboro.*

X. pag. 30. Ad Laurentium Emporianum hortorum cultorem. Inc.

*Hortorum celebris fuerit quam gloria quondam*
*Heſperidum, ſatis hoc fabula priſca docet;*
*At modo maius habet nomen Theanenſius hortus,*
*Quem te, Laurenti, compoſuiſſe ferunt.*

Deſ.

*Sis memor, ut noſtrae dexter amicitiae.*

XI. pag. ead. *b.* In Lucilium fanaticam belluam. Inc.

*Si Cynicus numi Crates contemptor, & auri.*

Deſ.

*Stultitiamque illi vel minuiſſe parum.*

XII. pag. 31. Ad Antonium Calderinum. Inc.

*Calderine mihi tantum dilectus amico.*

Deſ.

*Ipſe tuo forti protege nos clypeo.*

XIII. pag. ead. Ad Ioannem Neſium. Inc.

*Non minor eximiae quum ſit tibi gloria formae,*
*Purpureo, Neſi, ſemper ab ore nitens.*

Deſ.

*Moribus, & veterum quum ſis quoque ſanguine clarus,*
*Artibus & totus deditus ingenuis,*
*Illuſtriſque viri praeſagia multa futuri,*
*Macte puer, prae te certaque ſigna feras;*
*Te precor ut longum ſervent pia fata per aevum,*
*Innumeroſque ſenem vincere poſſe dies;*
*Vt tua clara ſuas virtus protendere vires*
*Poſſit, & aethereum ſcandere ſumma polum.*

XIV. pag. ead. In Luſciniam Guillielmi Pactii. Inc.

*Deſine, more viriim quod avis ſim condita in urna.*

Deſ.

*Plena, celer, vibrans, garrula, dulcis erat.*

XV. pag. ead. In Pardum, quae dum viva ad Laurentium Medicem duceretur, in itinere mortua, Laurentio ipſi dono, curata putrefactione, d ta eſt. Inc.

*Hoc patriis uno ſolabar monſtra relictis.*

Deſ.

*Ac domini felix ſis memor ipſe mei.*

XVI. pag. 32. Ad Barptolemaeum Fontium.

*Diſpeream, Fonsi, mea ſunt ſi carmina, quae nunc*
*Audio etiam Paullo miſſa fuiſſe tuo.*
*Sed pereat quicumque meo de fonte fluiſſe*
*Illa putat; palam carmina noſtra damus.*

XVII. pag. ead. Ad Franciſcum Octavianum. Inc.

*Miraris Pleiades, geminoſque Tryones, & Arcton &c.*

XVIII. pag. ead. Ad ſodales. Inc.

*Dum metuo lapidis valido ne pulſer ab ictu &c.*

XIX. pag. ead. Ad Nicolaum Micheloctium in Lucilium Carmen ridiculum. Inc.

*Saevum, horrendum, ingens, atque invincibile bellum,*

Deſ.

*Lucilium inferias, Stygias mittemus ad umbras.*

XX. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc.

*Neſcio piſcari, nullos vivaria piſces &c.*

XXI. pag. ead. In Albieram Maſii Albitii filiam, puellam formoſiſſimam, immaturâ morte peremptam. Inc.

*Ex me nil ſuum morti, ſaevumque morari &c.*

XXII. pag. 33. In eius marmoream effigiem. Inc.

*Albiera inſigni forma ſpectanda, viator &c.*

XXIII. pag. ead. In eamdem. Inc.

*Si neque nobilitas, nec maxima forma, nec aetas &c.*

XXIV. pag. ead. In eamdem. Inc.

*Albiera heic pulcras inter pulcherrima Nymphas &c.*

XXV. pag. ead. In eamdem. Inc.

*Albiera Albitia iaces heic ſata gente vetuſta &c.*

XXVI. pag. ead. In eamdem. Inc.

*Hac Venus, & Pallas, Dictymnaque clauditur urna &c.*

XXVII. pag. ead. In eamdem ad Giſmundum Stupham eius ſponſum loquentem. Inc.

*Quid fles, quid lacrymas, coniux, ita fundis inanes? &c.*

XXVIII. pag. ead. *b.* Conſolatio eiuſdem Albierae ad ſponſum. Inc.

*Nil me ſollicitat charos liquiſſe parentes &c.*

XXIX. pag. ead. In Philippum Sacramorum Vicarium Florentini Antiſtitis munera cuncta renuentem. diſtichon. nimirum:

*Heic lepus eſt latitans, procul hinc venator abito,*
*Namque poteſt nullis retibus ille capi.*

XXX. pag. ead. In podagroſum maledicum. Inc.

*Nodoſas Mutius chiragras, triſteſque podagras*

*Balbus habet &c.*

XXXI. pag. ead. Ad Ioannem Berlingherium. Inc.

*Quod ventris crepitus tam multos Carolus edat &c.*

XXXII pag. ead. Ad Baptiſtam Albitium. Inc.

*Quod modo claudus eras noſter Baptiſta Perillus &c.*

XXXIII. pag. 34. Reſpondet cuidam quaerenti, cur dormire non poſſit. Inc.

*Scire cupis, quare ſomnum tua membra recuſent &c.*

XXXIV. pag. ead. Ad Petrum Soderinum. Inc.

*Si laus obſcuro poſita eſt in carmine clara &c.*

XXXV. pag. ead. Ad Franciſcum Capellum. Inc.

*Dodrantem Sexto debebat Varus amico &c.*

XXXVI. pag. ead. Ad Zenobium Maſolinum. Inc.

*Si te Valla dolis, ſi te Baptiſta ſodalem*
*Ceperunt &c.*

XXXVII. pag. ead. Ad Petrum Cenninum. Inc.

*Quaeris ut uxoris, dulcis Cennine ſodalis.*
*Ipſe iugum noſtrae ſervitiumque feram &c.*

XXXVIII pag. ead. *b.* Ad Calvum Pacinum. Inc.

*Diligis interdum, faſtidis ſaepe ſodalem &c.*

XXXIX. pag. ead. In tonſorem, qui frigore periit. Inc.

*Villoſas hominum doctus praecidere barbas &c.*

XL. pag. 35. Ad potatorem quemdam. Inc.

*Nunc mihi, nunc tandem patuit cur inſula ponti &c.*

XLI. pag. ead. In Evam Ferrarienſem. Inc.

*Credideras, amens, te fallere poſſe maritum &c.*

XLII. pag. ead. In quemdam omnium avariſſimum. Inc.

*Quum tam clara Tito, maculis infectaque nullis &c.*

XLIII. pag. ead. *b.* In Lucilium paedicopem inſignem. Inc.

*Lucilii cineres hac ſunt tellure ſepulti &c.*

XLIV. pag. ead. Ad Barptolemaeum Balbum. Inc.

*Si quot amat nanus, futuat tot, Balbe, puellas &c.*

XLV. pag. ead. Ad Rufum. Inc.

*Wi geminum verſis inter ſe necte figuris &c.*

XLVI. pag. ead. In Lucilium paediconem turpiſſimum. Inc.

*Olfacimus viſa nuper, fetidumque relatu &c.*

XLVII. pag. 36. Ad Fabianum. Inc.

*Dum Nicodemus erat Varus, molliſque, tenerque &c.*

XLVIII.

XLVIII. pag. ead. In Lucilium maximum omnium paedicon:m. Inc.

*Lucilius pueros omnes ſectatur, & ardes &c.*

XLIX. pag. ead. *b.* In Paullum Cinoctum. Inc.

*Cum pathicis ſemper verſaris, Paulle, cynaedis &c.*

L. pag. ead. Ad Mariottum Poggibonitium. Inc.

*Miraris teneras c . . . . fregiſſe Gabinum &c.*

LI. pag. 37. Diſticha XII. videlicet I. In Paullum Luſcum. II. In leviſſimum quemdam. III. In maledicum. IV. In paediconem. V. In furem. VI. Ad Giraldum Giraldium. VII. Alluſio in nomen Mobilii. VIII. In Criſpum. IX. In Album. X. In Bonum. XI. In Poetam maledicum. XII. Ad Naldum.

Codex chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum titulis & initialibus rubricatis, prima vero Codicis littera inaurata, & ſtemmate poſſeſſoris. antiquitus num. 666. vel 999. (utroque enim modo legi poteſt) notatus. Conſtat foliis 37.

## ALEXANDRI BRACCII CARMINA.

Cod. XLI. I. pag. I. ALexandri Braccii Florentini Amorum Libellus ad Illuſtriſſimum Principem, Guidonem Feltrium, Vrbini Ducem, cum Praefatione ad eumdem, quae inc.

*Salve clara Ducis Federici atque inclyta ſalve,*
*Auſonias inter ſoboles celeberrima gentes*
*Feltria, cuius iam notum eſt ſuper aethera nomen.*
*At tua vix quamquam tria luſtra impleverit aetas,*
*Eſt tamen in teneris virtus maturior annis,*
*Deque tuo forti manat prudentia praecox*
*Pectore, & excelſas agitas res mente &c.*

Deſ.

*Et licet ipſa tibi longiſſima vita ſuperſit,*
*Sis tamen ut felix per tempora cuncta precamur.*

Tum ſequitur Libelli trepidatio ſubeuntis Principis aulam, verſibus elegis, quae, mutatis nominibus, eadem ferme eſt ac ea, quam recenſuimus in Codice ſuperiore ſub num. II. Haec autem ultimo diſticho eſt auctior, quod eſt huiuſmodi:

*Sed tandem fretus manſueti Principis aula,*
*Ecce licet pavidus regia tecta petit.*

Carmina autem, ſive Elegiae hoc ordine progrediuntur:

I. pag. 2. Praefatio in Librum, ut ibid. §. I. ſed heic uno diſticho eſt longior, quod ita ſe habet:

*Sed tamquam crudele nefas, peſtemque timendam*
*Effugiant laqueos, ſaeve Cupido, tuos.*

II. pag. ead. *b.* Libelli principium, in quo narrat amoris initium, & Floram eius puellam laudat. Ibid. §. III. ſub titulo diverſo.

III. pag. 4. Genus ſuum excuſat, amantis more ſe iactat, nobilitatem virtuti ineſſe dicit, hortatur, ac pollicetur plura. Ibid. §. IV.

IV. pag. 5. *b.* Ad Floram. Ibid. §. V.

V. pag. 7. *b.* Contemnit urbium cultores. Ibid. §. VI.

VI. pag. 9. Ad Floram excuſatio; rogat eam & hortatur ad amorem. Ibid. §. VII.

VII. Ad Floram. Inc.

*Cur miſerum formoſa fugis, cur temnis amantem?*

Deſ.

*Iam pia, iam precibus annue victa meis.*

VIII. pag. 12. Ad eamdem. Inc.

*Principio vidiſſe ſatis pia lumina Florae.*

Deſ.

*Intulit huic miſero dira puella necem.*

Ibid. §. X. ſed primis quinque diſtichis valde immutatis.

IX. pag. 14. Carmina Petrarchae in Latinum verſa. Ibid. § XI.

X. pag. ead. Conqueritur ſecum. Inc.

*Si video quae damna ſequor, quae peſtis adurat.*

Deſ.

*Arbitrioque adhibet frena proterva meo.*

XI. pag. ead. *b.* Floram ad amorem hortatur. Ibid. §. XII.

XII. pag. 16. Seipſum increpat. Inc.

*Ergone crudelem ſequeris, veſane, puellam.*

Deſ.

*Deſere, conceptas, i modo, pone faces.*

XIII. pag. 18. Ad amorem conqueritur. Ibid. § XIII.

XIV. pag. 19. *b.* Invehitur in ſomnium. Ibid. §. XIV. ultimus tamen verſus diverſus ita habet:

*Neve mori tandem cogar amore miſer.*

XV. pag. 20. *b.* Ad Floram gratulatio conſequuti deſiderii. Ibid. §. XV.

XVI. pag. 22. Flora loquitur. Inc.

*Me miſeram! quales torſerunt corda dolores.*

Deſ.

*Et te perpetua relligione colam.*

XVII. pag. 23. *b.* Reſponſum. Inc.

*Dum male me vexat febris, dum magnus adurit*
*Aeſtus, & in vitam vim parat ille meam.*

Deſ.

*Imponamque aris plurima tura tuis.*

XVIII. pag. 25. *b.* Flora loquitur. Inc.

*Ad te cogit amor querulas emittere voces.*

Deſ.

*Sicque mihi vitae finis acerbus erit.*

XIX.

Digitized by Google

xix. pag. 26. *b*. Reſponſum. Inc.

*Sancta ad vos clamo rutilantis Numina caeli*.

Deſ.

*Ac fugiam poenae triſtia damna meae*.

xx. pag. 28. Deplorat abſentiam ab amica. Inc.

*Non tulit exitium gravius qui vellera Colchis*.

Deſ.

*Extremumque mihi claudat amica diem*.

Notandum tamen hanc Elegiam fuiſſe litura expunctam, ita tamen, ut adhuc legi queat.

xxi. pag. 28. *b*. De amoris ſollicitudine. Ibid. §. xvi.

xxii. pag. 30. Ad Floram. Inc.

*Quam modo tam tumida incedas, faſtuque ſuperba*.

Deſ.

*Tempus, vindicta eſt nam tua, mitis amor*.

xxiii. pag. 31. Ad Floram. Inc.

*Aurea me torquent facies, oculique nitentes*.

Deſ.

*Quod vitae faciat tempora laeta meae*.

xxiv. pag. ead. Ad amorem. Inc.

*Quando diem haec claudes ſpes blanda inimica ſupremum*.

Deſ.

*Hae cito ſuccumbent, uſque manebit amor*.

xxv. pag. ead. *b*. Querela. Ibid. §. xix. ſub titulo: *Ad Nicolaum Michelozzum &c.*

xxvi. pag. 32. *b*. Similis querimonia. Ibid. §. xxi. ſub titulo diverſo, ſed heic item liturata eſt.

xxvii. pag. 33. *b*. Excuſat amoris ſui intemperantiam. Ibid. §. xxii.

xxviii. pag. 35. Ad Floram obiurgatio. Ibid. §. xx. ſed heic litura eſt expuncta.

xxix. pag. 37. Se ipſum increpat, & conſolatur. Ibid. §. xxiii. ſed heic litura ſublata eſt. Tum ſubiicitur: *Finis Amorum Libelli*.

II. pag. 38. Eiuſdem Liber ſecundus Epiſtolarum ad amicos, quarum hic ordo eſt:

i. Ad Petrum Soderinum. In dicto Cod. §. xxiv.

ii. pag. 39. Epiſtola in perſona Argentinae Maleſpinae ad Petrum Soderinum eius coniugem. Ibid. § xxv. ſed heic multo longior eſt, & deſinit:

*Hinc dolor, hinc aequus ſcribere iuſſit amor*.

iii. pag. 44. Ad Ginevram Benciam, puellam formoſiſſimam. Inc.

*Ille ſali numerare licet peritentes arenas*.

Deſ.

*Bencia, quae veſtrum nobile reddet opus*.

iv. pag. ead. Ad Cl. Equitem Venetum Bernardum Bembum. Inc.

*Bembe, tuum merito quis carpere poſſit amorem*.

Deſ.

*Invidiam, ac totus ferreus ille vir eſt*.

v. pag. 45. Ad eumdem. Inc.

*Mittimus has violas, digitis quas legit eburnis*.

Deſ.

*Delicias inter ſemper habenda tuas*.

vi. pag. ead. Ad eumdem.

*Bembe, decus Veneti clarum Bernarde Senatus,*
*Deliciae Patriae, ſplendor, honoſque tuae,*
*Gratia frontis ineſt, oris cui tanta ſereni,*
*Cui nitor eſt morum tantus amabilium,*
*Ingenium tantum, virtus quoque tanta gerendis*
*Rebus, & eloquii pondera tanta gravis,*
*Omnis ut obſervet te Florentina iuventus,*
*Sis Patribus charus, ſis in honore viris.*
*Ac tua ſublimis tota reſplendet in urbe*
*Fama, velut radians lucifer ante diem.*
*Dî tibi dent patriae felicis carbaſa portu*
*Colligere, ac patrios dent tetigiſſe lares;*
*Ac tibi dent longae felicia tempora vitae,*
*Et tibi dent annos vivere Neſtoreos;*
*Coniugis optatos amplexus, oſcula nati,*
*Et dextris dextras iungere poſſe manus.*
*Bencia te lacrymis Bembum comitetur euntem,*
*Arguat iuque ſuas Numina ſurda preces,*
*Atque moras captat longas, iter ardua tardent*
*Cuncta tuum, ſuperis ſupplicet illa Deis.*
*Diſceſſum adverſis ventis, gravibuſque procellis*
*Optet, ut impediant aſtra benigna tuum.*

vii pag. ead. *b*. Ad eumdem deſcriptio horti Laurentii Medicis. Inc.

*Ne me forte putes oblitum, Bembe, laboris*
*Propoſiti nuper cum Meliore mihi,*
*Decrevi Medicum quaecumque legantur in horto*
*Scribere, quod Melior non queat ille ſuus.*
*Prodeat in campum nunc, & ſe carmine tectet,*
*Namque mihi validas ſentiet eſſe manus;*
*Cumque viro forti, cum bellatore tremendo,*
*Milite cum ſtrenuo praelia ſaeva geret;*
*Victorque dabis vellus vel terga potenti,*
*Me vocitans clarum magnanimumque ducem,*
*Vel captiva meos augebit praeda triumphos,*
*Afferet & titulos Creſcia palma novos.*
*Nunc hortus qui ſit Medicum placido accipe vultu,*
*Perlege nunc iuſſu carmina facta tuo;*
*Villa ſuburbanis felix quem continet arvis,*
*Careggio notum cui bene nomen ineſt.*
*Non fuit hortorum celebris tam gloria quondam*

*He-*

Heſperidum, iactet fabula plura licet.
Regis & Alcinoi, fortiſque Semiramis horti
Penſilis, aut Cyrum quem coluiſſe ferunt,
Quam nunc eſt horti Laurentis gloria noſtri,
Inclyta fama, decus, nomina, cultus, honor.
Heic olea eſt pallens, Bellonae ſacra Minervae,
Et Veneri myrthus, aeſculus atque Iovi.
Heic tua frons eſt, qua ſeſe Thirintius heros
Cinxit honoratum, popule celſa, caput.
Eſt etiam platanus vaſtis ita conſita ramis,
Illius ut late protegat umbra ſolum.
Heic viridis ſemper laurus, gratiſſima Phoebo,
Qua meriti vates tempora docta tegunt.
Ante Mithridatis quam nondum Roma triumphum
Viderat, hoc ſurgit hebanus ampla loco.
Heic piper, & machir, gariophilon, aſſaron, ochi,
Mellifluens nardum, balſama, myrrha, lothon.
Intubus eſt etiam, therebinthus, caſia, cedron,
Heic & odoratus nobilis eſt calamus.
Tus quoque fers ſacrum ſuperis heic terra Sabaeum,
Fert cythiſum, clarum laudibus Antiochi.
Eſt abies, pinus, buxus, viridiſque cupreſſus,
Naſcitur heic quercus, robora, taeda, larix.
Eſt ſuber, eſt cerrus, fagus, quin carpinus, ilex,
Fraxinus, & quidquid ſilva, nemuſque ferunt.
Sunt ulmi, ſalices, dumi, fragileſque geniſtae,
Sambucuſque levis, ſanguineuſque frutex.
Cornus, lentiſcus, terrae quoque proxima fraga,
Praedulces ſiliquae, caſtaneaeque nuces.
Sunt & quae Romae dederat tua poma Lucullus,
Ceraſe, mora rubens, acida ſorba, iuglans,
Heic & Avellanae ſunt appia mala, pyrumque
Omnigenum, ficus, perſica, chryſomila.
Punica mala, & cotona, cidoneumque volemum,
Turbaque prunorum vix numeranda ſubit.
Vicia, panicumque, fabae, farrago, lupinum,
Piſa, cicer, milium, far, triticumque bonum,
Ervum, faſellus, lens, ſiſima, oriza, ſiligo,
Thiphae, ſimilago, ſunt aliae ſegetes;
Quin cucumis, melopepo, cucurbita longa, papaver,
Allia, caepa rubens, porraque cum raphanis,
Anguitum, coriander, eruca, nepeta, & aneſum,
Marrubium triſte eſt, aſparaguſque ſimul,
Serpillum, petroſelinum, amarathus, onyx,
Beta, cicoreum, braſſica, menta, ruta.
Quid dicam varias uvas, dulceſque liquores,
Qui mage ſunt ſuaves nectare, melle, ſapa?
Quid violas referam, celſeminos bene olentes,
Quid niveas memorem purpureaſque roſas?
Cur te, Bembe, moror? ſunt hoc plantata ſub horto,
Quidquid habent Veneti, Tuſcia quidquid habet;
Pomorum ſpecies hoc omnis frondet in horto,
Hortus & hic olerum fert genus omne virens.
Heic florum poteris cunctorum ſumere odores,
Heic ſi tu quaeras, omne legumen erit.
Haec nos pauca tibi de multis ſcripſimus, at quum
Plura voles, melius lumine cuncta leges;
Luſtrabiſque oculis excelſa palatia regum
Inſtar, & egregia quaeque notanda tuis.
Nam ſi cuncta velim perſtringere verſibus, o quam
Difficile, atque audax aggrederemur opus.

VIII. pag. 47. *b*. Ad Baptiſtam Ferrarienſem Theologum inſignem. Inc.

Arrige noſtra libens aures, mentemque tabella
Nunc acue, & monitis ſis modo prompta meis;
Haec mandata vigil memori mihi perfice mente,
Ut Domino ſemper fida vocere tuo.
Magnipotens urbs (1) eſt, Venetis contermina lymphis,
Divitiis pollens, fertilitate ſoli,
Quam Phaëtonteius nitidis interfluit undis,
Moenia lata ſecans, populiferque Padus.
Haec habet heroas plures, Dominoſque potentes,
Fulget & Herculei ſub ditione Ducis.
Qua ſua templa fovet, ſaxo conſtructa vetuſto,
Praeſidium fidei Paullus honorque ſacrae.
Haec Eremita colit, Carmelituſque ſacerdos,
Imponitque aris plurima tura ſuis.
Incolit haec noſter dulcis Baptiſta ſodalis,
Cul-

(1) Ideſt Ferraria.

Cultor amicitiae ſedulus uſque bonae,
Qui novit quaecumque velins myſteria Divûm,
Sint licet arcanis condita verba notis.
Ingenium velox partes ita flectit in omnes,
Vt nihil hunc lateat, quod bene noſſe velit.
Nunc mea dicta memor, vigilanſque capeſſe tabella,
Verbaque ſervatis imbibe noſtra locis.
Sed ne fallas iter longum te, neu male perdas
Inſcia quam nunc es tu petitura viam,
Accipe quo poſſis tutos perducere greſſus,
Et peronatos ponere docta pedes.
I celer, & Galli portam de nomine dictam
I, pete, collis adeſt proximus, illa via eſt.
Haud procul occurret mons Vgbius, indeque Petra
Paſſibus a mille nomen adepta ſuum.
Quum progreſſa parum fueris, tunc Pacta ſeſe
Porticus en oculis offeret ampla tuis.
Si foret inde ſitis nimium tibi forte moleſta,
Aucupis hanc poterit caupo levare tibi.
Hinc iter adripies per pinguia rura Mucelli,
Fertilis hic ager eſt, frugiferumque ſolum.
Illic plura licet videas cincta oppida muris,
Scarparia tamen ſola adeunda tibi eſt.
Hinc Homo pone ſequens eſt Mortuus, inde nivali
Vertice ſunt colles, qui iuga montis habent.
Hinc Florentiolae videas poſt moenia notae,
Heic lautas epulas ponere caupo ſolet.
Vlterius celſam quam tu proſpexeris arcem,
Hanc pete, Caprennus dicitur ille locus.
Poſt quem, cui lolium tribuit ſua nomina pagum
Repperies, Plana eſt hunc quoque villa prope.
Nec mora longa viae supereſt, quum videris urbis
Egregiae muros, ſplendida tecta, domos.
Illa viris meritos doctis largitur honores,
Ingenium cuivis excolit illa rude.
Quod modo reſtat iter, veſtigia mille docebunt,
Seque tibi paſſim praevia cuncta dabunt.
Herculeam poſtquam tandem perveneris urbem,
Ingredere optatas clam taciturna fores;
Et properans, ſit feſſa licet, latitanſque propinquam,
Et foribus iunctam tu cito poſce viam;
Per quam quum fueris paullum progreſſa, ſiniſtra
Flecte manu, Paulli limina ſancta ſubi.
Obvius at poſtquam dabitur Baptiſta roganti,
Haec illi noſtro nomine verba refer:
Te iubet incolumem, ſalvum te Braccius eſſe,
Atque diu memorem te rogat eſſe ſui.
Nec ſecus exoptat charum te viſere amicum,
Et tecum dextram iungere poſſe manum,
Quam Strophio genitus comitem cupiebat Oreſtem,
Diſtaret longa quum procul ille via.
Sed cito Numinibus compos ſua vota ſecundis
Explebit paullo poſt, quia me ſequitur.
Namque Fluentini Legati ſcribat ut acta,
Atque notaturus quaeque notanda venit,
Mittit ad illuſtrem quem nunc Florentia ſedem
Herculeam, radiis quae micat aucta novis.
Haec ubi rettuleris, nuſquam diſcedere tenta,
Nec viſendae urbis te premat ullus amor.
Heic quia Cenſores magni, vetereſque Catones
Verſantur, gravibus adficiuntque notis.
Heic viridi celebres redimiti tempora lauro
Sunt vates, digni poſteritate legi.
Quos inter Titus eſt [1] magnus, praeſtanſque poëta,
Vatum deliciae, Pieridumque decus,
Et ſoboles Baptiſta Guerinia, rhetor honeſtus
Emicat ingenio, fulget & eloquio.
Quin etiam Carbo longum memorandus in aevum
Hos inter clara ſplendet & ipſe face.
Suavibus hi docti numeris ſeu ludere vates,
Fortia ſeu grandi dicere bella pede.
Occultas igitur latebras pudibunda require,
Dum venio, ut mecum tuta redire queas.
Nam ſi forte horum quiſquam te cerneret, o quam
Ridiculum cunctis efficereris opus,
Ac fieres piperis notus, viliſque cucullus,
Ac tegeres thunni ſordida fruſta mali.

IX. pag. 49. Topographia Monaſterii Monſqueti ad Philippum Sacramorum. Inc.

Quicumque ille fuit Monſquetae conditor aedis,
Icareas pennas hunc habuiſſe puto.
Quo magis at facies horum tibi nota locorum
Eſſe queat, noſtris accipe carminibus &c.

Expuncta eſt, & forte mutila.

X. pag. 50. Ad Marſilium Ficinum, ut ſupra p. 778. §. XXVII. Heic ſubiicitur eiuſdem Marſilii Ficini Epiſtola Alexandro Braccio Muſarum ſacerdoti, quae inc. *Plato noſter in Dialogo, qui Ion inſcribitur.* Def. *& feliciter comitabitur echo. Vale.* Inter Ficini Epiſtolas Libro I. pag. 673.

XI. pag.

(1) Scilicet *Strozzius*.

xi. pag. 51. Ad Naldum Naldium. Ibid. §. xxviii. Et heic ſubiicitur reſponſio Naldi litura ſublata. Inc.

*Numen Apollineum, quod, Bracci educte, precaris.*

Deſ.

*Perſolves, donec vita ſuperſtes erit.*

xii. pag. ead. *b.* Ad Barptolemaeum Scalam. Inc.

*Dum tua de pomis, ac ſilvis carmina totus,*
*Intentuſque lego, ſingula quaeque notans,*
*Saepe mihi dubiam vertit ſententia mentem,*
*Aſcraei ne foret, ſive Maronis opus.*
*Neſcio quid melius poſſit, quid doctius illo*
*In genere, aut gravius, Scala diſerte, legi.*
*Priſcorum nulli cedes, nec ſenties ullum &c.*

Heic charta deeſſe videtur, eo quod in ſequenti pagina occurrat extrema pars Elegiae ad Iacobum Poggium, quam retulimus ſupra pag. 779. §. xxix.

xiii. pag. 52. Ad Calvum amicum abſentem. Ibid. §. xxxi.

xiv. pag. ead. *b.* Ad Lucam Ficinum diſtichon, quod ſequens eſt:

*Eſt tibi caeſaries ingens, corpuſque puſillum,*
*Sic ut ſis maior corpore caeſaries.*

xv. pag. ead. Ad Rever. D. Franciſcum de Soderinis Card. Florentinum in aſſumptione ſua. Inc.

*Gaudia quid faciant ingentia ſenſimus ipſi,*
*Experti nuper gaudia quid faciant.*
*Nam quum purpureo merito, Soderine, galero*
*Ornatus quod ſis nuntia fama refert,*
*Gaudia noſtra adeo tetigerunt corda repente*
*Inſolita, atque artus praeripuere meos,*
*Vt totum febris ſuccenderit impia corpus,*
*Qua potui acciuctam vix ſuperare necem.*

xvi. pag. 53. *b.* Ad Antonium Clementium Ode. Ibid. §. xxxii.

xvii. pag. 54. Ad Nicolaum Michelectium in Lucilium Carmen ridiculum, ut in dicto Codice inter Epigrammata §. xix.

xviii. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Ibid. inter Elegias §. xxx.

xix. pag. 55. Ad Guilielmum Becchum Epiſcopum Feſulanum Ode. Inc.

*Mercuri curvae cytharae parens, &*
*Pindari ſacrum modulate carmen,*
*Qui doces plectro reſonare lyram*
*Anacreontis.*

Deſ.

*Quid Deûm ſermo velit ille clauſis*
*Abditus verbis, ſacer ille novit*
*Dogmatum Paſtor bonus uſque cunctos*
*Solvere nodos.*
*Quid velint mores docet elegantes*
*Litteris ſacris ſimul & profanis*
*Praeditus, quem nec lateant diſerti*
*Verba magiſtri.*
*Siderum lapſus fugit, aut recurſus,*
*Hunc neque, haud ortus Hyadum cient quid,*
*Quam ferat magnas pluvias Orion*
*Vergiliaeque.*
*Qualibus certe meritis fatemur*
*Debitum ſacro capiti, remoto*
*Iamdiu pullo, croceum galerum*
*Purpureumque.*
*Sed quid extenſos titulos vagamur*
*Per ſuos, tamquam vacuum per orbem,*
*Vel per immenſi fragili Oceani*
*Aequora lembo?*
*Sit ſatis nobis voluiſſe tantum*
*Lesbiis dignum fidibus referre*
*Nomen, Alcaei meritum quod ornet*
*Muſa ſonori.*

*Finis Libelli Epiſtolarum ad Amicos.*

III. pag. 56. *b.* Eiuſdem Epigrammaton Libelius, quae ſunt:

i. Ad Barptolemaeum Scalam, ut in dicto Codice inter Epigr. §. iii.

ii. pag. 57. Ad Laur. Medicem. Ibid. §. i.

iii. pag. ead. Ad Barpt. Scalam. Ibid. §. ii.

iv. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc.

*Nonne pudet Scalam toties vexare podagra?*

Deſ.

*Edoceat, nodos quaenam diſſolvere poſſit*
*Vis medica, & morbos exſuperare tuos.*

v. pag. ead. In affectantem tyrannidem Epigramma, quod ita habet:

*Italiam Xiſtus Comiti dum ſubdere tentat,*
*Dumque illi imperium proditione parat,*
*Non pudet hanc flammis ferroque involvere totam,*
*Pacis amatorem quem decet eſſe pium.*
*Iuppiter ex alto eſt hanc ſed miſeratus Olympo,*
*Haud patrium paſſus ſic periiſſe ſolum.*
*Sedatis quoniam bellis, mitiſſima pacis*
*Foedera percuſſit, maxima dona Deûm;*
*Et ne per Xiſtum rurſus fera bella redirent,*
*Hunc miſere ſubita morte perire iubet.*
*Longaeva quare tuti nunc pace fruamur;*
*Auctorem belli ſuſtulit ira Iovis.*

vi. pag. 58. Ad Georgium Antonium Veſpuccium. Ibid. §. iv.

vii. pag. ead. Ad Gaſparem Maſſanum. Inc.

*Te, Maſſane, ſuis merito Florentia natis &c.*

Ibid. §. v. mutato *Benedicti* nomine in illud *Maſſani*.

viii. pag. ead. Ad Angelum Baſſum. Ibid. §. viii.

ix. pag. ead. Ad Vgolinum Verinum. Inc.

*Vgoline, mihi tantum dilecte ſodali &c.*

Ibid. §. XII. mutato *Calderini* nomine in *Vgolinum*.

x. pag. ead. *b*. In Pſittacum. Ibid. §. XIV.

XI. pag. ead. Ad Laurentium loquitur pardus. Ibid. §. XV. ſed heic ſunt priora duo tantum diſticha; reliqua deſiderantur ob unius folii amiſſionem in Codice.

XII. pag. 59. In Albieram Epigrammata quinque. Ibid. §. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII.

XIII. pag. ead. *b*. In Philippum Sacramorum renuentem munera. Ibid. §. XXIX.

XIV. pag. ead. In podagroſum maledicum. Ibid. §. XXX.

XV. pag. ead. In mutum pedentem. Ibid. §. XXXI. ſub titulo ad *Ioannem Berlingherium*.

XVI. pag. ead. In conquerentem ſe dormire non poſſe. Ibid. §. XXXIII. ubi differt primus, & ultimus verſus. Incipit enim:

*Saepe tuos quereris quod non ſopor occupat artus.*

Deſ.

*Haec una inſomnem te, puto, cauſſa facit.*

XVII. pag. 60. Petro Soderino. Ibid. §. XXXIV. ſed heic quoque ultimum diſtichon diverſum eſt, ita enim habet;

*Gloria Mobilii ſumma eſt, qui carmina condit*

*Sic obſcura, ut non ſolvere Apollo queat.*

XVIII. pag. ead. Ad Franciſcum Capellam. Ibid. §. XXXV. ultimus tamen verſus diverſus ita ſe habet:

*Nemo quidem poſthac debitor eſſe volet.*

XIX. pag. ead. Petro Cennino. Ibid. §. XXXVII.

XX. pag. ead. *b*. Ad Calvum Pacinum. Ibid. §. XXXVIII. Heic tamen uno diſticho eſt longius, & penultimum diverſum.

XXI. pag. ead. In tonſorem, qui frigore periit. Ibid. §. XXXIX.

XXII. pag. 61. In potatorem. Ibid. §. XL.

XXIII. pag. ead. In adulterum. Ibid. §. XLI. ſub titulo *Ad Evam Ferrarienſem*, & admodum diverſum.

XXIV. pag. ead. *b*. In avarum. Ibid. §. XLII. ſed item multum diverſum.

XXV. pag. 62. In Lucium paediconem. Ibid. §. XLIII.

XXVI. pag. ead. Ad Ph. Rhedditum. Inc.

*Si quot luſcus amat Nevius, Rheddite, puellas.*

Deſ.

*Quam iuvat, & pulcrum eſt, ſic potuiſſe mori.*

XXVII. pag. ead. *b*. Diſticha XIV. videlicet, I. In hominem leviſſimum. II. In maledicum. III. In paediconem ardentem puerum, cui nomen erat Deus. IV. Antonio Meliorocto. V. Alluſio in nomen Mobilii. VI. In paediconem. VII. In Albium. VIII. In Bonum. IX. In poëtam maledicum. X. Naldo Naldio. XI. Ciſterna. XII. Poplema. XIII. In Candidum. XIV. In paediconem.

XXVIII. pag. 63. *b*. In Gargilianum tetraſtichon. Inc.

*Aut ſcis & pateris, tacituſque id pectore gaudes &c.*

XXIX. pag. ead. In Albium amantem numeroſas puellas. Inc.

*Ardet tot miſer Albius puellas &c.*

XXX. pag. ead. In picturam. Inc.

*Vix ſibi tam ſimilis Petrus eſt Pugleſius ipſi,*

*Quam ſimilis vero eſt picta tabella Petro,*

*Expreſſit mira quem nobilis arte Philippus &c.*

XXXI. pag. ead. In eumdem. Inc.

*Tam veris ſimiles ſibi Philippus,*

*Et Petro ſimul aurea tabella &c.*

XXXII. p. ead. In ſedentem ſuper Epiſtolis Ciceronis. Inc.

*Excepit miſerum quae me ſors improba linguae,*

*Qui dicor Latiae maximus eſſe parens &c.*

XXXIII. p. ead. *b*. In ſubdolum & inconſtantem. Inc.

*Promittis, ſubitoque negas audacter, eodem*

*Tempore vis, non vis, & tibi nulla fides &c.*

XXXIV. p. ead. In Poëtam maledicum. Inc.

*Dum ſimilem ranis Naldum confingere doctum*

*Tendis, & hinc vatis nomen habere putas &c.*

XXXV. pag. 65. In eumdem. Inc.

*Quam male de ranis dum fingis, inepte, querelas,*

*In Naldum ſpargit quas tua Muſa bonum &c.*

XXXVI. pag. ead. Ad Petrum Cenninum. Inc.

*Caenarum cupidus nimium, Cennine, videri*

*Debueram merito ridiculuſque tibi &c.*

XXXVII. pag. ead. Petro Soderino. Inc.

*Vt ſpatium grati ſermonis longius adſit,*

*Liber & a curis longius eſſe queam &c.*

XXXVIII. pag. ead. *b*. Eidem. Inc.

*Ante aliquid fueram, quam nos arcana iuberent*

*Publica noſſe Patres; ſum modo, Petre, nihil.*

*Antea Cauſidici nam certum munus obibam,*

*Nunc dubius locus eſt, inſtabiliſque mihi.*

*Nullius atque rei commiſſa negotia certae*

*Procuro, incertum eſt ſed mihi ſervitium.*

*Sancta Magiſtratus nunc iuſſa capeſſere ſummi*

*Eſt opus, hinc nimium pendeo ſollicitus;*

Nunc-

Digitized by Google

*Nuncque Decem retinet ſuſpenſum cura Viratus,*
*Sic animus titubans inter utrumque iacet.*

XXXIX. pag. ead. In Nicomedem. Inc. *Dum Nicomedes erat tenera lanugine fertur &c.*

XL. pag. 66. Antonio Vallae. Inc. *Si te Valla dolis toties cepere ſodales &c.*

XLI. pag. ead. Antonio Sinibaldo. Inc. *Hiſtoricis & dat, medicis dat Liſa, poëtis &c.*

XLII. pag. ead. *b.* Diſticha duo, ſcilicet in Baſſam, & ad Meliorem Ponticum.

XLIII. p. ead. In Marianum deformem tetraſtichon. Inc.

*Ornatus quum ſis a vertice totus ad imos*
*Vſque pedes &c.*

XLIV. pag. ead. In ambitioſum. Inc.

*Hic, ſeptum dextra quem reſpicis atque ſiniſtra &c.*

XLV. pag. 67. Ad Paullum diſtichon.

XLVI. p. ead. Problema, ut in dicto Codice inter Epigr. ſupra pag. 784. §. XLV. ſub titulo *Ad Rufum*.

XLVII. pag. ead. In furem diſtichon.

XLVIII. pag. ead. *b.* Amoris ſervitium, Elegia. Inc.

*Eſſe quid hoc dicam, niſi ſit veſana cupido.*

Deſ.

*Solus amans neſcit rebus habere modum.*

XLIX. pag. 69. Flora loquitur, Elegia. Inc.

*Cogimur ecce iterum votis pia Numina caeli.*

Deſ.

*Atque dies feſtus hic mihi ſemper erit.*

L. pag. 70. *b.* Epigramma anepigraphum (1).

*Sextus Alexander quam ſit tibi charus in omni*
*Tempore, Virgo parens, protinus ipſa doces.*
*Ecce ruunt ſubitis Eurusque, Notuſque procellis,*
*Pontificemque parant perdere, Virgo, tuum.*
*Nam quatiunt ſummo de vertice tecta Palati,*
*Quo cadat in ſanctum dira ruina caput.*
*Protegit ex alto ſed eum tua dextera, praeſens*
*Atque tuo eſt illi Numine parta ſalus.*
*Sic ſervare ſoles cunctos diſcrimine ab omni,*
*Qui tua devoti ſacra verenda colunt.*

IV. pag. 71. Eiuſdem Alexandri Braccii Epiſtola Barptolemaeo Scalae. Inc. *Scio miraberis, & forte etiam moleſte feres, quod diſtulerim ad hanc uſque diem reſpondere tis litteris, quas ad me, una cum rhythmis a te editis in Camillam Saracinam, ſcripſiſti. = Quum igitur & epiſtolam tuam, & carmina legiſſem, adeo eleganter & proprie ſignificanterque ſcripſiſſe, quoad ingenii mei tenuitate perſpicere licuit viſus es, ut eo quamplurimis non verſificatoribus modo, ſed poëtis quoque non ignobilibus, & in primis Ioanni Antonio Saracino Equeſtris Ordinis, & Ioanni Gabrieli, qui multum carmine pollent, oſtenderim, ut eorum graviori iudicio confirmatus, liberius atque ſecurius, quid de illis ſentiam, poſſem tibi ſignificare. Viſi ſunt ergo hi rhythmi tui pulcri, varii, elegantes, figurati, proprii, & cum magna ubertime ingenii tui laude compoſiti.* Deſ. *Ego vero quae ad tuam aemulationem ſcribere tentarim, mitto ad te cum his litteris. Ea velim ſic legas, ut putes confecta a me non ad oſtentationem ingenii, quod mihi ſcio eſſe omnino imbecille atque obtuſum, neque litterarum, quarum fateor ingenue eſſe me penitus ignarum; ſed vere, ut cognoſceres te lyrae tuae ſuavitate dulcedineque etiam aſellum ex imimis Arcadiae pecuariis ad canendum excitaſſe, & anſerem feciſſe inter olores obſtrepere. Vale. Senis III. Kal. Decembris MCCCCXCI.* Sequuntur eiuſdem Carmina duo Italica in commiſerationem Camillae Saracinae oculis captae, quorum primum inc.

*Piangete donne belle, & con voi amore &c.*

Alterum inc.

*Ben puoi dolerti, Siena, del malfato &c.*

Quibus ſubiicitur Latina verſio, quae inc.

*Ponat Amor pharetram maeſtus, frangatque ſagittas,*
*Ac tenera plangat pectora nuda manu.*

Deſ.

*Lumina reſtituat donec formoſa Camillae,*
*Hanc, prius ut poterat, poſſe videre ſinat.*

V. pag. 73. *b.* Pſalmus, in quo filii imprecantur adverſus perſequentes patrem eorum, carceribus detentum, & tormentis affectum. Inc. *Audite gentes clamorem noſtrum, & miſeremini calamitatum noſtrarum &c.*

VI. pag. 75. Alexandri Braccii Epiſtola Franciſco Gaddio Iuriſconſulto, ac Secretario Florentino (2). Inc. *Gaudeo quod ita ſcripſerim ad Laurentium Medicem, Camillam Saracinam oculorum viſum amiſiſſe.* Deſ. *& perge ad me aliquando ſcribere, ut caepiſti. Rem enim, quae mihi abſenti gratior futura ſit, facere nullam potes. Senis pridie Nonas Decembris MCCCCXCI.* Memorat in hac Epiſtola Thaddaeum Medicum Matheliceuſem, qui curam Saracinae habebat.



(1) Expuncto alio, hoc ſupra additum eſt.

(2) Iacobus Gaddius in Libro, cui titulus: *Elogi ſtorici in verſi e in proſa. In Fiorenza per Amadore Maſſi* MDCXXXIX. 4. pag. 262. hunc eumdem indicat Codicem his verbis: *Aleſſandro Bracci ſcrittor non ignoto ſcriſſe a Franceſco una lettera ingegnoſa, & erudita, la qual con lettere di Bart. Scala, e di Niccolò Michelozzi è in un volume Ms. della libreria noſtra, in cui ſono varie poeſie del Bracci non diſprezzabili, e maſſime alcuni Epigrammi arguti. Vi ſono ancora non pochi verſi Toſcani &c.*

Digitized by Google

VII. pag. 76. Eiuſdem Epiſtola Nicolao Micheloɛtio, Inc. *Non eſt quod dubites, Nicolae frater, me poſthac conſuetam militiam ſequuturum. Emeritus iamdiu miles ſum, & arma ſuſpendi Martis in templo; nimium enim ſupraque nimium ſum in bello difficili atque periculoſo verſatus, & in quo mille ſubivi rerum diſcrimina.* Deſ. *quod reliquum eſt meminiſſe debes, quemadmodum in noſtram linguam converſimus Appiani Alexandrini Hiſtorias, quas ſcripſit ille de Bellis Romanorum Civilibus. Hoc Opus attuli mecum, ut mitterem ad Gentilem Virginium Vrſinum, cui illud dicavi, ſed quum toto hoc tempore domi abſuerit in Aſculano agro, bello occupatus, duxi quoad Brachianum redierit exſpeɛtandum; ſed quum neſciam, quando id futurum ſit, cupio id noſſe litteris tuis, ſi de illius reditu haberes quidquam compertum. Vale. Senis V. Idus Decembris MCCCCXCI.* Sequebantur fortaſſe aliae Epiſtolae, quum plures abſciſſae paginae obſerventur.

VIII. pag. 77. Eiuſdem Carmina Italica ſatis venuſta, quorum inter Italicos Scriptores recenſionem, Deo adnuente, dabimus.

Codex chartac. Ms. in fol. minori Saec. XV. autographus (1), partim Latinus, partim Italicus, in quo varia carmina deleta obſerves, antiquitus num. 410. deſignatus. Conſtat foliis 125.

## IOANNIS MARII PHILELPHI

*Oratio, & Carmina, quibus accedunt alia pauca Auſonii, Porcelli, Gregorii Tipheruii, & Venturini de Prioribus.*

*Cod. XLII.* I. pag. 1. IOannis Marii Philelphi (2) Artium, & Iuris utriuſque Doɛtoris, Equitis Aurati, & Poëtae laureati, ac Oratoris praeſtantiſſimi Oratio (3) de iis, quae in Magiſtratu requiruntur, habita apud Tribunos plebis, & Senatum Populumque Bononienſem, ubi de laudibus civitatis Bononiae ſatis multa. Inc. *Qui Demoſthenis Orationes, aut Ciceronis in dicendo vehementiam imitantur.* Definit in quatuordecim verſibus hexametris, quorum ultimus eſt:

*Eſſe tibi, patribuſque tuis, charumque iuventae.*

Tum ſubiiciuntur haec verba: *Habita Bononiae VI. Idus Septembr. MCCCCLXI. & pridie illius diei eſt edita quam raptim.*

II. pag. 9. Eiuſdem Carmina Latina, & Italica nimirum:

1. Epiſtola metrica illuſtri, & magnifico D. Thomae de Campofregoſo (4). Inc.

*Fabor, an obticeam, quod mens iubet, optime Thoma,*
*Inclyta lux Ligurum? Quicumque exire volenti*
*Menti claudit iter &c.*

Deſ.

*Te, fortuna, ſequar, ſi te nec fata, nec ipſum*
*Imperium terret ſuperûm, nec ſueva vetuſtus.*

II. pag. 13. Tetraſtichon anepigraphum, quod inc.

*Eſt tibi numen &c.*

III. pag. 14. Epiſtola metrica ad Trebanulum Aurelium. Inc.

*Fare age Romanae ſpes una, Trebanule, linguae.*

Deſ.

*Vnde tuos revocare pedes conabere fruſtra.*

IV. pag. 18. Satyra in Fortunam. Inc.

*Quem pateris, fortuna, ducem, quemve improba regem.*

Deſ.

*. . . . . . . . tam gloria dudum*
*Noſtra erit in terris; pereuntibus, ibit ad aſtra.*

V. pag. 21. *b.* Carmen anepigraphum, quod tamen eſt in Venerem. Inc.

*Dira Venus Cytherea viris, tremebunda necatrix*
*Regnorum &c.*

Deſ.

*Narciſique animum, Paridis quam vivere voto.*

VI. pag. 25. Carmen item ſine titulo, ſed eſt contra imprudentes, & audaces viros. Inc.

*Qui ratione nequit res vir cognoſſe ſalubres.*

Deſ.

*Verſus & ad fratres ſuadentes protinus iſſet.*

VII. pag. 28. Ad Magnificum Dominum Galeazium Marſcottum Elegia. Inc.

*Ante Ethos ardebit, Ciliciſque cacumina Tauri.*

Deſ.

*Sic licet abfueris, ſemper in ore meo es.*

VIII. pag. 29. *b.* Epitomatum Praefatio ad illuſtrem Sigiſmundum Malateſtam. Inc.

*Inventis mutata modis ceſſiſſe ſyringa*
*Dicitur, & primos canna tuliſſe ſonos.*

Deſ.

*Sacra Sigiſmundo memorabo & digna ſuperbo,*
*Debeo cui quidquid dent mihi fata boni*

*Tunc*

(1) Codicem autographum Poëmatum Alex. Braccii memorat Mazzuch. *Scrittori d' Italia* Vol. II. Part. IV. pag. 1945. ubi titulos poëmatum adfert, atque n. 410. Codicem eſſe deſignatum.

(2) Marius Philelphus ortum habuit a Franciſco Philelpho, qui primum hunc fruɛtum collegit ex nuptiis cum Theodora Ioannis Chryſolorae, equitis doɛtiſſimi ac ſplendidiſſimi filia. Annus, quo in lucem prodiit, ſimulque nomina, quae indita eidem fuere, indicantur in patris Epiſtola, Senis data v. Idus Oɛtobris anno MCCCCXXVII. ad Leonardum Iuſtinianum Lib. I. Epiſt. II. Eius Opera recenſet Cl. Saxius in Biblioth. Script. Med. Tom. I. pag CCLIX. ſeqq. ubi occaſionem indicat, qua in Trebanum Satyram conſcripſerit. Haec autem Poëmata videntur inedita.

(3) Hanc Orationem, & Carmina infra recenſenda indicavit Cl. Mehus in Vita Ambroſii pag. CCCLXXV. ſeqq. & pag. CCCLVI. Ex pagina autem Orationis 4. eruitur habitam fuiſſe ſub Pio II Pontifice.

(4) Fama, & Virtus in hoc Carmine interloquuntur de laudibus ipſius Thomae, eiuſque illuſtris familiae.

Digitized by Google

*Tunc ego te, quantus fueris ferroque, togaque,*
*Munificus quantum magnificuſque canam.*

IX. pag. 32. Carmina Tuſcanica ſuo loco recenſenda.

X. pag. 34. *b.* Epigramma ad Malateſtam. Inc.

*Solus eris, quacumque petam, terrave, marive.*

Deſ.

*Tu modo fac Marii ſis memor uſque tui.*

XI. pag. 35. Ad Marcheſium Vareſium Elegia. Inc.

*Significat vel cuncta novi lacrymaſque re . . . .* (1)

Deſ.

*Quidquid & es, noſtri ſis memor, atque vale.*

XII. pag. 36. *b.* Ad D. Pandulphum Contarinum Elegia. Inc.

*Fama refert, Pandulphe, tuam clariſſime natam.*

Deſ.

*Opto; tibi afficior quam magis ipſe patri.*

XIII. pag. 39. Praefatio in Opus Iſottidos ad Sigiſmundum Malateſtam, quem Martem appellat. Inc.

*Quum ſecuit Libycum ratibus mare Troius heros.*

Deſ.

*Defuit; eſt ſanctus perſpiciendus amor.*

III. pag. 42. Auſonii Poëtae vetuſtiſſimi Epigrammata quatuor, quae in edit. Pariſ. apud Iacobum Guerin Anno MDCCXXX. 4. ad uſum Sereniſs. Delphini ſunt ſub numeris LVIII. XLIV. III. & VI.

IV. pag. 43. Redeunt alia Marii Philelphi Carmina, ſcilicet:

I. Verſus ad Antonium Vinciguerram nobilem Venetum. Inc.

*Hadriaca quam tu miſiſti nuper ab urbe,*
*Lecta mihi atque iterum lecta tabella fuit.*
*Quo magis, Antoni, exſpectata Camoena Philelpho eſt,*
*Hoc Vinciguerrae grata Camoena magis.*
*Eloquii plena eſt, plena eſt gravitatis & artis,*
*Plena Meduſaei Theſpiadumque chori.*

Deſ.

*Retulit Aonio miſſa tabella ſono.*

II. pag. ead. *b.* Elegia ad eumdem, in qua contra Trabeſuntium quemdam invehitur. Inc.

*Scilicet ut Veneta fieret quod in urbe ab amicis.*

Deſ.

*Vreturque nefas flagitiumque ferox.*

III. pag. 43. *b.* Alia Elegia, ut videtur, in eumdem. Inc.

*Ille ſenex Veneta violavit in urbe puellam.*

Deſ.

*Verus amor cupio, par quoque flamma . . . .* (2)

IV. pag. 45. In Ginevram Florentinam Epigramma. Inc.

*Aut mihi diva tuus pateat, Ginevera, vultus &c.*

V. pag. 46. Porcelli Poëtae Mario Philelpho Poëtae Elegia. Inc.

*Gaudeo te optato ad charum rediiſſe parentem,*
*O decus, & linguae gloria magna tuae.*

Deſ.

*Porcelli vatis nomine dic, valeat.*

Tum ſequitur eiuſdem Carmen Italicum, vulgo *Sonetto*, ad Ducem Mediolani, cuius initium:

*Illuſtre Signor mio, da cui procede &c.*

VI. pag. 47. Alia Marii Philelphi Carmina, nimirum:

I. Epigramma tetraſtichon anepigraphum. Inc.

*Vita brevis, fallax fortuna, & neſcius error &c.*

II. pag. ead. In Ioannem Vitulum ἐπιτάφιος, qui ſequens eſt:

*Iuppiter omnipotens Vituli miſerere Ioannis,*
*Quem mors praeveniens non ſinit eſſe bovem.*

III. pag. ead. Ad Phyſicos tetraſtichon. Inc.

*Cum Cerere, & Baccho comes eſt Venus alma podagrae &c.*

IV. pag. ead. In haedum Imperialem diſtichon. Inc.

*Haedus in hac tumba eſt &c.*

V. pag. ead. In Porcellum diſtichon. Inc.

*Quid quereris porcum &c.*

VI. pag. ead. In eumdem aliud. Inc.

*Perge age, porce bipes &c.*

VII. pag. ead. In eumdem tetraſtichon. Inc.

*Pulvere ab hoc tegitur Porcellus &c.*

VIII. pag. ead. *b.* In Poggium bambalionem tetraſtichon. Inc.

*Si te forte latet, quis ſim qui claudor in urna &c.*

IX. pag. ead. In Baionum diſtichon. Inc.

*Flete lupanares &c.*

X. pag. ead. Ad Georgium Valagriſam Elegia. Inc.

*Legimus, & placuit tua lecta tabella, Georgi.*

Deſ.

*Vita tibi eſt qualis, talia verba ſonat.*

XI. pag. 48. *b.* Ad Vulpem Nicolaum Epigramma verſibus octo. Inc.

*Optavi, optato favit Deus &c.*

XII.

(1) Ob reciſam paginae oram ab imperito bibliopego, poſtremae litterae exciderunt.
(2) Heic quoque reciſa eſt exterior paginae ora.

Digitized by Google

xii. pag. 49. Ad Auriſpam Elegia. Inc.

*Quę magis atque magis tua perlego carmina, vates*
*Auriſpa, hoc miror carmina lecta magis,*
*Quam facilis verſus, quove eſt ſententia ſuco*
*Plena, quibus modulis diva Camoena nitet &c.*

Vltimus verſus legi non poteſt, reciſo margine. Tum pag. ead. *b.* occurrit Carmen Italicum valde obſcoenum.

xiii. pag. 50. Ad Caſtilianum Elegia. Inc.

*Digne puer vita modo ſis per ſaecla ſuperſtes &c.*

Deſ.

*Ingenium miror, Caſtaliane, tuum.*

xiv. pag. ead. *b.* Ἐπιτάφιος in Franciſcum Foſcarum nepotem quondam Ducis Foſcari verſibus octo. Inc.

*Miraris quicumque aurum, mundanaque poſſim &c.*

xv. pag. ead. In eumdem aliud octaſtichon. Inc.

*Foſcarus in teneris Franciſcus mortuus annis &c.*

xvi. pag. ead. Ad matrem eiuſdem item octaſtichon. Inc.

*Crude parens, genitum ſuprema pericula poſſum &c.*

xvii. pag. 51. In Angelam meretricem Elegia. Inc.

*Angela, quam ignorans centum ſaturaſſe priapos &c.*

xviii. pag. ead. *b.* Alia in domeſticos ſervos. Inc.

*Ex geminis ſervis quae ſunt mihi monſtra Philippa &c.*

xix. pag. 52. *b.* Varia Carmina Italica, de quibus ſuo loco verba faciemus.

xx. pag. 54. *b.* Ad Herculem Malineum Epigramma octaſtichon. Inc.

*Fruſtra humeris pharetram cingit, laterique trilicem &c.*

xxi. pag. ead. In Georgium Trabeſundam Epigramma, quod ſequens eſt:

*Graecule, Gnoſſiacae pars abiectiſſima faecis,*
*Dii tribuant annis praemia digna tuis.*
*Creta tibi patria eſt, mendax, laſciva, proterva,*
*Futilis, & temeto nil niſi plena mero.*
*Ergo venenoſi ſapiens mendacia partus*
*Vana legis petulans, vanaque vita tua eſt.*
*Hermogenem e Graeco faciens, Trabeſunda, Latinum,*
*Rhetoricem iactas conſtituiſſe novam.*
*Sed, nec diffiteor, nova ſunt exempla, novello*
*E cerebro, ingenio cretus es ipſe novo.*
*Virgilium interpres veluti rimaris Apollo,*
*Iudice te vates, hic niſi, nemo fuit;*
*Quin & Ariſtoteles sacrum eſt imitatus Homerum*
*Iudice te, o medica vena ſecanda manu!*
*Perreptans igitur terrarum circuis orbem,*
*Inventa eſt nuſquam vita quieta tibi.*
*Hadriaca quondam diſcedens urbe, relictus*
*Vndique, in Hadriaca moenia ſaepe redis.*
*Heic tibi poſt fractos annos, poſt Neſtoris aevum,*
*Vix cibus, & ventri vix datur eſca tuo.*
*Filius eſt laqueo rurſuſque iterumque vocatus,*
*Natae decrepito tres ſine dote tibi.*
*Vix aurae ſatis eſt, tuſſiſque, vomiſque, & anhelas,*
*Exta caces ſupereſt, viſcera Graeca caca.*

xxii. pag. 55. In Delphinum Venerium tetraſtichon, quod ita habet:

*Venerius Venetae Delphinus maximus urbis*
*Splendor in hoc parvo marmore tectus agit.*
*Hic terra, atque mari, belloque, togaque, domique,*
*Atque foris miro cultus honore fuis.*

xxiii. pag. ead *b.* Carmen Italicum ad Alexandrum Sphortiam.

VII. pag. 56. Domini Gregorii Tiphernii Carmina quaedam, quae ſunt:

i. Ad Virginem Hymnus, ſeu potius Elegia. Inc.

*Virgo decus caeli, Virgo, Sanctiſſima Virgo.*

Deſ.

*Foveris, ad cuius confugiemus opem.*

ii. pag. 57. *b.* Epitaphium in Camillum, & loquitur pater Camilli verſibus duodecim. Inc.

*Mors ſua ſit quamquam multis deſlenda, Camille &c.*

iii. pag. 58. Aliud dodecaſtichon in Iuliam. Inc.

*Iulia, quae longa fueras digniſſima vita &c.*

iv. pag. ead. In Regem Pannoniae tetraſtichon. Inc.

*Hic teneras lector lacrymas impende ſepulcro &c.*

VIII. pag. ead. *b.* Auſonii Poëtae tetraſticha iv. quae in ſupra citata editione ad uſum Delphini occurrunt ſub num. cxix. xviii. xlii. & xxiii.

IX. pag. 59. Carmen Elegiacum ſine titulo, ſed, ut ex ſubſcriptione patet, Venturini de Prioribus ad Philelphum. Inc.

*Attulit optatos tua dulcis epiſtola verſus,*
*Quos tibi compoſuit Palladis alma cohors &c.*

paullo inferius:

*Nam quoties video tua dulcia metra, Philelphe,*
*A nobis toties cura laborque fugit.*
*Et quoties mentem puerorum cura fatigat,*
*Diſplicet aut ferulae dura palaeſtra meae,*
*Ad tua me rapio confeſtim carmina, viſis*

Car-

*Carminibus, fugiunt taedia cuncta tui &c.*

& paucis interiectis :

*An quia nunc pueros Aquilina pauper in urbe*
*Verberibus quatio, forſitan iſta refers?*
*Vel quia tu noſtras incompti carminis odas*
*Videris, hoc fuerat ſpes tibi magna mei? &c.*

mox ſubiungit :

*Quod ſis Caroleas Orator miſſus ad aures*
*Vidimus, & placuit Carolus ipſe mihi ;*
*Quod ſit poſſe viri, quot ſint Caſtella ſub ipſo,*
*Effigiem Regis, miraque facta refers.*
*Quolibet ipſe die tres Miſſas audit, & inde*
*In ſigno ſanat guttura laeſa Crucis.*
*Inſignem probitate virum, mirabile factum,*
*Eſſe notat Regem relligione pari.*
*Sit Rex ipſe licet belli pacisque coruſcans*
*Artibus, & clarum nomen in orbe ferat;*
*At ventri Gallos pariter ſervire procaces*
*Scribis, & a Rege degenerare ſuo.*
*Si Latios igitur Gallus contemnit, & odit,*
*In promptu cauſſas ipſe videre potes.*
*Magnanimi, vigiles Itali ſunt, pectore fortes,*
*Illuſtrant Latios dogmata clara viros.*
*Enervant animos Gallorum femina, ludi,*
*Ocia, deliciae, Bacchus, & alma Ceres.*
*Nil habet egregium, nodoſa ſophiſmata praeter,*
*Palladis in ſtudio Gallia tota ſuo.*
*Quo magis admiror quae nunc dementia Gallos*
*Excitet in Latios bella movere viros.*

Deſ.

*Haec ſi vera manent, una cum carmine noſtro,*
*I procul a tanta, quaeſo, poëta lue.*

*Ex Saona MCCCCLVII. die XXVII. Aprilis.*
*Tuus ad votum M. Venturinus de Prioribus.*

X. pag. 64. *b.* Eiuſdem Ironia in Paullum Ramoinum Vneliae Vallis oriundum, qui vatum ſe profitetur eſſe principem. Inc.

*Tu mihi Caroleas, vates dulciſſime, ſordes*
*Cantaſti, Paulli ſuſcipe metra mei.*

Deſ.

*Videris artiſtam, carmina noſtra refer.*

Sub initium huius Elegiae in margine in quadam faſciola, quae XXI. verſuum ſpatium complectitur, legitur ſequens diſtichon:

*Perlege, Paulle, meum per verſus limina nomen;*
*Nomen & agnomen linea recta dabit.*

Primae enim praedictorum XXI. verſuum litterae auctoris nomen referunt, ſcilicet *Venturinus de Prioribus.*

XI pag. 65. *b.* Eiuſdem ad eumdem, quod nihil reſcribat. Inc.

*Quid mi Paulle ſiles? cur tantum ſcribere differs?*

Deſ.

*Si mihi vel minimum digneris ſcribere carmen.*

Heic quoque ſuperius diſtichon in margine repetitur, & quidem ultimis XXI. verſibus huiuſce Carminis reſpondens.

XII. pag. 67. *b.* Elegia ſine titulo, quae tamen eſt Marii Philelphi ad Franciſcum Sphortiam. Inc.

*Quando tuae geſtae res ſummis laudibus ornant*
*Italiam, & fama eſt aethere iuncta tua.*

Deſ.

*Ergo age, chare viris ſuperiſque, haec dona Philelphi*
*Parva Mari placido pectore, quaeſo, legas.*

XIII. pag. 70. *b.* Alia Elegia item ſine titulo, ſed forte eiuſdem, de laudibus Iuſtitiae. Inc.

*Heſperus ut ſplendet media inter ſidera, fulget*
*Iuſtitiae in mediis ſic quoque forma viris.*

Deſ.

*Tum quoque commutat nunc hoc, nunc mutat & illud;*
*Vt dat cura hominum, ſic ea praeſtat opem.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. varia manu, in quo aliqua etiam Italica continentur, cuius ultimae paginae membranaceae ſunt, antiquitus n. 984. deſignatus. Conſtat foliis 71.

## MALATESTAE ARIOSTI, MARRHASII SICVLI, MAPHAEI VEGII, IAC. PISAVRI, ANT. RAVDENSIS, IANI PANNONII, ET CALLIMACHI CARMINA.

I. pag. 1. MAlateſtae Arioſti pro Ioanne Romeo ſocero, & D. Alberto Pricato genero Epithalamium. Inc. *Cod. XLIII.*

*Vltima, Pierides, in carmina fundite vires*
*Noſtra, quibus canimus nobile coniugium.*
*Quique ſoles etiam, Leonelle, favere poëtis,*
*Da, precor, ingenio dicere cuncta pari.*
*Alter enim noſtro qui tempore ſurgis Apollo,*
*Si iubeas, doctae Palladis ore loquar.*
*Scilicet agreſtes modulabor arundine verſus,*
*Serventur laudi carmina magna tuae.*
*Eridani ad ripas Leonelli geſta movebo,*
*Frondoſis recubans ipſe ſub arboribus.*
*Illic prima ſuae referam monumenta iuventae,*
*In caſtris quanto milite fortis erat.*
*Vtque etiam hoſtiles acies perſaepe fugarit,*
*Et patriae acceptas auxerit urbis opes.*

*Quam*

Digitized by Google

*Quam bene ſucceſſor iuvenili in tempore patri*
*Rexeris, Italiae quidquid in orbe fuit.*
*Sic animos ſecurus ego ſolabor anhelos,*
*Veraque ſunt, dicat navita praeteriens.*
*Virgineos inter caetus mea fiſtula ſemper*
*Cantabit, noſtra non ſine laetitia.*
*Perge age, Muſa, loqui quid connubialia poſſint,*
*Nunc brevibus referens cuncta ſub eloquiis.*
*Dicam ego Pricatum genus, & laudanda Rumeum*
*Clara domus iungi qua ratione velint.*
*Mens erat antiquae perquirere nomina gentis;*
*Sit noſtros tantum connumerare ſatis,*
*In quibus Alberti poſſum numerare parentem,*
*Quum proavos multis laudibus exſuperes.*
*Hic genitor quanta Petrus virtute ſub alto*
*Rege fuit, noſtrae Principe ſeu patriae;*
*Cuius in imperio meritis pro grandibus ipſe*
*Aurum equiſis celebris munera digna tulit.*
*Non Mutinam antiquam, Regiumque, urbeſque ſilebo,*
*Retulit in patrias unde trophaea domos.*
*Plurima praeterea quae dicere cura fuiſſet*
*Ampla Romeorum gloria me vetuit.*
*Cuius honos veniens in tempora noſtra Ioannes*
*Eminet hos inter nobilis ecce viros.*
*Quantum animo valuit, tantum quoque viribus auſus*
*Sumere, & arbitrio ponere quaeque ſuo.*
*Num ſe felicem dicam, Ferraria, ſemper,*
*Dum tibi magnanimus Rex Leonellus erit?*
*Num tu etiam digne pariter venerabere, dum ſit*
*Talis & excelſa civis in urbe tua?*
*Nata igitur tanto virgo Catharina parente*
*Connubio Alberto iungitur apta pari.*
*Unde ſocer genero nymphae dato foedera palmis,*
*Ponere qui digitis aurea vincla paret.*

Deſ.

*Hactenus in numerum qui connubialia dixi,*
*Extremum dicam connubiale, vale.*

II. pag. 2. Alda puella, inſignis forma, genere, atque opibus praeſtans, adoleſcentis cuiuſpiam peregrini amore correpta, eiuſdemque precibus, atque obſecrationibus compulſa, parentes, ac patriam clam fugiens cum eo, deſerit, a quo non longe poſtea per vim conſtuprata, tandem crudeliſſime interficitur. Ea caſus ſuos miſerabili oratione enarrat, Elegia. Inc.

*Hac quicumque via tendis, ſtudioſe viator.*

Deſ.

*Oſſa remanſerunt noſtra inhumata feris.*

III. pag. 4 *b*. Horta Eſtenſis nympha illuſtrem Vrbinatem Ducem ferro peremptum, ſponſum ac coniugem ſuum deflet, eiuſque ſortem flebiliter miſeratur, Elegia. Inc.

*Ergone crudeli raptus mihi funere coniux.*

Deſ.

*Per ſuperos, iuro, tu mihi ſummus eris.*

IV. pag. 5. De Priapo, & moribus eius hexametri verſus xx. Inc.

*Tunc luſtrum optatum &c.*

V. pag. ead. *b*. Theleboi, rupta pace, ſub eorum rege Ptelera in Thebanos agros excurſionem fecere &c. Carmen heroicum. Inc.

*Thebanas quae cauſſa acies in praelia miſit.*

Deſ.

*Atque triumphali luſtratus tempora lauro.*

VI. pag. 8. Elegia ſine titulo. Inc.

*Fons Cyrrhae in medio vitreis argenteus undis*
*Labitur, hunc circum laurea ſilva tegit.*
*Hic locus Amphryſo ſacer eſt, ea flumina Muſis,*
*Unde ſacrum vates nomen habere volunt.*
*Huc tantum veniunt quos Delphicus afflat Apollo,*
*Quique colunt ſacras, Numina noſtra, Deas.*
*Heic ego te vidi virides intexere lauros,*
*Bellerophontaei ſumere fontis aquas.*
*Salve igitur Phoebi criniti dulcis alumne,*
*Salve iterum aetatis gloria ſola tuae.*
*In te ſpes & honos, & vatum gloria quanta eſt,*
*Muſaque in auxilio ſemiſepulta tuo.*
*Sunt mea biſſenos Epigrammata picta per annos,*
*In decus, & laudes ſcripſimus illa tuas.*
*Marchio, ſi noſtros ornabis honore Libellos,*
*Accedet titulis gloria magna tuis;*
*Nam mihi quum primum iubeas dare vela per altum,*
*Aragonis Reges, Caeſareoſque duces &c.*

& paullo infra ita de ſe poëta loquitur:

*Scripſimus armatas convexo umbone phalanges.*
*Amphitryonaei praelia ſaeva ducis.*
*Scripſit Aragonei Regis mea Muſa triumphum,*
*Perpetuo cuius nomine vivus ero.*
*Plurima & ingrato quae mallem incondita clero*
*Scripſimus & . . . . . . . . . . .*
*Nec taceo quantum praeſtet pietate, vel armis*
*Sphortia, duxque ducum, militiaeque decus.*

Non

*Non vetus huc miles, nec tiro in praelia venit,*

*Ingenium & vires haec lyra ſemper habet &c.*

Deſ.

*Et quoniam per te Romani gloria crevit*

*Nominis, aeternum munus ab urbe cape.*

*Tantum Roma ſuo laeta eſt auctore, quietis*

*Numinibus quantum Delphica terra ſuis.*

VII. pag. 10. In puellam formoſiſſimam, cuius amore captus eſt Gallus quidam adoleſcens, Elegia. Inc.

*Pulcrior Hermionem formoſam Gallus amabat &c.*

VIII. pag. ead. *b.* Elegia ſine titulo. Inc.

*Terruit armorum ſonitus mea pectora, quando.*

Deſ.

*Vince, ſolent fortes vincere fata viri.*

IX. pag. 11. Porcelli Epigrammata duo, nimirum:

I. Dodecaſtichon Ioanni Tuſcanellae Oratori, & Vati clariſſimo, ut in Codice L. Plutei XXXIV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 170. §. VII. num. I.

II. pag. ead. Aliud ad Bacchum octaſtichum, Ibid. num. II.

X. pag. ead. *b.* Tetraſtichon heroicum anepigraphum, ſed eſt in Catulli laudem. Inc.

*Quantum Romulidae ſanctum videre Catonem &c.*

XI. pag. ead. Marrhaſii Sicilienſis Carmina, ſcilicet:

I. Ad Leonardum Arretinum virum eloquentiſſimum Elegia. Ibid. pag. 169. §. VI. num. I.

II. pag. 12. *b.* Ad divam Angelinam Epigramma dodecaſtichon. Ibid. num. II.

III. pag. ead. *b.* Ad eamdem Elegia. Ibid. num. III.

XII. pag. 13. Maphaei (Vegii) Carmina, nimirum:

I. Epiſtola ad Marrhaſium Sicilienſem, ſeu Epigramma decaſtichon. Ibid. num. IV.

II. pag. ead. Ad eumdem ſub perſona Angelinae puellae formoſiſſimae Elegia. Ibid. num. V.

XIII. pag. 15. Marrhaſii alia Carmina:

I. Reſponſio ad Maphaeum Vegium, Elegia. Ibid. num. VI.

II. pag. 16. Ad divam Angelinam Elegia. Ibid. num. VII.

III. pag. ead. Ad eamdem alia. Ibid. num. VIII.

IV. pag. 17. Ad eamdem alia. Ibid. num. IX.

XIV. pag. ead. *b.* Leonardi Arretini Epiſtola proſaica Marrhaſio Siculo. Ibid. n. XI.

XV. pag. 19. Marrhaſii Siculi alia Carmina:

I. Ad Leonardum Arretinum Elegia de laudibus Fontis Gai. Ibid. pag. 170. n. XII.

II. pag. 20. Ad Ioannem Pratenſem Elegia. Ibid. num. XIII.

III. pag. ead. *b.* Ad Thomam Picolinum (1) Elegia. Ibid. num. XIV.

IV. pag. 21. *b.* Ad Leonardum Arretinum Elegia. Ibid. num. XV.

XVI. pag. 22. Antonii Panormitae Epigrammata:

I. De Angelina octaſtichon. Ibid. num. XVI.

II. pag. ead. Aliud anepigraphum, quemadmodum etiam alia tria, quae ſubſequuntur (2). Inc.

*Margara, ſi quis erit merito tibi dignus amari &c.*

III. pag. ead. Aliud. Inc.

*Eſſet apud Latias formoſior una puellas &c.*

IV. pag. ead. *b.* Aliud. Inc.

*Poſtquam limato recepiſti ſpicula ferro &c.*

V. pag. ead. Aliud. Inc.

*Si maiore opera claros celebreſque poëtas &c.*

XVII. pag. 23. Iacobi Piſauri Elegia ad Paullam Florentinam puellam formoſiſſimam. Inc.

*Ante ego Cirrhaeo componere carmina cantu.*

Deſ.

*Certior eſſe tui littera monſtret iter.*

Ibid. pag. 171. §. IX. ubi multo brevior, ſcriptore valde pertaeſo, ut ex monito ſubiecto adparet.

XVIII. pag. 25. Invectiva edita a Sacrae Theologiae Doctore Magiſtro Antonio Rhaudenſe (3) in Hermaphroditum poëtam laſcivum. Ibid. §. X.

XIX. pag. 26. Porcelli Epigrammata:

I. Anepigraphum. Ibid. pag. 170. §. VII. num. III.

II. pag. ead. Ad puerum formoſum, & praeſtanti ingenio praeditum diſtichon. Ibid. num. IV.

III. pag. ead. *b.* Aliud. Ibid. num. V.

IV. pag. ead. Convocatio ſociorum ad ſolemnia peragenda, maiorum ritu, verſibus quatuor hexametris. Ibid. num. VI.

V. pag. ead. In indoctum arrogantiſſimum diſtichon. Ibid. num. VII.

VI. pag. ead. Ad Auriſpam Siculum Oratorem & Vatem clar. Epigramma. Ibid. pag. 171. num. VIII.

VII. pag. ead. Ad Cynthium Romanum Vatem & Oratorem clariſs. Epigramma. Ibid. num. IX.



(1) Ita etiam legendum in dicto Codice L. pro *Thomaſium Piccolomineum*.

(2) Haec quatuor Epigrammata Panormitae, fortaſſe illa ſunt, quae Petrus Crinitus, exſcriptor dicti Codicis L. peſſima appellavit in ſuo monito poſt primum Epigramma adiecto, ac propterea exſcribere omiſit.

(3) In Codice Mediceo perperam edidimus *Paridenſi*. De Antonio Rhaudenſe, & de eius Operibus adi Philippi Argelati Biblioth. Script. Mediol. Tomo II. pag. 1213. ubi memoratur Epiſtola Antonii Panormitae Antonio Rhaudenſi in defenſionem Operis ſui, cui titulus *Hermaphroditus*.

XX. pag. 27. Epiſtola proſaica ſine titulo, ſed eſt Cinthii Romani ad Porcellum. Ibid. num. x.

XXI. pag. ead. Satyra cum Prologo duplici ad Rever. in Chriſto Patrem Dominum Card. Sancti Angeli per Porcellum vatem. Ibid. num. xi.

XXII. pag. 31. Elegia ſine titulo, forte eiuſdem. Inc.

*Siccine me prodis, me perfide ſiccine prodis.*

Deſ.

*Abſceſſit demum, & ſola relicta fui.*

Ibid. pag. 171. §. VIII. ubi tamen imperfecta eſt.

XXIII. pag. 33. *b.* Carmina anepigrapha quinque, ſed ſunt in Priapum. Incipiunt

I. *Hortorum, rogo, Priape cuſtos &c.*

II. *Quod mea tam pateas miraris &c.*

III. *Aſt me genuit Deus meorum &c.*

IV. *Hinc igitur procul eſto puer, procul eſto puella &c.*

V. *Poſcamus viridis precor puella &c.*

XXIV. pag. 34. *b.* Carmen heroicum ſine titulo. Inc.

*Carminibus Philomena ſuis nunc aethera replet.*

Deſ.

*Ite precor pueri, pariter vos ite puellae* (1).

XXV. pag. 35. Iani Pannonii Carmina,

I. Naiadum Italicarum Principi divae Feroniae Elegia, quam cecinit in reditu ex Vrbe Nonis Iuniis MCCCCLVIII. Ibid. pag. 166. §. III. num. I.

II. pag. 36. Laus Andreae Mantegnae pictoris Patavini Elegia. Ibid. num. II.

III. pag. ead. *b.* Blaſio militanti Ianus febricitans, Elegia. Ibid. num. III.

IV. pag. 37. *b.* De ſtella aeſtivo meridie viſa, Elegia. Ibid. num. IV.

V. pag. 38. De apro & cervo, Elegia, Ibid. num. V.

VI. pag. 39. Threnos de morte Barbarae matris. Elegia. Ibid. pag. 167. num. VI.

VII. pag. 42. Invehitur in Lunam, quod interlunio matrem amiſit, Elegia. Ibid. num. VII.

VIII. pag. 45. Mathias Rex Antonio Conſtantio Poëtae Italo, Elegia. Ibid. num. VIII.

IX. pag. 48. De ſe aegrotante in caſtris Elegia. Ibid. num. IX.

X. pag. 50. Conqueſtio de aegrotationibus ſuis, Elegia. Ibid. num. X.

XI. pag. 51. Ad ſomnum Elegia. Ibid. num. XI.

XII. pag. 53. Ad animam ſuam Elegia. Ibid. num. XII.

XXVI. pag. 54. Callimachi Poëtae clariſſimi Carmina ſatis multa, ac multiplicis metri, nimirum:

I. Ad Fanniam Sventhocam Elegia. Ibid. pag. 172. §. XI. num. I.

II. p. 55. Elegia ad Baſſum. Ibid. n. II.

III. pag. 56. *b.* Ad Fanniam Ode, Ibid. num. III. ubi pro verſu

*Famılla rupis fama Tyburticae,*

legendum

*Fannilla rupis fama Bobritiae.*

IV. pag. 57. Ad Glaucum Enetum Elegia. Ibid. num. IV.

V. pag. 58. In coronam ſibi per Fanniam datam Elegia. Inc.

*Ite procul lauri, celebres ornate triumphos.*

Deſ.

*Flore meas cingat Fannia ſaepe comas.*

Ibid. num. V. ſed non integra.

VI. pag. 59. *b.* Ad ſomnum Elegia. Inc.

*Iamdudum fruſtra periit pars prima quietis.*

Deſ.

*Somne papavereis texta corona roſis.*

VII. pag. 60. *b.* Ad mortem pro Fannia aegrota Elegia. Inc.

*Vltima Parcarum noſtrae miſerere puellae.*

Deſ.

*Seu comes in morte, ſive ſuperſtes eris.*

VIII. pag. 63. Ad Catullum Phaleucium. Inc.

*Luſca eſt Fanniolae, Catulle, mater &c.*

IX. pag. ead. In eum, qui nive concreta collum Fanniae percuſſerat, Epigramma. Inc.

*Illa manus chari faciem violare parentis &c.*

X. pag. ead. *b.* In nivem eamdem Epigramma. Inc.

*In terris ne victa ſuo candore iaceret &c.*

XI. pag. ead. Ad Hyacinthum Laurentem Phaleucium. Inc.

*Dii qualem modo luſitans papillam &c.*

XII. pag. 64. Aliud de paſſere Fanniae. Inc.

*Quod fletus moriens Catullianus &c.*

XIII. pag. ead. *b.* Ad Glaucum Enetum Elegia. Inc.

*Non exſpectato nuper quum tempore limen.*

Deſ.

*Vel tua quae circum ſaxa, Malea, fluit.*

XIV. pag. 65. Ad Fanniam Elegia. Inc.

*Quid mihi ſi pacti potuiſti foederis horam.*

Deſ.

*Quam per me iratos ſit habitura Deos.*

XV. pag. 67. Ad eamdem Carmen, quod ita habet (2):

*Scire meos caſus, populos, genteſque requiris,*
*Et loca quae vidi fatis agitatus iniquis,*
*Quae memorare animus pavet, & meminiſſe refugis,*

*Le-*

(1) Heic notatur *deficit*, ſpatio ad ſupplendum relicto.

(2) Hoc Carmen, quod utpote varios Callimachi errores, & caſus continens, integrum proferimus, mirum, quot, exſcriptoris vitio, ſcateat mendis; quorum nonnullis medicam, uti potuimus, manum adhibere conati ſumus; alia vero, quae ne divinando quidem adſequi licuit, ita prorſus, uti iacent in Codice, exhibere debuimus.

*Lethaeoſque amnes totos hauſiſſe libenter*
*Vellet, ut indigni ceſſiſſent mente dolores,*
*Immeritaeque fugae memorem deponere curam*
*Poſſet, & ingenio toto, mea Fannia, famae*
*Inſervire tuae; ſed ſi te tanta cupido*
*Vrget, ut inviſos memorem ſub mente labores,*
*Accipe, qua ſerie meus huc me duxerit error.*
*Tertia iam rediit, decuſſaque montibus umbra eſt,*
*Et quater in campis ſulcos renovavit avarus*
*Agricola, & gravidos numeroſa meſſe maniplos*
*Suſtulit, adverſis poſtquam Lavina reliqui*
*Littora ſideribus, veteri parvoque phaſelo*
*Auſus adoratis pelagi cum Numine Nymphis*
*Tyrrhenum ſulcare ſalum, Circeiaque circum*
*Saxa, ſepulcrales gemitus audire ferarum,*
*Truncorumque, aviumque ſimul, quas illa nefando*
*Gramine ab humanis iuſſit migrare figuris*
*In varias formas; nec mi carioſa puſillae*
*Rimarum compago ratis, puppiſque fatiſcens*
*Fida minus viſa eſt, quam nomina ſancta per orbem,*
*Tarpeiae turres, patuli & munimen aſyli.*
*Illinc, auguſtae quum iam mihi moenia Romae*
*Interdicta forent, quum iam loca cuncta putarem*
*Italia mihi fida magis, primordia longi*
*Erroris caepere mei; tum nomen habentes*
*Deveni Pelopis terras, ſi forte cubile*
*Herculei monſtri, Nemeae mihi ſilva pateret,*
*Nonacriumve nemus, riguive aeſtiva Lycei,*
*Aut Lernaea palus, cinereſve novemplicis Hydrae.*
*Nec minus acceſſi ſcopuloſae ſaxa Maleae,*
*Taenarus exiguis ubi collibus imminet antro,*
*Vnde iter ad Stygios, & lurida concava Ditis.*
*Eumenidum heic voces, & ſibila dira comarum,*
*Tergeminique Canis ieiunos viſus hiatus*
*Audire, & ſontum gemitus, miſeraſque querelas,*
*Frigidus attonito totus ſudore, putavi*
*Tutius exiguae ſurſus me credere cymbae,*
*Ionioque mari, quam ſi loca vivus adirem*
*Functorum, datur ad ſuperas unde exitus auras*
*Ratus; & a laeva item iam Cytherea relicta,*
*Ante oculoſque Calum ſtabat, calamiſque Cydonum*
*Terra ferax, unde in pugnas venere ſagittae.*
*Nec mora, me Candos Dictaeo proxima monti*
*Excipit exiguis, operoſoque aggere tutis*
*Veſtibulis, haud tam procul a quo cornua Taurus*
*Exuit aethereus, regem confeſſus Olympi,*
*Sidonium remiſit* (ſic) *onus, quod nomina ſecto*
*Impoſuit mundo; ſed nec mihi cuna Tonantis*
*Ida repercuſſo famuloſa ululatibus aere*
*Libera ab inſidiis viſa eſt, nec ſaxa ſepulcri*
*Illius, & paucis oſſa adſpicienda piorum;*
*Nam laberynthaeus nullis remeabilis error,*
*Gortyniique Ducis profugum compago recepit.*
*Ergo iterum cymba, quae vix ſtagnantibus undis*
*Par erat, & zephyris patiens annare quietis,*
*Carpathium ſuperare Pharon, hiemeſque ſonantes*
*Niliaci, Syriique freti, proramque Canopi*
*Ad vada convolvo, Cretamque a puppe relinquo.*
*Et iam Phariacus lapis, & Mareotica Coptos*
*Stabat in adſpectu, iam mollis flumina Nili*
*Cernere eras, ſubitis madidus quum nubibus Auſter*
*Incubuit prorae, lintremque ad littora Cypri*
*Vertit, arenoſas prohibens Ammonis ad aras*
*Confugere, & precibus latebras mihi quaerere ſacris.*
*Iamque Palaepaphio figebam littore prona*
*Oſcula, & auratae Veneris veſtigia pulcra*
*Laetus adorabam, & ſcopulos ſpectare placebat,*
*Quos Dea ſignatos pedibus manibuſque reliquit,*
*Quum prius humenti ſpumas egreſſa marinas*
*Corpore, tam ſancto dignata eſt numine terras.*
*Ecce ruinoſis vox exaudita ſacellis*
*Me ſubit, atque aliam iuſſit conquirere ſedem.*
*Inde ego Pamphylii ſulcans extrema profundi,*
*Adſpicio dextra Tauri duo cornua montis,*
*A quibus immanis diſtenditur umbra recenti*
*Sole ſuper fluctus, quae monſtra natantia terret,*
*Nereidumque choros, donec ſol altior illas*
*Contrahit, aut undas ſubiens in terga recurvat.*
*A facie tumulus Myttous, & ardua ſaxa,*

Incultumque iugum Cariae, Cyaeque ſupinum
Littus, & irriguae celeberrima murmura lymphae,
Quae Samiae delubra rigat Iunonis, & ambit.
Dextra Rhodos erat, poſt tergum laeva Megiſta,
A prora Cycladum ſtabat regina natatrix
Ortygia ante ortum Phoebi, niveaeque ſororis,
Nunc imis adnexa vadis, venerandaque longe
Templa ruinarum monſtrabat mole, futuri
Queis fueras quondam dubiis per compita rebus
Indubitata fides; paullatim laeva ſubibat
Naxos, & Othryſiis nivibus Marpeſia cautes
Aemula, quum caepi procul inſpectare Phanaei
Pampineos colles, vixque haec in verba reſolvi
Triſtitiam: Erratum multum quaeſita per aequor
Inſula Lemniadum, fugienti dira furoris
Tuta Thoanteae ſi quondam littora prorae
Iunxiſti, & latebras profugo ſedemque dediſti,
Aut Ariadneae ſi iurgia digna querelae,
Percita ſenſiſti pietate, & perfida Theſei
Foedera penſaſti multo meliore marito,
Excipe me, latebraſque fugae, requiemque merenti —
Da mihi, & in portum veniam concede ſecundum
Sideris auſpicio; tandem maria omnia circum
Sit ſatis errorum, ſaltem mihi buſta fatiſcant
Maeonii vatis, magnique ad ſaxa ſepulcri
Des canere, aetherei cinere adſpirante magiſtri.
Attigeram littus, & arenae afferre petitae
Vix bene deſieram trepidanti baſia labro,
In mea quum rurſus commenta eſt fabula damna,
Praecipitorque iterum in pelagus, Phrygiaeque minoris
Advolvor ſcopulis, Phocaeaque littora circum
Praetereo; a laeva muliebri ornata poëſi
Lesbos erat, quorum Sigaei culmina montis
Nubila tangebant, Tenedos iam terga ſubibat
Irrequieta vadis; iam Pontum, ubi cornua Phryxus
Aurea complexus geminato pollice, charam
Deſtituit comitem, tranabam, & dextra carinae
Scamandri reſonabat aquam venientis ad Hellem,
Et Simoenteas agitabant aequora nymphas.
Non tenui gemitus proprias oblitus erumnas (ſic),
Humor ab Idaeo toties renatatus ephebo
Ut fuit ante oculos, Seſtaeque ad tecta puellae
Converſus dixi; Quacumque Leander arena
Integeris miſerande nimis, tibi tempora vitae
Fata meae melius ſervaſſent, meque iuventa
Iuſſiſſent melius miſerum deponere pondus!
Occidis infelix, nimium dum vita placebat.
Et tepefacta tuis toties ardoribus unda
Suſtinuit charae clamantia nomina nymphae
Obruere ora tibi, nunc nunc inſtare procellis
Omnibus, & tota vertigine debuit, ut me
Solveret invito Parcarum ſtamine vita,
Errandique modum faceret mihi ſede perenni.
Talia dicenti Cyanes concurrere dictae
Apparent, patuitque mihi Byzantia tellus.
Illic dura mei paullum quum ſideris ira
Caepiſſet ſaevire minus, vacuata repleri
Adſpexi novies candentis cornua Lunae.
Tum Cyclopum fines, Driopeaque linquere rura,
Iſmariumque iugum, nebuliſque carentis Anauri
Littora, & Amphryſi fecunda liquoribus arva
Inſtitui, & gelido gentes ſpectare ſub axe
Algentes, Boreaeque domum, glacieſque Riphaeas,
Sic iter. Inachiis ripis poſt terga relictis,
Ad iuga Biſtonii converti protinus Haemi.
Et iam Strymonias undas ſilviſque comantem
Transieram Rhodopem, quum Ponti littora cernens
Sic mecum tacite caepi renovare querelas:
Ecce iterum tellus toties optata per undas
Deſtituenda mihi, fragili & credenda carinae
Eſt iam (ſic), & quidquid vitae mihi fata relinquunt.
Quae regio mihi fida patet, quis angulus orbis
Accipiet? quo finis erit, requieſque viarum,
Immeritaeque fugae? qua tandem ſiſtere terra
Fata iubent? veteres ne uſquam memorare labores
Dulce erit, an ſemper populos genteſque vagari
Cogar ad ignotas, nullaque quieſcere in urbe
Fas erit, atque hominum ſortes, rerumque recurſus
Exemplo monſtrare meo, totumque tenere
Vulgus in auriculas ſtupidum narrantis ab ore?

Tum

*Tum gemino in Pontum converſus lumine pergo;*
*Aequor Amazoniis multum memorabile pellis,*
*Divitiisque cutis auratum vellus habentis,*
*Et rate ſemidéûm remis & viribus acta;*
*Tum pueri Herculei raptu, fratriſque refecto*
*Corpore Medeae manibus, domitiſque iuvencis*
*Flammivomis, campoque Dei bellantis arato;*
*Sit mihi fas avibus dextris a littore navem*
*Solvere, & antennas velis implere bicornes,*
*Ac undas ſulcare tuas, facilique volatu*
*Cernere Danubii ſeptemplicis oſtia laetis*
*Luminibus, tauroſque truces, quos ſubmovet Iſthmos*
*Margine Sarmatico, Bitiſque impervia cingit,*
*Quo pigra Maeotis Pontum, Tanaimque receptat.*
*Haec ego dum memoro Peucem, Boreamque relinquo*
*A tergo, ſubiique Noto, curſuque ſecundo*
*Oſtia, queis nomen limoſa Triagola fecit;*
*Inde huc advectus, quo quum ſpes certa ſalutis*
*Eſſes, & optatam monſtrarent fata quietem,*
*Omnibus exactis graviora pericula multum*
*Suſtinui, doluique maris, terraeque procellas,*
*Quas ego diverſo prius exagitatus in orbe*
*Pertuleram, nequiiſſe meis imponere finem*
*Caſibus, incuſans tetricarum fila ſororum,*
*Quod poſſent longa ſerie durare malorum;*
*Tantaque ſaepe mihi venerunt taedia vitae,*
*Vt liceat matris cineres iurare ſepultos,*
*Viventiſque patris certam fratrumque ſalutem,*
*Me crebro voluiſſe mori, capuloque paratam*
*Admoviſſe manum, petiturus pectora ferro,*
*Et faſtidito ſic diſceſſurus ab orbe.*
*Sed fortem miſerata meam ſeriemque laborum*
*Sive Deûm pietas, volucrum ſeu Mater amorum*
*Ad patriam, mea vita, tuam veſtigia tandem*
*Errabunda tulit, meque heic conſiſtere iuſſit.*
*Quo poſtquam tua forma mihi probitaſque fideſque*
*Cognita, Dîs ſuperis intentans brachia, grates*
*Laetus ago, & mecum tacitus meo, protinus inquam.*
*Haec tellus natalis erit, funuſque quieſcet*
*Sarmatica ſub rupe meum, quum flamina franget*
*De tribus una ſoror, numeroſque impleverit aetas;*
*Et gaudere mihi tacito ſub pectore caepi,*
*Te propter, mutaſſe patrem, charaſque ſorores,*
*Et fratres, patriamque ſimul, celebreſque ſodales,*
*Et quidquid Latii cupiendum claudit utrumque*
*Littus, & Arctoas glacies, gelidoſque pruinas*
*Praepoſui veri Thuſco, violiſque Veſevi.*
*Et merito; feſſum nam dudum mole laborum*
*Inſtauras tu ſola caput, corpuſque ſolutum*
*Iam prope, & ambiguae cupiens concedere morti.*
*Tu vires animo verbis, mea Fannia, reddis*
*Protinus, & ſuades alios ſperare recurſus*
*Fortunae; plures etiam graviora recenſes*
*Perpeſſos, Soliſque iubar poſt nubila nautas*
*Exſpectare refers, multum ſupereſſe futuri*
*Temporis, & facere in melius mutabile murmur*
*Criminis ignoti, perſaepe exordia laudum*
*Naſcier haud meritae paſſim de nomine culpae.*
*His ego firmatus, tamquam conſumptus Vlyſſes*
*Naufragio Alcinoi verbis, opibuſque, reſumpſi*
*Spem ſolidam & vires animi; quae tempore ab illo*
*Vita fuit, tu ſola refers, quae mentis in arce*
*Imperioſa meae tenuiſti ſceptra torumque,*
*Et tibi curarum patuere arcana mearum.*

xvi. pag. 71. *b.* Ad Marſum Ode. Inc.
*Marſe, non ſemper tonitru minaci.*
Deſ.
*Scandere ſedes.*

xvii. pag. 72. *b.* Ad Fanniam Phaleucium. Inc.
*De ſeptem mihi baſiationes &c.*

xviii. pag. ead. De ſuavio Fanniae Epigramma. Inc.
*Dum mea brachiolis circumdat colla tenellis &c.*

xix. pag. 73. Aliud ad Hyacinthum de munere Quintiae. Inc.
*Quintia Piceni miſit mihi palmitis uvas &c.*

xx. pag. ead. De Perilla luſca Phaleucium. Inc.
*In latus faciem Perilla torquet &c.*

xxi. pag. ead. *b.* Ad Iovianum Laurentem Elegia. Inc.
*Altera dum niveas aquilas ad regna volantes.*
Deſ.

*Et*

*Et quidquid volucer ſcribere coget amor.*

xxii. pag. 74. *b*, Ad Palaeſtinam anum Phaleucium. Inc.

*Tercentum tibi, Palaeſtina, rugae &c.*

xxiii. pag. 75. In picturam Fanniae Epigramma tetraſtichum. Inc.

*Quid petis a picta deceptus imagine verba &c.*

xxiv. pag. 75. In picturam cervae diſtichon. Inc.

*Tam ſimilem verae cervae &c.*

xxv. pag. ead. Ad Paullum Laurentem Epigramma hexaſtichon. Inc.

*Hac reor Erigonem decepit Bacchus in uva &c.*

xxvi. p g. ead. Ad Floram Phaleucium. Inc.

*Nondum, Flora, ſatis recurvus hamus &c.*

xxvii. pag. ead. Ad Iulium Piſcenum Ode. Inc.

*Iam ſatis ſplendens olei lucerna.*

Deſ.

*Eripe cantu.*

xxviii. pag. 76. In vaccam aheneam Myronis Epigramma tetraſtichon. Inc.

*Arte ſua cernens fabricatam ex aere iuvencam &c.*

xxix. pag. ead. In eamdem Epigramma hexaſtichum. Inc.

*Fugerat in ſacris ſubito mactanda iuvenca &c.*

xxx. pag. ead. *b.* De ſuavio Fanniae. Ode. Inc.

*Fannilla aureolum mi dedit oſculum &c.*

xxxi. pag. 77. De natali Fanniae Elegia. Inc.

*Haec eſt illa dies, a qua labentibus annis.*

Deſ.

*Natales multos menſibus adde meis.*

xxxii. pag. 78. Ad ſodales Phaleucium. Inc.

*Quid me flebilibus putatis actum &c.*

xxxiii. pag. ead. Contra invidum Elegia. Inc.

*Quid tibi cum noſtra, livor ſcelerate, puella.*

Deſ.

*Nec mors a ſcelere tuta erit ipſa tuo.*

xxxiv. pag. 79. Ad Catullum de Fannia Phaleucium. Inc.

*Venalis modo potionis eſca &c.*

xxxv. pag. ead. *b.* Ad Annam Silviam Elegia. Inc.

*Anna puellaris quondam lepidiſſima turbae.*

Deſ.

*Formoſis quando trita per aſtra via.*

xxxvi. pag. 80. *b.* Ad Fanniam Elegia. Inc.

*Ille ego qui ſupplex toties tibi, Fannia, veni.*

Deſ.

*Sollicitum cura me ſciet eſſe tua.*

xxxvii. pag. 82. Ad Gemnam Moderatum Elegia. Inc.

*Quid mihi dum laudas urbanae munera vitae.*

Deſ.

*Si pateris verum dicere, turpis ero.*

xxxviii. pag. 83. *b.* Ad Fanniam Elegia. Inc.

*Qui prius inſontes herbas peccare coëgit.*

Deſ.

*Conſcia ſed Furiae pectora ſemper agunt.*

xxxix. pag. 85. Ad Fimem, quae luſca fuerat tetraſtichon. Inc.

*Unus uſus erat, ſed erant tibi lumina bina &c.*

xl. pag. ead. In turdum equina ſeta captum Epigramma hexaſtichon. Inc.

*Quum vorat algentes hederoſa in rupe corymbos &c.*

xli. pag. ead. *b.* Ad Aufidum Academicum Ode. Inc.

*Quid me potentum ſpernere limina.*

Deſ.

*Igne calet viridis coronae.*

xlii. pag. 86. De leone, qui ſe in rete captus interfecit, Epigramma hexaſtichon. Inc.

*Rex erat in laqueos nemorum, qui ferre capiſtrum &c.*

xliii. pag. ead. Ad Oſmianum de Caſſina ebriola Phaleucium. Inc.

*Caſſinae labra quiſquis oſculatur &c.*

xliv. pag. ead. *b.* In rheuma, pro Fannia dolente oculos Elegia. Inc.

*Quid nunne credes poſthac tibi rheuma licere.*

Deſ.

*In quibus exacuit ſpicula torvus amor.*

xlv. pag. 87. *b.* In equum marmoreum Praxitelis Epigramma hexaſtichum. Inc.

*Praxitelis fueram caelis animatus, & aura &c.*

xlvi. pag. 88. In equum marmoreum Phydiae tetraſtichon. Inc.

*Quid frenare paras deceptus imagine ſaxum? &c.*

xlvii. pag. ead. In Lycomam aucupem ſubmerſum, verſus iii Phaleucii. Inc.

*Quum mergis laqueos ſtruit Lycomas &c.*

xlviii. pag. ead. Ad Fabium Ambuſtum Phaleucium. Inc.

*Nugarum ſtudioſe congregator &c.*

xlix. pag. ead. Ad Phyllidem viro ſeni nuptam Ode. Inc.

*Arctoae Veneris decus.*

Deſ.

*Qua cernas Stygias laeta ſuperſtite.*

l. pag. 89. In Carinum pannoſum Epigramma. Inc.

*Eſt tibi cornicis veſtis carioſior alis &c.*

li pag. ead. Ad Fanniam Elegia. Inc.

*Fama erat egregium iuvenem, mea Fannia, nuper.*

Deſ.

*Optarem & pulcra prole nitere domum.*

lii. pag.

Digitized by Google

LII. pag. 91. Ad Glaucum Enetum Epigramma dodecaſtichon. Inc.

*Miraris quod nocte fuit quam turbidus aër &c.*

LIII. pag. ead. Ad Catullum Pierium Phaleucium. Inc.

*Quum curis vacaus Meandrianas &c.*

LIV. pag. ead. b. In Fanniam Elegia. Inc.

*Ergo tibi tanti paſſis fuit ire capillis.*

Deſ.

*Pocula non puero, ſed mihi dira bibi.*

LV. pag. 92. b. Ad Iovianum de caſu Lycomae Epigramma octaſtichon. Inc.

*Quum dominam tota ſuſpirat mente relictam &c.*

LVI. pag. 93. Ad Annam Silviam Phaleucium. Inc.

*Palles, ac gelidus per oſſa currit &c.*

LVII. pag. ead. b. Elegia ſine titulo. Inc.

*Non potes, ut quondam, noſtros eludere amores,*

Deſ.

*Durabit, caeptus dum ſtabit ordo poli.*

LVIII. pag. 94. In menſam cupreſſinam Epigramma dodecaſtichum. Inc.

*Quanta Iovem memorant poſt praelia ſaeva gigantum &c.*

LIX. pag. ead. b. Ad Annam Silviam Phaleucium. Inc.

*Ad caenam quoties vocaris, Anna &c.*

LX. pag. 95. Ad Fericillum de apparatu menſae pretioſo Epigramma octaſtichon. Inc.

*Praxitelis docta phyalas incude politas &c.*

LXI. pag. ead. Ad Pomponium Phaleucium. Inc.

*Pomponi, pater eruditionum &c.*

LXII. pag. ead. b. Ad Hyacinthum Laurentem Epigramma hexaſtichum. Inc.

*Arguit indocti tonſoris ſtigmata maurus &c.*

LXIII. pag. ead. Ad Fanniam Elegia. Inc.

*Quid furis audaci nimium confiſa iuventae,*

Deſ.

*Fama, erit aeternum nomen in orbe tuum.*

LXIV. pag. 97. De Lycoma decepto a monacho Phaleucium. Inc.

*Formoſam, teneram, integram, pudicam &c.*

LXV. pag. ead. De ſe male in menſa collocato Epigramma hexaſtichon. Inc.

*Tam procul a nobis eſcalia prima locantur &c.*

LXVI. pag. ead. b. De Fannia Phaleucium. Inc.

*Vicinis male nota proximiſque &c.*

LXVII. pag. ead. In eum, qui nive concreta percuſſit collum Fanniae diſtichon. Inc.

*In proprios oculos &c.*

LXVIII. pag. ead. Ad Glaucum Enetum Elegia. Inc.

*Scire velim per te, quid agat modo Fannia, Glauce,*

Deſ.

*Tuque meo ſemper pectori ineſſe queas.*

LXIX. pag. 98. b. De Fannia diſtichon. Inc.

*Baſia dat gratis &c.*

LXX. pag. ead. In Sophroniam turpiſſimam Elegia. Inc.

*Eſt tibi rugoſo larvalis pallor in ore &c.*

LXXI. pag. 99. In eamdem diſtichon. Inc.

*Non ſis ornatus &c.*

LXXII. pag. ead. Ad ſomnum Elegia. Inc.

*Quid me nocturnis infeſtas, ſomne, figuris.*

Deſ.

*Inque tuis aris hoſtia nigra cadet.*

LXXIII. pag. 100. Ad Fanniam Elegia. Inc.

*Impia quid toties dicis mihi, Fannia, per te.*

Deſ.

*Exemplum infame poſteritatis eris.*

LXXIV. pag. ead. b. Ad eamdem alia. Inc.

*Extrahe ſacrilegam dura mihi forcipe linguam.*

Deſ.

*Hanc veniam, dicam, pignus habere tui.*

LXXV. pag. 102. In Andronicum Pavonem Phaleucium. Inc.

*Forbellas, bilataſque, cinnamaſque &c.*

LXXVI. pag. ead. b. Aliud in Calim medicum muliebriter indutum. Inc.

*Hebraeis, Latiis, Pelaſgiciſque &c.*

LXXVII. pag. ead. Aliud in Manopolum gracitantem. Inc.

*Solertiſſime graeculationis &c.*

LXXVIII. pag. 103. Aliud in eumdem. Inc.

*Sulcarunt duo, treſve, quatuorve &c.*

LXXIX. pag. ead. b. Ad Fanniam Elegia. Inc.

*Saepe ego demorſa digito mihi, Fannia, dixi.*

Deſ.

*Quam toties quod ſis improba, poſſe queri.*

LXXX. pag. 105. Ad Venerem Elegia. Inc.

*Accipe, diva Venus, volitantis mater amoris.*

Deſ.

*Vt liber poſſim degere iure meo.*

LXXXI. pag. 106. Ad Andronicum Pavonem Ode. Inc.

*Fallitur quiſquis vigil umbilicum.*

Deſ.

*Verſibus adſit.*

LXXXII. pag. 107. Ad Iacobum Peripateticum Elegia. Inc.

*Alcinoi menſas, & fercula narret Vlyſſes.*

Deſ.

Deſ.
*Proque cibo grates, proque ſopore feram.*

LXXXIII. pag. ead. *b.* Ad Mergum Phaleucium. Inc.
*Quid parcis ſolito magis papyro &c.*

LXXXIV. pag. 108. Ad Ioannem Longinum Elegia, quae ſequens eſt:

*Algentis, Longine, decus telluris ab Arcto,*
*Es generis clari gloria prima tui,*
*Quem naſci voluere Dei, quo terra Gelonis*
*Proxima, non uno vate ſuperba foret;*
*Orphea Calliope prius hac regione creatum,*
*Aonios perhibent detinuiſſe choros;*
*Quem ſatient Heliconis aquae, Divaeque ſorores*
*Nutrierint ſolo nectare & ambroſia;*
*Te nunc adſpiciunt poſt ſaecula tanta ſecundum*
*Horrida Parrhaſii ſideris arva gelu.*
*Sed non te Geticae quercus, lapideſque ſequuntur,*
*Dum canis, aut curſus flumina tota tenent;*
*Non latus agna lupo iungit, non cerva leoni,*
*Non iram ponunt, ſaevitiamque ferae;*
*Sed genus humanum facundo ducitur ore,*
*Et trahis egregios ad tua dicta viros;*
*Concilia heroum, Regumque, Ducumque remulces;*
*Eſt, reor, hoc ſatius quam placuiſſe feris.*
*Diceris eloquio populos retinere furentes,*
*Et gladios trucibus demere poſſe viris;*
*Nec minus accipiunt ſegnes, ſi iuſſeris, arma,*
*Quique fuit timidus, praelia fortis init;*
*Et nihil eſt quod te quiſquam ſuadente recuſet,*
*Ingenio ſervit gratia tanta tuo.*
*Eſt tibi Diva favens, primo de vertice nata,*
*Dat manibus plectrum Calliopea tuis.*
*Ergo ego Erythraeis videor nunc mittere gemmas*
*Littoribus, ſcribam qui tibi verſiculos.*
*Turpiter umbroſis quiſquam parat addere frondes*
*Montibus, aut pratis gramina, vere novo.*
*Sed quis Oceano magno minus indiget unda?*
*Ille tamen parvi ſuſcipit amnis aquas.*
*Tu quoque, carminibus Thracem licet Orphea vincas,*
*Iliadoſque tibi nobile cedat opus,*
*Perlege luminibus placidis quaecumque Philippi*
*Dictavit tenuis nuper avena tibi.*
*Ipſe quidem vellem fratris ſolamen adempti*
*Verſibus altiſonis dicere poſſe tibi,*
*Et memori illius titulos laudeſque libello*
*Condere, & a ſera poſteritate legi;*
*A proavis numerare genus, claroſque referre*
*Quot domus extulerit ordine veſtra viros;*
*Qua frater pietate Deos, ſanctoſque parentes,*
*Qua coluit iunctos ſanguine quoſque ſibi;*
*Qua fide amicitias habuit, quam largus in omnes,*
*Et quanto patriae tactus amore fuit,*
*Dicere pro meritis cupio, ſed vela carinae*
*Sunt multo, fateor, acta minora meae.*
*Materia ingenium vincit, nequeoque lacertis*
*Debilibus pondus tam grave ferre meis.*
*Tu melius, ſeu forte velis ſermone pedeſtri,*
*Seu numeris, per te cuncta referre potes.*
*Eſt tibi magnificis maior facundia caeptis,*
*Ingenioque cadunt flumina larga tuo.*
*O quater, & quoties numero comprehendere non eſt,*
*Felicem, cuius geſta referre velis!*
*Trunca potes nodare iterum tu ſtamina fratris,*
*Et vitae illius tempora longa dare.*
*Aſt ego, qui duco ſteriles in littore ſulcos,*
*Et numquam falce farra metenda fero,*
*Sed quae ſol ſubito tenera comburat in herba,*
*Nec ſinat in ſpicas grana venire ſuas,*
*Non auſim medii pelagi ſulcare profundum,*
*Sed ſtringo remis littora tuta meis.*
*Et quo per populos veniat mea Fannia, carmen*
*Eſt ſatis arguta concinuiſſe lyra.*
*Sic modo quum nequeam, quanto decet ore, doloris*
*Ingentes ſtimulos attenuare tui;*
*Nec fratris, nec laude tua vigilare referta*
*Carmina, nec gentis multa trophaea tuae,*
*Quod potui, Longine, meum teſtantia luctum*
*Verba per undenos do tibi nexa modos;*
*Et queis fraternum poteris ſignare ſepulcrum,*
*Non uno verſus mitto tenore tibi.*
*Tu mentem, non carmen ama, munuſque libenter*
*Suſcipe, quodcumque eſt, quod mea Muſa dedit.*

LXXXV. pag. 109. *b.* Epitaphium Longini iunioris verſibus octo. Inc.
*Mortuus ante diem iacet hac ſub mole Ioannes &c.*

LXXXVI. pag. 110. Aliter. Inc.
*Flere ſolet mortes aliorum turba propinqua &c.*

LXXXVII. pag. ead. Aliter. Inc.

Par-

*Parcite me lacrymis veſtris torquere, propinqui &c.*

LXXXVIII. pag. ead. De lacrymis Fanniae Elegia. Inc.

*Quod ſtillat Syriae myrrha de cortice in agris.*

Deſ.

*Haeſit, & ex ipſo muta dolore fuit.*

LXXXIX. pag. 111. Ad Fanniam Elegia. Inc.

*Sic licet oppoſiti radiis ſolaribus orbis.*

Deſ.

*Sim procul a facie, luminibuſque licet.*

XC. pag. 114. Ad eamdem Phaleucium. Inc.

*Iamdudum, mea Fanniella, quiſquis &c.*

XCI. pag. ead. *b.* Ad Ponticum Elegia. Inc.

*Quid me non meritae titulos celebraſſe puellae.*

Deſ.

*Ille Suenthocam ſcribere debuerat.*

XCII. pag. 115 Epithalamium Fanniae, ac Muſei Dannubiani. Inc.

*Iamdudum Occiduo praenuntia noctis ab orbe.*

Deſ.

*Iam mea Muſa ſuum, vos nunc percurrite veſtium.*

XCIII. pag. 117. Epitaphium Calvinae. Inc.

*Indicat hic tumulus fuerim quam chara marito &c.*

XCIV. pag. ead. Epitaphium Cyrnae. Inc.

*Coniuge cum chara potuit lapis iſte maritum &c.*

XCV. pag. ead. Ad mentem ſuam Ode. Inc.

*Quod furis blandis agitata curis &c.*

XCVI. pag. 119. Ad Leonicenum Phaleucium. Inc.

*Non ſum Gorgoneo liquore plenus &c.*

XCVII. pag. ead. *b.* Ad Laurentem Strozzum aliud. Inc.

*Succingat duplici colore vimen &c.*

XCVIII. pag. 120. Epitaphium Pallantis Virbii. Inc.

*Quem cupiet ventura ſequi, velletque vetuſta &c.*

XCIX. pag. ead. Ad magnificum Iacobum de Dabno, Caſtro Cracovienſe, Elegia. Inc.

*Dabnigena, Arctoae regionis gloria prima.*

Deſ.

*Inferiorque tua laude Camillus erit.*

C. pag. 121. Tetraſtichon elegiacum in laudem Phyrnae. Inc.

*Hactenus agreſtem cantarit Muſa puellam &c.*

CI. pag. ead. Ad Cupidinem Elegia. Inc.

*Quod bene cognoſci iubeat ſibi quemque Cupido.*

Deſ.

*Vt venias bellis utilis, atque togae.*



CII. pag. 123. Ad S. Epiſcopum Elegia. Inc.

*Quid quereris, numero nequeas quod verba ligare.*

Deſ.

*Carmina quod ſurdis auribus eſſe velit.*

CIII. pag. ead. *b.* S. Epiſcopi ad Callimachum reſponſum verſibus elegis decem. Inc.

*Divitias poſcis, rhedas, ut carmine ſurdam.*

Deſ.

*Accipe, iam dicam, divitiaſque dabo.*

CIV. pag. 124. Ad S. Epiſcopum Phaleucium. Inc.

*Dicebam, iocus eſt amare, fingit &c.*

CV. pag. ead. *b.* Ad Flavum Pantagathum Phaleucium. Inc.

*Quod ſero veniat cacamen iſtud &c.*

CVI. pag. 125. Aliud ad Muſas. Inc.

*Druſillam modo civicam canamus &c.*

CVII. pag. ead. *b.* In Nicum tubicinem Epigramma dodecaſtichon. Inc.

*Voce, tuba, cornu, cithara, calamiſque ſonorum &c.*

CVIII. pag. ead. In Chatienam Phaleucium. Inc.

*Quum ſis divitiis ſecunda nulli &c.*

CIX. pag. 126. *b.* In Calvinum paraſitum aliud. Inc.

*Calvinus, paraſitus, infacetus &c.*

CX. pag. ead. In eumdem Epigramma decaſtichon. Inc.

*Turpiculas gerras, dicteriaque improba gannis &c.*

CXI. pag. 127. Epitaphium Nicolai Dapiferi Poſnienſis diſtichis novem. Inc.

*Non ego nunc morior, lacrymas ſubibite propinqui &c.*

CXII. pag. ead. Ad Iovianum Miricam Phaleucium. Inc.

*Vna tot modo ſectione teſtes &c.*

CXIII. pag. ead. *b.* In Ruffium Epigramma ſeptem conſtans diſtichis. Inc

*Aeluis, & pectis, domini criſpaſque capillos &c.*

CXIV. pag. 128. In Ianum ſputatorem aliud decaſtichon. Inc.

*Siccius Aetnaeo guttur tibi, Iane, camino &c.*

CXV. pag. ead. In Calvum degenerem ad Lucanum aliud dodecaſtichon. Inc.

*Blandius ollicubas, proprium quam mater alumnum &c.*

CXVI. pag. ead. *b.* Ad Sauream Atrienſem aliud tetraſtichum. Inc.

*Vnocula, & ruffa eſt, & criſpo mentula crine &c.*

CXVII. pag. ead. *b.* De Saurea Atrienſe unoculo Epigramma dodecaſtichon. Inc.

*Vnoculus poſtquam, pronuſque everſus ad ignem &c.*

CXVIII. pag. ead. In ranam ſuccino incluſam tetraſtichon. Inc.

*Conſpicuo ceu fonte nates Phaethontide gutta &c.*

cxix. pag. ead. De eadem Phaleucium. Inc.

*Incaſſum patulo ingruis hiatu &c.*

cxx. pag. 129. Ad Polum comoſum turpem Epigramma octaſtichon. Inc.

*Cervices, humeroſque tegunt, ornantque capilli &c.*

cxxi. pag. ead. De Flavia ſorore Roxanae, miniſtrante mendicis, Elegia. Inc.

*Inferias Roxana ſuo ſolutura* (ſic) *marito.*

Deſ.

*Tam formoſa mihi ſi modo ſerva datur.*

cxxii. pag. ead. *b.* Ad Norbanum Phaleucium. Inc.

*Arrident Helenae labella, mentum &c.*

cxxiii. pag. 130. Ad Nicolaum Pontinum Epigramma octaſtichon. Inc.

*Criſpa peregrinos tantummodo laudat amores &c.*

cxxiv. pag. ead. In Gargillum Epigr. octaſtichon. Inc.

*Aſſentatores qui nutrit, veſtit, honorat &c.*

cxxv. pag. ead. In eumdem tetraſtichon. Inc.

*Ex male quaeſitis ſi ſunt tibi grata ſacella.*

cxxvi. pag. ead. In Cratidianum captatorem Epigramma dodecaſtichon. Inc.

*Si vicibus centum, totidemque occurris in hora &c.*

cxxvii. pag. ead. *b.* Ad Sempronium metaphorice Ode. Inc.

*Non es remigio potens.*

Deſ.

*Vix te dextra velit prendere naufrage.*

cxxviii. pag. 131. In Gargillum Epigr. hexaſtichon. Inc.

*Opprimit, & lacerat Gargillus, polluit, urget &c.*

cxxix. pag. ead. In eumdem aliud hexaſtichon. Inc.

*Fraudibus & ſpoliis ditem quum templa locare &c.*

cxxx. pag. ead. In Fabium loquacem aliud octaſtichon. Inc.

*Audivit quaedam, vidit non plura, nec apte &c.*

cxxxi. pag. ead. Ad Andronicum Pavonem Ode. Inc.

*Deſine, vel totum vinis ſemel evome tandem.*

Deſ.

*Digna trophaea ſibi.*

cxxxii. pag. ead. *b.* Lilius ad Fanniam, Epigramma octaſtichon. Inc.

*Gellia Celtibero leporem miſſura poëtae &c.*

cxxxiii. pag. ead. Lilius in invidum, aliud decaſtichon. Inc.

*Muſa coronatis ſemper victura capillis &c.*

cxxxiv. pag. 132. In Iovianum Vericellum Ode. Inc.

*Inter convivas quoties virtutis habetur.*

Deſ.

*Sordida lingua probat.*

cxxxv. pag. ead. In Mulium praedicatorem Epigr. octaſtichon. Inc.

*Mulius indoctus, inſulſus, ineptus, inanis &c.*

cxxxvi. pag. ead. Ad Gregorium Archiep. Epigr. octaſtichon. Inc.

*Vota Deus, nec prima tamen, nec ſemper adimplet &c.*

cxxxvii. pag. ead. *b.* Ioannis Ritiſiani Claudii Epiſcopi Epitaphium, Phaleucium. Inc.

*Quid ſpectas, neque lacrymas viator &c.*

cxxxviii. pag. ead. Ad G. Sanoceum de eodem, contra invidiam Ode. Inc.

*Iam vides poſtquam numero Deorum.*

Deſ.

*Mille periclis.*

cxxxix. pag. 133. Alia de eodem. Inc.

*Non minus conſtans puerilis ira.*

Deſ.

*Fortiter aevi.*

cxl. pag. ead. *b.* De eodem ad eumdem Ode. Inc.

*Non efficaci niteris impetu.*

Deſ.

*Fortis eras cohibere tecum.*

cxli. pag. 134. In Labienum ad Aulum Epigramma octaſtichon. Inc.

*Eſt, & non eſt crinitus Labienus, habetque &c.*

cxlii. pag. ead. *b.* De eodem Phaleucium. Inc.

*Emptas Maſta ſibi comas adoptat &c.*

cxliii. pag. ead. Ad Roxanam Ode. Inc.

*Purum ſi Borea fortior Africo.*

Deſ.

*Feſtinans ſenii ſitus.*

cxliv. pag. 135. Ad eamdem alia. Inc.

*Vere formoſo reſoluta navis.*

Deſ.

*Laeta precantur.*

cxlv. pag. ead. *b.* Galleni figuli Roxanae genitoris Epitaph. Phaleucium. Inc.

*Qui se multiplici ſubegit uſu &c.*

cxlvi. pag. 136. De eodem ad Nigrinum aliud. Inc.

*Erras, ſi figulum aeſtimas pudendum &c.*

cxlvii. pag. ead. *b.* Ad eumdem de Criſſia ebrioſa Phaleucium. Inc.

*Vnicum, quaſi mater orba, gnatum &c.*

cxlviii. pag. 137. De adamante, & aquila Ode. Inc.

*Hiſtricus fortis ſuperare ſaevas.*

Deſ.

*Rite quieſces.*

cxlix. pag. ead. *b.* De eodem alia. Inc.

*Non quia tela Iovis tractare impune putaris.*

Deſ.

*Ceu ſcopulis redit ira meris.*

cl. pag. ead. De corvo & aquila Phaleucium. Inc.

*Non tibi placeas ſuperbiaſve &c.*

cli.

Digitized by Google

cli. pag. 138. In Ioannem Oſtrorogum Elegia, Inc.

*Dum mentem huc illuc diverſa pericula rapiant.*

Deſ.

*Perpetuo nomen vivet in orbe tuum.*

clii. pag. ead. *b.* In Tertulliam Phaleucium. Inc.

*Naſutas perhibent libidinoſas &c.*

cliii. pag. 139. Votum Bartolo & Finae Divis Epigramma hexaſtichon. Inc.

*Bartolus Etruſcus, & Fina Etruſca laborum &c.*

cliv. pag. ead. De adamante, cornu, annulo tetraſtichon. Inc.

*Invictus bello quod ſis, adamantina virtus &c.*

clv. pag. ead. In Olynthiam ineptam & formoſam Ode. Inc.

*Fruſtra Pierios tu quoque tendere &c.*

clvi. pag. ead. In Carinam Epigramma hexaſtichon. Inc.

*Laxius haud carni veſtis tua, quam cara adhaeret &c.*

clvii. pag. ead. *b.* In Vericellum ingratum Ode. Inc.

*Quum Phoebi radios procul.*

Deſ.

*Creſcunt & maculae pectoris improbi.*

XXVII. pag. 140. Villa Etruſca Lucae Vgolini, Carmen heroicum, ut videtur, manu Angeli Politiani conſcriptum. Inc.

*Stat domus, aethereo digniſſima tecta Tonante,*
*Cuius ab Etruſca vix ſeparat urbe receſſus*
*Forte lapis quintus, montano conſita dorſo,*
*Pieriis hanc ſurda modis aequare recuſat*
*Noſtra chelys &c.*

Deſ.

*Mygdoniique ſenis, ſed utroque valentior ipſe.*

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. varia manu, ſed parum caſtigate exaratus. Conſtat foliis 142.

## MARCI ALDEGATHI ELEGIAE.

*Cod. XLIV.* MARCI Aldegathi Mantuani Elegiae Libris IV. quorum ultimus imperfectus eſt. Praecedit Dedicatio ad magnificum, & clariſſimum Equitem, ac Iuris utriuſque Doctorem D Bernardum Bembum, Dominum praecipuum, Venetae urbis lumen. Inc.

*Mos erat antiquis, ſi quando nupta marito*
*Barbara Romano femina, Bembe, foret,*
*Hanc ad Iunonis deducere templa, priuſquam*
*Intraret thalamum coniugis illa ſui.*
*Heic ſtabat nivea ſuccinctus veſte ſacerdos;*
*Huius erat Sacrae Barbara iuncta manu.*
*Idem de nitida tondebat fronte capillos,*
*Secta ſuis digitis turpis & unguis erat.*
*Denique quod fuerat non aptum corpore toto,*
*Aere ſacro exciſum protinus illud erat.*
*Hoc erat, ut patrios mores oblita, per omne*
*Tempus Romano viveret illa modo.*
*Sic tu, ſi qua meis fuerint vitioſa libellis,*
*Vti Romano more polita velis.*
*Te reſecare iuvet quod docta non erit aure*
*Admiſſum, nam te iudice tutus ero.*
*Iudicio laudata tuo mea pagina vivet,*
*Vivet, nec ſcombris illa dari metuet.*
*Optima laudato laus eſt quae manat ab ore,*
*Virtutis vera gloria laude nitet,*
*Pagina noſtra licet tenerum decantet amorem,*
*Ne renue, immenſum Numen & ille tenet.*
*Triſte chaos dubias hunc primum miſit in auras,*
*Huius ut imperio ſubdita cuncta forent &c.*

Deſ.

*Facundum me fecit amor; ni noſtra ſagittis*
*Pectora fixiſſet, ſegnis inerſque forem.*
*Fulvia, cuius amor nitidis ſe ſpectat ocellis*
*Eripuit ſaevae ſtamina noſtra neci.*
*Et tu, quem voluit noſtri tutamen honoris*
*Eſſe Deus, tantae pars bona ſortis eris.*
*Te duce ſidereos ducar ſublimis ad axes,*
*Aeternus Bembi munere dicar ego.*
*Exſpectent alii praeconia maxima Regum,*
*Eſt mihi ſat Bembo poſſe placere meo.*

I. pag. 3. Elegia i. Variam eſſe mortalium fortunam oſtendit. Haec Elegia ob reciſam paginam eo quod pictura fortaſſe aliqua exornata eſſet, incipit imperfecte a verſu:

*Ventilat extremam certior aura facem.*

Deſ.

*Fortunae eſt aliquid commoditate frui.*

II. pag. 4. Elegia ii. Amorem creatum in calamitatem mortalium. Inc.

*Nonne ſatis fuerant quaecumque pericula tellus.*

Deſ.

*Et ſinere imbelles vivere more ſuo.*

III. pag. 7. Eleg. iii. Conqueritur, quod amor eripuerit libertatem, quod ab oculis amicae crucietur; campos Elyſios deſcribit; Fulviae ſaevitiam accuſat; affirmat ſeram poenitentiam non admitti. Inc.

*Quo me duxit amor? quo me ſors improba traxit?*

Deſ.

*Qui nihil in vita contribuere boni.*

IV. pag. 8. *b.* Eleg. iv. Conqueritur amore nimio perire, neminem praeſtare quid



Digitized by Google

opis, ſeque penitus moriturum, ni Fulviam ampleẽtatur. Inc.

*Labitur infelix parvo mea tempore vita,*

Deſ.

*Qua tibi ſervata gloria maior erit.*

V. pag. 9. *b.* Eleg. v. Diem felicem notat, quo una cum Fulvia & amantium turba, carminibus ludebat; conqueritur, quod marito Fulviae ſuſpectus ſit; minatur exitium, ni permittat Fulviam videri poſſe. Inc.

*Hac me conſuerat ſolari Fulvia luce,*

Deſ.

*Saeve marite, cades, aut ego condar humo.*

VI. pag. 11. Eleg. vi. Hortatur Fulviam, ut in eum mitis ſit, quum ſaevitia Diis minime conveniat; negat ſe amorem celare poſſe. Inc.

*Haec mihi ſint quamvis nullam allatura ſalutem,*

Deſ.

*Et grave tradet amor, mite levamen erit.*

VII. pag. 12. Eleg. vii. Alloquitur unionem, qua donat Fulviam. Inc.

*Candida baccha, meae digitos tactura puellae,*

Deſ.

*Illud in aeternum ſemper, & huius ero.*

VIII. p. 13. Eleg. viii. Conqueritur quod Fulvia ſpeculi conſilio nimium ſibi formoſa videatur, & illud deſtituat; admonet, formam nimium eſſe labilem. Inc.

*Illud, formoſi quo ſe ſpeculantur ocelli,*

Deſ.

*Moerebis dulces praeteriiſſe dies.*

IX. pag. 14. Eleg. ix. Odio dicit habiturum feneſtram, qua ſagittis eum feriit Cupido, dumque vita ſit ſine labe, moriendum eſſe. Inc.

*Semper erit noſtris oculis inviſa feneſtra.*

Deſ.

*Felix o nimium qui ſine labe cadit!*

X. pag. 15. Eleg. x. Rogat Fulviam, ne amplius velit eum ſpe defraudare, quoniam ſemper nocuit differre paratis. Inc.

*Si quid adeſt miſero, quo ſit mihi mitior aura,*

Deſ.

*Irrita poſt mortem dantur & auxilia.*

XI. pag. ead. *b.* Eleg. xi. De amore fugitivo Venus alloquitur. Inc.

*Littoreas inter myrtos quum nuda iaceret,*

Deſ.

*Ne tangas Stygio munera tincta lacu.*

XII. pag. 16. *b.* Eleg. xii. Ait ſe blanditiis Fulviae detineri, in dieſque in amorem trahi, ut maiori ureretur incendio; demum ab ea decipi; admonet Deos, licet tarde, tamen punire nocentes. Inc.

*Semper ego ut crucier maiori, Fulvia, flamma.*

Deſ.

*Quae volet, & nullo tempore libera eris.*

XIII. pag. 17. *b.* Eleg. xiii. Ait forma nativa nil magis decorum eſſe. Inc.

*Quid iuvat articulis Indos geſtare lapillos.*

Deſ.

*Quae tibi perpetuum nomen in orbe dabunt.*

XIV. pag. 18. *b.* Eleg. xiv. Scribit accuſari quod ſolam cantet Fulviam, quum potius bella ſcribere deberet; aſſerit tantum contentum eſſe fama, quam ob amorem Fulviae conſequitur. Inc.

*Accuſor ſolum, quod te, mea Fulvia, cantem,*

Deſ.

*Fas mihi quod ſupereſt ducere tempus erit.*

XV. pag. 19. Eleg xv. Scribit ad Fauſtum, tentaſſe ſaepius ab amore diſcedere, ſed minime potuiſſe, quum fuga nil proſit amanti. Inc.

*Saepe ego tentavi duris me ſolvere nodis.*

Deſ.

*Divinum in tenebris haec mihi lumen erit.*

XVI. pag. 20. *b.* Eleg. xvi. Alloquitur Cupidinem; miratur, cur vinci ſe permittat a Fulvia; rogat, ut eam aureo telo feriat, aut ipſum liberet a tanto incendio. Inc.

*O qui flammigero caeleſtia Numina telo.*

Deſ.

*Aut mecum pariter Fulvia portet onus.*

XVII. pag. 21. *b.* Eleg. xvii. Execratur in rivalem, qui eo laborante, donis Fulviam corrumpere tentaverit; aſſerit eam carminibus laetari, quum ſolam immortalitatem appetat. Inc.

*Quiſquis es, o noſtros qui ſolvere quaeris amores.*

Deſ.

*Fulvia nota meo carmine dulcis erit.*

XVIII. pag. 22. *b.* Eleg. xviii. Se loqui, non ut ſortem lenire poſſit, qua vexatur, ſed ut in aliquem pietatem moveat; aſſerit cito moriendum. Inc.

*Non quia commoveam rigidas ego carmine mentes,*

Deſ.

*Aequa mente pati, quod dabit ille feram.*

XIX. pag. 24. *b.* Eleg. xix. Conqueritur quod amicae pater eam ſe praeſente verberaverit, quum non in illius poteſtate, ſed amoris ſit; negat ullam vi caſtam eſſe; exſecratur in ipſum parentem. Inc.

*Quis furor, o demens, quae te crudelis Erynnis,*

Deſ.

*Tardus pro domina non ego ſemper ero.*

XX. pag. 25. *b.* Elegia xx. Alloquitur Guidarellum Equitem Ravennatem, ne miretur eum tam faciles Muſas habere, quodque ſemper

per amore teneatur; aſſerit Fulviam iſtud utrumque facere. Inc.

*Quod mihi tam faciles veniant in carmina Muſae.*

Deſ.

*Femineum varium eſt, & ſine iure genus.*

XXI. pag. 29. Liber ſecundus, Elegia xxi. Scribit ad Fulviam, quo crucietur dolore ob eius abſentiam, quove timore circumventus ſit de ſalute eiuſdem; ut incolumis redeat, Deo ſacrificaturum pollicetur; hortatur ut fidem ſervet, quoniam nil praeſtantius vatum praeconiis. Inc.

*Fulvia, quam cupio, nequeo tibi ferre ſalutem.*

Deſ.

*Aeternum eſt quidquid carmina noſtra ferunt.*

XXII. pag. 30. *b.* Eleg. xxii. Optat diem, qua a Fulvia diſceſſit numquam fuiſſe; fortunam accuſat; numquam ſe deſerturum amicam affirmat, etſi magna dentur pretia. Inc.

*Illa dies, fatum qua me diviſit ab illa.*

Deſ.

*Conditur in tenero pectore purus amor.*

XXIII. pag. 31. *b.* Eleg. xxiii. Ad Fulviam ſcribit, quo afficiatur dolore, quum maritus eius praeparet eam ducere per undas Hadriacas; exſecratur in primam navim. Inc.

*Vir tuus, Hadriacas qui nunc parat ire per undas.*

Deſ.

*Crede mihi, ſemper nomen in ore tuum eſt.*

XXIV. pag. 33. Eleg. xxiv. Conqueritur quod Fulvia abſens ſit; timet, ne precibus, & amantium muneribus flectatur, & ſe corrumpi ſinat; pollicetur eam carminibus immortalem facturum; orat, ut fidem ſervet. Inc.

*Me miſerum quantae cruciant, mea Fulvia, curae!*

Deſ.

*Vivere te faciet tempus in omne meam.*

XXV. pag. 34. *b.* Eleg. xxv. Scribit ad D. Franciſcum Siccum Arragonium Equitem magnificum de ingratitudine patriae in eum. Inc.

*Iam tumefacta volant pluviis mea lintea ventis,*
*Vt miſeram frangant in fera ſaxa ratem;*
*Laedave, quae poſſint aliquam praebere ſalutem,*
*Oſtendit nido ſidera nulla ſuo.*
*Omnia ſunt madidis circumdata lumina nimbis,*
*Exitiumque meum Numina cuncta volunt.*
*Haec ego quum videam, votis quid Numina tento?*
*Manat ab irato noſtra ruina Iove.*
*Quid laceram ſcopulis conor detrudere puppim?*
*Expedit imbriferis me dare vela notis.*
*Non ego ſum tanti, ſuperas qui vertere mentes,*
*Fortunae valeam qui retinere rotam.*
*Quid mea fata moror? caeli fera ſidera poſcunt,*
*Vt patria caream deſtituarque mea,*
*Exſul in ignota tumuler, vel vexer arena,*
*Oſſa & inhumanis ſint mea fracta feris.*
*Effugiam ingrati temeraria murmura vulgi,*
*Exſiliumque meum dedecus urbis erit.*
*Cognita quum fuerit ſuperat quae ſidera virtus,*
*Et cui non poſſunt fata nocere diu,*
*In patriam cadet omne ſcelus, nec dicar ab ullo*
*Tam miſeri exſilii conſcius eſſe mei.*
*Et mea ſi quis erit ſtatuet qui iura tueri,*
*Hoc patrocinio non erit ille reus.*
*Eſtne novus furor hic patriae deperdere cives?*
*Non ita, me Divi, pignora mater amat.*
*Prodeſſem ut patriae ſtudia mea tempora trivi,*
*Et data ſunt patriae quae periere bona;*
*Et natale ſolum miſeri nil curat alumni,*
*Hei mihi ſunt ſterili ſemina miſſa ſolo.*
*Si parvis maiora licet componere rebus,*
*Eſt mea ſors magnis aequiparanda viris.*
*Celſa triumphalis poſuit qui moenia Romae*
*Milite confoſſus decidit ille rudi &c.*

Deſ.

*Si mea puppis erit vento deducta ſereno,*
*Ancora fundabit ſi mihi firma ratem,*
*Perpetuum noſtro carmen manabit ab ore,*
*Tu mihi Maecenas, tu mihi Caeſar eris.*
*Tunc monumenta dabo, quae non fera tempora carpent,*
*Et ſiam patriae fama ſecunda meae.*
*Quid queror o demens? Virtutis gloria rebus*
*Noſcitur adverſis, & magis illa nitet.*
*Si non vexaſſent rabidi mea lintea venti,*
*Ingenium nullus noſſet in orbe meum;*
*Non mea magnanimo placuiſſet fiſtula Bembo,*
*Aeternum cuius nomen amore feram.*
*Haec mala quae patior, noſtrae ſpes una ſalutis,*
*Sicce, tibi aeternum nomen in orbe dabunt;*
*Namque giganteo referam tua geſta triumpho,*
*Fiet & aethereo par tua fama Iovi;*
*Et ſi tanto operi tempus, nec fata nocebunt,*
*Nonniſi, te lecto, fama perennis erit.*

XXVI.

Digitized by Google

XXVI. pag. 37. Eleg. xxvi. Scribit ad Be. Agnellum, ut Principem leniat. quoniam amor communis eſt error, & communis error facit ius. Inc.

*Ne mihi, ne faveas, quem non ſors improba terret,*
*Nec des auxilium confugiumve facit,*
*Cui mea fata dolent, ceu ſi tibi ſaeva nocerent,*
*Linquitur in madidis nec mea cymba undis.*
*Et quia ſim miſerae fortunae fulmine tactus,*
*Me retinere tamen nomen in urbe facis.*
*Te poſtquam noſtri pietas movet inclyta caſus,*
*Spes mea fac ſaevis ne tumuletur aquis;*
*Dumque meae ſuperant fugientis ſtamina vitae,*
*Eſt & adhuc lacerae pars quota firma ratis;*
*Quaſſatae liceat retinacula tradere puppi,*
*Quidquid & auxilii eſt, & tibi quidquid opis,*
*In te ſperamus ſolum, ne deſpice rebus*
*Afflictis aliquid tradere confugii.*
*Veneris ante Iovem ſi quando, deprecor illi*
*Dicere qua peream conditione velis &c.*
*Peccavi, fateor; peccandi cauſſa Cupido;*
*Subdita ſunt iſti pectora noſtra Deo.*
*Quod iubet aſper amor, fas nulli obſiſtere poſſe eſt;*
*Attrahit aethereos in ſua iura Deos.*
*En adeo eſt ingens crimen ſervire puellae?*
*En adeo eſt ingens crimen amore premi? &c.*

Deſ.

*Non mihi ſacrilegi violenta incendia Breni,*
*Furaces Quinti non nocuere manus.*
*At me durus Amor fortunae merſit acerbae,*
*Vnius Dominae cogor amore mori;*
*Cogor amore mori caeleſtis lumine formae;*
*De nihilo non ſum factus amator ego.*
*Aſpera quid torquent ſaevo me Numina fato,*
*Quum cantem aeterni magna trophaea Iovis?*
*Illa Giganteo geſſit quae bella tumultu,*
*Caepimus altiſona commemorare tuba.*
*Imponentque meae finem ſi fata ruinae,*
*Adſpicies docti grande Heliconis opus;*
*Et mea quum fuerint recitata poëmata, dices,*
*Non erat hic vates dignus habere necem.*
*Quidquid Romano divina poëmata narrant*
*Carmine, ſive dedit quod Ciceronis opus,*
*Quidquid & externo facundia concinit ore,*
*Hoc noſtrum altiſono carmine cantat opus.*
*Adſpicies illic temeraria vota gigantum,*
*Torquentemque manu fulmina dira Iovem,*
*Et ſua virginea cingentem tempora lauro,*
*Quum fera materna pectora preſſit humo.*
*Ne pereant igitur tantae praeconia famae,*
*Eſt mea de tantis Muſa levanda malis.*

XXVII. pag. 39. Eleg. xxvii. Lacrymas ſcribit, quas habuit, quando patriam reliquit, & amicam; aſſerit ſolatum fuiſſe a Mincio flumine; omnia aequo animo pati, ſi fides a Fulvia ſervata fuerit. Inc.

*Non ita deflevit natos Sipyleia mater,*
*Quos fixit ſaevis Phoebus arundinibus &c.*
*Vt miſer indolui, quum te, mea Fulvia, fato*
*Deſerui & patrios improbiore lares.*
*Stillabant noſtri veluti duo flumina ocelli,*
*Facta fuit lacrymis humida terra meis.*
*Mincius Etruſca glaucum caput extulit unda*
*A gemitu motus, lacrymuliſque meis;*
*Eſtque meos tali ſolatus voce dolores,*
*Noſtraque caeruleis lumina lavit aquis.*
*Deſiſtas iam flere, Deus mutatur, & ipſa*
*Fortuna in ſtabili neſcit adeſſe loco.*
*Commoda ſed, neſcis, tibi iam maiora dabuntur,*
*Te miſerum Bembus non ſinet eſſe diu.*
*Bembus erit, qui te ſublimem tollet ad aſtra,*
*Aeternum Bembi nomen amore feres.*
*Quae formoſa tuo celebratur Fulvia verſu,*
*Immunis tanti non erit illa boni.*
*Ambobus dabit aeternum decus, hic volet omni*
*Tempore vos fato candidiore frui.*
*Vivit in orbe diu quae gloria manat ab ore*
*Laudato, & verae praemia laudis habet.*
*Vt capit a radiis fraternis Cynthia lucem,*
*Sic nitido capies maius ab ore decus.*
*Quidquid erit laudis ſummae tibi, quidquid honoris,*
*Bembus erit laudis lumen, honoris erit &c.*
*Iam tibi Maecenas eſt alter partus, & alter,*
*Qui dabit ingenio nomina magna tuo.*
*Crede mihi, eſt aliquid vati placuiſſe diſerto,*
*Cantari eſt aliquid nobiliore tuba.*
*Fata hominum variis diſpenſant ſtamina fuſis;*
*Hic valet ingenio, viribus ille poteſt.*
*Poſſidet alter opes, magno nitet alter honore,*
*Tutatur fati munera quiſque ſui.*
*Attamen excelſae ſuperant praeconia famae*

Quid-

*Quidquid praeclarum tradere fata valent.*
*Quam ſubito labantur opes, labuntur honores!*
*Gloria virtutis tempus in omne viret.*
*Haec ubi dicta Deo, placidis ſe merſit in undis,*
*Mi ſolatiolum candidus ille fuit &c.*

Deſ.

*Quot ego fortunae caſus ſum paſſus iniquae,*
*Munera caeleſtis Numinis eſſe rear.*

XXVIII. pag. 40. *b.* Eleg. xxviii. Scribit ad Fulviam, quanto afficiatur dolore, quod ab ea ſemotus ſit; numquam eam obliviſci poſſe, praecipue quum a fatis datum ſit eam eſſe ſibi cordi, minimeque aliam amare poſſe. Inc.

*Fulvia, vexetur quantis mea vita procellis.*

Deſ.

*Et contenta meo vivere amore velis.*

XXIX. pag. 42. Eleg. xxix. Ad Fulviam; ſcribit valitudine ſe detineri, morbique cauſſam aſſerit eſſe, quod abſens ſit ab ea, morique libenter, quum poſt mortem vivere ſperet. Inc.

*Triſtia fata volunt Stygias me nare per undas,*
*Atque in Lethaea ponere ſede pedem &c.*
*Non medici poſſunt noſtrum removere dolorem,*
*Prima ſit ignorant quae mihi cauſſa mali.*
*Haud facile agnoſci poſſunt fera vulnera amoris*
*Vnde cadant, caeca eſt qua via manat amor.*
*Tu mihi principium, tu noſtri cauſſa doloris,*
*Fulvia, tu vitae es ſumma ruina meae.*
*Quum meditor quantis abs te ſeiungar ab oris,*
*Nil oculi poſſunt tunc niſi flere mei &c.*

Deſ.

*Dicar & inde tuo nimium vexatus amore*
*Extremum fati ſuſtinuiſſe diem.*

XXX. pag. 43. Eleg. xxx. Ad Fauſtum; orat, ne velit eum ab amica abſtrahere, quoniam amor ſaeviet in eum. Inc.

*Cur ego tam firmo ſim vinctus quaeris amore.*

Deſ.

*Inſequitur quos vult imperioſus amor.*

XXXI. pag. ead. *b.* Eleg. xxxi. Ad Fulviam; ſe nullo tempore ab amoris incendio liberari poſſe. Inc.

*Frigidus Aegoceros ſumma iam ſurgit Olympo.*

Deſ.

*Expedit, ut patiar quidquid in orbe mali eſt.*

XXXII. pag. 44. Eleg. xxxii. Melius homini non naſci, quum tot malis ſubiectus ſit, avaritiamque malorum omnium cauſſam eſſe; exſecratur Fulviam, quod auro ſeni ſe tradiderit. Inc.

*Humano generi quid enim fuit utile naſci.*

Deſ.

*Donec in amplexu ſtabis avara ſenis.*

XXXIII. pag. 47. Eleg. xxxiii. Ad Philean Roverellam Archiepiſcopum Ravennae, cui auguratur Pontificatum. Inc.

*Philea, quem ſacra ſuum Capitolia Regem,*
*Martia Pontificem quem ſibi Roma cupit,*
*Cuius in immenſum tollunt ſe Robora caelum,*
*Robora ſiderei maxima fama Iovis;*
*Auguror, en veniet, quum tu fidiſſime rerum*
*Diceris cuſtos, urbis & eſſe pater.*
*Auguror, en veniet, quum tu mitiſſime Praeſul,*
*Totius Latii paſtor & orbis eris.*
*Non hoc fata volunt extendi tempus in aevum,*
*Tot bona ſunt longa non retinenda die.*
*Scandere tunc ſuperas auras tua Robora cernam,*
*Paſtus & hoc dulci Robore mundus erit.*
*Haec primum genus humanum pavere ſub antris,*
*Saucia quum nondum vomere terra foret &c.*

Deſ.

*Tergemino fueris quum tu diademate cinctus,*
*Te paſtore pius tum volet eſſe Deus.*
*Hic mella cadent, decurrent flumina lactis,*
*Hos Aſtraea lares tunc habitare volet.*
*Tunc ego grandiloquo referam tua geſta cothurno,*
*Aeternumque meo carmine Robur erit.*
*Interea noſtros fas eſt cantemus amores,*
*Detentus quali ſimque ego ſervitio.*

XXXIV. pag. 48. Eleg. xxxiv. Ad D. Vinciguerram Zorzium Patricium Venetum. Inc.

*O quem nobilitas proavorum tollit in aſtra,*
*Famaque degenerem non facit eſſe ſuis,*
*Qui quanta niteas, quanta virtute ſinaris,*
*Declarat penitus nomen in orbe tuum.*
*Vincere poſſe ſuo ſint qualia nomine bella*
*Eſſe velint, magnum dicitur eſſe decus.*
*Vinciguerra tibi nomen tribuere parentes,*
*Vt tibi perpetuum ferret in orbe iubar.*
*Vincis enim quae cuncta valent turbare quietem,*
*Lis fugit audito nomine quaeque tuo.*
*Quocumque ingrederis, tecum pax candida floret,*
*Cana fides tecum ſemper adeſſe cupis.*

*Adde*

*Adde, quod in tanto niteat quum pectore virtus,*
*Humana cunctos pro pietate colis &c.*

Def.

*Quid dicam in patria quantus ſis, quantus in orbe?*
*Fabricium fama eſt te ſuperare fide,*
*Et virtute acrem atque invictum marte Camillum,*
*Quoſque canis claros, Martia Roma, duces.*
*Tu lumen patriae, Veneti tu pompa Senatus,*
*Conſpicuum toto eſt nomen in orbe tuum.*
*Zorzia quum veterum fama celebretur in orbe,*
*Non minus illa tuo eſt nomine clara domus.*
*Illa licet patriae dederit quos inclyta fama*
*Poſſit magnanimos inter habere viros;*
*Non tamen illa tuum nomen, quo ſidera tangis*
*Eripit, at partem laudis habet patriae.*
*Sit licet inſignis, licet alta ſtirpe creatus,*
*Tu tamen ingenuo es pectore nobilior.*
*Noviſti nihil eſſe diu quod duret, & atro*
*Tempore confringi quidquid in orbe viget,*
*Et nihil eſſe homini proprium, ſed ſubdita fatis*
*Cuncta fore, & nulli cedere fata bonis.*
*Idcirco virtutem animo amplexatus, habendam*
*Hanc ſummum in pretium perpetuumque putas.*
*Non fatum, non ſaeva dies, non mortis imago*
*Virtutis poterunt eviolare gradum.*

XXXV. pag. 49 Eleg. xxxv. Ad Ioannem Burgium Ducalis Senatus Veneti Scribam. Inc.

*Iuſſiſti, o Venetûm rerum fidiſſime cuſtos,*
*Heroum ut canerem nomina clara decem.*
*Scribere tot veterum Dominas ego carmine vellem;*
*Quarum fama nihil tempore laeſa viret.*
*Occurrit primum heroum mihi Scipio lumen,*
*Et pariter ſecum Caeſar habebit iter &c.*
*Femineam ſuperat fama Lucretia turbam,*
*Aeternum laudis Claudia nomen habet &c.*

Def.

*At mea qua vivunt dulci praecordia flamma*
*Non ſinit hac ullum Fulvia habere decus.*
*Illa feros animos oculis ligat, illa Tonantis*
*Eripit e manibus tela cruenta Iovis.*

XXXVI. pag. 50. Eleg. xxxvi. Ad magnificum Equitem D. Franciſcum Arragonium, cui ſe plurimum commendat. Inc.

*Curtimus huc tandem, noſtrae ſpes maxima vitae.*

Def.

*E ſcopulis laceram trudere velle ratem.*

XXXVII. pag. 51. Eleg. xxxvii. Malum irridet Poetam Inc.

*O cuius noſtro fixum ſtat pectore nomen.*

Def.

*Metra modo fuerint ſi tua mixta meis.*

XXXVIII. pag. 51. Eleg. xxxviii. Bellum a Noricis Venetis illatum narrat; Ioannem Burgium commendat, qui pedites ſelegit.

*Barbara turba furit, Venetumque miſerrima bello*
*Imperium rigido dilaniare cupit.*
*Quid faciat ſana ſecernit mente Senatus,*
*Omnia conſilio diſcutit ille gravi.*
*Eligitur rerum Venetûm cui ſumma poteſtas*
*Burgius, eloquio clarus & ingenio.*
*Acta capit, curſuque cito petit ille Ravennam,*
*Hic peditum turbam Marte favente facit.*
*Non alit hos Rhenus, non hos binominis Iſtri*
*Arva, ſed Aemiliae protulit ora viae.*
*Indulgent vino non hi, ſed Marte cruento,*
*Oppoſitum eſt quidquid ſub ſua iura trahunt.*
*Cornati retinent primordia nominis, & ſe*
*Noſcunt Romano ſanguine habere genus.*
*Ante oculos Marius, multo ſpectabilis auro*
*Adſtat, & inſigni ſtemmate ad arma vocat.*
*Oſtentat, dederit quantam tibi, Teutone, cladem,*
*Flumina quaeve tuo tincta cruore cadant.*
*Fulminat hic multa clarus virtute Robertus,*
*Excelſum cuius nomen ad aſtra volat.*
*Hoc ſolo vires aſſumit nomine miles,*
*Hoſtibus hoc ſolo nomine tela cadunt.*
*Talia credendum eſt de ſe monumenta daturum,*
*Qualia nec priſci contribuiſtis avi.*
*Milite tam forti certa eſt victoria, tanti*
*Eſt ducis inſigni nomine certus honos.*
*Suffragio* (ſic) *Venetûm Dux eſt electus ad arma,*
*Ingenio Burgi miles ad arma venit.*
*Quidquid praeclarum, vel dignum nomine fiet,*
*Burgius huius erit non quota cauſſa meus.*

XXXIX. pag. 52. Eleg. xxxix. Ad Albertum Donatum Iuriſconſultum, Patricium Ravennatem.

Qua-

Digitized by Google

*Qualia Spartanis ſanctiſſima iura Lycurgus,*
*Palladis arte dedit qualia iura Solon,*
*Talia ſunt, Alberte, tibi ſub pectore iacto*
*Iura, tuum nomen quae ſuper aſtra ferunt*
*Tranquilla cives quaeris componere pace,*
*Iurgia nulla placent, lis tibi nulla placet.*
*Publica praeponis privatis commoda rebus,*
*Nil eſt quod faciat te violare fidem.*
*Tu populi clarum decus es, tu pompa Senatus,*
*Ingenio polles, lingua diſerta tibi eſt.*
*Cunctarum tribuit rerum natura creatrix*
*Ipſa tibi, quidquid tradere ſumma poteſt.*
*Sunt nati ingenui, quorum viget inclyta virtus.*
*Qui forma adliciunt in ſua vota Deos.*
*Hoſtis & in tota nemo eſt tibi cognitus urbe,*
*Omnes ſincera tu pietate colis.*
*Tanta tibi probitas, tanta eſt praeſtantia, quod te*
*Sublimem iuſtum eſt, ut mea Muſa ferat.*
*Tempore ſi longo praeconia noſtra virebunt,*
*Quod fiet, mihi ſi Fulvia mitis erit;*
*Aeternum tibi nomen erit, tibi fama perennis.*
*Sincera ipſe fide ſtabis in orbe diu.*

XL. pag. ead. *b.* Eleg. xl. Rogat Fulviam, ne ſaevire velit in eum; aſſerit ſe facturum eam immortalem. Inc.

*Quae te cauſſa trahit, quae te ſaevitia, quod me.*

Deſ.

*Aut ego crudeli victus amore cadam.*

XLI. pag. 53. *b.* Liber III. Eleg. xli. Fatum aſſerit eſſe cauſſam amoris ſui, ſub quo maxima incommoda patitur; perfidiam accuſat Fulviae. Inc.

*Ipſe quid hoc dicam, diro quod adurar ab igne.*

Deſ.

*Inque meo ponam tumulo; conſumptus amore*
*Hic ſitus eſt Marcus, Fulvia cauſſa necis.*
*Infelix Elegis miſeros dum cantat amores,*
*Se necat, abreptam dum videt eſſe fidem.*
*Commentum fies cunctis, & fabula, nec te*
*Invenies aliquem qui velet eſſe ſuam.*

XLII. pag. 55. *b.* Eleg. xlii. Ad Pyrrhum Donatum, amori nullum eſſe remedium, niſi uti patientia. Inc.

*Conquereris, nimio quod ſis vexatus amore.*

Deſ.

*Exorant faciles lenia verba Deos.*

XLIII. pag. 57. *b.* Eleg. xliii. Epithalamium Illuſtr. Elyſae Gonzagae, & Guidi Vrbini Ducis inclyti. Inc.

*Iam Latii reſonant montes, iam carmine valles.*

Deſ.

*Turba puellarum, io Hymenaee canant.*

XLIV pag. 60. Eleg. xliv. In detractorem, qui pauperem eum aſſerebat; ait virtuti numquam deeſſe. Inc.

*Quiſquis es, oblatras noſtris, veſane, Camoenis.*

Deſ.

*Incipiet melius tunc tua lingua loqui.*

XLV. pag. ead. *b* Eleg. xlv. Ad clariſs. Equitem Dominum Dirium Tibertum Patricium Caeſenatem, poëtam doctiſſimum. Inc.

*Ordiar unde tuum, Dari, ſuper aethera nomen*
*Tollere, quae noſtrum Muſa fovebit opus?*
*Me miſerum liquit doctarum turba ſororum,*
*Mi negat auratam pulcer Apollo lyram.*
*Circum te cantus, circum te culta choreas,*
*Circum te plauſus turba novena facit.*
*Vndoſum mea cymba tremit conſcendere pontum;*
*Quam durum eſt parva lintre ſecare fretum! &c.*

Deſ.

*Tu vero noſtri ſplendor, tu maxima ſaecli*
*Gloria, cui Phoebus, Pieridesque favent,*
*Solus ab excelſo deductum carmen Olympo*
*Ipſe tenes, nobis rauca Minerva datur.*
*Vnus ego ex illis, quorum attenuata querelis*
*Forma fuit cantu ſub nova fata trahor.*
*Nec mea Permeſſi tetigerunt labra liquores,*
*Pegaſeum nectar nec mea Muſa ſapit;*
*Vt valeam doctos inter numerarier illos,*
*Virginea quorum tempora fronde micant.*
*Tu, cui pacato caeleſtia Numina vultu*
*Arrident, doctos pone, Poëta, modos.*
*Ipſe ego crudeli nimium ſubiectus amori*
*Cogor inaequali vulnera ferre pede.*
*Per varios caſus, per iniquae fulmina ſortis*
*Territa noſtra canit Muſa ſuas lacrymas.*

XLVI. pag. 62. *b.* Eleg. xlvi. Ad ſpectatos D. Blaſium & D. Pompilium de Preris, legum Doctores, amicos ſingulares, quod neceſſarium ſit, quod a fatis datur, illud pati. Inc.

*Pompili & Blaſi, fugit aetas, morsque citato.*

Deſ.

*Haec eadem faciet me ſub amore mori.*

XLVII. p. 64. Eleg. xlvii. Ad clariſs. Iuriſconſultum D. Benedictum Toſabecium, Patricium Mantuanum.

*Te precor, o raros non ultimus inter amicos,*
*Vt, Benedicte, mei ſit tibi cura mali.*
*Me varios inter caſus fortuna volutat.*

*Non mihi das requiem, nou dat & illa uecem.*
*Nemoque tam miſer eſt, qui non meliore fruatur*
*Sorte, ſis & noſtra conditione minor.*
*Nec vitio tam grande malum mihi contigis, at me*
*Duxit ad hoc probitas, ingeniumque meum.*
*Deſeror a multis, quos iuvimus, ullus & horum*
*Non eſt, qui miſero tradere curet opem.*
*Attraxit ſecum noſtros fortuna ſodales,*
*Naufragiumque omnes deſeruere meum.*
*Vt ſolet a flammis magis expurgarier aurum,*
*Rebus in adverſis ſic nites ipſa fides.*
*Sors multos ſi laeta aderit numerabis amicos,*
*Te triſti nemo forte iuvare voles.*
*Dum Zephyri vexere ratem, dum deſtitit imber,*
*Non mihi amicorum copia parva fuit.*
*Nunc quia conſurgunt ſaevis freta concita ventis,*
*Vix duo dant tabulas, vae mihi! naufragio.*
*Inter quos, fateor, non es ſors ultima, poſſes*
*Dummodo de ſcopulis hanc removere ratem.*
*Nondum illiſa vadis, nec ſit quum merſa ſub undis,*
*Officioſus in hanc deprecor eſſe velis.*

XLVIII. pag. ead. *b.* Eleg. XLVIII. Ad magnificum Equitem D. Guidarellum, fortunam tolerandam, illique ſolum ſapientem dominari. Inc.

*Quod ſis fortunae caſu concuſſus acerbo.*

Deſ.

*Haud umquam dira ſorte, nec ille ruit,*

XLIX. pag. 65. *b.* Eleg. XLIX. Ad Candidam, quam in amicam loco Fulviae ſelegerat, minime aſſerit amandam ob fallacem fidem. Inc.

*Candida, firmus eram ſecum modo ducere vitam.*

Deſ.

*Lenitur nullo iudice laeſus amor.*

L. pag. 67. Eleg. L. Rogat D. Guidarellum, ut bene ſe habeat cum D. Petro Groſſo, utriſque Patriciis Ravennatibus.

*O mihi, non alter quo tota charior urbe eſt,*
*Quo ſine non poſſem luce frui propria,*
*Qui facis ut vivam contentus in urbe Ravenna,*
*Nec curem Ocnaeos poſſe redire lares,*
*Si quidquam poſſunt in te mea carmina, ſi quid*
*Imperioſus amor iuris habere poteſt,*
*Hoc unum expoſco ſolum, Guidarelle, precamur*
*Hoc unum, tibi ſit ne mea Muſa gravis.*
*Ne mea contemnas medio quae carmina corde*
*Proveniunt, pura ſint tibi lecta fide.*
*Purus amor meus eſt in te, ne deſpice puro*
*Quod fluit ex animo, quod ſine labe datur.*
*Neſcio quid tibi cum Petro eſt odii peracerbi,*
*Olim non poteras quo ſine, luce frui.*
*Vrbs dolet, & populus gemit, & gaudere Senatus*
*Neſcit, quum inter vos tam ſit amara lues.*
*Diſſidium inter vos quae cauſſa indigna ſubegit*
*Exercere odiis? lis ſine iure furit.*
*Nullae inimicitiae, non eſt malefacta cruore*
*Terra tuo, non eſt ullus ademptus honor.*
*Quid furis, & ſaevam quid te contraxit in iram?*
*Si neſcis, forti eſt ira tenenda manu.*
*Ira brevis furor eſt animum quae vexat, & illum*
*Quum furis in rabiem cogit adire trucem.*
*Magnus Alexander victrici fractus ab ira*
*Corruit, & minor eſt dictus in orbe patre.*
*Tydeus hoc iacuit morbo, deceſſit & ille*
*In fabulam dixit qui tua iura mari.*
*Quanto animus maior tibi vel virtute, vel alto*
*Sanguine, tu tanto mitior eſſe velis.*
*Exerces pretioſa odia, & ſublime mereris*
*Nomen, quum nolis verba referre homini.*
*Scipio, quo nemo vixit praeſtantior orbe,*
*Quantus hoſtis eras, audiit Hannibalem.*
*Ite ambo, & laeto vultu coniungite dextras,*
*Lethaei inſidias abluat amnis aqua.*
*Mendaci ſit nulla fides, ne credite linguis,*
*Lingua nocet multis, lingua venena ferit.*
*Sunt aures patulae, fateor, clauduntur at illae*
*Intus neſcio quo vellere quam tenui.*
*Danda fides homini ſemper, mihi credite, non eſt,*
*Omnibus eſt fatui rebus habere fidem.*
*Diſſidium inter vos quiſquis ſerit, omnia vellet*
*Quae tribuis vobis ſors bona ſurripere.*

LI. pag. 68. Eleg. LI. Genethliacon Hippolyti, Ioannis Burgii, & Laurae filii. Inc.

*Nunc ſi quando mihi Muſae faviſtis adeſte.*

Deſ.

*Stat quidquid ſummo manat ab ore Iovis.*

LII. pag. 69. *b.* Eleg. LII. Ad Illuſtriſs. Principem Fridericum Mantuae Marchionem

nem pro ſalute eius inſtaurata. Inc.
*Ardebat fortuna potens te reddere caelo.*
Deſ.
*Quo rueret Latium cernere tempus erat.*

LIII. pag. 70. b. Eleg. LIII. Orat Fulviam, ut ſe totam ei manifeſtet, celet tantum papillas, quum candore pectoris illius conſumatur; aſſerit ſe interimere, ut illi complaceat. Inc.
*Fulvia bella nimis, nimium mihi candida vincit.*
Deſ.
*Heu fueris, ſero leuis & eſſe voles.*

LIV. pag. 71. Eleg. LIV. Nihil dulcius Fulviae ſuaviis. Inc.
*Olenio talem pecori emanaſſe liquorem.*
Deſ.
*Detineant; nollem tunc Iovis eſſe loco.*

LV. pag. 72. Eleg. LV. Orat Phoebum, ut Laurenti Patricio Romano febre laboranti ſuccurrat. Inc.
*Ecce meus Laurens ferventi febre laborat;*
*Vexatur ſicco gloria noſtra cane.*
*Quid tibi vis, o Phoebe, tuum torquere poëtam?*
*Saevire in vatem gloria nulla tibi &c.*
Deſ.
*Pro incolumi cedam, Candide, vate meo.*

LVI. pag. 73. Eleg. LVI. Ad D. Darium Tibertum Equitem digniſſimum, Patricium Caeſenatem, poëtamque facundiſſimum. Inc.
*Docta Phileteis ludat redimita corymbis,*
*Et canat aethereos nunc Elegia modos.*
*Cingite virginea flaventia tempora lauro,*
*Spargite Pierides per iuga ſumma roſas &c.*
*Darius aeterno fera praelia, ſidera verſu*
*Cantat, & aligeri tela cruenta Dei.*
*Ipſe repertorem citharae ſermonibus aequat,*
*Nimirum huic pendens ungula cuncta dedit.*
*Virgineum hic Helicona quatit, doctaſque ſorores*
*Convocat ad cantus, ſidereamque tubam.*
*Cogit & e ſacra Phoebum deſcendere Cirrha,*
*Bacchum Niſaeo cogit abire iugo.*
*Tanta illi eſt probitas, tanta illi copia fandi,*
*Graecia quos iactat, vincat ut ille viros.*
*Munychiae florent arces, nunc floret Apollo,*
*Nunc hedera, & myrto lingua Latina viret.*
*Largius exuberant amnes, roſuliſque nitentes*
*Decurrunt valles, nunc viret omnis ager.*
*Theſpiadum tauri circum ipſa altaria centum*
*Mactentur, ſummo victima danda Iovi eſt,*
*Victima danda Iovi eſt, talem ſortita poëtam*
*Quum ſit Calliope, Calliopeſque chorus.*
*Iuppiter ipſe Deus Muſis favet, omnia Muſis*
*Debent, aeternum eſt quidquid ab ore vomunt &c.*
Deſ.
*Turpia Ledaeae cecinit qui furta puellae,*
*Perſonat aurata dulcia verba chely.*
*Chalcidio volucres qui verſu pinxit amores,*
*Te Latia, Dari, nunc canit uſque lyra.*
*Miratur Sophron, te ſolum docta Corinna*
*Miratur, parva te modulamur ope.*
*Mirantur Nymphae, & Dryades, Faunique ſalaces,*
*Mirantur Satyri teque, tuamque tubam.*
*Tu canis aeternum carmen, tibi Cynthius illud*
*Temperat, & doctis te docet articulis.*
*Tu decus es vatum, Romani fama decoris,*
*Tecum Ibaci floret lingua diſerta Ducis.*
*Tullius & Latiae facundia maxima linguae*
*Neſcio quid clarum concinit ore tuo.*
*Facunduſque color Fabii tibi manat ab ore,*
*Tu quodcumque canis dicitur arte tibi.*
*At dederint quum tanta tibi monumenta ſorores,*
*Diſpenſant fuſis quae bona noſtra ſuis,*
*Fac teneas memori Marci ſub pectore nomen,*
*Et mihi Pieridum munera concilies.*

LVII. pag. 74. b. Eleg. LVII. Ad Rever. D. Scipionem de Manfredis Protonotarium. Inc.
*Scipio, praetereunt regna inclyta, labitur aetas.*
Deſ.
*Mente tene, tua ſic fama ſuperſtes erit.*

LVIII. pag. 75. b. Eleg. LVIII. Ad Ioannem Aldroandinum Comitem, & Patricium Ravennatem; hortatur, ut patris mortem patienter ferat. Inc.
*Parce tuis oculis, Ioannes, parce parentem.*
Deſ.
*Fac patris oſſa tui molliter ut iaceant.*

LIX. pag. 76. b. Eleg. LIX. Pro pupillo quodam coram Veneto Senatu perorante. Inc.
*Impulit huc tandem pietas immenſa Senatus.*
Deſ.
*Sume reum, & vultu candidiore iuves.*

LX. pag. 77. Eleg. LX. Ad Marcum Ducalis Camerae Ravennatis Scribam, fictorem praecipuum. Inc.



Digitized by Google

*Priſca Polycletum, nec Zeuxim ſaecula iactent,*
*Nec Myronis opus, Dinomeniſque canant &c.*
*Nam quoſcumque vetus pictores extulit aetas,*
*Exſuperat Marcus, alter in orbe Deus.*
*Huius ficta manu fuerit ſi quando puella,*
*Invadit iuvenum mitia corda furor.*
*Si leo fictus adeſt, fictum fugit agna leonem;*
*Ad fictam ſonipes ſaepius hinnit equam.*
*His modo dent animas caeleſtia Numina formis,*
*Docta manus Marci cetera membra dabit &c.*

Deſ.

*At meus, in terris quo non eſt clarior alter,*
*Ab Iove quidquid habet Marcus habere putat.*

LXI. pag. 77. *b.* Liber IV. Elegia LXI. Ad vates, quos admonet quanto in cruciatu detineatur a Cupidine, meliuſque fuiſſe numquam amoris perfidiae fidem praeſtitiſſe. Inc.

*Qui colitis Muſas, Parnaſſia Numina, vates.*

Deſ.

*Caecus eram, caeco victus amore fui.*

LXII pag. 79. Elegia LXII. Ad D. Enricum Petronium Iuſtinopolitanum Patricium, Iuriſconſultum celeberrimum; conqueritur quod Ravenna diſcedat. Inc.

*Ardua quae miſeri poſuerunt moenia Colchi.*

Definit imperfecte in verſu:

*Nam memini nimio fueram quum tortus amore.*

Reliquum Libri deſideratur mutilato in fine Codice.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, elegantiſſimae, ſed parum caſtigatae ſcripturae, cum titulis rubricatis. antiquitus num. 781. notatus. Conſtat foliis 79.

## BENEDICTI LYCII SOMNIVM.

*Cod. XLV.* Benedicti Lycii Volaterrani Somnium Elegiacum ad Petrum Medicem. Inc.

*Ibat in extremam properans ſe iungere Soli*
*Luna domum, & medium nocte tenebat iter.*
*Ecce levis ſummo delapſus ab aethere ſomnus*
*Millia formarum conſpicienda dabat.*
*Namque inter glebas ſolus iacuiſſe videbar*
*Squallidus, & pellem deſinuiſſe ſitum &c.*
*Sic ſteteram, noſtris oculis dum redditus anguis*
*Ter caudam iungens lubricus ore ſuam.*
*Omnibus eſt finis, nec ſemper fulminat aether*
*Turbidus, aut ſemper nubila pellit habent.*
*Unda tumet ventis, quum diſceſſere, quieſcit,*
*Et plaudet votis uncta carina ſuis &c.*

Pag. 2. haec notanda ſunt carmina:

*Hos inter medius longa cum veſte ſacerdos*
*Dulce canit, Clio prob Dea! dulce canit.*
*Tum vero inſpiceres recludi nectare caelos,*
*Dum canit, aeternas ambroſiaſque dare.*
*Hos ego perſpiciens lacrymis mirabar obortis,*
*Obvius aſſurgens proximus inde venit.*
*Quid petis hinc, inquit, cur fles? potare licebit*
*De tam formoſo fonte perennis aquae.*
*Ingredere o mecum, veniet iam tempus, honoris*
*Ut dentur capiti laurea ſerta tuo.*
*His ego dehiſcens, fueram, puer optime, quondam*
*O nimium felix, heu meminiſſe pudet.*
*Scandere Parnaſſi montis per pulcra ſolebam,*
*Et de Caſtalio fonte levare ſitim.*
*Sol ſua percurrens ter iam ſolſtitia (1) viſit,*
*Ex quo per ſilvas, perque tremenda feror &c.*

Item pag. ead. *b.* De Angelo quodam (ſc. Politiano) multa fingit, & quidem ita:

*Vix ea fatus eram, nobis quum talia reddit:*
*Angelus hic tuus eſt, qui tibi charus erat;*
*Qui cecinit Manto (2) divino carmine vatem,*
*A qua deductum Mantua nomen habet,*
*Quam poſuit Mantuſque, & Thuſci filius amnis*
*Ocnus, ut excelſo vate canenda foret.*
*Mantua quam debet Ocno, quia condidit urbem,*
*Sed propter vatem debet & ille tibi.*
*Dixerat, & laetos ſocios viſurus abibat;*
*Reſtiteram laſſo pectore multa gemens.*
*Huc ubi delatus, ſocii de gramine ſurgunt,*
*Et cantant laudes, Angele docte, tuas.*
*Plaudite de ſummo Parnaſſi vertice Muſae,*
*Et laetae cantum vocibus inde date,*
*Quae tantum nobis voluiſtis adeſſe Poëtam,*
*Quo nullus toto maior in orbe fuit &c.*

Deſ.

*Quum venies, Medices laetus ſuſcipiet ulnis,*
*Ad fontes ſacros laetior inde feret.*
*Petrus eris Lycius, Petruſque vocabere ſemper*

No-

(1) Claudicat hic verſus, aliique non pauci in toto Carmine item claudicantes occurrunt.
(2) Silva Angeli Politiani, cui titulus *Manto*.

Digitized by Google

*Nomen avi referens, compatris atque tui.*
*Proh quantum facies Medices dulciſſime natum,*
*Quem vix conceptum deſideraſſe potes.*
*Sit tua magna fides, ſit iam ſervata perennis,*
*Sit magnum nomen, ſit tua fama volans;*
*Sint tibi divitiae, ſit iam firmata cupido,*
*Sis largus meritis, ſit tibi charus amor.*
*Sit tibi longa quies, ſit iam tua vita beata,*
*Aeternum felix ſis, memor atque mei.*
*Vale. Ex Volaterris V. Nonas Aprilis MCCCCLXXXIII.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. exeuntis, nitidiſſimus. Conſtat foliis 7.

## CAROLI DE MAXIMIS CARMEN.

*Cod. XLVI.* CAroli de Maximis Carmen heroicum ad Laurentium Medicem de Studio per eumdem Piſis innovato (1). Praecurrit Praefatio, quae ita ſe habet:

*Siderei poſtquam delapſa eſt ſpuma Tonantis*
*In mare, concretus humor, & orta Venus,*
*Huc illuc patrui ſinuoſa per aequora fertur,*
*Caeleſtes quaerens ad patris ire domos.*
*Terra patet, dant ſtagna viam, ſed ſe implicat alga,*
*Et Dea parva ſuo neſcit abire mari.*
*Tunc nec lunati per roſcida gramina tauri*
*Pro vacca cornu, nec pede bella dabant.*
*Caſta homini natura fuit, nec Iuppiter aurum*
*Induit, & laurus non tibi, Phoebe, viret;*
*Securuſque tori ſponſus, nec notus adulter,*
*Nabant frigidulis omnia merſa vadis.*
*Aſt ubi Apellei Venerem pinxere colores,*
*Surgendique vias Coa tabella dedit,*
*Exit, & excuſſis ad ſolem forte capillis*
*Mens redit, in poenas, Phoebe, futura tuas.*
*Vix hanc caeruleis mediam deduxerat undis,*
*Ecce ſui tenuit quum ducis illa manum,*
*Vlterius ne pinge tuos, dixitque, furores,*
*I, primus noſtras experiere faces,*
*Pictoriſque ſui ſuccendit pectora flammis,*
*Proh miſer! ingeniis aeſtuat ille ſuis.*
*Nec mora, tigris amat, vinci ſtupuere leones,*
*Et dolor eſt, hoſtem neſcit uterque ſuum.*
*Terra ſatis non eſt, ſuperos Dea currit ad axes,*
*Cumque pharetratus matre volavit Amor.*
*Expertes caluere Dei, tunc frigida Iuno*
*Sudavit, Solis tunc magis arſit equus.*
*Maius adhuc, genitor parvo poſt tempore iuſſus*
*Taurus Agenorea gramina carpere humo.*
*Lemnia quin etiam tenuerunt vincula Martem,*
*Cogitur in gremio dum Deus eſſe ſuae.*
*Ad terras redeo; diris Polyphemus ab antris*
*In Venerem, & Stygii proſiliere Dei.*
*Alcides, & qui Iunonia monſtra repreſſit,*
*Cum caelo impoſitam ſuſtinuitque Deam,*
*Vnde ſibi meruit caelum; ſed dic mihi, Iuno,*
*Num potuit Paphiae monſtra tuliſſe Deae?*
*Denique quidquid amat terris, undiſque, poloque*
*Hoc tibi Apelleae dant, Cytherea, manus.*
*Sic mihi, qui parvi moerebam ad flumina Rheni,*
*A legum tanto neſcius ire freto,*
*Das animos, Medices, monſtras iter alter Apelles,*
*Et tibi nunc primo carmen ab ore cadit.*

Inde ſequitur Carmen ipſum, cum hoc titulo aureis maioribus litteris expreſſo: *De Studio Piſanae Vrbis, & eius ſitus maxima felicitate, ad eumdem Laurentium.* Carmen vero ſequens eſt:

*Ite, quibus ſtudiis amor eſt accendere mentes,*
*Ingenii quibus aura favet, quibus aethere ab omni*
*Hac una aſtriferi datur ad faſtigia regni*
*Ire via, & merito conceſſum aſſiſtere caelo;*
*Ite, datur veteres tandem conſurgere Piſas,*
*Et priſcus renovatur honos. Sint diruta quamvis*
*Moenia Tyrrhenum late dominata per aequor,*
*Tu tamen exſtinctam ſtudiis melioribus urbem*
*Inſtaurare paras, atque intermiſſa Minervae*
*Sacra novas, Medices; procul exſultantia cerno*
*Littora, & arridet vicina Palaemonis unda.* *Gaudium Piſanorum.*
*Quid mirum? geminus qui faucibus excipit Arnum*
*Collis ovat, Dominique intrantis laeta ſalutat*
*Stagna Dryas, mediamque libens tranſmittit in urbem.*

*Vix*

(1) Pauca quaedam ex hoc Codice adferuntur in Vita Ambroſii Camald. pag. CCCLXXIV.

*Vix mihi certa fides, num tu Pelopeia tellus,*
*Num vos Tyrrhenae, triſtiſſima moenia, Piſae?*
*Vnde haec laeta dies tam feſtinantibus horis*
*Effulſit, quaenam vobis inopina reluxit*
*Gratia, quaeve hilaris ſubito fortuna renata eſt?*
*O bona lux! patriis nuper diſcedere tectis*
*Incola iuſſus erat, vacuoque in limine matres*
*Flebant, crudeles & deteſtantia Divos*
*Ora cruentabant, tantae memoreſque ruinae*
*Errabant triſtes, & ſparſis crinibus umbrae.*
*Quae modo tam volucri redierunt gaudia penna?*
*Quaenam fata locis? plectrone haec ſaxa canoro*
*Demulcet dorſo reſidens delphinis Arion?*
*Dircaeae num fila lyrae? Stupet Italus orbis,*
*Huc que fluit, Libycis nec qui Deus exſtat arenis,*
*Aurato inſignis cornu, nec opaca Sibyllae*
Comparatio. *Tot ſimul adiunctas videre ſilentia gentes.*
*Nec mirum, nam tu mediis de nubibus urbi*
*Allaces, poſitaque hanc erigis aegide, Pallas,*
*Et dubium iuvenem, nec adhuc fidentis habenas*
*Ipſa impellis equi, & magnis hortatibus urges.*
Exhortatio ad Palladem quod Studio Piſano faveat. *Quin age, ſeu chara nunc in Tritonide virgo*
*Lanificas monſtras artes; ſeu corpora pura*
*Tingis aqua, & primos non dedignaris honores;*
*Sive ad Cecropias fruſtra lamenta profundis*
*Relliquias, cinerique virûm, incumbiſque ruinae;*
*Seu potius laetas inter Dea candida Divas*
*Texis opus, niveoque animas in ſtamine telam,*
*Huc propera, huc totis ad terram labere pennis;*
*Sume vias, non te poſcunt iuga Sarmata multo*
*Preſſa gelu, aut Cancro ferventis gleba Syenes;*
*Sed vocat uvifero madidus de palmite Frater,*
Mercurius Deus Florentinorum. *Deque Fluentino propior Cyllenius axe;*
*Laeta, hilariſque veni, qualem poſt bella gigantum*
*Vidit pacifera velatus fronde ſacerdos.*
*Adſpice cognatis quanto tibi moenibus arae*
*Thure ſonant; nec enim haec ſuperis incognita ſedes,*
*Sed de ſacrificeo dicta eſt bona Thuſcia ritu.*

Thuſci ſemper religioſi. *Heic tibi non oleae deerunt; aptiſſima ponto*
*Pinus habet colles; huc ſi te forte tuliſſes,*
*Quum tua Phryxaeas eſſet curſura per undas*
*Puppis, & Argois aptares robora remis,*
*Non aliis claſſem tentaſſes ducere ſilvis.*
*Heic tua fatiferos primum tuba compulit enſes,*
*Et bellator equus elangentes arſit ad iras.*
*Vbera quid referam terrae, formaſque locorum?*
*Vobis Campanae nec cedat Thuſcia glebae;*
*Et ſi larga magis multum, ſi ditior iſtis*
*Stet natura locis, & pleno copia cornu,*
Cultus & ingenia Thuſcorum. *Thuſca magis cultu tellus formoſa, magiſque*
*Ingenioſus ager; medio pomaria ſaxo*
*Cernis, & agricolam ſterili de vertice meſſem*
*Colligere; his credunt Cerealia ſemina ſulcis*
*Spargere Triptolemum, picturatoſque dracones*
*Arentem placidis terram irrorare venenis.*
*Non taceam Thuſcis & quae naſcantur in oris*
*Pectora, conſiliis, duroque aptiſſima bello,*
*Contentique magis laeta ſub pace quieſcunt.*
Invocatio ad Laurentium Medicem. *At tu, Laurenti, quae te pietatis imago*
*Moverit hos tantos ut molirere paratus,*
*Dinumera, & caeptis quando mihi parcere tantis*
*Difficile eſt, tu tende chelym, partemque tuarum*
*Tot mihi de cumulis da nunc perſtringere rerum;*
*Et mea ſi nimium levis, & temeraria virtus,*
*Da veniam, trepidamque ratem propelle per Euros.*
Invocatio ad Coſmum avum Laurentii. *Et tu, Coſme Pater, cuius ſibi numen ad orat*
*Arnus, Romano cognatus vertice Tybri,*
*Praebe animos, impelle lyram, & maiore cothurno*
*Ire iube, numen certum, & mihi maior Apollo.*
Narrat qualiter Laurentius Studium Piſis deſtinaverit. *Eſt in Piſano ſaltu nemus, ardua multum*
*Cui coma, frondenteſque in caelum ſurgitis alni,*
*Montivagis domus apta feris, acceſſaque numquam*
*Solis equis; habitant ſalientes robora Fauni;*
*Virginibus ſacra ſilva choris, caſtaeque Dianae*
*Creditur, ipſa loci facies dat ſigna, novaeque*
*Auditae voces, & viſae per iuga Nymphae.*
*Huc, quum civiles ceſſarent undique curae,*
*Vr-*

Vrbanuſque labor, laeto Laurentius ore
Venerat, Herculeo ſic quondam robore fidens
Atlas, depoſita gaviſus mole laboris,
Et ſuper iniecto paullum ſubductus ab aſtro.
Nec mora, pars multa cingunt indagine valles,
Pars urgere canes, & vincula demere collo;
Cornua mille ſonant, veſtigatorque Moloſſus
Dat ſignum, fugiente fera, tremit icta fragore
Silva, & diffuſi fugiunt per devia Panes.
Vallis erat, vitreas ubi formoſiſſima ſervat
Nais aquas, denſiſque expellens frondibus aeſtus
Brumam Nympha ſibi facit, & nunc roſcida muſco
Strata tegit, tremuloſque lacus nunc flore coronas
Narciſſo, aut foliis, caſus qui luget amaros.
His Dea venatu defeſſa loquacibus undis
Aſſuerat Dictymna ſuas renovare ſagittas,
Et multo nitidos temerabat ſanguine rivos:
Et tum forte aderat, quae vocibus excita vidit
Deſcriptio Laurentii venantis. Quum primum per luſtra virum, quo ſubter anhelat
Arte laboratis circumſpiciendus habenis
Acer equus, laterique haeret fidiſſima tigris,
Spartana de matre canis; Mea Coſmea proles,
Haec ait, o ſuperi quantum debere fatemur!
O vos, vicinae quantum exſultabitis arces!
Nec mora, velocem pedibus, ſimilemque ſagittae
Ire iubet cervam, quae ſe frondentibus umbris
Opponat, monſtretque viro, tum deinde revertat
In liquidum fontem volucri veſtigia gyro.
Illa volat celeri frondoſa per avia ſaltu;
Quam ſimul adſpexit celſo de vertice tigris
Irrumpit ſilvis, animos vox nota miniſtrat
Feſtinantis heri, timidis it pendula coſtis
Tigris, & in vallem vicinis dentibus urget.
Ecce per irrigui nemoroſa cubilia fontis
Accelerat Diana gradus, optataque lora
Pervicis Dea preſſis equi, & ſic ora reſolvit:
Diana alloquitur Laurentium. Chare nimis, dilecte mihi, quem gentis Etruſcae
Fas dixiſſe Deum, quantum tibi Numina debent!
Quantum ego! nam ſolis habitabam frigida lucis,
Virginibus comitata meis, atque aëre nudo.
Hippolytus mihi nullus erat, qui retia poſſet
Tendere, & alatos mecum praevertere cervos;
Languebant Satyri, Nymphaeque, & flumina, & auras
Implebant querulis actae clamoribus umbrae.
Per te cuncta mihi redeunt, maneſque quieſcunt,
Exſultant ſilvis Dryades, Nereides undis;
Nec deſerta queror, nam te mihi ſemper in iſtis
Collibus adſpicio comitem, & mea luſtra frequentas Laurentius ſolet ſaepius in ſaltibus Piſanis venari.
Candidior, ſimiliſque Deo, quotieſque putarem
Fratrem materna veniſſe per aequora Delo,
Si calami ex humeris ſtarent, & flexilis arcus.
Dum loquor, inque tuos figo, placidiſſime, vultus
Lumina, quanta paras oculis! o quantus in ore
Stat genitor, patriique nitet ſplendoris imago!
Virtus quanta patet, quanti monſtrantur honores!
Et tibi, ſi qua fides ſuperis, longaeva merenti
Tempora & aſtra dabunt, ſed ne pars ulla parato
Deficiat caelo. noſtris bis annue dictis,
Oſtendam quo ſit fugiturus tramite terras.
Eſt mihi chara ſoror, quam nec Cytherea, nec umquam
Vos iaculatores illam fixiſtis Amores,
Vertice nata Iovis, cui ceſſa potentia ferri,
Proximaque, in ſtudiis nec enim minor addita virtus,
Nunc incerta loci, varias defertur in urbes,
Qua ſe ponat humo, ſedem quibus eligat oris
Neſcit, & exſtinctas ſemper ſuſpirat Athenas,
Nec voluit parvi ripis confidere Rheni,
Nec, Ticine, tuis; hic enim civilibus armis
Noxius, hic magno didicit ſervire tyranno.
Libera mens illi eſt; da tu, chariſſime, portus,
Da feſſae ſua tecta Deae; non heic furit enſis
Civicus, & claro gens eſt dilecta Leoni. Leo inſigne Florentinorum.
Magnanimae ſervitque ferae, placidaſque iubarum
Non timet ad ſetas primis vagitibus infans
Ludere, & a forti pendent cervice puellae.
Eia age, perge, adero, mecumque ad tanta iuvabit
Frater, & huc gentes gemino mittemus ab axe.

Di-

*Diſceſſus Dianae.*

*Dixerat, alatis & ſe per devia plantis*
*Suſtulit in ſilvas, lateri cui plurima virgo*
*It comes, & nitida ſequitur veſtigia palla.*
*A iaculis lucent humeri, nervoque ſonanti*
*Omnibus arcus erat, Zephyris raptique capilli*
*Colla repercuſſis umbrabant candida tergit.*
*Divinumque cohors late diſperſit odorem*
*Per ſilvam, & caſti luſtrarunt avia vultus;*
*Quaque receſſerunt ſeſe violaria plantis*
*Sub fuere, latus ſubitoque roſaria tractu*
*Cinxere, & ramus ſe culmine flexit ab alto.*
*Venantes ſenſere viri, ſubituſque per ora*
*Fulgor iit, blando manſit fera iuncta Moloſſo,*
*Quae prius auditis fugit latratibus umbram.*
*Hauſerat has voces, hortatriciſque Dianae*

*Laurentius Studium Piſis deſtinat.*

*Numen agit Medicem; vix bino Sole calentes*
*Aeripedes fumaſſis equi, totieſque relapſi*
*Vos ponti merſiſtis aquis, & vera per urbes*
*Fama volat, Studium lapſis componere Piſis*
*Te te, Laurenti; nec enim minus inclyta virtus*
*Iſta tibi, quam quum Volterras marte rebelles*

*Solus Laurentius cenſuit contra Volaterranos bellandum, quando rebellarunt.*

*Auſus es ipſe tuis de tot modo civibus unus*
*Vincere, & iniectis hoſtem frenare catenis.*
*Ergo ubi multivago diſcurrit fama volatu,*
*Et circumfuſi procul, ut ſenſere parari,*
*Accurrunt populi; florentes mittit alumnos*
*Trinacris ora, venis Gallis admiſſus Iberus,*

*Concurſus ad Studium Piſanum ex omni parte.*

*Quique racemifero vultum crineſque ſequuti*
*Se vivere Deo; ruit huc gens omnis; anhelant*
*Aequora, & Inoi capiunt vix clauſtra Learchi.*
*En ego nunc etiam nimium fidente carina*
*Dum feror, & puppem maiori credimus Auſtro,*
*Diſtrahor, & rapido multum increſcentibus undis*
*Nutat cymba mari, & ſcindunt mea vela procellae.*
*Nam quis inexpleti referat certamina circi,*
*Quis tantos rerum motus? non ſi mea texant*
*Tempora Maeoniae laurus, & Cynthius hauſtus*
*Bellerophonteos plenis indulgeat urnis,*
*Sis ſatis, & tantos valeam narrare paratus.*
*Cedite vicinae, liceat mihi dicere, Senae,*
*Tuque Antenoreo tellus fundata colono,*
*Felſineaeque nives, tuque o cui ſanguine noſtro,*
*Ticine, infauſto tumuerunt flumina bello;*
*Non veſtris tam grande ſonat facundia muris;*
*Non heic qui populos doceant ſub lege ſenere,*
*Iuſtitiaeque ſacros monitus, & iura miniſtrent*
*Deficiunt, nec qui conducere vulnera, morbos,*
*Oſtendant, ſomnos & quid fugientibus aegris*
*Efficiat, mortes & qua teneantur ab herba;*
*Sidera qui referet, magnique volumina caeli*
*Explicet; heic omni fulgent ex arte nitentes*
*Stipanturque viri; Graecae huc facundia fluxit*
*Romanaeque decus linguae, maioraque dictis*
*Sunt & plura meis; nihil his quod dicere poſſis*
*Deeſt grande locis; genialis gratia terris* *Laudes agri Piſani.*
*Indulſit, largum ſeu fundat Iuppiter imbrem,*
*Tunc quum ſaevit hiemis, Calabros ſeu Syrius urit,*
*Aut fervet latos Nemeae populator in agros,*
*Temperies his mira locis; uberrima tellus*
*Ipſa ſuas diſtinguit opes; heic flumina fecit*
*Flexivagis ambire vadis; hinc ſurgere in altum*
*Verticibus montes, vaſtas radicibus imis*
*Hinc cadere in valles; aſt inde tepentia fumant*
*Balnea de terra, multumque ſalutifer aegris*
*Naſcitur humor aquae; ſtagnis ſudare videres*
*Numina, anhelanteſque hiberno frigore Nymphas.*
*Iſta vaporiferae nec vincant aequora Baiae,*
*Nec vos vicinae notiſſima Balnea Lucae.*
*Quid bipara referam pendentes arbore fructus,*
*Quid bene partitis laetiſſima dotibus arva,*
*Naturaeque vices? hinc pubeſcentibus uvis,*
*Ulmea ſerpentes pingunt faſtigia vites,*
*Et circum amplexis ſervant connubia nodis;*
*Illinc effuſis large ſuper arva caniſtris*
*Laeta Ceres natam Stygiis invitat ab undis,*
*Exoratque Iovem; Thuſcis deque urbibus una*
*Romanae par haec, & terra ſimillima glebae eſt.*
*Lanigerae pecudes, campiſque armenta vagantur,*
*Laſciviique greges; nemora heic habitataque miti*

Lu-

*Luſtra fera; arboreis heic ſe cum cornibus infert*
*Actaeon, trepidae ſaliunt & per iuga damae,*
*Et mollis lepus, & maculato tergore caprae.*
*Non urſus, non tigris adeſt; ſi forte malignus*
*Frendit aper, vel ſpumivomo diffulminat ore,*
*Te ſibi, Laurenti, fatis melioribus uſum,*
*Theſtiaden ſentit, ſi quive in valle leones*
*Occurrunt, placidi lambunt veſtigia, & altas*
*Summiſere iubas, & te voluere magiſtrum.*

*Situs urbis Piſanae.*
*Non ſileam poſitus urbis; ſtant margine plano*
*Moenia, & aëreas medio tranſmiſſe canali*

*Arnus labens per medias Piſas.*
*Arne, domos, urbemque ſuis interfluis undis,*
*Arne, Fluentinos qui praeterlaberis hortos,*
*Fecundiſque ſecat rivis, non fonte refuſo.*
*Nec rapidis tranſcurris aquis, ſed pontis habenas*

*Quatuor pontes in Arno, qui per Piſas labitur.*
*Dignaris, curvos & te quater addis in arcus;*
*Inde tuam aequoreis immiſces Dorida nymphis,*

*Oſtia Arni in mare.*
*Feſſaque littorea praetexis cornua myrto.*

*Portus Piſanus.*
*Parte alia portus, cinctis ubi Nereus undis*
*Innatat, & poſito paullum fervore quieſcunt*
*Aequora, & incluſo Nereides amne lavantur.*
*Heic Athamantheus nautis venientibus infans*

*Turris in portu, ubi lumen nauticum.*
*Luſtratam flammis, & ituram in nubila turrim,*
*Per latas oſtendit aquas, parvoque reclamat*
*Vagitu, & vigili noctem propellit olivo.*
*Nec procul a terra ſurgentes cautibus altis*

*Quatuor turres in portu non multum a terra ſeiunctae.*
*Bis geminas arces ſervat, cingitque catena,*
*Brontis opus, tutis ubi poſſis navita velis*
*Secura totas noctes traducere ſomno.*
*Heic & Atlantiades dulci teſtudine pontum*

*Mercurius Deus mercatorum in portu concinens.*
*Mulcet, & auratis invitat Pallada chordis,*
*Hortaturque viros, fidiſſima laudis imago*
*Quos ſuperis facis ire pares, & vivida virtus.*
*Ille renaſcentes canit alta ab origine Piſas,*

*Cantus Mercurii.*
*Seu quod, magne Pelops, dederis tu nomina terris,*
*Fundariſque urbem, ſeu quod tuus accola muros*
*Heic poſuit, nomenque Eleaeo adiecit ab urbe.*
*Piſanos etiam plectro movet ille triumphos,*
*Et quos terra viros bellis navalibus, aptas*
*Quas tulit iſta manus, felix nimis improba felix,*
*Si non finitimo fregiſſet iura Leoni,*
*Victrici tumefacta manu, rebuſque ſecundis,*

*Bella inter Florentinos, & Piſanos & capta Piſas.*
*Namque Fluentinae ſocialia foedera genti*
*Abruptamque fidem, iuſtiſque hinc excita bellis*
*Pectora, & armatas Deus addit in ordine turmas,*
*Excidiumque urbis quanto Deus hic tonat ore!*
*Quis modus in cithara! credas fera bella movere,*
*Vincula captivo rurſumque imponere collo;*

*Laudes Florentinorum, qui ſub Mercurio eos in Deo jus...*
*Nec procul his laudes, & facta referre ſuorum*
*Gaudet, & a Feſulis primae fundamina terrae,*
*Antiquos faſces, & relligionis honores;*
*Hinc memorare viros, inter quos, Maxime, primus,*

*Laudes Coſmi.*
*Coſme, venis, teque innumeris cum laudibus offers,*
*Templorum, Patriaeque Pater, te curia felix,*
*Te duce libertas populis, cultuſque Deorum*
*Crevere, & priſcis demiſſa altaria Thuſcis.*
*Proh vanae mentes hominum! te civicus error*

*Coſmus per odium expulſus cum aliquibus ſuis de Florentia, revocatus uno ſto annum decreto publ. co fuit.*
*Iuſſit ab emeritis patriae diſcedere tectis;*
*Sed Dii quam melius! vix in ſe vertitur annus,*
*Vix Ianos videre duos, quum teque, tuoſque*
*Indiga gens Coſmi, patrias revocavit ad aras.*

*Comparatio.*
*Sic etiam immeritum damnavis Roma Camillum,*
*Acriſioneis illumque reduxis ab oris;*
*Sic ſponte ingratos effugit Scipio cives,*
*Vltoreſque ſuo titulos dedit ille ſepulcro.*
*Scilicet hoc etiam timuit Florentia, neve*
*In mare tam turpi flueres languentibus undis,*
*Arne, nota, aequoreis & ne vox iſta natares*
*Fluctibus, emeritos cineri perſolvit honores,*

*Sepulcrum Coſmi.*
*Et dignam poſuit titulis fulcantibus urnam.*
*Haec tibi, Coſme, Deus, ſeſſuſque ex aggere laudum*
*Conciliat nervos, inflatque retemperat aure;*
*Mox veſtri canit acta libens miranda parentis,*
*Es vos, o gemini Medices, certiſſima Thuſcis*
*Sidera, olorini referenſque ingentia furti*
*Pignora, fraternum vobis inſpirat amorem,*
*Et tibi, Laurenti, rerum conceſſit habenas,*
*Cui maior de more dies, & firmior aetas*
*Exemplis urit mentes; inceptaque ſuadet*
*Tanta ſequi, atque animum patrios accendit ad actus.*

*Laudes Petri Medices patris Laurentii.*
*Numquam ille adverſos ferro ſaevibat in hoſtes,*
*Nulla cruentatis edebat funera dextris.*

*Sed mitis, ſimplexque animus, ſemperque ſerena*
*Magnaque mens victo ſuadebant parcere civi.*

> *Lucas de Pittis cum illa factione Pogino a Petro Compilio inaudito devictus, ad vitam ex humanitate animi reſtitutus.*

*Teſtis Pittus erit, tunc quum male gratus honoris*
*Per vos accepti, civilem movit Erynnim:*
*Nec tantum infirmae potuere in corpore vires,*
*Herculis auderet quin mente aequare labores* (1).
*Dum tali canit ore Deus, longeque vagatur*
*In virtute patris, teque altos urges ad auſus,*

> *Amoenitas cantus Dei Mercurii.*

*Veſtitur ad cantus, ſemperque cadentia verba*
*In te, Laurenti, placidiſque remurmurat undis*
*Arnus, & haec totos ad carmina porrigit amnes.*
*Accelerat Niobe, quae ſi lapis, attamen audit,*
*Nec magis illacrymat, greſſus & cetera reddunt*
*Fila lyrae. ſed ne ſuperos rurſum improba laedas,*
*Os taces, & fruſtra conantem verba relinquunt.*
*Huc etiam quae te timuit, Polypheme, furentem,*
*Et pavet, adiunctis & adhuc ſe mergit in undis,*
*Cum ſibi dilecto Galatea allabitur Aci.*
*Quin & vos Siculis merſae Syrenes in undis,*
*Quarum praedulci cantu ſcrutator aquarum*
*Aure ſoporata medium delapſus in aequor,*
*Surgitis, & victis ad cantus plauditis alis.*
*Scylla ſilet, rapidi ponunt ad carmina venti,*
*Et mitis natura feris, rabiemque luporum*
*Mulcet, & arctatas cohibet cava fiſtula malas.*
*Silva comas praebet, venit cum frondibus Echo,*
*Redditaque vox illi eſt, & fari poſſet, ad iſtas*
*Sed potius voces omni vult ore tacere.*
*Cornigeri nudam nec prendunt Dorida Panes,*

> *Pallas delapſa ad cantus Mercurii & nomen Laurentii*

*Hos inter coetus plectri modulamine capta,*
*Atque tuum nomen verſis Tritonia criſtis,*
*Laurenti, aethereae plaga qua candentior orae*
*Parte nitet, labi viſa eſt, non Gorgonis atrae*
*Concutiens vultus, ſtillantiaque arma cruorem.*
*Sed Dea flaventes foliis pacalis olivae*
*Intertexta comas, laetis quas Gloria in hortis*
*Docta pinxit acu, ſummo de vertice in armos*
*Nunc lapſi ludunt flores, nunc frontis oberrant*
*Marginibus, tremulum medios internatat aurum,*
*Multicolor radiatque lapis, neve aura capillos*
*Spargeret, in nodum filis religaverat auri.*
*Sic Dea lapſa polo, laetis ſic adſtitit aris,*
*Stridentes dant ſigna foci, meliorque per urbem*
*Plauſus abit, variis ſparguntur floribus arces,*
*Et rebus mutatur honos, prius apta palaeſtrae,*
*Nocturnis melius nunc ardet oliva lucernis,*
*Quaeque erat undoſas toties paſſura procellas,*
*Et factura vagis pontem ſuper aequora nautis,*
*Fiſſilis eductos abies aptatur ad uſus.*
*Non tuba nunc, non caſtra movent, nec cuſpide malas*
*Atteris, aut duros exerces Diva labores;*
*Laetior ingenuis ſed ſe nunc artibus infert,*
*Certatuſque virûm, & Medicis dignatur honores.*
*Ponite iam luctus, lamentaque triſtia, Piſae,*
*Huc melior fortuna redit, veteremque malorum*
*Iam penſare iuvat faciem; felicior aetas*
*His permiſſa locis, en mixto hinc inde tumultu*
*Facundo innumerae miſcentur milite pugnae;*
*Vobis longus honos, nec enim dilecta Minervae*
*Ulla magis tellus, hac permutaret Athenas,*
*Si ſtarent, numquamque aliis habitabit in oris,*
*Deque ullis capiet non thura libentius aris.*
*Vivite, & in longas aevum traducite metas,*
*Neve Fluentinas umquam mutetis habenas,*
*Nobile ſervitium magno parere Leoni eſt.*
*At vos, o Iuvenes, quorum praecordia pulcrae*
*Laudis inardeſcunt cumulis, & per vaga mundi*
*Nubila ſidereos conſcendere quaeritis axes,*
*His mecum properate choris, grateſque feramus*
*Uſque meo Medici, rebus venerandaque multis*
*Tu Pallas, ſuperis & qui regnatis in oris,*
*Vos virides, Stygiique omnes, quique antra tenetis,*

*Et*

(1) Hos quatuor ſequentes verſus ob inquinatum Codicem divinando eruimus.

*Et ſilvas, & ſtagna Dei, Indigeteſque, Lareſque,*
*Vitales denſate colos, dextramque tenete*
*Atropos, & iuveni plenos extendite fuſos.*

*Ad Cyllenium invocatio.*

*Tuque omni dilecte Deo, de Pleiade nate,*
*Qui plectro maiore ſonas, hunc cantibus effer,*
*Illum ſuperis oſtende tuis, laudumque ſuarum*

*Vxor Laurentii, quae eſt de domo Vrſina.*

*Agmina cognatam, Cylleni, perfer ad Arcton.*
*Me quoque iam feſſam, quique ad tua carmina victam*
*Pono chelym, ſua facta doce, & pendentis ab ore*
*Vſque tuo noſtrae Libethridos inſtrue mentem.*
*Mox ego, Dive velis, tunc quum fidentior altis*
*Per mare curret aquis, flatuque vehetur amico*
*Cymba, coronatis lauro Peneide roſtris,*
*Illi dona feram, & libamina prima dicabo.*
*Haec ego; tum caſto riſit Tritonia vultu,*
*Mentem laſſa ſuam, riſit qua parte fugatas*
*Adſpexi nubes, oculiſque recondit aër.*
*Sic magis incuſſis, & prono vertice nervis,*
*Et ſubito motis Caducifer annuit alis,*
*Signaque de laevo fecere ſoniſtra caelo.*

Tum ſuccedit *Excuſatio* (1) *ad Laurentium, quare tam cito a laudibus eius deſiſtat,* ſequenti elegiaco Carmine comprehenſa:

*Quum traheret ſilvas, & flumina ſiſteret Orpheus,*
*Mulceretque ſuo carmine mille feras,*
*Squamea deflexo ſignans veſtigia tractu,*
*Qui numquam cantus ſenſerat, anguis erat.*
*Tantum Cerbereo ſpumabant ora veneno,*
*Crudeli tantum mens erat apta neci.*
*Illius ad ſaevae replicata volumina caudae,*
*Sibilaque extinctis floribus ardet ager,*
*Et qua ſerpit, humus, potae vitiantur & undae,*
*Et ſpiris tactae vos cecidiſtis, aves.*
*Ah quoties illum vates miratus, & omen*
*Pavit de turba quum ferus anguis abit!*
*Excidit ah quoties plectrum, ſurdumque videnti*
*Serpentem fluxit praeſcia gutta mali!*
*Nam forte Eurydice laetos dum pergit in agros,*
*Serta viro texens, & nova nupta ſibi,*
*A tergo veniens, qui ceſpite forte latebat,*
*In talum ſerpens vulnera anhela dedit.*
*Illa viri fruſtra nomen clamantis opemque,*
*Infauſtum vocis morte repreſſit iter.*
*Quod ſuus adſpexit poſtquam Rhodopeius Orpheus,*
*Ducere voce ſua de Styge poſſe putat.*
*Duxſſetque etiam, Maneſque, Canemque triſaucem*
*Flexerat, aſt illi fataque, lexque negant.*
*Attamen ille Erebi mutas deſcendit ad umbras,*
*Vxorem & duras duxit ad uſque fores;*
*Sed quia mortales Divi vetuere reverti,*
*Illa in Avernales recidit umbra lacus.*
*Thracius haec vates potuit precibuſque, lyraque;*
*Sed factis, Medices, te meruiſſe magis,*
*Et quamvis Stygiis me non deduxeris undis,*
*Quamquam de vera nec modo morte rapis,*
*Me tamen e ſimili quis per te carcere raptum,*
*Et multum fundo mortis habente neget?*
*Gratia magna tibi, Eurydices ſed ſors mea par eſt,*
*Proh dolor! impoſitum rurſus inimus onus.*
*Mergimur in veteres fluctus, hiememque videmus,*
*Ad leges redeo, me mea iura vocant.*
*Me miſerum! ad limen veni, nunc limine ab ipſo*
*Carceris in caeci clauſtra repellor ego.*
*Illaque ut hoc tantum, valeas, clariſſime, dixit,*
*Extremo Medices, ſic loquor ore, vale.*
*Et modo diſcedens, nimium mi prompte libelle,*
*Quam timeo Icaria ne male ſorte cadas.*
*I tamen, & Medicis vultus, & numen adora;*
*Illo tu forſan vindice tutus eris.*
*Tutus eris, lauros & quae decuere poëtas*
*Ille dabit, proprio nomine Laurus ineſt.*
*Tu modo, ſi qua tuis veniet levis ora procellis,*
*Si qua udo dabitur forſan arena tibi,*
*Vel melius ſcopulum forſan inlabere in altum,*
*Siccata donec pagina fronte ſonet,*
*Quidquid erit, domino ſemper nova carmina noſtro*
*Tu cane, Laurenti teque recondе ſinu.*
*Vltima vox haec eſt, tantum hoc te ſcire iubebo;*
*Nomine in hoc non ius Iuppiter ignis habet.*

*Laurus non fulminatur.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum titulis aureis, & initialibus auro variiſque coloribus illuminatis, ſed nonnullis in locis adeo inquinatus, ut vix divinando legi poſſit. Conſtat foliis 17.



(1) Hic titulus aureis eſt totus litteris exaratus.

## NICOLAI MICH. BONAIVTI DE FIGVRA S. SEPVLCRI.

Cod. XLVII. NIcolai Michaëlis Bonaiuti Florentini in figura Sancti Sepulcri Libri V. (1) Primus inc.

*Si mea corda forent regum fervore fideli.*

Vltimus deſ.

*Ac eius dignum vere ſolamen adoras.*

Tum repetitur titulus: *Liber Nicolai Michaëlis Bonaiuti Florentini in figura Sancti Sepulcri explicit.* Inde alia manu legitur: *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia CI.*

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIV. cum titulis & initialibus rubricatis, antiquitus num. 169. deſignatus. Conſtat foliis 22.

## NIC. MICHAELIS BONAIVTI S. IERVSALEM.

Cod. XLVIII. NIcolai Michaëlis Bonaiuti Florentini Sanctae Ieruſalem (2) Libri XII. ut in Cod. XL. Plutei XXXV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 221. ubi tamen Libri erant XVI. Cum ipſo igitur quoad initium, & finem totius Operis loco citato relatum concordat, ſed in progreſſu ab ipſo ita diſcrepat, ut plane iudicemus, binas auctorem huiuſce Poëmatis editiones in vulgus dediſſe, utra autem ex hiſce, ſecundis eius curis debeatur, non ita facile dignoſci poteſt. In hoc igitur Exemplari in XII. Libros dividitur, quorum ſinguli variis conſtant Cantibus, Cantuſque ipſi breviores multo ſunt quam in citato Codice XL. ita ut mirum non ſit integram verſuum ſummam, minorem in hoc, quam in illo, fuiſſe in calce adnotatam; heic enim ſequens legitur ſubſcriptio: *Nicolai Michaëlis Bonaiuti Florentini Liber duodecimus Sanctae Ieruſalem explicit. Car.* 10249.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. ab eadem manu, qua ſuperior, exaratus, cum titulis, & initialibus Librorum, & Cantuum rubricatis, in cuius calce legitur: *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia L.* ubi notandum, antiqua eraſa ſcriptura, novam hanc ſuperinductam fuiſſe; Codex antiquitus num. 965. deſignatus. Conſtat foliis 213.

## ALEX. DE VILLADEI DOCTRINALE, COL. SALVTATI QVERIMONIA PHYL. VIRGILII BVCOL. CIC. LIB. DE SYNON.

Cod. XLIX. COdex eſt omnino anepigraphus, ſed continet Opuſcula, quae ſequuntur, nimirum:

I. pag. 1. Alexandri de Villadei Doctrinale, ut in Codice XLVII. Plutei XXXIV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 164.

II. pag. 62. Coluccii Pierii Salutati Querimonia Phyllidis ad Demophoontem, ut in Codice IX. Plut. XXXVIII. Catalogi Tom. cit. pag. 262. §. II. Heic tamen eſt in fine mutila, ſpatio ad reliquum ſupplendum relicto.

III. pag. 68. P. Virgilii Maronis Bucolica cum ſcholiis interlinearibus.

IV. pag. 92. Marci Ciceronis Liber de Synonymis, cum brevi Epiſtola in principio, ut in Codice XIII. Plutei LIII. Catalogi Tomo cit. pag. 610. §. II. ſed inter utroſque Codices non paucae variantes intercedunt.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. varia manu, antiquitus num. 185. deſignatus. Conſtat foliis 99.

## DOMINICI IOANNIS A CORELLA DE ILLVSTRATIONE VRBIS FLOR. LIBRI VI.

Cod. L. HIc quoque Codex eſt anepigraphus, ſed continet Dominici Ioannis a Corella de Illuſtratione Vrbis Florentiae, ſeu de Hiſtoria Populi Florentini Libros VI. heroico carmine (3).

Liber I. (4) tractat de Atlante conditore Vrbis Feſulanae, & de Origine Vrbis Florentiae, quam a Syllanis deducit militibus, eiuſque hiſtoriam ſub Romano Imperio perſequitur. Inc.

*Vrbs a Romanis olim praeclara Colonis*
*Edita ſub dextro Florentia ſidere Martis*
*Quae fuit, & ſtatu fortunae plena benignae*
*Nunc opibus ſuperat Thuſcas, & viribus urbes,*
*Me vetus, o cives, renovare poëma coëgit,*
*Vt quae, divino ſopitis munere bellis,*
*Tranquillae fruitur dulcedine pacis, & intus*
*Libera conſilio ſapientum facta virorum,*
*Ac foris immenſi genus omne decoris adepta,*

Exi-

(1) Memorentur a Nigrio pag. 423.

(2) Meminit huiuſce P. Ematis Poccianttus in Catal. Scriptor. Florentinorum Florentiae apud Ph. Iuntam MDLXXXIX 4. pag 136. ſubiungitque hoc Poëma Ms. adſervari in Bibliotheca S. Crucis de Florentia. Varios item Codices enumerat Mazzuchellius *Biblioteca degli Scrittori d' Italia* Vol. II. Par. IV. pag. [illegible] recteque addit in XII. Libros fuiſſe ab auctore tributum, quum eorum tantummodo notitiam habuerit exemplorum, in quibus haec eadem occurrit diviſio.

(3) Hunc Codicem emit Antonius Mar. Biſcionius a Cattaneis, Florentinis Patriciis, ad quos devenerat ex hereditate [illegible] Marcinii, & opinabatur fuiſſe olim [illegible].

(4) [illegible] conſtat 1006.

*Eximium celſis nomen virtutibus aequas,*
*Accipiat noſtro meritam de carmine laudem.*
*Hanc ſi mellifluo pollens modulamine Dantes,*
*Vel Petrarcha fragrans lauri Franciſcus odore,*
*Aut placido caneret Boccaccius ore Ioannes,*
*Non ego praeſentem caepiſſem texere librum,*
*Nec celebrare meis tentarem verſibus illam,*
*Quae foret a ſummis olim deſcripta poëtis.*
*Sed quod Pieria praeſtantes arte priores*
*Dimiſere viri, tantis ego civibus impar,*
*Ingenio ſupplere meo, florentis amore*
*Compellor patriae, cuius depromere laudes,*
*Et memoranda volens in lucem geſta referre,*
*Quae Florentinae fuerint exordia gentis,*
*Primum conabor paucis abſolvere; ſed poſt*
*Sublimes recto virtutes ordine dicam,*
*Aucta quibus, cunctis eadem celeberrima terris*
*Redditur, ut pateant rerum monumenta ſuarum,*
*Et ſacra maiorum teneant exempla minores.*
*At Dea, quae noſtris colitur ſanctiſſima templis,*
*Me iuvet alta poli ſolito Regina vigore,*
*Plenius ut tantae praeconia proſequar urbis,*
*Quam ſoles alma pio munimine Virgo tueri,*
*Atque fovere ſuis Genitrix divina ſub alis;*
*Et ſacer aeterni Praecurſor Regis, & Index,*
*Nunc Baptiſta mihi dignetur adeſſe Ioannes,*
*Cui bona ſupremos Florentia praebet honores,*
*Annua conſpicuae referens ſolemnia pompae,*
*Cuius prima mihi repetenda videtur origo,*
*Vt ſua temporibus renovetur gloria ſeris,*
*Et quae principio caepit florere ſalubri,*
*Creſcere nobilitas humili de carmine poſſit &c.*

Pag. 28. Veteres quaſdam Etruriae Civitates his commemorat verbis:

*Vrbs Aretina quibus ſtat proxima Solis ab ortu,*
*Piſa ſub occaſu pariter vicina cohaeret,*
*Illa ferax Cereris, pollens haec mercibus amplis,*
*Ad ſua Tyrrhenae quas ducunt littora puppes.*
*Parte alia, qua Sol alto de ſidere Cancri*
*Maxima regna videt calidae contermina Zonae,*
*Vrbs Volaterra patet, niveis fecunda Salinis.*
*Hanc felix longo domuit certamine Sylla,*
*Romanis quoniam fuerat perſaepe rebellis;*
*Sed noſtra Florentinis aetate repugnans*
*Civibus, atroces paucis obſeſſa diebus*
*Perſolvit poenas, audacis conſcia facti,*
*Exemplum praebens Italis miſerabile cunctis,*
*Ne tumido magnis obſiſtant corde minores.*
*Sed qua hiemali ſuperatur frigore Titan*
*Parte poli, mons Apenninus ab alto* (1)
*Eminet, Arcturo quem duplex Vrſa coronat,*
*Et circum Phiton terquinis emicat aſtris*
*Aureus immani protenſus corpore ſerpens.*
*Mons hic Flamineos a Thuſcis ſeparat, in quo*
*Nunc quoque ſunt hominum turres & caſtra priorum,*
*Quos pavor aëreas immenſus compulit Alpes*
*Scandere, ſola tutos aſperitate locorum.*
*Nam timor eſt ingens animi, non robur herilis*
*Plana ſupercilio contemnere tecta minaci;*
*Quamvis turba loquax, ſed verae neſcia laudis,*
*Vocibus altiſonis ad ſidera provehat illos,*
*Pectore qui vano, vallis regione relicta,*
*Summa per abruptas petierunt culmina rupes,*
*Vnde pateret eis geminum proſpectus in aequor,*
*Italiae ſupra quod tangit littus, & infra;*
*Quae natura feris animantibus antra paravit,*
*Perſimiles illis homines coluere ſuperbi,*
*Ardua ſaepe iugis ponentes oppida celſis,*
*De quibus Vbaldos Comites Florentia victrix*
*Expulit, & Guidos Germanae ſtirpis, & omnes*
*Vicinos proceres magni percuſſit ad inſtar*
*Fulminis, ut fieret deleta iam tyrannis*
*Libera, quae ſpecie Thuſcos & robore pagos*
*Excedit, quantum mons crebro fulgure tactus* (ſic)
*Carrigios colles longe praecellit & Vgri,*
*Vertice paene ſuo ſublatus ad aſtra Morellus,*
*Cui ſubiecta iacens celeberrima vallis adhaeret,*
*Perpete quam curſu fluvius perlabitur Arnus*
*Corniger, Etruriae primae qui terminus urbis*
*Ante fuit, mediam quam nunc interſecat idem,*
*Et ſupra poſitis praeclaris pontibus ornat*
*Quatuor, inſigni lapidum compage peractis,*
*Civibus aucta novis quando pulcherrima crevit*
*Filia, materno pollens Florentia cultu,*
*Quam*

(1) Claudicat hic verſus uno pede minor.

*Quam ſimilem Romae teſtantur multa fuiſſe*
*Nomina vicorum, quae non mutata ſuperſunt,*
*Vt Capitolinae nos Aedes admonet arcis,*
*Imperii ſedes veteri coniuncta Theatro,*
*Nunc ubi ſacra domus Reginae condita caeli*
*Eſt ſita, quae titulum per ſaecula ſervat eumdem.*
*Picta tum priſcis regio notiſſima Thermis*
*Edocet hoc ipſum, quod certius indicat ille*
*Martius antiquo celeber cognomine Campus,*
*In quo mirificum Marti ſtruxere ſacellum*
*Ingentis pretii, noſtro quod permanet aevo,*
*In cuius medio rupes praefixa manebat,*
*Armati ſtatuam retinens Mavortis equeſtrem,*
*Thuſcorum monitu quam ſic fixere Quirites,*
*Ne facili tractu tunc poſſet imago moveri,*
*Pondere fixa gravi, quoniam ſi mota fuiſſet,*
*Occaſum patriae portenderet illa futurum.*

Deſ.

*A quo principium Florentia nobile ſumpſit,*
*Quam gemini poſuere duces ditione potentes,*
*Felix Sylla prius, qui condi iuſſerat illam,*
*Et Rex Auguſtae Princeps clariſſimus aulae*
*Carolus, everſam qui poſt reparavit eamdem,*
*Moenibus amplectens, & ſacris aedibus ornans;*
*Cui pariter multum ſplendoris contulit orta*
*Inclyta patricio manans e germine proles.*
*Haec probitate ſua mores imitatur avitos,*
*Dum foris, atque domi Romanis artibus uſa,*
*Supplicibus parcens, animos premit illa tumentes,*
*Vt probat illuſtris geſtarum gloria rerum,*
*Qua pollet noſtri ſpeculum Florentia ſaecli,*
*Patria nobilium mater fecunda virorum.*

Liber II. pag. 37. (1) de veteri cultu Florentinorum potiſſimum agens, inc.

*Tempore quo veterum totus figmenta Deorum*
*Orbis adorabat, priſcos imitata Quirites,*
*Vrbs nova belligerum coluit Florentia Martem &c.*

Pag. 49. Templum Martis in cultum S. Ioannis Baptiſtae redactum Auctor refert, & quidem ita:

*Hunc Florentini decurſis pluribus annis,*
*Chriſticolae facti, quum vellent linquere cives,*
*Attamen illius ſtatuam violare timentes,*
*Ne fatale malum patriae contingeret illud,*
*Saepe quod Etruſci vates dixere futurum,*
*Si ſua de templo ſublata fuiſſet equeſtris*
*Effigies, illum ſuper altae moenia turris*
*Inſigni poſuere loco, ne forſitan arte*
*Belliger ille ſua praereptae dedecus aedis*
*Vlciſci vellet; nam ſaevo daemone pulſo,*
*Tradita Baptiſtae merito fuit illa Ioanni &c.*

Liber III. pag. 68. (2) in quo agitur de adventu Totylae in Thuſciam, & de eius praeliis, inc.

*Interea turma circum ſtipatus equeſtri,*
*Et dirum contra bellum geſturus Etruſcos,*
*Rex Apenninos peragrabat Totyla montes,*
*Quum celer e caſtris praemiſſus nocte ſatelles,*
*Quod male contigerat querulo ſibi protulit ore &c.*

Pag. 81. deſcribitur apparatus ludi equeſtris a Laurentio, & Iuliano fratribus ea tempeſtate Florentiae celebrati.

*Quales in ludo Pollux, & Caſtor equeſtri*
*Tyndaridae fuerant, caeli nunc ſidera, fratres,*
*Tales hi noſtra iuvenes aetate gemelli,*
*Vna quibus bino mens eſt in corpore, nuper*
*Contextos mira pretioſos arte lapillos,*
*Et varii generis veſtes ſuper arma ferentes,*
*Ac ſecum nitido coetu properante clientum,*
*Supra cornipedes reſidebant altius acres,*
*Stare ſimul dociles, & crebros edere ſaltus*
*Qui ſoliti fuerant, & curſu vincere cervos.*
*Quales Bucephalus, Rhoebus, Seianus, & Aethon,*
*Et plures alii, quorum ſtant nomina, fortes*
*Connumerantur equi, tales aetate ſub iſta*
*Nobilis illuſtres Coſmi duxere nepotes,*
*Quum Patrem Patriae merito Reſpublica dixit &c.*

Pag. 92. rurſus loquitur de ſtatua Martis, quae exundante Arno diruta ac demerſa eſt.

Liber IV. pag. 95. *b.* (3) in quo reliqua Totylae geſta percenſentur, inc.

*Totyla nobilium ſatiatus caede virorum &c.*

Pag. 129. agit de reparatione urbis Florentiae per Carolum Magnum.

Pag. 130. varia Florentinorum antiqua Templa commemorat, ubi notandi ſunt verſus iſti, nimirum:

*Sed plures alii meritis & nomine Sancti,*
*Quorum fama patet late vulgata per orbem,*
*Stant intra portas, ubi ſunt & multa Mariae*
*Templa dicata Deae, quorum ſignaſſe recordor*

*Or-*

(1) Verſibus conſtat 1047.
(2) Verſibus conſtat 885.
(3) Verſibus conſtat 1258.

Digitized by Google

*Ordine me numerum deſcribens carmine cunctas*
*Eccleſias, illi quas plebs urbana dicavit &c.*

Ex quibus manifeſtum fit huius Carminis auctorem eumdem eſſe, qui *Theotocon* compoſuit, Opus in quatuor Libros diviſum, quorum poſtremi duo de Templis Deiparae Virgini dicatis pertractant. Paucis deinde interiectis, ita enumerationem Templorum proſequitur, & quintum librum abſolvit.

*. . . . . . . . , nam Carolus ipſe fidelis*
*Chriſticola, & ſuperos ſolitus venerarier omnes,*
*Scaradium templum, ſic illud nomine dicunt,*
*Clavigero caeli ſacravit nobile Petro,*
*In quo ſculpta ſui capitis praeluces imago,*
*Vt memor eſſe queas tanti Florentia Regis,*
*Auctoriſque ſui teneat per ſaecula ſignum.*
*Poſt altam largis conſtruxit cenſibus aedem,*
*Qua chorus aeterno colitur biſſenus honore*
*Semper Apoſtolicus; probat hoc venerabilis ara,*
*Sunt ubi deſcripti ſolemnes ordine teſtes*
*Principis invicti Proceres. Oliverius acer,*
*Et cum Turpino Rollandus Praeſule fortis;*
*Nomina ſunt comitum ſimul haec & prima ſuorum.*
*Cum quibus immenſum ſibi victor Carolus orbem*
*Subdidit, & Magni nomen ſublime recepit.*
*Quod paucis rara collatum ſorte videmus;*
*Vltimus iſte fuit tanti cognominis heres;*
*Hoc dedit ampla ſibi geſtarum gloria rerum,*
*Qua ſuper heroas praeluxit Carolus omnes,*
*Quando Regali ſuperaddidit ille coronae*
*Imperiale decus, cum nomine Caeſaris idem,*
*Cuius praeſidio circum protecta ſalubri,*
*Et multis ornata ſacris Florentia templis,*
*Illo trans Alpes felix abeunte remanſit*
*Marte potens, & pace fruens, & libera, ſemper*
*In melius crevit, ſucceſſibus aucta ſecundis,*
*Ac ope caeleſti tunc patria nobilis, alto*
*Germine tunc hominum fuit haec repleta novorum.*

Liber V. pag. 135. (1) in quo poſt Feſularum everſionem, de antiquis moribus, regimine, & praeliis Florentinorum multa non iniucunda lectu poëtice pertractat, inc.

*Poſtquam clara novo patriae primordia noſtrae*
*Carmine depromſi &c.*

Liber VI. pag. 171. (2) in quo rerum a Florentinis praeclare geſtarum enarratio continuatur uſque ad Caroli Andegavenſis Neapolitani Regis adventum in urbem Florentiae, qui incidit in annum MCCLXVII. inc.

*Hactenus alterna ſic rebus ſorte peractis &c.*

Deſ.

*Nam poſtquam rebus praeclare Carolus actis*
*Parthenope rediit, pars eius robore fulta,*
*Eccleſiae fautrix, plena ditione recepta,*
*Contra municipes alienae partis Etruſcos*
*Tempore multa brevi memoratu digna peregit,*
*Quae noſtro cupiens operi iam ponere finem,*
*Praetereunda reor, quamvis & plura ſuperſint,*
*Et maiora ſimul, praeſtanti carmine digna,*
*Vt valeat claros aequare poëma triumphos,*
*Freta quibus crevit Reſpublica nobilis iſta,*
*Quae multos aequa populos ditione gubernat,*
*Multiplici pollens ſapientum prole virorum.*
*Haec armata foris, pariterque togata refulſit*
*Saepe domi, ſtudiis quoniam & civilibus haeret*
*Martia progenies, & pacis foedera ſervat*
*Inviolata ſimul, ſocioſque tuetur, & illos*
*Mellifluа placidae refovet dulcedine menſis,*
*Sicut & ingentes animos compeſcit & acres.*
*Sic pia ſubiectis parcens Florentia, mores*
*Proſequitur priſcos, Romanas ſervat & artes,*
*Aucta quibus cunctas terrae, pelagique per oras*
*Emicat illuſtri virtutum luce ſuarum,*
*Praeclaras meritis aequans & laudibus urbes.*

Hoc heroicum Poëma, ut ex adlatis ſpeciminibus adparet, magna cum facilitate, nec ineleganter, prout ea ferebant tempora, deductum, Florentinorum res geſtas, iuxta ea, quae Ricordanus Malaſpina, Ioannes Villanius, & Leonardus Arretinus in hiſtoriis ſuis ſcripta reliquerunt, perſequitur; ac poſt annum MCCCCXLI. ſeu poſt foedus, quod Florentini cum Mediolani Duce pepigerunt, quo tempore tranquilla pace fruebatur Reſpublica, elucubratum fuiſſe, apertiſſime demonſtrant ii verſus, qui paullo poſt initium occurrunt:

*Vt quae divino ſopitis munere bellis*
*Tranquillae fruitur dulcedine pacis &c.*

De hoc Poëmate vide Ioannis Lamii Litterarias Ephemerides anni MDCCLII. num. XXXIII.

In prima pagina haec habentur notata manu Antonii Mariae Salvinii: Quaeſito ker-

(1) Verſibus conſtat 1144.
(2) Verſibus conſtat 995.

Digitized by Google

*Poema eroico de' fatti de' Fiorentini, e delle lodi di Firenze è dettato con molta facilità, nè da queſti verſi appariſce da chi ſia compoſto; ma moſtra bene, da un Cittadino affezionato alla patria.* Deinde manu Antonii Mariae Biſcionii haec alia: *Queſto giudizio è di mano del dottiſſimo Ab. Dottore Anton Maria Salvini mio cariſſimo maeſtro. Avendo io Anton Maria Biſcioni Bibliotecario della Mediceo-Laurenziana per S. M. C. acquiſtato queſto ſingolar Ms. dall'eredità del Prior di S. Lorenzo Aleſſandro Mancini Cavalcanti, ed eſaminatolo lo riconobbi eſſer opera del Padre Domenico di Gio. da Corella di Caſentino, e ſuo originale, ſiccome m'indicarono gli ultimi tre verſi della prima ſeguente pagina, che ſervono per invocazione, che dicono:*

*At Dea, quae noſtris colitur ſanctiſſima templis,*
*Me iuvet alta poli ſolito Regina vigore,*
*Plenius ut tantae praeconia proſequar urbis,*

*i quali manifeſtamente accennano eſſere il medeſimo Autore, che aveva compoſto avanti il* Theotocon, *poema elegiaco diviſo in IV. Libri, primo e ſecondo* de Vita & obitu B. M. V. *gli altri due* de Templis eidem Virgini dicatis. *In queſta Laurenziana ne ſono due copie; la prima al Plut. XVI. Cod. XXV. la ſeconda al Plut. XXXIII. Cod. XL. Queſto Poema ſi può intitolare:* De illuſtratione Vrbis Florentiae, o Hiſtoria Populi Florentini.

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. ut videtur autographus, minutiſſimo, ac perplexo charactere exaratus. Conſtat foliis utrinque antiquitus numeratis 203.

*FINIS PLVTEI LXXXXI. SVPER.*

| ERRATA QVAEDAM | | ITA CORRIGENDA. |
|---|---|---|
| *Pag.* 175. *lin. ult.* | Nullam neque de hoc | Nullam neque de hac |
| *Pag.* 176. *lin.* 11. | Straboni | Strabonis |
| *Pag.* 214. *lin.* 2. | Conſtat foliis 832. | Conſtat foliis 352. |
| *Pag. ead. Not.* 3. | in Tomo I. Catalogi Latin. Codd. pag. 496. | In Tomo . . . . . . pag. 468. |
| *Pag.* 277. §. *XI. lin.* 4. | 168. | 267. |
| *Pag.* 356. §. *VII* | per eumdem Leonardum Arretinum | per Leonardum Iuſtinianum |
| *Pag.* 358. §. *I.* | ut in Codice XXIV. Plutei LXV. Catalogi Tomo eit. pag. 739. § VII. | ut in Codice XXVI . . . . . . pag. 741. §. IX. |
| *Pag.* 442. *Cod. XIV.* 1. *lin.* 3. | ad Cicreronem Liber V. | ad Ciceronem Libri V. |
| *Pag.* 606. *in titulo Cod. XLVI.* | FRANCISCI PETRARCHAE | LOMBARDI A SERICO |

ΤΩΝ. ΠΟΝΩΝ. ΠΑΝΤΑ

VOLVMEN. HOC. TERTIVM. EXACTISS. EXHIBENS. RECENSIONEM

CODICVM. LATINORVM. OMNIGENAE. ERVDITIONIS. BIBL. LAVRENT.

ADORNARI. ET. IMPRIMI. CAEPTVM

DIE. X. MENSIS. IVLI. ANNI. CIↃ. IↃ. CC. LXXV.

FELICITER. ABSOLVTVM. EST

DIE. VII. MENSIS. SEPTEMBRIS. ANNI. CIↃ. IↃ. CC. LXXVI.

REGNANTE. PETRO. LEOPOLDO. AVSTRIACO

REGIO. PRINCIPE. HVNG. ET. BOIOHEMIAE

MAGNO. ETRVRIAE. DVCE

QVI. DIV. VIVAT. REGNET. TRIVMPHET.

00524699Ü

Digitized by Google

Digitized by Google

MAESTRELLI
Via delle Terme

Digitized by Google